2

DOCTRINA ET DISCIPLINA ECCLESIÆ

IPSIS VERBIS

SACRORUM CODICUM,

CONCILIORUM, PATRUM,

ET VETERUM GENUINORUM

MONUMENTORUM

Secundum seriem temporum

DIGESTA ET EXPOSITA,

Studio ac Opera

R. P. LUDOVICI DU MESNIL S. J.

Presbyteri, SS. Theologiæ Doctoris, & Almæ

Catholicæ Universitatis Argentoratensis Cancellarii.

OPUS EXIMIÆ ERUDITIONIS

in quatuor Tomos, & in quamplures libros distributum, Theologis omnibus, & Historiæ Ecclesiasticæ Studiosis apprime utile, ac necessarium.

Cuique tum Libro in fine Græci textus insigniores, tum Tomo Indices rerum ac verborum locupletissimi adduntur; ac demum in calce Operis Index materiarum generalis.

TOMUS QUARTUS.

EDITIO PRIMA ITALICA, COLONIENSI EMENDATIOR AC NITIDIOR.

VENETIIS, MDCCLII.

EX TYPOGRAPHIA ANDREÆ POLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

DOCTRINA ET DISCIPLINA

ECCLESIÆ

IPSIS VERBIS

SACRORUM CODICUM,

CONCILIORUM, PATRUM,

ET VETERUM GENUINORUM

MONUMENTORUM

secundum seriem temporum

DIGESTA ET EXPOSITA,

Studio ac Opera

R. P. LUDOVICI DU MESNIL S. I.

Presbyteri, SS. Theologiæ Doctoris, & Almæ

Catholicæ Universitatis Argentoratensis Cancellarii.

OPUS EXIMIÆ ERUDITIONIS

in quatuor Tomos, & in quamplures libros distributum, Theologis omnibus, & Historiæ Ecclesiasticæ Studiosis apprime utile, ac necessarium.

Cuique tum Libro in fine Græci textus insigniores, tum Tomo Indices rerum ac verborum locupletissimi adjuntur; ac demum in calce Operis Index materiarum generalis.

TOMUS QUARTUS.

EDITIO PRIMA ITALICA, COLONIENSI EMENDATIOR AC NITIDIOR.

VENETIIS, MDCCLII.

EX TYPOGRAPHIA ANDREÆ POLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

i16897213

LIBER XLIII.

Romana ſedes quorumdam violentia opprimitur: hic inter ejus Pontifices, alii ejiciuntur, quidam traduntur in carcerem, nonnulli violenta morte pereunt, & quod dolendum magis, in ſe invicem ſæviunt. Multi ſancti Epiſcopi religionem promovent, & pro reparanda diſciplina Eccleſiaſtica & monaſtica feliciter laborant; ejectiſque clericis incontinentibus ſubſtituunt monachos. Multi etiam viri ſancti, Virgines, & Viduæ virtutibus floruere: nec defuere Martyres: inſigniores ſunt SS. Adalbertus Pragenſis Archiepiſcopus, Gaudentius, Bonifacius, Colomannus. S. Stephanus Rex Religionem Chriſtianam in Hungaria reſtituit & amplificat, decem fundat Epiſcopatus, & quædam monaſteria, Eccleſias ædificat & ornat. Ejus zelum & pietatem imitatur S. Henricus Imperator, qui cum ſancta Cunegunda uxore ſua ſervat continentiam. Ruſſi Chriſti fidem ſuſcipiunt: hanc in Inſula Cypro reſtituit S. Nicolaus. Manichæi in Galliis ſuppliciis reprimuntur. Eccleſiaſticorum bonorum abalienationes prohibet Otto III., & plura fundat monaſteria. Plures ſynodi celebrantur pro reformatione morum, præſertim adverſus clericorum incontinentiam & ſimoniam, & pro componendis Arnulphi, & Gerberti contentionibus de Remenſi Archiepiſcopatu. Arnulphus poſt depoſitionem & carcerem illum obtinuit. Gneſnenſis & Magdeburgenſis Archiepiſcopatus, & plures Epiſcopatus inſtituuntur. Scriptores Eccleſiaſtici floruere, Ditmarus Merſeburgenſis Epiſcopus, Flodoardus Remenſis Presbyter, Harigerus Laubienſis Abbas, qui bene ſcripſit de Euchariſtia.

CHRISTI I. AN. 962. Chronic. Regin. l. 2. Gratian. diſt. 63.

JOannes Papa, cum multa indigna pateretur a Berengario Italiæ rege, quem ſub penſitatione tributi & ſupremi dominii agnitione remiſerat Otto, legatos miſit ad Ottonem Germaniæ Regem, Joannem diaconum & Azonem ſcriniarium S. Romanæ Eccleſiæ, vocans eum ad defendendam Italiam ab ejus tyrannide, atque in præmium offerens coronam Imperialem, adjecta tamen conditione, ut prius legatis juramento promitteret, ſibi Romanæque Eccleſiæ bene conſulturum, omniaque ejus bona a tyrannis ſublata reſtituturum. Otto data fide conſenſit, præſertim cum omnes fere Italiæ comites & Epiſcopi miſſis pariter legatis exorarent, ut ipſis ſubveniret. Itaque Rex maximam ſuorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit, ubi conſenſu & unanimitate procerum totiuſque populi, filius ejus Otto, licet ſeptennis, rex eligitur. Luitolfus enim ejus filius natu major obierat. Tertius vero, qui ſupererat e priori matrimonio nomine Wilhelmus, ordinatus eſt Epiſcopus Moguntinus, diſpoſitiſque regni negotiis filium Wilhelmo Archiepiſcopo ejus avunculo tuendum nutriendumque commiſit. Ipſe vero abſque ulla reſiſtentia Papiam intravit. Berengarius autem & filii ejus caſtellis ſe incluſerant. Hattonem Fuldenſem Abbatem Rex ad conſtruenda ſibi habitacula Romam præmiſit.

Chronic. Regin. l. 2. Lambert Schafnab.

Solemni Chriſti Natalitio Papiæ celebrato, cum lectiſſimo exercitu Romam progreſſus eſt: eum Joannes Papa gratanter ſuſcipiens, cum acclamatione totius populi & cleri, honorifice ſuper cathedram Auguſtalem poſuit, & conſecratione ſua fecit Imperatorem, menſe Februario anni nongenteſimi ſexageſimi ſecundi, ut conſtat ex ejus diplomate, decimo tertio die ejuſdem menſis, & eodem anno, dato, quo priorum Imperatorum donationes Romanæ Eccleſiæ factas ſic confirmat & auget. CHRISTI AN. 962.

Ottonis Imperator diploma de confirmatione jurium R. Eccleſ.

"Ego Otto Dei Gratia Imperator Auguſtus, una cum Ottone glorioſo Rege filio noſtro... ſpondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi B. Petro Principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo Domno Joanni ſummo Pontifici, & univerſali XII. Papæ, ſicut a prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in veſtra poteſtate atque ditione tenuiſtis, civitatem Romanam cum ducatu ſuo ... nec non exarchatum Ravennatem ſub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis & caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus Pipinus, & Domnus Carolus Imperator, prædeceſſores noſtri, B. Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jam dudum per donationis paginam contulerunt...nec non patrimonia ad poteſtatem & ditionem veſtram pertinentia ... Inſuper offerimus tibi, beate Petre Apoſtole, vicarioque tuo Domno Joanni Papæ, & ſucceſſoribus ejus, pro noſtræ animæ remedio... de proprio regno noſtro civitates & oppida cum piſcariis ſuis, id eſt, Reatem, Amiternum, Furconem, Nurſiam, Baluam, & Marſim, & alibi civitatem, Interamnem cum pertinentiis ſuis...," "Has omnes ſupradictas provincias, urbes, civitates, oppida, caſtella, viculos & Conc. t. 6. ed. Hard.

CHRISTI AN. 962. territoria, simulque patrimonia pro remedio animæ nostræ ... jam dictæ Ecclesiæ tuæ, beate Petre, & per te vicario tuo, spirituali Patri nostro Joanni summo Pontifici, ejusque successoribus, usque in finem sæculi, eo modo confirmamus, ut in suo detineant jure, principatu, atque ditione. „

Ibid. "Simili modo per hoc nostræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis Domnus Pipinus Rex, & postea Domnus Carolus excellentissimus Imperator, B. Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt: nec non & censum vel pensionem, seu cæteras donationes, quæ annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia, sive de ducatu Spoletano, sicut & in supradictis donationibus continetur.... Eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus census ad partem Ecclesiæ beati Petri Apostoli persolvatur, salva semper super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem & filii nostri subjectione.

Ibid. "Cæterum, sicut diximus, omnia superius nominata, ita ad vestram partem per hoc nostræ confirmationis pactum roboramus, ut in vestro permaneant jure, principatu, atque ditione, & neque a nobis, neque a successoribus nostris... in quacumque parte vestra potestas imminuatur... salva in omnibus potestate nostra, & filii nostri, posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto & constitutione ac promissionis firmitate Eugenii Pontificis, successorumque illius continetur, id est ... ut omnis clerus, & universa populi Romani nobilitas propter diversas necessitates Pontificum irrationabiles erga populum sibi subjectum asperitates retundendas, sacramento se obligent: quatenus futura Pontificum electio ... canonice & juste fiat, & ut ille, qui ad hoc sanctum atque Apostolicum regimen eligitur, nemine consentiente, consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præsentia missorum nostrorum, vel filii nostri, seu universæ generalitatis, faciat promissionem pro omnium satisfactione, atque futura conservatione, qualem Domnus & venerandus spiritualis Pater Leo (IV.) sponte fecisse dignoscitur... Hæc etiam inserenda prævidimus, ut in electione Pontificum, neque liber, neque servus ad hoc venire præsumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem SS. Patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram institutionem ire præsumpserit, exilio tradatur. Insuper ut nullus missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus. „

Ibid. "Huic etiam institutioni hoc necessario annectendum esse perspeximus: ut missi domni Apostolici, seu nostri, sint semper constituti, qui annuatim nobis vel filio nostro renuntiare valeant, qualiter singuli duces ac judices populo justitiam faciant .... Decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam ducum seu judicum fuerint inventi, ad notitiam domni Apostolici deferant. Et ipse unum e duobus eligat, aut statim per eosdem missos fiant ipsæ necessitates emendatæ, aut misso nostro nobis renuntiante, per nostros missos a nobis directos emendentur. „ His subscripsere, Otto Imperator, decem Episcopi, quorum primus est Adalargus Hamburgensis Archiepiscopus: duo Abbates, sex comites, octo viri primarii.

Chron. Regin. l. 2. Imperator Otto Joanni Papæ oppida Ecclesiæ ad id tempus recuperata restituit, ingentibusque auri & argenti & gemmarum muneribus Papam honoravit; sed vicissim jusjurandum ab eodem Papa Joanne supra corpus S. Petri, atque ab omnibus civitatis proceribus accepit, se numquam Berengario atque Adelberto ejus filio auxiliaturum, & numquam se ab eo defecturum. Nulla fit in eo Ottonis diplomate & sequentibus mentio donationis Ludovici Pii, licet ejus non minus quam aliarum faciendæ esset, ut pariter confirmaretur. Ac proinde supposititia est.

Flodoar. chron. II. Meldensis synodus circa idem tempus de sede Remensi vacante Papam consuluit. Artaldo quippe mortuo, qui in eam fuerat restitutus, Hugo fratribus adnitentibus, & faventibus quibusdam Episcopis, hunc Episcopatum sibi vindicare conabatur. Lotharius Rex ei favebat. Bruno vero Colonienſi Reginæ Gerbergæ sorori suæ prudenter suasit, ut Hugonis restitutionem prohiberet. Res discussa est in concilio tredecim Episcoporum, qui ad Matronam fluvium in pago Meldensi convenerant, sub medium mensis Aprilis anni nongentesimi sexagesimi secundi. Sed quoniam Hugo authoritate Apostolica fuerat exauthoratus, & anathemate damnatus, Meldenses Patres Papam consuluerunt, qui respondit, Hugonem rejiciendum. Itaque ad Episcopium Remense elegerunt Odalricum illustrem clericum, quem Remis ordinarunt. CHRISTI AN. 962.

Sigibert. chron. Sanctus Guibertus cœnobii Gemblacensis fundator, decimo Kalendas Junii ejusdem anni migravit ad Deum in solitudine Gorzienſi, quem Deus multis miraculis per annos duodecim clarificavit. Quapropter sequenti sæculo authoritate Friderici Colonienſis Archiepiscopi, & assensu generalis synodi ab Osberto Legionensi Episcopo ejus corpus elevatur. Non alia ratione tunc Sanctorum honores viris beatis deferebantur.

Regin. chron. l. 2. III. Interea Imperator Otto Roma profectus, Papiæ Pascha celebravit. Adalbertus vero huc illuc discurrens, quoscumque poterat, sibi undique attraxit. Romanum etiam Pontificem multipliciter in suum adjutorium sollicitavit. Imperator autem cum exercitu movens Berengarium in monte S. Leonis obsedit, totamque ibi æstatem sedens, montem undique circumdedit, & ne aliquatenus pateret introitus vel exitus, prohibuit. Interim Joannes Papa promissiones Imperatori factas oblivioni tradens, ab eo defecit, & Berengarii partibus favens, Adalbertum ejus filium Romam intromittit. Imperator hæc audiens, relicta circa montem obsidione, Romam cum exercitu pergit. Joannes Papa & Adalbertus ejus adventum metuentes, cum thesauro S. Petri fugæ subsidia petunt. Romani, licet studiis divisi, dum alii Papæ, alii Imperatori favent, Ottonem tamen cum honore suscipiunt, seque per omnia datis obsidibus illius ditioni subjiciunt.

Papæ & Imperatoris dissidium.

Conc. t. 6. ed. Hard. Romana Synodus. Imperator post triduum triginta septem Episcoporum synodum coadunavit; plerique erant Itali. Aderat pars præcipua cleri Romani cum optimatibus. Imperator quæsivit, Cur hunc cœtum Papa declinaverit. Responderunt omnes: Aperte diabolica tractat negotia. Imperator dixit: Justum nobis videtur, ut accusationes nominatim exprimantur. Tunc eum accusarunt simoniæ, impietatis, & sacrilegii, adulterii, & incestus, ita ut sacrum palatium lupanar fecerit. Eaque scelera esse notoria contestati sunt, anathematique perpetuo se subjicientes, si Papæ falsa imponerent.

Ibid. Imperator suo & Episcoporum nomine Joanni Papæ scribens, simul misit libellum, scelera, quorum accusabatur, continentem, sicque concludit: Oramus paternitatem vestram obnixe venire, atque ex his vos omnibus purgare non dissimuletis: si forte vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter sanctorum canonum sanctionem. Data octavo Idus Novembris. Papa rescripsit: " Nos audivimus dicere, quod vultis alium Papam facere: si hæc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullam ordinare & Missas celebrare. „ Romam ad synodum advenere quatuor Episcopi, quorum primus Henricus Trevirensis Archiepiscopus; alii tres erant Itali, & coram eis Papæ literæ recitatæ sunt.

Ibid. Imperator suo & synodi nomine rursus Papæ literis significavit: Si ad synodum venire & objecta purgare non differtis, authoritati vestræ procul dubio obediemus; sed si, quod absit, venire, & objecta vobis capitalia crimina purgare dissimulatis; cum præsertim vos venire nihil impediat ... tunc excommunicationem vestram parvi pendemus, eam potius in vos retorquebimus; quoniam juste quidem facere possumus. Quod ut probent, addunt inferius, Judam post suam proditionem neminem solvere vel ligare potuisse nisi se ipsum: quod erroneum est, siquidem essent inde consequens, presbyteros graviter peccantes amittere suam jurisdictionem. Quod in Wicleffo & Joanne Hus damnavit synodus Constantiensis. Missæ sunt per Hadrianum Cardinalem Presbyterum, & Benedictum Cardinalem Diaconum, qui, cum Papam invenire non possent, cum iisdem literis ad synodum sunt reversi.

Ibid. *Joannes Papa deponitur.* Omissa est tertia citatio, fortassis, quia Papæ latenti eam significare impossibile videbatur. Imperator breviter exposuit, quomodo in Italiam venerit a Papa vocatus adversus Berengarium, & postea

contra

CHRISTI AN. 962. contra juramentum dux belli cum Adelberto ejus filio, quem Romam evocaverat, factus ſit. Quid, inquit, ſuper hoc ſynodus decernat, attendat. Epiſcopi reliquuſque clerus dixerunt: " Inauditum vulnus inaudito cauterio eſt exurendum . . . . . Petimus itaque magnitudinem Imperii veſtri, monſtrum illud nulla virtute redemptum a vitiis, a ſancta Romana Eccleſia pelli, aliumque ejus loco conſtitui, qui nobis exemplo bonæ converſationis præeſſe valeat. „ Placet, inquit Imperator, quod dicitis . . . . . Tunc omnes una voce dixerunt: " Leonem Romanæ Eccleſiæ protoſcriniarium, virum approbatum, ad ſummum ſacerdotii gradum nobis in paſtorem eligimus, ut ſit ſummus & univerſalis Papa Romanæ Eccleſiæ, reprobato ob mores improbos Joanne Apoſtata. „ Cum hoc omnes tertio dixiſſent, annuente Imperatore, Leonem ad Lateranenſe palatium ducunt, & poſtea in eccleſia S. Petri conſecrant, & fideles ei ſe futuros jurejurando promittunt.

Sed in his unum duntaxat recte pronuntiarunt, ſcilicet, inauditum eſſe ejuſmodi remedium: Quadraginta enim epiſcopi, etiam annitente Imperatore, Papam legitimum, quamvis improbum, deponere non poſſunt. Hoc tamen exemplum ſecuti ſunt poſteriores Imperatores: hinc, quamvis eorum cauſa fuiſſet probabilis, & veram paſſi fuiſſent injuriam, irregulariter & contra omnem authoritatem deponentes Romanum Pontificem, ac inducentes antipapam, excommunicationi facti ſunt obnoxii. Ejus quidem ſynodi acta periere. Hæc autem ſuperius dicta refert Luitprandi continuator; ejusdem ſynodi & Joannis Papæ depoſitionis & conſecrationis meminit Reginonis continuator, & Petrus bibliothecarius in vita Joannis XII. quam ſcripſit.

CHRISTI AN. 963. LEO DIAC. IV. In Oriente Romanus junior Imperator, cum in Nicephorum Phocam prætorianorum præfectum, atque in ejus fratrem Leonem patricium omnem Imperii curam exoneraſſet, voluptuoſe dies agebat extra Byzantium cum æqualibus, palponibus, & viris male conſultis, ac ganeonibus, venatuque totus geſtiebat. His voluptatibus brevi conſumptus, die decima quinta Martii, indictione ſexta, id eſt, anno nongenteſimo ſexageſimo tertio, e vivis exceſſit, cum imperaſſet annos tres, menſes quatuor: duos parvulos filios reliquit. Itaque Nicephorus Phocas ab exercitu, cui præerat, Imperator acclamatur, atque a patriarcha Polyeucto coronatur; qui tamen, ne in ſanctuarium ingrederetur, prohibuit, dum ſtatutam pro ſecundis nuptiis peregiſſet pœnitentiam; Theophanonem enim Romani relictam accepit in uxorem. Poſtea cum rumor increbuiſſet, has nuptias eſſe illegitimas, quippe Nicephorus Theophanonis liberorum e ſacro lavacro ſuſceptor extiterat, Polyeuctus patriarcha omni ſtudio contendebat, vel ut uxorem dimitteret, vel ab ingreſſu eccleſiæ abſtineret. Imperator vero negabat, ſe liberorum Theophanonis fuiſſe ſuſceptorem, ſed patrem ſuum Bardam hoc munus obiiſſe; quod juramento confirmavit Stylianus palatii protopapa, id eſt, primus presbyter. Polyeuctus, quamvis eum falſum juraſſe cognoſceret, tamen diſſimulavit.

Nicephorus Imp.

CHRISTI AN. 694. REGIN. CHRON. L. 2. V. Imperator Otto Romæ natalem Domini celebravit; & ne conſumeretur populus Romanus ob multitudinem exercitus, multis, ut redirent, licentiam dedit. Romani vero tunc ab Imperatore deficientes etiam eum occidere nitebantur: ſed inſidiis eorum patefactis, tertio nonas Januarii anni nongenteſimi ſexageſimi quarti cum pauciſſimis ſuorum eos invaſit Imperator, & non modicam illorum multitudinem proſtravit. Die ſequenti Romani ad eum venientes dederunt centum obſides, & ſupra corpus S. Petri ſub jurejurando fidelitatem Imperatori, & Papæ Leoni promiſerunt. Imperator poſt octo dies Spoletanum ducatum & Camerinum ordinaturus exivit, & ad preces Leonis Papæ Romanis obſides dimiſit, Berengariumque captum cum uxore Willa miſit in Bavariam. Romani ſtatim Joannem Papam in urbem intromittunt, qui Joannem diaconum & Azonem ſcriniarium crudeliter detruncavit, & Origerum Spirenſem epiſcopum flagellatum poſtea remiſit. Leo antipapa vix cum paucis confugit ad Imperatorem.

CONCIL. TOM. 6. ED. HARD. TOM. 9. LABBE. Joannes Papa præterea die vigeſima ſexta Februarii ejusdem anni in baſilica S. Petri ſexdecim epiſcoporum ſynodum celebravit. Aderant duodecim presbyteri; eorum plerique ſynodo, in qua depoſitus eſt, interfuerant, hinc nihil ſtatutum eſt de iis, qui ejus depoſitioni conſenſerant. Joannes Papa conqueſtus eſt, ſe Imperiali vi expulſum a propria ſede per duos menſes. Quapropter, inquit, rogo vos, ſi dici poteſt ſynodus illa, quæ habita eſt, me abſente, in eccleſia mea . . . . Synodus reſpondit: Proſtibulum eſt favens adultero, nempe Leoni intruſo. Papa dixit: Ergo damnanda eſt a nobis? Synodus reſpondit: Authoritate SS. Patrum damnanda. Tunc Papa damnavit eam in perpetuum, & dixit: Quid cenſetis de Sicone epiſcopo, qui in noſtro patriarchio Leonem curialem & neophytum atque perjurum noſtrum, jam oſtiarium, lectorem, acolytum, ſubdiaconum, diaconum, atque ſubito presbyterum ordinavit, atque ſine aliqua probatione in noſtra Apoſtolica ſede conſecrare non formidavit? Synodus reſpondit: Deponatur ipſe qui ordinavit, & qui ab eo ordinatus eſt. Eorum depoſitio dilata eſt in diem tertium, ſi forte quæſiti reperirentur.

CHRISTI AN. 694.

Papa dixit: Quid ergo de invaſore noſtræ ſedis cenſetis? Synodus dixit: Omnino damnetur . . Tunc Papa dixit: Sit Leo curialis ac neophytus ac perjurus noſter . . . . . Spiritus ſancti per nos judicio omni ſacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorſus exutus. Ita ut, ſi poſt hanc conſtitutionem . . . . unanimitate & conſenſu totius concilii promulgatam, tentaverit in Apoſtolico throno reſidere, aut ſi ulterius auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio more ſacerdotis contingere . . . . nullo modo liceat ei communionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed anathematis vinculo innodatus maneat una cum ſociis ſuis atque fautoribus perpetuo . . . . & ſacrum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti nonniſi vicino mortis periculo omnino percipiat. Quicumque autem ei conſilium aut adjutorium dederit ad percipiendum eccleſiaſticum honorem, quo regulariter exſpoliatus eſt, anathema ſit. Papa rurſus dixit: Quid ſentitis de iis, qui ab eo ordinati ſunt? Synodus reſpondit: Priventur honore, quem ab ipſo acceperunt. Tunc Papa præcepit eos ingredi in concilium cum veſtimentis, planetis atque ſtolis, & unumquemque eorum in chartula ſcribere fecit: Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi dedit: & ſic eos exutos revocavit in priſtinum gradum. Ibid.

In ſecunda ſeſſione ſynodus eorum, qui Leonem conſecraverunt, damnationem diſtulit in ſequentem ſeſſionem. Abbates, qui priori ſynodo interfuerant, Papæ judicio reliquit, ſtatuitque, ut numquam minor majori ſuo gradum tollere præſumat: ſi autem fecerit, communione privetur uſque ad emendationem, atque ut in ſuis monaſteriis habitent monachi. Demum epiſcopos & clericos, qui Leoni pecuniam mutuo dederant, depoſuit, laicos vero anathemati ſubjecit. Ibid.

In tertia actione, Joannes Papa, conſentiente ſynodo, Siconem Oſtienſem, qui Leonem conſecraverat, depoſuit, ſtatuitque, ut ei nullo modo liceat in quacumque ſynodo reſtitutionis ſpem aut locum habere ſatisfactionis. Quod ſi, inquit, de reliquo præſumpſerit in ſacro officio more ſacerdotis quovis tempore miniſtrare, anathema ſit. Et omnes ei communicantes ab eccleſia ejiciantur; ſed & ipſi anathema ſunto, & quos Leo neophytus & ſedis Apoſtolicæ invaſor ordine provexit, ad priſtinum revocamus gradum. Demum Papa dixit: Statuite, ſi placet, ut in circuitu altaris aut in presbyterio nullus laicorum ſtare præſumat quoties Miſſarum ſolemnia celebrantur: quod ſi quis fecerit, communione privatus maneat uſque ad emendationem. Synodus dixit: Hoc quoque omnibus placet. Nunc vero in pleriſque Miſſis privatis fœminæ ſcandaloſe ornatæ gradibus altaris inſiſtunt. Omnes ſubſcripſere poſt Joannem Papam, qui ſecundo Idus Maji ejusdem anni rebus humanis exceſſit, cum ſediſſet annos octo & duos fere menſes. Luitprandi continuator ſcribit, eum cum muliercula dormientem, tam valide percuſſum in temporibus, ut abſque viatico deceſſerit. Reginonis continuator, licet Joanni contrarius faveat Imperatori, hanc ejus mortis circumſtantiam ne quidem inſinuat. Ibid.

REGIN. CHRON. L. 2. VI. Romani, non modice metuentes Imperatoris adventum, Benedictum Romanæ Eccleſiæ diaconum eligunt, & legatos mittunt ad Imperatorem, qui Joannis mortem ei nunciaverunt, & de electione Benedicti rogaverunt; ſed nihil ab eo obtinere

CHRISTI AN. 964. potuerunt, & respondit: Quando dimisero ensem meum, tunc Leonem Papam in cathedra S. Petri non restituam. Nunciis reversis, Romani sine consensu Imperatoris Benedictum in Romanum Pontificem ordinaverunt. His auditis, Imperator cum exercitu Romam rediit, & firma eam omni parte obsidione, ne quis pateret exitus, munivit. Benedictus Imperatori & ejus militibus excommunicationem comminatus, Romanos ad defensionem animabat; sed fame constricti, nono Kalendas Julii portas urbis aperiunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromisso, Benedictum ei tradiderunt, & Leonem coacti recipiunt.

Benedictus fit Papa & deponitur.

Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 9. Labbè.

Ibid.

Leo statim, coadunata episcoporum multitudine, conciliabulum in Lateranensi ecclesia habuit. Benedictus pontificalibus vestibus indutus adducitur, quem Benedictus cardinalis archidiaconus tali est sermone aggressus: Qua tibi authoritate, quave lege, o invasor, hæc pontificalia indumenta usurpasti, superstite hic præsente Domno nostro venerabili Papa Leone, quem tu nobiscum, rejecto Joanne, ad Apostolatus culmen elegisti? Num inficiari potes, præsenti Domino Imperatori juramento promisisse, numquam te cum cæteris Romanis Papam electurum, aut ordinaturum, absque illius filiique sui regis Ottonis consensu? Benedictus respondit: Si quid peccavi, miseremini mei. Tunc Imperator effusis lacrymis rogavit synodum, ne Benedicto præjudicium fieret: si vellet & posset, ad interrogata responderet; quod si non posset, aut nollet, ac se culpabilem redderet, tamen pro timore Dei misericordiam aliquam inveniret. Benedictus tunc ad Leonis Papæ pedes ipsiusque Imperatoris concite procidens, se peccasse, seque Romanæ sedis invasorem esse acclamavit: Post hæc pallium sibi abstulit, quod cum pontificali ferula Leoni Papæ reddidit: quam ferulam Leo fregit. Deinde Benedictum in terra sedere præcepit, cui casulam cum stola pariter abstulit, & dixit episcopis: Benedictum Romanæ sedis invasorem omni pontificatus & presbyteratus honore privamus. Ob eleemosynam vero Domni Imperatoris, diaconatus eum ordinem habere permittimus, & non jam Romæ, sed in exilium destinamus.

Regin. chron. l. 2.

Imperator celebrata SS. Apostolorum festivitate ab urbe discessit; sed in reditu magna pestis & mortalitas exercitum ejus invasit: Benedictum Papam hujus nominis V. Adalargo Hamburgensi Archiepiscopo custodiendum dedit, qui eum Hamburgi usque ad obitum magno cum honore detinuit.

CHRISTI AN. 965.

Adam Brem. l. 2. c. 6.

Benedictus hic in sancta conversatione vivens, aliosque sancte vivere docens, cum jam, Romanis poscentibus, a Cæsare restitui debuisset, in pace quievit tertio Nonas Julii anni nongentesimi sexagesimi quinti. Monumentum ejus cum cenotaphio, sed post aliquot sæcula erectum, Hamburgi videtur in choro majoris ecclesiæ. Otto III. ejus ossa Romam reduci præcepit: namque idem Domnus Apostolicus, dum adhuc Aquilonaris hæc pars pace gauderet, dixerat: Hic fragile corpus meum debet resolvi: & post hæc omnis ista regio generali gladio desolanda, ferisque inhabitanda relinquetur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam: Quandocumque vero domi residebo, Apostolica intercessione, paganos quiescere spero. Quæ omnia, ut prædixerat, esse secuta, testatur Dietmarus in chronico.

Regin. chron. l. 2.

Leo dictus VIII. jam diem extremum obierat, ineunte Aprili ejusdem anni, cum Romanam sedem per vim occupasset per menses fere undecim a Joannis obitu. Romani legatos ad Imperatorem mittunt pro instituendo, quem vellet, Romano Pontifice; honorifice susceptl remittuntur, & Orgerus Spirensis, & Linzo Cremonensis episcopus cum iis ab Imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Joannes Narniensis episcopus eligitur, sedique Apostolicæ Pontifex inthronizatur, & dictus est Joannes XIII.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

VII. Interea Edgarus Anglorum rex sequentem donationis & confirmationis chartam dedit: "Si quidem antecessorum meorum temporibus monasteria penitus destructa sunt in Anglia, quæ ego ad Dei laudem pro remedio animæ meæ reparare devovi, etiam quadragesimum septimum cum monachis & sanctimonialibus constitui, & usque ad quinquagesimum meæ munificentiæ oblationem protendere decrevi. Unde nunc monasterium, quod Oswaldus episcopus in sede Wiogreceastere, in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ ampliavit, & eliminatis clericorum næniis, & spurcis lascivis, religiosis Dei servis monachis meo consensu suffultus locavit, Ego ipsis monasticæ religionis viris regali authoritate confirmo, & adstipulatione optimatum corroboro. Ita ut jam amplius non sit fas neque jus clericis reclamandi quidquam inde: quippe qui magis elegerunt cum sui ordinis periculo & ecclesiastici beneficii dispendio suis uxoribus adhærere, quam Deo caste & canonice servire: & ideo cuncta, quæ illi de ecclesia possederunt, cum ipsa ecclesia, sive ecclesiastica sive sæcularia, tam mobilia quam immobilia ipsis Dei servis monachis ab hac die perpetualiter regiæ munificentiæ jure deinceps possidenda trado & consigno. „ Huic decreto subscripsere rex Eadgarus, regina Alfritha, Dunstanus Dorobernensis Archiepiscopus & Oscitelus Eboracensis & tres duces. Joannis Papæ XIII. epistola nunc extat ad regem Edgarum, ut, de episcopatu Wintonienſi expulsis impudicis clericis, monachos introducat . . . . . & addit: "Ut pastore ejus ecclesiæ ad laboris sui præmium vocato, non aliunde quam ex illa monachorum congregatione alter in locum regiminis succedat. Quod si in ea idoneum ad pontificale officium inveniri minime posse contigerit, authoritate Apostolorum Principis Petri præcipimus, ut nemo ex clericorum ordine ad hujus regimen ecclesiæ promoveatur; sed potius ex alia qualibet congregatione, qui dignus inventus fuerit, monachus assumatur, & huic ecclesiæ præficiatur. „

CHRISTI AN. 96[illegible].

Joannes XIII. postquam pontificatum suscepit, majores Romanorum elatiore animo, quam oporteret, insequitur. Quapropter eos brevi inimicissimos passus est: ab urbis præfecto & quodam Rotfredo comprehenditur, & urbe pulsus in Campania custodiæ per undecim menses traditur. Eum Deus consolatus est fidei propagatione in Polonia; nullus hactenus in ea fuerat, qui publico nomine religionem palam profiteretur. Miecislaus Poloniæ dux a Christianis suis subditis, qui jam tum frequentes etiam ex primoribus erant, persuasus, primus se Christianum principem esse palam professus est, anno nongentesimo sexagesimo quinto. Eorumdem consiliis accepit in uxorem Dambroucam Boleslai Bohemiæ ducis filiam Christianam. Joannes Pontifex hæc læta ubi primum accepit, legatum ad Miecislaum misit Ægidium Tusculanum episcopum, qui ducem ac gentem in fide confirmaret, atque sedes episcopales constitueret. Licet autem plures episcopatus fuerint instituti, Gnesnensis tamen non erecta est in Metropolim ante annum millesimum.

Regin. chron. l. 2.

Stanisl. in vit. epis. Plocens.

Fides propagatur in Polonia.

VIII. Bruno Colonienſis Archiepiscopus eodem anno profectus ad conventum Compendiensem in Gallias, ut nepotes suos Lotharium Francorum regem & Hugonis Magni filios ad concordiam revocaret, in reditu Remis obiit quinto Idus Octobris. Ejus corpus Coloniam relatum, sepultum est in monasterio monachorum, quod in honore sanctorum Pantaleonis, Cosmæ & Damiani & Quirini extra urbis muros construxit. Alia plura reparavit. Ecclesiæ princeps fuit virtutibus non minus quam amplissimis natalibus & dignitatibus illustris, in magnis occupationibus, sacræ lectioni, meditationi & prædicationi semper intentus, in aula magnifica modestus in suis vestibus, in rerum omnium abundantia sobrius & abstinens, mundique contemptor. Lotharingiæ regnum pacificavit, ejus clerum reformavit; ei successit Folemarus diaconus. Alberone Metensi episcopo septimo Kalendas Maji ejusdem anni mortuo, ei suffectus est Theodoricus Imperatoris consobrinus.

CHRISTI AN. 968.

Flodoardi mors & opera.

Quinto Kalendas Aprilis anni sequentis ad meliorem vitam transiit Flodoardus, scientia & honore sanctitatis venerandus. Sparnacii prope Matronam natus, in Remensi schola literas didicit. Ejusdem ecclesiæ postea presbyter fuit & canonicus. Remensem historiam quatuor libris composuit ex vetustis illius ecclesiæ archivis, conciliorum actis, gestis martyrum, & Pontificum epistolis erutam. In magna ejus styli barbarie mirificus candor veritatis amicus elucet. Scripsit & chronicon, in quo res ætate sua gestas, ab anno nongentesimo decimo septimo usque ad annum nongentesimum sexagesimum quintum digessit per annos. Scripsit etiam versibus plures libros de triumphis Italicis martyrum & confessorum, quorum liber decimus tertius a Gregorio Papa II. usque ad Leonem VII. editus est. Alii quatuordecim libri

cum

Christi An. 966. cum reliquis ejus operibus habentur tantum manuscripti.

Regin. chron. l. 2. IX. Otto Romam profectus est anno nongentesimo sexagesimo sexto. Romani metuentes Imperatoris adventum, Rotfredo jam mortuo, e custodia Joannem Papam absolvunt, & veniam pro malis, quæ ei ingesserant, poscentes, illum in sedem suam restituunt. Romæ natalem Domini celebravit Imperator, & excepto urbis præfecto, qui aufugerat, tredecim ex majoribus Romanorum, qui authores expulsionis Joannis Papæ fuerant, suspendio necari jussit. Inde progrediens Spoletum, Ravennam adiit, ibique Pascha celebrans cum Joanne Papa plurimos ex Italia, & Romania episcopos coadunavit, & synodum celebravit. Heroldus Salisburgensis episcopus, qui ecclesiam expoliaverat, thesaurum Hungaris paganis erogaverat, seque eis in Christianorum necem, & deprædationem junxerat, adversus Imperatorem perduellis, atque ob ea scelera fuerat excæcatus, & depositus, & tamen sacris adhuc operabatur, excommunicatus est, & Fredericus in ejus locum electus, confirmatus est. Hic Heroldus idem est cum Gerardo, cujus sub Agapito II. meminimus. Actum Ravennæ septimo Kalendas Maji, indictione decima, id est, anno nongentesimo sexagesimo septimo. Post Papam subscripsit Imperator, sequuntur subscriptiones quinquaginta sex episcoporum, quorum primus est Rhodoaldus Aquilejensis.

Ravennat. synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. Lab.

Christi An. 967.

Imperator plurimas Sclavorum nationes in confinio Saxoniæ multo se labore ad Christum convertisse retulit. Et quia rudes, & necdum stabiles erant, qua ratione in fide corroborari deberent, synodum consuluit. Synodus has gentes nonnisi per episcopos in convenientibus locis erudiri posse censuit, quæ fuit semper totius antiquitatis sententia. Atque ut tutior in ordinandis episcopis sit opportunitas, Archiepiscopum eis constitui atque præponi communi deliberatione judicavit. Et placuit omnibus civitatem Magdeburgensem, quæ est in confinio Saxonum, & Sclavorum, & in qua plures ecclesias construxerat Imperator, canonicosque constituerat cum magnis reditibus, fieri cathedram archiepiscopalem; quod approbavit Imperator, & privilegio sedis Apostolicæ corroborari postulavit, quodque actum est tum a summo Pontifice, tum a cæteris episcopis. Verum, quia præsul Halberstadensis synodo non affuit, causæ clausulam in ejus adventum differre placuit, ut hanc civitatem ipse a debito subjectionis absolveret. Haldewardus Halberstadensis nonnisi post sexdecim menses cum Hattone Moguntino suo Metropolitano venit, atque ex ejus consensu, facto in præsentiarum pari æstimatione concambio Imperatori postulanti tradidit Magdeburgensem, & Merseburgensem civitates cum omnibus pertinentiis, cum omni decimatione, banno, subjectione, obedientiis in omni ordine ecclesiastico, prout ea Halberstadensis ecclesia possederat. Recepit autem ab Imperatore in partem, & utilitatem ecclesiæ suæ omnem decimationem in Hosgoive cum omni possessione abbatiæ S. Wicberti, quam Imperator ejus fundator acquisierat. Hanc permutationem jussu Papæ, & Imperatoris confirmarunt triginta tres episcopi.

Magdeburg. Archiepiscopatus.

Ibid. Adelbertus, antea cœnobiis monachus, Ottonis jussu fuerat consecratus episcopus, & missus ad Russos, ut eis prædicaret Evangelium: sed barbaræ gentis animos flectere non potuit; expulsus est ex eorum finibus, nonnullisque e suis interfectis, vix evasit incolumis. Hunc Imperator cum literis pro pallio, & privilegio suscipiendo direxit ad Joannem Papam XIII., qui benignissime eum suscipiens, Apostolica authoritate Archiepiscopum fore, ejusque successores decrevit, eique dans pallium, privilegio Apostolicæ authoritatis sanxit ac confirmavit eum in omni ecclesiastico ordine primarum habere omnium ecclesiarum .... crucis signaculum ante se ferre, & inter cardinales episcopos Romanæ sedis consortium habere. Præterea duodecim presbyteros, septem diaconos, viginti quatuor subdiaconos cardinales, ad morem Romanæ Ecclesiæ ordinare, qui ad principale altare ministrantes quotidie, excepto jejunio, dalmaticis, & sandaliis uterentur, & tunicis induerentur .... Præterea statuit, eum esse Metropolitanum totius ultra Salam, & Albiam gentis Sclavorum, atque ut in certis civitatibus secundum desiderium Imperatoris episcopia fundarentur, quorum pastores Magdeburgensi Archiepiscopo fidem, & subjectionem debendo sociarentur .... His peractis præfatus Archiepiscopus cum legatis Romanæ Ecclesiæ, Windone scilicet episcopo, bibliothecario, & Benedicto cardinali, qui illum cum Hildewardo Halberstadensi episcopo sedi suæ inthronizarent, dimissus remeavit ad Imperatorem, qui illum cum literis commendatitiis Magdeburgum destinavit. Illuc episcopi, & principes Saxoniæ convenientes, ipsum honorifice susceperunt, & cum præfatis Apostolicæ sedis legatis celebri ritu inthronizaverunt. Adelbertus in eorum præsentia Bosonem monachum Merseburgensi, Burchardum Misnensi, Hugonem Cizensi ecclesiis, primos episcopos ordinavit, & Adeldagum primum ecclesiæ Magdeburgensis præpositum instituit. Dudo quoque Havelbergensis, & Dudelinus Brandeburgensis episcopi, prius quidem Moguntino subjecti, sed tunc agente Imperatore ab ejus obedientia absoluti, Magdeburgensi ecclesiæ, ejusque Archiepiscopo cum præfatis fratribus fidem, & subjectionem promisere. Cizensis sedes in Misnia postea Neoburgum translata est.

Christi An. 967.

X. Eodem anno nongentesimo sexagesimo septimo, Boleslaus crudelis Bohemiæ dux obiit. Ejus filius Boleslaus ei successit, patri multum dissimilis, moribus bonis, & conversatione spirituali. Erat enim vir Christianissimus, fide Catholicus, pater, & defensor clericorum, & indigentium, viginti ecclesias erexit, & eas omni ecclesiastica utilitate ampliavit. Ejus soror Mada, virgo sacra, literis erudita, cum orationis gratia Romam venisset, a Papa Joanne benigne suscipitur, qui volens novæ ecclesiæ subvenire, cum aliquamdiu Romæ monasticis fuisset instituta disciplinis, eam consecrat abbatissam, & vocat Mariam, dans ei S. Benedicti regulam. Et redeunti tradit literas Apostolicas ad ejus fratrem Boleslaum. Annuimus, inquit, & incanonizamus, ut ad ecclesiam S. Viti, & S. Wenceslai martyrum fiat sedes episcopalis: ad ecclesiam vero S. Georgii martyris, sub S. Benedicti regula, & obedientia filiæ nostræ Mariæ sororis tuæ, constituatur congregatio monialium; verumtamen non secundum ritum ac sectam Bulgaricæ gentis vel Ruziæ, aut linguæ Sclavonicæ, (Hæ quippe gentes ritum græcum sequebantur) sed magis sequens constituta, & decreta Apostolica, unum potiorem ad placitum totius ecclesiæ eligas in hoc opus clericum, latinis apprime literis eruditum. Statim consilio ducis, & abbatissæ, ecclesia S. Viti decernitur futuro episcopo, & ecclesia S. Georgii datur abbatissæ Mariæ. Et Dietmarus de Saxonia monachus, & presbyter, vir eloquens, & literatus, qui olim causa orationis Pragam venerat, per legatos evocatur. Boleslaus deinde clerum, primates, & populum convocans, effecit, ut eum sibi in episcopum eligant. Qua re parata, eum direxit ad Ottonem Imperatorem, orans per literas, ut in episcopum Bohemis ordinaretur; quod Imperator consilio Principum, & Præsulum fieri jussit: a Willelmo Moguntino episcopo Imperatoris filio consecratus in civitate Praga, modulante clero, & duce, populoque concinente susceptus, ecclesias a fidelibus in multis locis constructas consecravit, & multos gentiles baptizavit.

Chron. Magdeburg.

Chron. Bohemic.

Institutio episcopatus Pragensis.

XI. Imperator Otto cum Ottone filio in Italiam profectus, Natalem Domini diem Romæ celebravit, & filius ejus benedictionem augustalem a Joanne Papa recepit, & Imperator Augustus ab omnibus appellatus est. Otto pater Luitprandum Cremonensem episcopum direxit ad Imperatorem Nicephorum, pro conjungenda in matrimonium suo filio Theophania Romani junioris filia, ipsiusque Nicephori privigna. Re infecta rediit, Græci quippe poscebant, ut Roma cum exarchatu Ravennensi sibi restitueretur. Luitprandus adhuc diaconus Ticinensis rerum præsertim suo tempore gestarum narrationem sex libris comprehendit, scilicet ab anno octingentesimo nonagesimo primo, quo Fresinettam occuparunt Saraceni, usque ad annum nongentesimum sexagesimum tertium, quo Joannes Papa depositus est. Dubitant tamen periti critici, utrum sex ultima capita libri sexti sint ipsius opus, an alter anonymus ea supraddiderit: merito in eo reprehenditur nimium partium studium, quosdam atrocius onerat conviciis, aliis vero serviliter adulatur, & quandoque turpiter jocatur; quæ diaconum non decent, historicoque fidem abrogant. Scripsit & suæ legationis relationem. In ea notat sordidam Græcorum præsertim episcoporum avaritiam, & Imperatorum violentiam, qui sub pensionis nomine gravia tributa ab ecclesiis exigebant.

Regin. chron. 2. l. 2.

Nice-

Christi An. 968. Nicephorus huic legationi non diu supervixit. Multis victoriis illustris, Cyprum, Cretam, & magnam partem Orientis cum Antiochia, expulsis Saracenis, receperat. Dum autem in Oriente versaretur, monachus quidam ei porrexit epistolam, qua eum de futura intra tres menses morte admonebat, statimque se subduxit, nec usquam repertus est. Imperator exinde in mœstitia vitam agens, humi in strata pelle dormiebat. Monachi brevi pallio corpus suum cooperiebat, quoties intemerata Christi mysteria sumere constituisset.

Nicephori mors. Leo Diac.

Ibid. Theophanon Imperatrix, quæ eum oderat, magnis precibus instabat, ut Joannem cognomento Tzimiscem militum magistrum evocaret: permisit, ut Chalcedonem veniens, ibi commoraretur. Inde noctu frequenter veniens Constantinopolim, cum Augusta de Nicephori morte sic deliberavit. Viros fortes mittebat, quos illa suscipiens, in tenebricoso cubiculo penes se servabat. Imperator die decima Decembris de insidiis admonitus, cubiculi sui præfectum jussit diligenter indagare latentes sicarios. Ille cubiculum, in quo latebant, stolide imperscrutatum reliquit. Sicarii ab Augusta gladiis instructi, postquam Joannes advenit, intrant in ejus cubiculum. Joannes illum ad se trahi jubet, exprobransque, quod ei militare abrograssetur imperium, illius abrepta barba, pectus calce pulsat, gladioque medium cerebrum transverberat, jubens, ut & alii eum cædant.

Christi An. 969. XII. Nicephorus hunc exitum habuit, ætatis anno quinquagesimo septimo, Imperii septimo, quatuor mensibus inchoato, Christi nongentesimo sexagesimo nono. Joannes diaconus author coævus multum laudat ejus fortitudinem, scientiam militarem, laborum tolerantiam, animum a voluptatibus alienum, magnificentiam, æquitatem, & pietatem. Cedrenus autem multa in eo vitia notat: imprimis avaritiam, qua tributa auxit in immensum, & tempore famis frumenti pretium adauxit, ita ut duos medimnos aureo vendi jusserit, cum in simili annonæ difficultate Basilius Macedo, publicis horreis apertis, medimnos duodecim pro unico aureo populis distribui præceperit: Demum quod ecclesiarum censum augeri non tantum prohibuerit, sed etiam annua dona, quæ locis sacris attribuerant ejus prædecessores, sustulerit, episcoporumque defunctorum spolia ac hæreditatem sibi vindicaverit.

Ibid. Illucescente die, Joannes Imperialibus vestibus indutus Nicephori caput militibus ostendi jussit, qui eum proclamarunt Imperatorem cum Romani liberis; sed cum veniisset in ecclesiam, ut a Patriarcha ex more coronaretur, Polyeuctus patriarcha ei denunciat, non ei licere templum ingredi, nisi prius Augustam aula expulerit, ac eum, qui Nicephorum occidisset, ostenderit, atque ea, quæ Nicephorus innovaverat, corrigeret, scriptumque redderet, quo ille sacerdotes sibi subjicere voluisset, ac scriptum, quod ab episcopis exegerat, ne quid rerum ecclesiasticarum, nisi ejus nutu permitterent. Joannes huic sententiæ modeste acquievit. Augustam in insulam Procen relegavit, Nicephori tomum synodo reddidit, & Leonem Valentem ostendit, sancte affirmans, illum unum Nicephoro manus intulisse, nec alium quemquam esse ejus mortis authorem.

Ibid. His expletis, Joannes in templum admissus est, atque a Polyeucto corona insignitus in palatium revertitur. Deinde substantiam omnem, quam privatus possederat, eratque valde copiosa, duplici portione divisit, hujusque partem in vicinos agricolas distribuendam dimisit, alteram nosocomio leprosorum assignavit, ampliatisque ædificiis, eorum, qui sacro morbo laborabant, numerum adauxit, ad eosque sæpe veniens, aurum erogabat, ulceraque membra, quoad licebat, fovere non recusabat.

Ibid. Saraceni tot cladibus exacerbati, Joannem Hierosolymitanum patriarcham vivum cum basilica sepulchri Salvatoris incenderunt, & Christophorum Antiochenum occiderunt; putabant enim, quod Nicephorum evocassent. Joannes Tzemisces Theodorum, qui a primis annis vitam solitariam egerat, eique prædixerat Imperium, patriarcham Antiochenum a Polyeucto consecrari jussit. Polyeuctus ipse, vix evoluto mense, defunctus est. Joannes postridie, convocatis in palatium episcopis, & senatu, Basilium monachum produxit, ejusque virtutes collaudans, eum in patriarchales ædes jussit ascendere: sequenti die, qui Dominicus erat, Basilius sacerdotalem unctionem accepit, ac Patriarcha acclamatur. Polyeucti nomen Græcorum Menæis adscriptum est ad diem quintum mensis Februarii. Christi An. 969.

S. Nico monachus, qui multos errores apud Armenos correxerat, eadem ætate Christianam religionem in insula Cypro restituit, multasque superstitiones, quæ, Saracenis per centum & triginta annos dominantibus, irrepserant, sustulit; ac magnam populi multitudinem, quam in religione Christiana erudierat, baptizavit. Ecclesiæ collapsæ passim instauratæ sunt, & clerus in eis restitutus. His peractis post biennium Epidaurum navigavit.

XIII. Iisdem temporibus Ecclesiæ status in Occidente florebat. Joannes Papa, intervenientibus Pandulpho Beneventanæ, & Capuanæ civitatum principe, ejusque filio Landulpho, has urbes erexit in Metropoles, & suffraganeos, quos consecrarent, attribuit ea lege, ut ipsimet Archiepiscopi Romæ a Papa consecrationem, & pallium acciperent: Erectionis bullæ subscripsere Papa, Imperator, & viginti tres episcopi. Quidam comes Imperatoris tunc ante oculos omnium a diabolo arreptus, ita ut seipsum discerperet, ejus jussu ad Papam Joannem adductus est; ubi primum catena S. Petri ejus collo circumducta est, diabolus abscessit. Theodoricus Metensis episcopus, interveniente Imperatore, ejus catenæ partem obtinuit. Sigebert. Gambiac.

S. Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus morum reformationem, præsertim in clero, promovebat in Anglia. Anno nongentesimo sexagesimo nono Joannis Papæ authoritate coacto generali concilio, statuit, & decreto firmavit, ut canonici omnes presbyteri, diaconi, & subdiaconi aut caste viverent, aut ecclesias, quas tenebant, dimitterent. Habebat autem regem Edgarum in hoc negotio fidelem adjutorem, qui etiam adversus clericorum vitia, & maxime incontinentiam forti, & pia oratione invectus, clericos ejiciendos decrevit, & introducendos monachos. Hujus decreti executio Oswaldo Wigornensi, & Ethelwoldo Wintonienſi episcopis commissa est. Oswaldus septem monasteria in sua diœcesi, ejectis clericis insolenter viventibus, construxit, & monachos introduxit, & abbates eis præfecit . . . . . In aliis Angliæ locis, Oswaldus insignes ecclesias, ob eamdem causam ejectis clericis, monasticæ institutionis viris tradidit. In ecclesia S. Albani Elfricum abbatem, in ecclesia Elienſi Brithnotum, in Fledensi Germanum constituit. Quæ vero monasteria construxit, ea invisere solebat, & tum opere, tum sermone, ea, quæ ad animarum salutem pertinent, illis paterno affectu ministrare. In monasterio Ramesciæ Abbonem Floriacensem monachum degere voluit, morum sanctitate præclarum, & literis egregie eruditum, ut monachos, & regularem disciplinam, & literarum scientiam doceret. Abbo postea Floriacum reversus, & abbas effectus, a suis monachis occisus est. Ethelwoldus Wentanæ ecclesiæ episcopus idem præstitit in suis ecclesiis. *Synodus Anglica.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

Comes quidam præpotens cognatam suam illegitimo matrimonio sibi copulaverat. Ter a Dunstano admonitus, eam dimittere noluit: quapropter a liminibus ecclesiæ separatur. Comes querelas defert ad Regem, qui Dunstano mandat, ut illum in pace dimittat. Dunstanus eum potius increpat, ut adducat ad pœnitentiam; contumacemque videns, omnem ei fidelium communionem interdicit, donec a sua pravitate discedat. Comes legatos Romam destinat, & quorumdam Romanorum ora in suam causam largo munere, & longiori sponsione permutat. Apostolicæ sedis præsul Dunstano literis mandat, homini peccatori condescendere, & eum Ecclesiæ gremio integre conciliare imperat. Ibid.

Dunstanus ita respondit: Cum illum delicti pœnitentem videro, præceptis Domni Papæ libens parebo. Hæc ille relata sibi audiens, & Dunstanum inflexibilem esse sciens, obstinationem suæ mentis deposuit, &, abdicato illicito conjugio, pœnitentiæ cultum sibi imposuit, atque in generali synodo nudis pedibus, laneis indumentis amictus, virgas manu ferens, ante pedes Dunstani gemebundus corruit, qui pro bono disciplinæ lacrymas ejus ad horam severus sustinuit, ac demum & ipse lacrymans culpam indulsit, & communioni fidelium restituit. Ibid.

Edgarus rex, pluribus annis ante synodum, Wintoniæ in monasterium virginum veniens, captus est specie cujusdam puellæ nobilis, quæ non inter velatas nutric-

Christi An. 969. nutriebatur: eam in ſuum colloquium ſecretius adduci juſſit. Illa timens pudori ſuo, raptum ab una ſanctimonialium capiti ſuo velum impoſuit. Rex etiam reluctanti velum eripuit, eaque abuſus grave ſcandalum toti Angliæ dedit. Scandalum eo gravius fuit, quod Rex legitimam uxorem habebat Elfledam, de qua S. Edwardum genuerat. Id ubi Dunſtano innotuit, mœrore percuſſus, ad Regem venit, qui pro more occurrens, cum eum ad ſolium perducere vellet, manum Dunſtanus turbato vultu retraxit. Rex attonitus, cauſam inquirit. Dunſtanus reſpondet: Tu, deſpecto Deo, virgini ſuam integritatem præripuiſti, & cur manum ſummo Patri Virginis filium immolantem impuris manibus non tradam, quæris? lava prius per pœnitentiam manus tuas, & tunc demum, quo gratiæ Dei concilieris, ample ctere manum Pontificis. Territus ille ad hæc, terræ procumbit, & ſe peccaſſe confitetur. Dunſtanus velociter illum erexit, & ſeptennem ei injunxit pœnitentiam. At ille pontificali abſolutione potius, omni ſtudio injunctam ſibi pœnitentiam peregit, & multa ei opera bona ſuperaddidit.

Ibid. Edgari R. leges. Edgarus rex præterea multas leges pro morum & diſciplinæ reformatione promulgavit. In quatuor claſſes diviſæ reperiuntur; præcipuas ſummatim indicabimus. Prima lex primæ partis: " Eccleſia Dei jura atque immunitates ſuas habeto. Decimas quiſque eccleſiæ dato .... præfectus regius, & epiſcopus loci cogant ad earum ſolutionem. Quarta: Denarius autem in domos ſingulas impoſitus, ante feſtum S. Petri redditor: qui eum non ſolverit, denarium illum ac alios triginta Romam comportato .... Quinta. Feſti dies, a ſacerdote indicti, aguntor. Inſtituta etiam quam religioſiſſime obſervantor jejunia ... Septima ſecundæ claſſis: Docemus etiam, ut inter ſacerdotes non ſint lites ſive jurgia, nec ad arbitrium ſæcularium deferantur, ſed vel a paribus ſuis ſint compoſita, vel ſi opus fuerit, ad epiſcopum promoveantur. Decima quinta. Docemus, ut ſacerdos quilibet baptiſmum adminiſtret, quam cito requiſitus fuerit, & ut per parochiam ſuam quoſque doceat, ut infantes quoslibet intra triginta ſeptem noctes curent baptizari, & ut nullus ab epiſcopo confirmari diu nimium detractarit. „ Decima ſexta prohibet omnem ſuperſtitionem, magiam & cultum idololatricum. Vigeſima tertia & duæ ſequentes. " Docemus, ut feſtis diebus & jejuniis nulla ſit inter homines ultra modum contentio .... & nulla forenſium examinum adminiſtratio .... & conjugatus quilibet ab uxore ſua contineat. Trigeſima prima. Docemus etiam, ut ſacerdos ne vel unquam Miſſam celebret, præterquam ſuper altare conſecratum. Trigeſima ſeptima. Docemus etiam, ut nullus ſacerdos Miſſam ſæpius in uno die celebret quam ter ad ſummum. Trigeſima octava. Docemus etiam, ut ſacerdos ſemper habeat præparatam, prout opus fuerit, Euchariſtiam, & hanc in puritate cuſtodiat. Quadrageſima ſecunda. Semper in eccleſia lumen ardeat, dum Miſſa decantatur. Quadrageſima quinta. Docemus etiam, ut quis ſtatis temporibus campanas pulſet, & ut omnis tunc ſacerdos cantum ſuum horarium in eccleſia pſallat. „ Nullus veterum ante nonum ſæculum campanarum meminit, quo ſatis frequens earum fit mentio. Quis earum inventor fuerit, vel quo anno earum uſus incœperit, ignoratur; nec niſi conjecturas de ea re referunt recentiores. Tintinnabulorum etiam meminere Gentiles; facile autem fuit ea ſenſim adaugere, ita ut temporum decurſu majores campanæ conflarentur. Græci poſt Conſtantini Magni tempora lignorum percuſſione fideles vocabant ad eccleſiam, quorum uſum antiquiſſimum eſſe conſtat ex actis ſecundæ Nicænæ ſynodi. Hunc etiamnum retinent.

Ibid. Quinquageſima ſecunda. " Docemus etiam, ut ſacerdotes in qualibet die Solis populo prædicent, præbeantque ſe exemplum bonæ vitæ. Sexageſima quinta. Docemus etiam, ut ſacerdos quilibet confeſſionem doceat & pœnitentiam, nec non ut peccata confitentes ſatisfactionem utique proſequantur. Ægrotis etiam, prout opus fuerit, Euchariſtiam præbeat, & ſi deſideretur, unctionem. „ Tertia claſſis eſt de confeſſione. " Prima ſic habet: " Quando aliquis voluerit confeſſionem facere peccatorum ſuorum, viriliter agat, & non erubeſcat confiteri ſcelera & facinora ſe accuſando, quia inde venit indulgentia, & quia ſine confeſſione nulla eſt venia: confeſſio juſtificat. „ En confeſſionis neceſſitas & effectus. His ſubjicit confeſſionis formulam, & contritionis actum. Quarta claſſis eſt de ſatisfactione. Tertium caput ſic habet: " Omnis epiſcopus ſedem ſuam epiſcopalem capeſcat die mercurii, quæ caput eſt jejunii, & tunc ad eum veniat unuſquiſque illius diœceſis, qui capitali laborat crimine, & cum hoc confeſſus fuerit, docebit eum confeſſarius pœnitentiam juxta rationem cujuslibet reatus ſui. Quarta. Poſt hæc die Jovis Paſchatis feſtum præcedentis, convocantur omnes utique ad eumdem locum, decantanſque ſuper eos epiſcopus hymnorum aliquid, abſolutionem eis cedit. Sexta. Si laicus alium occiderit, pane & aqua ſeptem jejunet annis, & eorumdem quatuor, prout voluerit confeſſarius. „ Hinc varias publicas pœnitentias pro diverſis ſceleribus aſſignat, quibus etiam ſubjiciuntur epiſcopi, presbyteri & diaconi & monachi, adjuncta quandoque depoſitione. Christi An. 969.

Ibid. Tertia " Si miſſalis ſacerdos, vel monachus, vel diaconus legitimam uxorem habuit, priuſquam ordinem habuerit, & relicta ea, ſacros ordines ingrediatur, poſtea tamen eam denuo clam ſuſceperit, jejunet eorum quilibet, tanquam pro homicidio. „ Inde recenſet varia bona opera, quibus peccator pro peccatis ſuis Deo ſatisfaciat. Ejuſmodi leges regis Edgari, veluti capitularia regum noſtrorum, ſunt epiſcoporum ſtatuta, quibus acceſſit authoritas regia, cujus nomine publicantur, ut ab omnibus diligentius obſerventur.

Christi An. 970. XIV. Edgarus rex anno ſequenti nongenteſimo ſeptuageſimo, quo ad ſedem Eboracenſem promotus eſt Oſwaldus, Londoniæ ſynodum convocavit. In ea communi epiſcoporum, abbatum primorumque conſilio S. Mariæ Virginis monaſterio in Glaſtingabiri privilegia conceſſit. Primo monachis electionem ſui abbatis perpetuo manere cenſuit; ſibi vero ſuiſque hæredibus tribuendi electo baculum paſtoralem retinuit. Hujus reſervationis in ſua confirmationis epiſtola Papa non meminit. Secundo. Ut ordinatio monachorum & clericorum in arbitrio abbatis & conventus ſit. Tertio. Ut nulli hominum eamdem inſulam cauſa placitandi vel aliquid perſcrutandi aut corrigendi intrare liceat. Hæc tria privilegia confirmavit Joannes Papa XIII., cui chirographum ſuæ liberalitatis Rex per legatos direxerat. Multo plura in epiſtola Regis ad Papam continentur, quorum aliqua ſunt incredibilia, exempli cauſa; ſi abbas vel monachus loci illius latronem, qui ad ſuſpendium vel quodlibet mortis periculum ducitur, in itinere obviam habuerit, poteſtatem habeat eum eripiendi ab imminenti periculo in toto regno. Ac proinde ſuppoſititia videtur. *Londonienſis ſynodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

Christi An. 972. XV. Adalbero Remenſis Archiepiſcopus anno nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, menſe Majo, in provinciali ſynodo generaliter congregata apud montem ſanctæ Mariæ in pago Tardanenſi, ſolemniter coram omnibus recitavit decretum, quo, ejectis propter pravos mores canonicis, quos Moſomi ſanctimonialibus ſubſtituerat Heriveus, monachos in eodem Moſomenſi cœnobio collocavit, & Ledaldum ordinavit eorum abbatem. Illud decretum ſua ſubſcriptione confirmarunt novem ejus ſuffraganei, octo archidiaconi, quinque abbates. Septimo Idus Novembris ejusdem anni in hoc loco conſtituti ſunt monachi. Joannes Papa XIII. & monaſterii inſtitutionem, & bona omnia, quæ ei fuerant donata, confirmavit. Adalbero annis novemdecim eccleſiam Remenſem rexit. Obiit decimo Kalendas Februarii, cui ſucceſſit Arnulphus. Ibid. *Tardanenſis ſynodus.*

Ibid. XVI. Cum Otto Imperator una cum filio Ottone II. in Germaniam revertiſſet ad componendas res eccleſiarum, eodem anno ſynodum congregavit in Ingelenheim. Quid in ea geſtum ſit, ignoratur, niſi quod in vita ſancti Uldarici epiſcopi Auguſtani legitur, nempe, quod ille, relicto epiſcopatu, ad monaſticam vitam tranſeundi poteſtatem ſibi fieri poſtulaverit, atque ut ejus nepos Adalbero pro eo ordinaretur: ſed communi judicio reſponſum accepit, nequaquam illud expedire, ne ejus factum aliis peccandi occaſionem præbeat, qui in gratiam ſuorum nepotum, quos vellent, iſta ratione eccleſiis non ſine gravi totius populi detrimento obtruderent, ſpoponderuntque, quod poſt ejus diſceſſum Adalberonem ei ſubſtituerent. His conſenſit Uldaricus; Imperator vero ex epiſcoporum conſenſu commendavit Adalberoni, ut avuncu- *Synodus in Ingelenheim.*

CHRISTI AN. 972. vunculi sui curam gereret, & sub ipso totius episcopatus dispositionem adimpleret: sed anno sequenti post festum Paschæ morte subita defunctus est Adalbero. S. Uldaricus quarto die Julii ejusdem anni migravit ad Deum, ætatis suæ octuagesimi tertii, ordinationis quinquagesimi; vivus & mortuus miraculis claruit, ac inter Sanctos honoratur.

R. Martyrol. 4. Jul.

Joannes Papa XIII. anno præcedenti, octavo Idus Septembris e vivis excesserat, cum sedisset annos fere septem. Ei successit Benedictus VI., quem ante diem vigesimum octavum mensis Novembris ordinatum fuisse Romanum Pontificem, constat ex privilegio, quod eo die concessit Eldrado abbati Vezeliacensi. Ex ejus actis supereſt tantum sub ejus nomine epistola ad Fridericum Salisburgensem episcopum, cui, ejusque successoribus concedit vicem Apostolicam in tota Norica provincia & in tota Pannonia superiori & inferiori: Quomodo, inquit, tui antecessores eamdem potestatem a nostris habuere antecessoribus, ita scilicet, ut nulli liceat in præfatis provinciis sibi usurpare pallium, nec episcopos ordinare, nec ullum officium, quod ad Archi-episcopum pertinere debet. Quibus verbis suppositionis arguitur hæc epistola: Agapitus enim Papa II. Patavienſi episcopo attribuit Pannoniam orientalem cum regionibus Avarorum & Moravorum; Salisburgenſi vero solam relinquit Pannoniam occidentalem. Agapiti vero decreti, cum nulla fiat mentio in epistola Benedicti, gratis fingitur, quod illud revocet.

Eo sedente, mortis debitum persolverunt Willelmus Imperatoris filius & sancta Mathildis ejusdem mater & Henrici Germaniæ regis uxor & ipsemet Imperator Otto, scilicet Nonis Maji anni nongentesimi septuagesimi tertii. Otto II. ei successit, jam a Papa Joanne XIII. coronatus. Morte ejus audita, Cinnius Romæ tumultum excitavit, sperans, Ottone adolescente, Italiæ regnum se facile adepturum, & Benedictum Papam sibi resistentem in castello sancti Angeli custodiæ mancipavit, ibique strangulatus est anno nongentesimo septuagesimo quarto. Eo adhuc vivente, Franco, qui dictus est Bonifacius VII., Pontifex ordinatur, & post unum mensem expulsus Constantinopolim profugit. Tunc Tusculanorum comitum factione, qui a partibus Imperatoris stabant, electus est Donus II.

CHRISTI AN. 973. Herman. contract. CHRISTI AN. 974.

Non longo post tempore, eo mortuo, Imperator Otto II. junctis cum matre precibus, Majolum Cluniacensem abbatem Italiam repetere coegit; sed ad eum divertit in Germaniam, & ab utroque honorifice susceptus, ad culmen Apostolicæ dignitatis precibus impelli cœpit continuatis: sed cum abjectionem magis expeteret quam exaltationem, nullatenus se promoveri passus est, quamvis Imperator & ejus mater cum episcopis instisterent. At ille divina illustratus gratia solerti se studuit excusare prudentia. Itaque Otto missos suos Romam direxit, eisque mandavit, ut Tusculanorum comitum partibus favereut, indeque Benedictus VII., qui jam Sutrinus episcopus erat, inthronizatus est Romanus Pontifex, & quidem ante diem vigesimum quintum mensis Martii anni nongentesimi septuagesimi quinti, ut constat ex quibuldam ejus actibus: statim synodum celebravit, in qua Bonifacium VII. damnavit & excommunicavit.

Vita S. Majol. l. 3. c. 8. CHRISTI AN. 975.

XVII. Interea sanctus Wolffgangus factus est episcopus Ratisponensis. Erat natione Suevus, atque a parentibus traditus cœnobio Augiensi, doctissimus evasit, habitumque monasticum induit. Sanctus Uldaricus, cum ejus cœnobium inviseret, cognitis ejus virtutibus, eum quamvis renitentem ordinavit presbyterum. Hinc majora charismata æmulans, cum abbatis licentia, prædicandi gratia, petiit Pannoniam; sed cum per biennium multum laborasset, & parum profeciſſet, a Pilgrimo Patavienſi episcopo revocatur, atque apud illum rogatus aliquot diebus commoratur. Pilgrimus, cognita ejus in sacra scriptura eruditione, legationem mittens ad Imperatorem, eum ad Wolffgangi electionem pro episcopatu Ratisponensi convertit. Consecratus totum se prædicationi dedit, & literas & Christianos mores restituit tum in sua, tum in Trevirensi diœcesi, canonicosque ad communem vivendi formam, monachos & sanctimoniales ad severius institutum revocavit, atque ad accuratam regulæ observantiam perduxit. Ipse vero omnibus præibat exemplo, habitum vitamque monasticam semper retinuit. Effectus præterea pauperum ac mendicorum pater, quorum plures quotidie alebat, ipse prospiciens, quomodo illis ministraretur, nullum vacuum dimittebat absque eleemosyna, alienis & subditis misericordiam pariter exhibens. Cum audiisset aliquos presbyteros vini penuria cum aqua Missarum celebrare sacramenta, uberrime flevit, & præcepit, ut per singulos menses duodecim presbyteri de cellario suo vinum acciperent, aliisque dividerent.

Act SS. Bened. sæcul. 5. CHRISTI AN. 975.

XVIII. Joannes græcus Imperator debellatis Bulgaris atque Russis, Mysiaque recepta, ac Dorycolo, ex nomine Theodori magistri militiæ & martyris Theodoroplis nuncupato, Constantinopolim rediit, ubi cives pro mœnibus effusos reperit, cum coronis & sceptris aureis eum recepturos. Ducebant etiam currum ex auro compactum, quem equi albi trahebant. Rogabant, ut in eum ascendens, duceret triumphum. Ipse quidem coronas ac sceptra suscepit, majoraque his munera rependit; ut autem in currum ascenderet, induci non potuit; sed Dei Matris imagine Jesum amplexantis, quam ex Mysia attulerat, in currus sella collocata, eique substratis purpureis regum Bulgariæ paludamentis ac stemmatibus, ipse equo invectus pone sequebatur, caput diademate cinctus, ac coronas sceptraque gestans in manibus. Hac triumphi specie per mediam civitatem purpureis vestibus ornatam, lauri ramis auroque textis peplis contectam, ad magnum Dei sapientiæ delubrum processit, gratiarumque actionis precibus extolutis, Bulgarorumque regis magnifica corona velut spoliorum primitiis Deo dicata atque appensa, in regias ædes se recepit, & Borem Bulgarorum regem, ademptis ei regiis insignibus, magistri dignitate ornavit. Primus monetam cum Salvatoris effigie cudi jussit, addita hac inscriptione: Jesu Christo Regi Regum.

Leo Diac.

Joannes postea, sæpe devictis Saracenis, plures Orientis urbes recepit. Constantinopolim dum redit, videns feraces regiones multis laboribus ac cædibus a Romanis receptas, quas Basilius eunuchus & accubitor possidebat, indigne tulit, eique insatiabilem improperavit avaritiam. Is vero tacuit Imperatoris indignationem timens; sed cum Imperator ad Romani patricii ædes divertisset, eunuchus quidam venenum ei inter pocula propinavit. Quis eum ad tantum scelus impulerit, certo non constat. Basilio eunucho imputatum. Postridie membrorum torpor totiusque corporis defectio invasit Imperatorem, qui Constantinopolim venire festinavit. In palatium devectus, lecto discumbebat, veneni vi fatiscens, quod ejus viscera depascebatur. Intelligens, quod ex tali tabe non emergeret, apertis rei privatæ thesauris, large ex eis pauperibus erogabat, vocatoque Nicolao Adrianopolitano episcopo, suas per vitam ignorantias ei detegebat, lacrymarumque rivos oculis deducens, harumque lavacro turpia sua sordesque delictorum abstergens, nec non sanctam Deiparam propense adjutricem in die judicii inclamans, hac sincera mente, ac corde contrito, exhomologesi facta, ex humanis migrat Januarii mensis die decima, indictione quarta, id est, anno nongentesimo septuagesimo quinto, ejus vitæ quinquagesimo primo. Annos sex & triginta dies imperavit, sepultusque est in Salvatoris templo, quod is magnifice a fundamentis erexerat. Quibus verbis, Leo diaconus, vir Asiaticus, ut ipsemet asserit, historiam suam ab obitu Constantini porphyrogeniti ad mortem usque Joannis Tzimiscæ perductam absolvit. Basilius & Constantinus Romani junioris filii post eum imperaverunt. Omnis autem penes Basilium accubitorem erat authoritas; quam ut conservaret, Theophanonem Imperatorum matrem ex exilio revocavit.

Joannis Imperatoris virtutes. Ibid.

Tune patriarcha Basilius episcoporum invidia apud Imperatorem calumniam passus, quasi in aliquem procerum moliretur transferre Imperium, nec ecclesiam regeret ex præscripto canonum, ad Imperatoris tribunal vocatur. Quoniam vero renuebat, œcumenicamque synodum cogendam asserebat, in eaque diluenda esse crimina ajebat, in monasterium ad Scamandrum situm, quod ipse extruxerat, Imperatoris jussu relegatur. Vir fuit magnæ austeritatis, uno amictu hyemeæstateque utens, nec ante exuens, quam diffluerent. Alius ei nullus cibus aut potus

Leo Diac.

præter

Christi An. 975. præter aquam, nuces ac poma, humique per omne tempus cubans, quo religioſa palæſtra certavit. Baſilio ejecto, patriarchalia gubernacula regenda ſuſcepit Antonius, vir in Studii monaſterio a juventute aſceticam profeſſus diſciplinam, vitamque ducens Apoſtolicam, tametſi a viris Principibus ipſiſque Imperatoribus plurimum coleretur, divinaque & humana ſcientia, ſi quis alius, pollebat.

Eadem ætate floruit Suidas, arte Grammaticus, ſiquidem compilationem ſuam terminat in obitu Joannis Tzemiſcæ Imperatoris, prolixum condidit lexicon, in quo non pauca habet ad hiſtoriam eccleſiaſticam pertinentia, & varia veterum fragmenta, ſæpe authoris nomine non memorato. Michael Pſellus vir magnæ eruditionis Imperatorum Bizantinorum hiſtoriam poſt Leonem diaconum uſque ad inaugurationem Conſtantini Ducæ continuavit.

Hoveden. XIX. Edgarus Angliæ rex pacificus illiuſque monarchiæ reſtaurator, poſtquam cuncta regaliter conſumpſit, anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo, regni in Mercia decimo nono, ex quo vero per totam Angliam regnavit, decimo ſexto, octavo Idus Julii anni nongenteſimi ſeptuageſimi quinti ex hac vita tranſivit, filiumque ſuum Edwardum & regni & morum reliquit hæredem, ſed non ſine controverſia; quidam enim optimates cum regina Elfrida favebant Ethelredo ejus fratri natu minori; ſed Dunſtanus Cantuarienſis & Oſwaldus Eboracenſis Archiepiſcopus cum coepiſcopis, abbatibus, ducibuſque quamplurimis in unum convenerunt, & Edwardum, ut pater ſuus præceperat, elegerunt, electum conſecraverunt, & in Regem unxerunt. Optimates plures abbates cum monachis de monaſteriis, in quibus eos collocarat rex Edgarus, expulerunt, & clericos, ut prius, cum uxoribus induxerunt. Alii vero, congregato exercitu, pro monachis fortiter ſtetere, Orientaliumque Anglorum monaſteria defenderunt. Edgari regis extat epiſtola, anno ante ejus obitum data ad Malmesburienſe cœnobium, qua indicat, ſe clericos ſæculares ejeciſſe, monachoſque vitæ regularis induxiſſe. Ei ſubſcripſere poſt regem Edgarum duo Metropolitani, Dunſtanus & Oſwaldus, tres epiſcopi, tres abbates & tres Duces.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Ibid. Clericorum & monachorum controverſia poſt ejus mortem delata eſt ad ſynodum, quæ Wintoniæ convenit. Hic dum magnis partium ſtudiis utrimque jactaretur, ferunt Dominicam imaginem expreſſe locutam, clericos eorumque fautores confudiſſe; ſed adhuc non ſedatis animis, Caſinæ concilium indictum eſt, ubi cum in cœnaculo, abſente propter ætatem Rege, conſidentibus totius Angliæ ſenatoribus, magno conflictu & controverſia res ageretur, atque Dunſtanum multorum conviciorum jacula impeterent, nec quaterent, ſuas partes cujuſcumque ordinis viris ſummo ſtudio tuentibus, ſolarium totum repente cum axibus & trabibus diſſiluit & concidit. Omnibus ad terram eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans ſuper unam trabem, quæ ſuperſtes erat, evaſit. Reliqui vel exanimati, vel perpetui languoris compede detenti ſunt: hoc miraculum, quod anno nongenteſimo ſeptuageſimo octavo contigit, Archiepiſcopo exhibuit pacem de clericis, omnibus Anglis tunc & deinceps in ejus ſententiam concedentibus.

Wintoniæ ſynodus.

Christi An. 978.

Bolland. 1. Mart. S. Rudeſindus in Hiſpania Dumienſis epiſcopus, cum ſedem hanc magno virtutum ſplendore per triginta duos annos ſapientiſſime rexiſſet, die Kalendarum Martii anni nongenteſimi ſeptuageſimi octavi, æterna corona a Remuneratore omnium bonorum in gloria eſt coronatus. Ejus genere nihil illuſtrius, patrem enim habuit e regia ſtirpe progenitum, & matrem Ilduaram non minus pietate, quam natalium ſplendore illuſtrem. Vaſtato dudum Dumienſi monaſterio Rudeſindus in cellam novam, quam condiderat, ſe recepit, ubi monaſticis addictus diſciplinis, poſt Franquillæ mortem abbatis munus epiſcopali conjunxit. Illum ob vitæ innocentiam & res præclare geſtas ac miraculorum frequentiam Sanctorum catalogo adſcripſit Cæleſtinus Papa III.

Baron. ad ann. 975. Martyres. Saraceni expugnata & diruta civitate Septimacenſi, Chriſtianos, qui cædi ſuperfuerant, Cordubam perduxere, biennalique carcere afflictos, cum conſtantes in fide perſeverarent, interfecerunt. Unius ex illis, qui vocabatur Dominicus, bona rex Ramirus fiſco addixerat, eo quod hæredes non haberet: Bermundus ejus ſucceſſor ea Compoſtellanæ eccleſiæ dono dedit, ac donationem regio diplomate confirmavit.

Christi An. 978.

S. Eduardus Anglorum rex, cum laſſus e venatione reverteretur, urgente ſiti divertit ad villam novercæ ſuæ, quæ, ut regnaret filius ejus Ethelredus, eum, dum poculum porrectum hauriret, per ſatellitem ſica transfodi, & ſine honore ſepelire juſſit anno nongenteſimo ſeptuageſimo octavo: ſed adfuit divinæ ſerenitatis aſſenſus, qui innocenter cæſum miraculorum gloria ſublimaret. Elfritha ejus noverca, his permota, ſeveram egit pœnitentiam, adeo ut multis annis carnem ſuam cilicio domaret, humi dormiret, & multos cruciatus perferret. Sanctus Eduardus martyr appellatur, etiamſi pro Chriſtianæ religionis fide non obierit. Ethelredus ejus frater miſerrime regnavit annis triginta octo. Ejus vitæ curſus ſævus in principio, miſer in medio, turpis exitu aſſeritur. Ita parricidio, cui conniventiam adhibuerat, immanis, ita fuga & mollitie infamis, ita morte miſerabilis fuit. Ejus tempore Danorum exercitus totam Angliam plurimum tribularunt, eccleſias & cœnobia opprimentes, ac per tempora quatuor Regum perduravit tanta tribulatio.

S. Eduardus. Bolland. 18. Mart.

Malmesburg.

Sanctorum etiam mercedem & honores promeruit Editha virgo ſanctimonialis, S. Eduardi ſoror. Welfrida ejus mater quam oppreſſerat res Edgarus, uti diximus, ſtatim poſt partum ſeceſſerat in Wintonienſe monaſterium, filiam pie educans, quæ ubi adolevit, ibidem habitum monachicum e manibus S. Ethelwoldi epiſcopi accepit, & anno ætatis ſuæ vigeſimo tertio migravit ad Chriſtum. Eodem ævo tres aliæ Edithæ regiæ virgines in Anglia vixiſſe dicuntur præter Editham Ottonis Magni uxorem: una Ethelwfi regis filia, Alfredi regis ſoror, quæ S. Morwennæ abbatiſſa tradita eſt: altera Editha Eduardi ſenioris filia: tertia Edmundi regis filia, regis Edgari ſoror, omnes ſanctæ & ſanctimoniales.

Martyrol. R. 16. Sept.

XX. Eodem tempore florebat S. Romualdus, qui eremiticæ vitæ in Italia reſtitutor & propagator ac ordinis Camaldulenſis fundator fuit. Ravennæ ex illuſtriſſima progenie natus, adoleſcens vixit laſcivius; ſed cum Sergius ejus pater inimicum occidiſſet, tanti reatus pœnitentiam, quia ipſe interfuiſſet, accepit, & monachum induit in monaſterio S. Apollinaris. In eo triennium fere tranſegit; ſed, cum cerneret quoſdam vivere remiſſius, eoſdem corripuit, ad eorum confuſionem præcepta regulæ in teſtimonium convocans. Illi non ferentes hoc opprobrium, de ejus morte tractant. Quæ res Romualdo cum per conſcium conſpirationis innotuiſſet, periculum vitavit. Cum autem perfectionis amor in ejus animo magis ac magis indies creſceret, ex abbatis conſenſu venit in Venetiarum partes ad Marinum eremitam magnæ ſanctitatis ac ſimplicitatis virum. Literarum prorſus expers ſæculum reliquerat, itaque pſalterium cum vix ediſcere poſſet, Marinus virgam gerens ſiniſtram ejus capitis partem ſæpiſſime verberabat. Romualdus tandem neceſſitate compulſus, humiliter ait: Magiſter, ſi placet, dextram percute, quia jam lævæ auris auditum perdo. Ille tantam ejus patientiam admiratus, indiſcretæ ſeveritatis diſciplinam temperat. In ſumma auſteritate vivebant, quotidie cantantes integrum pſalterium.

S. Romualdus. Bolland. 7. Febr.

Iiſdem diebus Petrus cognomine Urſeolus Venetiarum dux, hanc dignitatem erat aſſecutus; quia deceſſoris ſui Vitalis Candidiani peremptoribus fautor extiterat. Poſtea corde compunctus Guarinum abbatem, Marinum & Romualdum conſuluit. Illi communi ſententia ſuadent, ut abdicato ducatu, vitam profiteatur monaſticam. Petrus, relicta uxore, cum Joanne Gradenico, qui conjurationis conſcius fuerat, navem aſcendit, & aufugit in Catalauniam, & Guarini abbatis monaſterium ingreſſus eſt. Marinus autem & Romualdus non procul a monaſterio vitam ſolitariam agebant; quibus poſt annum Petrus & Joannes aggregati ſunt. Romualdus autem fratres ſanctæ converſationis progreſſibus longius anteivit, ut jam quidquid inter fratres ſive de ſpiritualibus, ſive de corporalibus controverteretur, ipſe decerneret, ejuſque omnino ſententia prævaleret; ſingulis diebus per annum vixit ex uno pugillo ciceris elixi. Deinde tribus annis ipſe & Joannes Gradenicus ſarculis terram frangentes, & triticum ſeminantes, ex manuum labore vixerunt; ſed dum

agri-

CHRISTI AN. 978. agriculturam exercebant, jejunium duplicabant. Demum Romualdus, cum in vita Patrum legisset, quod quidam per continuam hebdomadam jejunantes sabbatorum die pariter convenirent, ipsoque die Dominico jejunii rigorem interponerent, hunc vivendi ordinem statim arripuit, & in eo quindecim annis continua austeritate permansit. Post hæc iterum legens, quia sabbato jejunat Romana Ecclesia; mox sabbati remissionem in quintam feriam commutavit, hancque vivendi regulam priori faciliorem cunctis sectatoribus vitæ eremiticæ præfixit, ut cujusque hebdomadæ dies quinque jejunent; quinta vero feria & Dominicis diebus olera, vel quodcumque legumen cum gratiarum actione perciperent, exceptis duabus anni quadragesimis, in quibus ipse & plerique ejus discipuli totius hebdomadæ soliti erant continuare jejunium, hoc est, diem absque omni cibo transigere.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab. *Hungari multi fidem amplectuntur.*

XXI. Pilgrimus Lauriacensis episcopus circa annum nongentesimum septuagesimum octavum ad Benedictum Papam dedit literas, quibus se excusabat a personali accessu ad Apostolorum limina; Quia, inquit, a Neophita Ungarorum gente huc ire prohibeor, apud quam fœdere pacto, sub occasione pacis fiduciam sumpsimus operam exercere prædicationis . . . . . Deus quippe eorum cordis januam aperire dignatus est . . . . . ut, deposita ferina crudelitate, leni jugo Domini colla submittant. Ad quos, dum ab ipsis invitatus transmitterem satis idoneos viros ex monachis canonicosque presbyteros . . . . . tantum divina gratia fructum statim ministravit, ut ex eisdem nobilioribus Ungaris utriusque sexus Catholica fide imbutos, atque sacro lavacro ablutos circiter quinquies mille Christo lucrarentur.

Ibid. Christiani autem, quorum major pars populi est, qui ex omni parte illuc tracti sunt captivi, quibus numquam soboles suas licuit nisi furtive Domino consecrare, modo certatim, nullo obstante timore, offerunt eas baptizare, & gratulantur omnes tanquam de peregrinatione sua in patriam reducti, quod Christiano more oratoria audent construere, & licentia percepta linguam ligatam in laudem Salvatoris præsumunt solvere . . . . Factum est ergo, ut pene cuncta Ungarorum natio sit prona ad percipiendam fidem; sed & aliæ Sclavorum provinciæ ad credendum promptæ, & est ibi quidem messis multa, operarii autem pauci. Unde quoque visum est, jam necessarium esse, ut sanctitas vestra illic aliquot jubeat ordinari episcopos: quia & quondam Romanorum Gepidarumque tempore, proprios septem episcopos eadem orientalis Pannonia habuit, & Moesia, meæ Lauriacensi ecclesiæ subjectos . . . . Quod valde onerosum est mihi, ut mei archiepiscopatus parochias solus prædicando circumeam, quibus necessitate & adjutorii inopia cogor numquam meam subtrahere præsentiam. His subjicit suam fidei confessionem, & petit, ut sibi pallium dignetur mittere, & confirmare sibi commissam populi gubernationem.

Ibid. Benedictus Papa VIII. his literis acceptis per duos presbyteros alias dedit encyclicas ad Imperatorem, episcopos & abbates Galliæ orientalis & Germaniæ. Laureacensis seu Patavienſis episcopi postulationem exponit, & addit: " Quoniam Salisburgensis ecclesia Metropolis abusa est subjectione Lauriacensis ecclesiæ, pontificii obliterata & attenuata sua dignitate ex devastatione barbarorum, qua propterea perceptis Apostolicis privilegiis nequaquam patimur privari... Ideo potestate B. Petri Principis Apostolorum, atque exemplo Pontificum prædecessorum nostrorum Lauriacensem ecclesiam, ejusque rectores jam Archiepiscopos, amodo perpetim ab omni Saltzburgensi ecclesia ejusque Præsulum subjectione absolvimus, & honore Metropolitano sublimamus. Et sicut sanctæ memoriæ Agapitus Papa terminos earumdem parochiarum ab invicem distinxit, sic & ipsi diffinimus, scilicet Salzburgensi ecclesiæ superiorem Pannoniam, inferiorem vero, cum Moesia & Maravia Lauriacensi Archiepiscopo attribuit, eique mittens pallium vices suas in his provinciis ei delegat: ita ut alter illorum, qui prior sit in ordinationis tempore, quoad vivat, prioritatem teneat in ordine. „ Pilgrimus ultimus fuit Lauriacensis Archiepiscopus, qui enim ei successit anno nongentesimo nonagesimo secundo, non jam amplius fuit Lauriacensis Archiepiscopus, sed solum episcopus Passavienſis, & tam ipse quam ejus successores caruerunt archiepiscopali pallio.

Lambec.

XXII. Apud Danos Sucin filius Christianissimi regis Haroldi multas adversus patrem molitus est insidias, ut eum regno privaret, & religionem Christianam in Dania exterminaret. Haroldus autem ab Ummi Hamburgensi Archiepiscopo ad Christi fidem conversus, tantam Aquilonis latitudinem ad fidem divinæ cognitionis traxit, ut omnem terram ecclesiis & sacerdotibus fecerit esse insignem . . . . Concitantibus autem his, qui Deo servire & pacem Regis detrectabant, Dani unanimi conspiratione Christianitatem abdicant, & statuentes impium Sucin in regnum, patri ejus Haroldo viro prudentissimo bellum indicunt . . . . . Ventum est ergo ad prælium. In eo victa est pars Haroldi, qui graviter saucius fugit, ascensaque navi elapsus est ad civitatem Sclavorum Winueptam, ubi præter spem, quia barbari erant, humane receptus, post aliquot dies ex eodem vulnere deficiens, in Christi confessione migravit anno nongentesimo octogesimo. Regnavit autem annis quinquaginta. Cum a paganis & apostatis fuerit interfectus, qui eum oderant propter ejus religionem, hinc ut martyr habitus est. Sucin regno potitus gravissimam in Christianos persecutionem exercuit.

CHRISTI AN. 978. *S. Haroldus rex Helmold. l. 1. chron.*

CHRISTI AN. 980.

XXIII. Anno nongentesimo octogesimo primo sancti Petroci martyrium in Cornubia devastatur a Danis pyratis. Floruit autem S. Petrocus monachus sæculo sexto, qui Romam & Hierosolymam visitavit, qui postea sanctissime vixit in Cornubiensi monasterio. Sancti Eduardi corpus, quod in profano loco tribus annis jacuerat, crebrescentibus miraculis, in Septoniensi monasterio repositum est, & post viginti annos translatum ad Glastonienſem ecclesiam.

CHRISTI AN. 981. *Xored.*

Sanctus Adalbertus Magdeburgensis primus Archiepiscopus eodem anno migravit ad Deum duodecimo Kalendas Julii. Summa sollicitudine commissis sibi gregibus semper invigilaverat. Clerus & populus post ejus obitum Ocharicum monachum & Scholasticum Magdeburgensem communiter elegerunt in Archipræsulem, quamvis hoc nullo modo posse fieri prædixisset Adalbertus, & miserunt eum cum legatis, qui hanc electionem Imperatori tunc in Italia commoranti nunciarent. Qui, cum ad eum perveniſſent, Gisileri Merseburgensis episcopi suffragium, qui apud Imperatorem plurimum valebat, implorantes, legationis suæ secretum ei aperuerunt. Promissa est his ab eo fidelis intercessio; verum ubi audita Cæsari narravit, pedibus ejus supplex advolvitur, promissa & diu expectata longi laboris præmia postulans, scilicet Magdeburgensem archiepiscopatum, quem protinus impetrat: Egressus autem Ocharico & legatis respondit, quod vix suis necessitatibus in hoc subveniſſet.

Chronogr. Magdeburg.

Corruptis deinde pecunia cunctis optimatibus, maximeque Romanis judicibus, quibus tunc omnia venalia erant, qualiter ad episcopatum pervenit, secreto revolvit; deinde palam Benedicti Papæ petit auxilium. Papa synodum convocat & judices interrogat, si liceret Gisilerum promovere ad archiepiscopatum, qui certam sedem tunc non haberet, sed ab episcopo Hildewardo injuste ablata caruiſſet hactenus, quam possederat. Judices authoritate canonica id esse licitum affirmant. Itaque Merseburgum, episcopali sede destructa, Halberstadensi ecclesiæ subditur, & Gisilerus ejus non pastor sed mercenarius ad majora tendens desiderata percepit, susceptoque a Papa pallio, cum licentia Imperatoris Magdeburgum secundo Kalendas Decembris venit, & solemni ritu a clero & populo susceptus est.

Ibid.

Benedictus Papa, ut ecclesiasticorum avaritiam coerceret, circa idem tempus, annus enim ignoratur, Romæ synodum adversus simoniacos celebravit in basilica sancti Petri: aderat Imperator Otto, cum Archiepiscopis & episcopis & presbyteris & diaconibus Romanæ Ecclesiæ. Ibidem perlecta sunt capitula de sacris canonibus, qualiter liceret episcopo de sacris ordinibus aliquod præmium accipere. Et interdictum est primum a Papa, tum ab omnibus episcopis, ut ab ostiario usque ad sacerdotium nullum pretium exinde acciperent episcopi, sicut in decretis sanctorum Patrum continetur. Et lectus est secundus canon Chalcedonensis. Inde Papa concludit. " Si quislibet presbyterorum aut diaconorum gratis donum Spiritus sancti ab Archiepiscopo suo accipere non potuerit, studeat venire ad Romanam Ecclesiam, & in eadem benedictionem episcopalem acci-

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab. *Romana synodus adversus simoniacos.*

Christi An. 981. accipiat sine omni simoniaca hæresi. Is autem, qui ordinatus fuerit, si neque exactus aut petitus, post acceptas chartas & pallium, offerre aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. „ Hanc epistolam nostram jubemus, ut per manum confratris nostri Mironis episcopi Gerundensis, cunctis aliis Archiepiscopis & episcopis deportetur.

Christi An. 982. Magdeb. chron. Imperatoris Ottonis res retro fluere cœperunt. Anno sequenti nongentesimo octogesimo secundo victus a Græcis, quorum partes adjuvabant Saraceni, vix, multis suorum amissis, evasit. Henricus Augustensis episcopus, qui malis artibus hanc sedem obtinuerat, in eo prælio interceptus disparuit. Vercellensis episcopus captus, & longo carcere maceratus, Alexandriæ postea cum multis clericis & laicis rediit. Episcopi propter regia dominia, quæ possidebant, auxiliares milites conferre tenebantur: sed ipsimet contra canones eosdem in aciem educebant. Imperator ex fuga Veronam se recepit, ut copias colligeret. Inde Romam profectus, in morbum incidit, & septimo Idus Decembris anni nongentesimi octogesimi tertii ex hac luce subtractus est, honorificeque in porticu sancti Petri tumulatur. Brunoni fratri suo & Archiepiscopo Coloniam, Willelmo filio suo Moguntino Archiepiscopo Moguntiam, episcopo Spirensi Spiram, Mindensi Mindam cum omnibus fisci Imperatoris juribus concesserat.

Herman. contract.

Christi An. 983. Witichind. l. 1. & chron. Mindens.

Jusserat paulo ante mortem, ut filius suus Otto quamprimum in Germaniæ Regem eligeretur. Re ipsa die Natali Domini ejusdem anni a Joanne Archiepiscopo Ravennatensi atque a Willegiso Moguntino in Regem Aquisgrani consecratus est, completaque ceremonia, legatus tristis paternæ mortis advenit.

Christi An. 984. Herman. contract. XXIV. Benedictus Papa VII. Imperatori Ottoni diu superstes non fuit. Obiit die decima mensis Julii, indictione duodecima, id est, anno nongentesimo octogesimo quarto post sedem annorum octo & sex mensium. In ejus locum electus est Petrus episcopus Papiensis, qui Imperatoris Ottonis fuerat cancellarius, & vocatus est Joannes XIV. . . . . Sedit mensibus octo. Franco, qui prius dictus fuerat Bonifacius VII. Constantinopoli reversus eum comprehendit, & in castello sancti Angeli religatum, fame, ut perhibent, & veneno enecavit, ejusque sedem invasit; sed post aliquot menses repentina morte interiit, & in tantum eum odio habuerunt sui, ut post mortem ejus cadaver lanceis vulnerarent, atque nudum per pedes traherent. Clerici postridie mane eum in via jacentem sepelierunt. Joannes post eum electus est Pontifex; sed morte præventus, non fuit consecratus. Hinc inter Pontifices non recensetur, & qui post eum electus est, dicitur Joannes XV. atque ita in suis diplomatibus ipse subscripsit.

Christi An. 985. Baluz. in append. Marc. Hisp. Ordinatus est mense Decembri anni nongentesimi octogesimi quinti, ut constat ex ejus epistola de confirmatione bonorum & possessionum monasterii Cunaxensis in Catalaunia.

Capgrav. in ejus vita. Sanctus Ethelwoldus Wintonienſis episcopus in Anglia, sacrati olei liquore perunctus, Dominici corporis & sanguinis perceptione exitum suum munivit, sicque valefaciens & dans pacem filiis suis, inter verba orationis spiritum cœlo redonavit Kalendis Augusti, anno episcopatus sui vigesimo secundo. Plurima fecit monasteria. Commendatur imprimis ejus erga pauperes charitas. Fame sæviente in tota Britannia, omnem pecuniam in usus pauperum expendit; postea de thesauris ecclesiæ tolli jussit ornamenta, & argentea vasa plurima confringi, & in pecunias redegit, sustentavitque innumerabilem multitudinem egenorum, qui periculum famis evadere cupientes ad eum confugerunt. Illius meminit Romanum martyrologium. Anglicana ecclesia sanctis Ethelwoldo, Oswaldo & Dunstano episcopis pietate & virtutibus illustribus debet ecclesiasticæ & monasticæ disciplinæ restitutionem.

S. Nili vita. XXV. Sanctus Nilus parentibus græcis natus Rossoni in Calabria, doctrina & pietate insignis, circa annum nongentesimum octogesimum sextum venit in Cassinense monasterium, ubi perhumaniter acceptus est, & vicino Vallis-Lucii donatus monasterio: ibi quindecim exegit annos, ut ejus acta testantur, quæ scripsit contubernalis ejus discipulus. Hic cum aliquot græcis monachis vitam egit eremiticam; ipse vero seorsim in vicina caverna commorabatur. Hanc autem sibi vitæ regulam imposuit. Absolutis matutinis, libros pios eleganti caractere describebat. Tum psalmos horæ tertiæ recitabat, psalteriumque millies genua flectens continuabat, usque dum sextam recitaret. Inde usque ad nonam scripturam sacram & Patrum scripta attente legens meditabatur. Post vesperas animum deambulatione relaxabat, nec tamen a piis cessabat cogitationibus. Post Solis occasum reficiebatur, ejus cibus erat panis, vel absque pane elixa legumina; potus vero aqua. Veterum Patrum æmulator etiam paupertatem, austeritatem aliasque virtutes in se exprimere satagebat. Hinc sæpe per totam quadragesimam ab omni cibo & potu abstinebat, animi & corporis vigorem sola sustentans Eucharistia. Aliis anni temporibus jejunium quandoque per decem dies continuabat. Per annum integrum nonnisi semel singulis mensibus bibit, quamvis arido tantum pane vesceretur. Singulis noctibus unam horam quieti dabat, tum totum decurrebat psalterium, huic superaddens nocturnas & matutinas preces. Ejus vestimentum instar cilicii texilis erat ex consutis camelorum pilis, quod circa lumbos fune constringebat.

Christi An. 985

Hegumeni vel abbatis nomen & authoritatem constanter rejecit: hinc, cum multi ad eum venissent discipuli, perfecit ut alium sibi in superiorem eligerent. Calumniantium animos sua humilitate & charitate sibi demeruit. Sanctimonialium monasterium fundaverat Eupraxius Calabriæ pro græco Imperatore præfectus, quod postea prope collapsum Nilus reparavit. Maligni tamen Eupraxio scripserunt, quod ejus monasterium Nilus expilasset. Eupraxius post aliquot annos rursus missus est, ut eamdem provinciam administraret. Omnes præpositi monasteriorum ad eum accedebant cum muneribus & adulationibus, orantes, ut ipsos protegeret. Beatus vero Nilus, ne videretur confidere Principibus, in quibus, ut ait scriptura, non est salus, in suo mansit monasterio, Deum orans pro totius mundi salute & pro anima Eupraxii, qui indignatus, se a Nilo contemptum putans, quærebat ultionis locum, sed non invenit; nec tamen a proposito destitit. Interea in morbum incidit, & partes ejus corporis inferiores gangrena depascebantur, sic ejus luxuriæ pœnas exigens. In tanto vitæ periculo temeritatem suam adversus Sanctum detestatus est, & supplex benedictionem ejus exorat. Nilus, ut ejus animæ salutem procuraret, per tres annos eum adire, vel venientem recipere noluit. Instante morte, tunc ad eum accessit medicus spiritualis, quem cum vidisset Eupraxius, ejus pedes amplexus magnam vim lacrymarum effudit, ita ut sanctus Pater & presentes cum eo collacrymarentur. Beatus Nilus tunc eum sublevavit: Ille vero omnibus præcepit, ut egrederentur, & cœpit ei denudare morbum animæ per morbos corporis, ejusque manus lacrymis suis abluens orabat, ut sui misereretur, ac eum tonderet, monachus enim fieri voverat. Nilus ei respondit: Omnes, qui baptismi sui innocentiam non custodierunt, debent absque voto rursus suscipere pœnitentiæ baptismum, & sic liberari ab omnibus peccatis præteritis. Quod autem dixisti, ut te tonderem, humilis sum monachus, nullum sacerdotalem gradum adeptus. Hic autem est Metropolita, sunt etiam episcopi & archimandritæ, ipsi desiderium tuum impleant. Ille rursus institit, ut per eum Apostolicum habitum susciperet. Nilus ejus lacrymis victus, ipsum totondit, & monachi veste induit, præsentibus Metropolita & multis monasteriorum præpositis & sacerdotibus.

Psalm. 145.

Eupraxius post hanc cæremoniam omnes hortatus est ad prandium, eisque ipse ministrabat, qui antea e cubili surgere non poterat, confirmatus virtute sancti Spiritus: omnes præ illius vigore & promptitudine stupebant, & Deum glorificabant. Post hæc cum omnia bona sua pauperibus dedisset, & ecclesiis & domesticis suis aliquid legasset, & servos libertate donasset, tertia die ad Dominum profectus est cum omni contritione & gratiarum actione. Testamenti sui executionem Nilo demandaverat. Ille, ne rebus terrenis se implicaret, hanc curam rejecit in Metropolitanum.

Ibid.

Tanta erat ejus humilitas etiam inter opera mirabilia, quæ Deus per eum operabatur, ut energumenos ad se venientes ne quidem benediceret, sed mitteret vel ad sepulchra Apostolorum, vel ad

Ibid.

Christi An. 986. presbyteros, qui oleo benedicto eos ungerent, ne precibus suis imputaretur eorum liberatio. Bossanensi Archiepiscopo mortuo, Nilus communi cleri & populi consensu electus est. Mittuntur legati, qui eum ad consecrationem adducerent; sed cum aliquis veluti læta nuntiaturus præcurrisset, vir Dei dissimulans eum perhumaniter excepit, statimque dimittens, ipse cum socio egressus e monasterio, in parte secreta montis abrupti latuit, dum presbyteri & magistratus, qui venerant, exploratis vicinis omnibus locis, cum non invenientes, mœsti rediere, & alium elegerunt Archiepiscopum. Cubicularius Imperialis, ut eum Constantinopolim adduceret, promisit fundamentum opibus suis monasterium sub ejus regimine se ingressurum, Imperatorumque amicitiam & familiaritatem ei procuraturum. Nilus pro more pectori suo signum crucis imprimens respondit: Constantinopoli non desunt monasteria, & abbates, qui te recipiant; Ego vero desertum meum & pauperes socios non relinquam, ut me rebus implicem periculosis. Si tamen e meis manibus monachi habitum accipere exoptas, contende nobiscum intrare per angustam viam. Quibus dictis recessit, ut inter latinos homines ignotus, ut putabat, securius lateret; virtutem tamen ejus omnes summe venerabantur. Sic Sancti suis oculis humiles, pene soli ignorant, quanta sit de iis sapientum opinio.

Christi An. 987. XXVI. In Galliis magna facta est rerum conversio. Ludovicus V. Francorum rex e stirpe Caroli Magni ultimus, vix patri suo uno supervixit anno, Compendiique obiit duodecimo Kalendas Julii; in ecclesia S. Cornelii sepultus est anno nongentesimo octuagesimo septimo, ætatis decimo nono. Cum prolem non haberet, Carolo Lotharingiæ duci ejus patruo regnum hæreditario jure debebatur: sed Hugo Francorum dux coronam præripuit, a Francis, qui Carolum oderant, expetitus, & Novioduni Rex acclamatus est, & Remis unctus ab Adalberone Archiepiscopo, quinto Nonas Julii ejusdem anni. Hugo comes erat Parisiensis, Hugonis Magni filius, Roberti, qui cum Carolo Simplici regnaverat, nepos, & Roberti ducis Andegavensis pronepos, ut constat ex charta fundationis abbatiæ S. Maglorii, cui subscripsit ejus filius & successor Robertus, qui in ea sic recenset suam Genealogiam, tunc Francis omnibus notissimam. Hugonis regias virtutes celebrant historici, imprimis prudentiam & fortitudinem. Is Robertum filium suum regni consortem elegit, & benedici fecit Remis Kalendis Januarii anni 988.

Hugo Capetus rex Francorum.

Chron. Floriac.

Duchesn. tom. 2.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab. Adalbero Remensis Archiepiscopus paulo post obiit . . . . . Hugo rex, ut Arnulphum Lotharii regis filium naturalem sibi conciliaret, quamvis ejus opera Laudunum Carolus occupasset, egit, ut ad hanc sedem promoveretur, & communi episcoporum, cleri & populi consensu electus est, qui Hugoni & Roberto fidelitatis juramentum præstitit; sed in fide non permansit. Adalgerus Remensis presbyter Remorum civitatem Carolo tradidit, quam ingressus, militibus diripiendam tradidit, captivumque abduxit Arnulphum, quem tamen hujus proditionis authorem fuisse, non levis erat suspicio; quam ut a se amoliretur, severissimam adversus omnes, qui urbem, & sanctuarium spoliassent, anathematis sententiam promulgavit, atque, ut idem facerent Galliarum episcopi, vehementer hortatus est; quod & præstiterunt in unum collecti in urbe Sylvanecto, anno nongentesimo nonagesimo. Remensem simul & Laudunensem ecclesiam sacrilegiis pollutas a sacris removent officiis, donec legitime reconcilietur utraque. Hancque sententiam miserunt ad Arnulphum, cujus vices dolent, nec ullius sceleris accusant. Adalbero Laudunensis episcopus eodem anno, nocte quadam, cunctis quiescentibus, Hugoni regi portas suæ civitatis aperuit, & Carolus captus cum uxore sua Aurelianis in carcere positus est usque ad mortem. Carolus & Ludovicus ejus filii fugerunt in Germaniam. Hugonis familia jam a septingentis triginta octo annis Francicum regnum continua successione possidet.

Hist. Rem. Metrop. l. 1.

Annal. eccles. Anglic. XXVII. S. Dunstanus Cantuariensis in Anglia Archiepiscopus, virtutibus plenus & bonis operibus, die decima nona Maji migravit ad Deum, anno ætatis suæ sexagesimo quarto, episcopatus vigesimo octavo, incarnationis nongentesimo octuagesimo octavo: divinitus suæ mortis diem cognovit. Prædixit etiam, Anglorum gentem dira ac diuturna mala ab exteris gentibus esse passuram; sed postea divinam experturam esse misericordiam. Ejus nomen martyrologiis omnibus inscriptum est: sic eum laudat Polydorus: S. Dunstanus de patria recte consulendo, prudenterque monendo, atque de religione rem divinam augendo, bene meritus est, cujus sanctitas pietasque mortalibus perspecta, Deo grata faciebat, ut & illius memoria indies magis perpetuaretur, & dum vivebat, multis miraculis enitteret. Is per omnes dignitatis gradus ad archiepiscopatum pervenit. Fuit prius abbas Glastoniensis, deinde episcopus Wingornensis, simulque Londinensis, postremo Cantuariensis factus Archiepiscopus, tres Angliæ reges sacravit. Ei successit Ethelgarus, qui primus in novo monasterio abbas a S. Ethelwoldo factus, post etiam præsulatum Australium Saxonum acceperat, cujus sedes tunc erat apud Selescyam, nunc est Cicestriæ, illi in Selesciensi sede successit Ordbrigthus abbas. Laudavensis synodus circa idem tempus celebrata est, qua Arthmail Guentiæ rex ob fratricidium anathema declaratus est.

Christi An. 988.

XXVIII. S. Adalbertus natione Bohemus, licet junior, ob sanctitatis famam Dithmaro primo Pragensi episcopo fuerat subrogatus. Post septem annos, cum videret subditos obdurato corde in Deum grandia & nova scelera adimplere, episcopatum tribus de causis abdicare statuit. Prima est, propter plures uxores unius viri. Secunda, propter detestanda conjugia clericorum. Tertia, propter mancipia Christianorum, quos Judæis vendebant; sed cum jam Romam iter arripere vellet, Zarahquas monachus, filius Boleslai, qui fratrem suum Winceslaum interemerat, huncque ad placandum Deum, abbati S. Emmeramni martyris Ratisponæ imbuendum voverat, & tradiderat, cum licentia sui abbatis venit, ut inviseret patriam, cognatos & fratrem suum Bohemiæ ducem. Adalbertus secreto cum eo conquestus est de populi infidelitate & nequitia, indicavitque abdicato episcopatu Romam proficisci sibi propositum esse: Tibi, inquit, qui ducis frater es, plebs ista magis obediet quam mihi. Fratris auxilio superbos comprimere, inobedientes corripere poteris. Tua dignitas & scientia & habitus tui sanctimonia multum conveniunt huic regimini. Ut, me vivente, sis episcopus, apud Apostolicum votis omnibus intercedam: episcopalemque baculum illi tradidit. Quem ille in terram projecit, & dixit: Episcopatu me indignum judico, monachus sum mundo mortuus. Adalbertus respondit: Scias frater, quod modo non facis cum bono, postea facies cum tuo malo. Et Romam profectus est anno nongentesimo nonagesimo, atque apud S. Alexii monasterium, inscio abbate, quis esset, factus est monachus.

Chronogr. Magdeburg.

Christi An. 990.

XXIX. Adalgagus Hamburgensis & Bremensis Archiepiscopus circa idem tempus vitam cum morte commutavit. Utrumque episcopatum plurimum amplificavit Imperatoris liberalitate, qui Hamburgensi urbes, arces & comitatus attribuit, quos episcopi pleno jure dominii possidere cœperunt. Bremam vero judiciaria manu prius oppressam, præcepto Regis absolvit, & instar reliquarum urbium immunitate simulque libertate fecit donari, id est, Bremæ jurisdictio civilis, quam antea comites ab Imperatore delegati obtinebant, Adalgago Archiepiscopo ab Ottone Magno concessa fuit cum omni proventu rerum & jurium omnium fisci Imperatorii. Quamvis autem Bremæ, aliarumve aliquot urbium jurisdictio civilis episcopis cesserit, non tamen fas erat civilibus ipsos præsidere judiciis, sed ad hæc exercenda laicos habebant advocatos, quos aliquando episcopi, alias Imperatores eligebant. Urbs autem Hamburgum sub Imperatorum, eorumque, qui Saxoniam deinceps administrarunt, remansit imperio. Adalgago successit Libentius, natione Italus, qui ipsum comitatus fuerat: hic primus inter Bremenses Archiepiscopos a suis suffraganeis consecratus est: pallium a Joanne Papa, baculum pastoralem ab Ottone III. accepit. Vir fuit literatissimus, in quo nihil reprehensibile vel inimicus possit objicere.

Adam. l. 2. c. 1.

Syntagm. rerum German.

Adam. l. 2. c. 4.

Suenonem Daniæ regem Christianorum persecutorem muneribus placare, sed frustra tentavit Libentius. Huic ecclesiæ subvenit divina providentia. Hericus Suecorum dux eum victum fugere compulit. Poppo Sclevensis episcopus ad Hericum causa pacis ab Imperatore missus, religionis mentionem injecit; cumque barbari miraculum pro more postularent, candens ferrum manibus diu tenuit, induxioque suo

Adam. l. 2. c. 26.

Fides in Dania & Suecia propagatur.

cera

Christi An. 990. & 991. cera illito ignem injici jussit, ac vim ignis sustinuit illæsus, dum in cineres redigeretur indusium. Quo viso prodigio, fidem amplexi sunt innumeri ethnici. Odoincar senior in Suecia, Selandia, & Finnonia prædicans, multos ad Christum convertit. Ejus nepos Odoincar junior ab Adalgago baptizatus, ex suo patrimonio fundavit Ripensem Episcopatum, eique a Libentio præfectus est antistes, & Christianitatem in Dania fortissime defendit.

Russorum conversio. Ermacin. l. 3. c. 6. XXX. Russorum conversio circa annum nongentesimum octogesimum nonum sic contigit. Basilius Imperator eorum auxilium adversus Phocam rebellem, qui magnam Orientis partem occupaverat, imploravit. Wolodomirus eorum Rex illud concessit, postulata affinitate. Basilius ei sororem suam Annam dedit uxorem, postquam obtinuit, ut Christianam Religionem amplecteretur, & misit ad eum Episcopos, qui ipsum & ejus populares edocerent. Basilius autem ejus auxilio Phocam vicit & occidit. Russi fidem Christianam & ritum græcum semper retinuere. Eorum plures equidem Basilio Macedone imperante baptizati fuerunt; sed statim ad idola redierant. Wolodomirus autem per plures annos luxuriæ & crudelitati deditus, parum christiane vixit. Postea magnis eleemosynis peccata redemit, & plenus dierum Kioviæ, quam in sedem regiam condiderat, obiit, & in basilica Clementis sepultus est anno millesimo decimo tertio. Hunc Russi inter Sanctos veluti suæ gentis Apostolum die decima quinta Julii solemni cultu quotannis venerantur.

Metropol. Remens. hist. l. 1. XXXI. Hugo Franciæ Rex Arnulphum Remensem Archiepiscopum, quem publicus rumor accusabat Carolo tradidisse suam civitatem, statuit subjicere synodali judicio, ut deponeretur. Itaque per legatos ad Joannem Papam dedit literas, quibus eum violatæ fidei, rebellionis, & proditionis accusabat. Tum subjicit: Vocatur ad palatium, & venire contemnit: invitatur ab Archiepiscopis & Coepiscopis, Nihil se eis debere respondet. Ergo qui vices Apostolorum tenetis, statuite, quid de altero Juda fieri debeat, ne nomen Dei per nos blasphemetur, & ne forte justo dolore permoti, hac vestra taciturnitate urbis excidium, totiusque provinciæ moliamur incendium.

Ibid. Remensis provinciæ Episcopi Hugoni obsequentes, a Papa literis postularunt, ut in Arnulphum ob insignem proditionem damnationis sententiam proferret; sed Heribertus comes, Caroli principis socer, legatos præmisit, qui Carolo Lotharii Regis fratri regnum hæreditario jure deberi insinuarunt Joanni Papæ, qui Hugonis legatos ne quidem audire voluit. Itaque cum per plures menses expectassent, nec admitterentur, ut in Remensi synodo testatus est Gerbertus, infecto negotio in Galliam redire coacti sunt. Interea, uti diximus, cum Adalberonis, qui & Azelinus dictus est, Episcopi Laudunensis proditione urbem hanc Hugo cepisset, Arnulphum cum Carolo Rege captum deduci jussit judicandum ad collectam Remis synodum.

Ibid. *Remensis synodus.* Conc. t. 6. ed. Hard. Itaque decimo quinto Kalendas Julii, anno nongentesimo nonagesimo primo, collecti sunt in Basilica S. Basoli prope Remos Episcopi suffraganei sex Remensis provinciæ & Daibertus Bituricensis Archiepiscopus, & Seguinus Senonensis Archiepiscopus cum aliis quinque Episcopis & plurimis Abbatibus. Aderant Hugo Rex & filius ejus Robertus. Audita sunt primum crimina, quæ Arnulpho objiciebantur. Arnulphus Aurelianensis tunc ei dixit: Prosternere coram tuis Regibus, quos inexpiabiliter offendisti, propriamque confitens culpam, pro tua vita supplica. Arnulphus in modum crucis prostratur, pro vita magno ejulatu supplicavit, moxque Daibertus Bituricensium Archiepiscopus ad genua Principum provolutus, omnium preces pro ejus salute Regibus obtulit, qui responderunt: Vivat vestro beneficio, nostraque degat sub custodia, nec ferrum, nec vincula metuens, nisi forte in fuga spem posuerit. Arnulphus e terra elevatur, ab eoque quæritur, utrum canonice deponi vellet; sed cum potestati Episcoporum se permisisset, illi persuasum est, ut se ipsum abdicaret. Itaque electis Episcopis judicibus sua peccata confessus est, & dedit libellum abdicationis suæ, Episcopatuque se indignum confessus est, ita ut deinceps nec repetitionem aut interpellationem authoritate canonum facere valeat, & concessit, ut alter in ejus locum subrogaretur Episcopus, eique sua manu subscripsit. Subscripsere & alii Episcopi.

Arnulphi Remensis depositio.

Christi An. 991. & 992. Eginaldus, qui descripsit quæ in hac synodo gesta sunt, ait, Hugonem Arnulpho imprimis objecisse, quod ex concubina natus, esse non posset Episcopus, atque in ejus loco consecrari fecit Gerbertum monachum philosophum, qui magister fuerat Roberti Regis; Arnulphum autem cum magno dedecore explosum de Ecclesia B. Mariæ Dei Genitricis Remensis, mancipasse custodiæ in Aureliana civitate, ubi mansit tribus annis. Seguinus autem Senonensis non consensit in degradationem Arnulphi, neque in ordinationem Gerberti, quamvis jussio Regis urgeret. Imo, quantum potuit, Regem redarguit, iramque ipsius in se ipsum concitavit. Alii vero Episcopi, licet inviti, tamen propter timorem Regis Arnulphum degradarunt, & ordinaverunt Gerbertum, qui suam emisit fidei professionem, priusquam consecraretur; scripsit & libellum seu relationem, mendaciis plenam, in qua, ut ipse fatetur in prologo, hujus synodi gesta paraphrastice descripsit, quam sub eo titulo edidere centuriatores: Synodus Ecclesiæ Gallicanæ; ut inde haberent occasionem sedi Apostolicæ contumeliosius insultandi: Adalgerus presbyter in eadem synodo depositus est.

Ibid. Gerbertus, ut promotionem suam magis ac magis assereret, ad ea animum suum intendit, quæ sui muneris esse videbantur. Et quoniam prædones quidam Ecclesiarum agros & prædia populabantur, & clericos rapinis ac cæde vexabant, convocatis suis suffraganeis commonitorium adversus eos publicavit, ut, nisi intra Kalendas mensis sequentis ad satisfactionem venirent, excommunicarentur. Literas quoque dedit ad Fulconem Episcopum Ambianensem, quem increpat, quod bona Ecclesiastica pervaserit; & monet, ut errata corrigat, & satisfaciat: Literis coarguit etiam æmulos Hervei Belvacensis Episcopi, quem monet, ut, si resipuerint, blande suscipiat: sin minus, excommunicatione percellat: sed cum ille, modum excedens, Ecclesiam interdicto supposuisset, asperius eum perstrinxit Gerbertus altera Epistola.

Malmesburg. XXXII. In Anglia Sanctus Oswaldus Eboracensis Episcopus ad Deum migravit anno nongentesimo nonagesimo secundo, Episcopatus sui vigesimo primo: tantam sui admirationem Angliæ præbuit, ut SS. Dunstano & Ethelwaldo sanctimonia compararetur. Pridie quam excederet Wigorniæ, cujus administrationem retinuerat, præ foribus stans, diu suspexit cœlum lætabiliter illacrymans. Percunctantibus qui aderant, quid sic aspiceret, respondit: Sinite me respicere, quo intendo pergere; velox est depositio corporis mei, & tempus resolutionis meæ instat. Mirati sunt illi, quod antea nullam suspicionem ægrotantis dedisset. Postero tamen die, cum pro more, lotis pauperum pedibus, diceret hymnum, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, in ipsa genuflexione vitali spiritu privatus est. Non multo post egregiæ dux memoriæ Æthelwinus defunctus est, vir mansuetudine, pietate, bonitate & justitia excellens. Ejus corpus cum maximo honore delatum est ad Ramascienſe monasterium, quod fundaverat, atque in ejus Ecclesia tumulatum. Iisdem temporibus Dani, postquam deprædati sunt Angliam, fecere vectigalem.

S. Udalrici canonizatio. Conc. t. 6. ed. Hard. t. 9. Lab. S. Udalricum Augustensem Episcopum anno sequenti Joannes Papa canonizavit. In palatio Lateranensi pridie Kalendas Februarii, præsidente Papa cum Episcopis & presbyteris, adstantibus Diaconis & cuncto clero, surgens Luitolphus Augustæ Episcopus, petiit, ut legeretur libellus, quem præ manibus habebat, de vita & miraculis Venerabilis Udalrici. Quo perlecto, communi consilio decreverunt, memoriam S. Udalrici Episcopi affectu piissimo venerandam: quoniam sic adoramus & colimus reliquias martyrum & confessorum, ut eum, cujus Martyres & Confessores sunt, adoremus; honoramus servos, ut honor redundet in Dominum. Demum ejus constitutionis refractores anathematizant: ei post Papam subscripsere quinque Episcopi & novem Presbyteri Cardinales post Episcopos & quatuor Diaconi. Data est tertio Kalendas Februarias, anno Pontificatus Domini nostri Joannis Papæ octavo, & indictione sexta, id est, anno nongentesimo nonagesimo tertio. Nullum habemus antiquius monumentum canonizationis, quam ad Romanum Pontificem remiserit Episcopus Ecclesiæ, in qua sancti viri corpus sepultum erat.

Christi An. 993.

Christi An. 993. & 994. In ea synodo, vel proxime sequenti, cujus acta non extant, Joannes Papa indignatus de his, quæ in præcedenti Remensi synodo gesta fuerant, sacris interdixit omnibus Episcopis, qui Arnulphum dejecerant, & Gerbertum ordinaverant. Hugo Rex acceptis literis Apostolicis, Papam suis delinire tentavit, eique scripsit: Nihil nos contra Apostolatum vestrum egisse scimus: quod si absentibus non satis creditis, præsentes de præsentibus vera cognoscite. Gratianopolis civitas in fine Italiæ & Galliæ sita est, ad quam Romani Pontifices Francorum Regibus occurrere soliti fuerunt. Hoc si vobis placet, iterare possibile est. At si nos & nostra invisere libet, summo cum honore descendentem debitis obsequiis prosequemur. Joannes Papa Leonem legatum misit, qui collecta synodo de his cognosceret.

Ibid. Gerbertus sibi & suæ dignitati timens, contumacem Seguino Senonensi scripsit Epistolam, hortatur ipsum aliosque Episcopos, ut contempta Papæ sententia a sacris non abstineant: paucorum Episcoporum, qui Arnulphum deposuerunt, consensum a Deo solo reformari posse contendit, imo Dei judicium esse insinuat. Invehitur in Romanos Pontifices, quos accusat prævaricationis, avaritiæ & superbiæ. Constantino Miciasensi scripsit, Quod si legato hæc causa retractanda permittatur, Episcopalis dignitas confunditur, & status regni periclitatur. Eorum quæ in Remensi synodo gesta sunt, apologiam misit ad Wilderodum Argentinensem Episcopum. Demum Adelaidis Augustæ protectionem literis sollicitavit; sed postea factus Romanus Pontifex stylum immutavit atque correxit.

Mosomensis synodus. Conc. t. 6. ed. Hard. t. 9. Lab. XXXIV. Leo Abbas & legatus Apostolicus quarto Nonas Junii anni nongentesimi nonagesimi quarti Mosomi in diœcesi Remensi synodum indixit. Adfuere tantum quatuor Episcopi, scilicet Lintulfus Trevirensis, Aymo Virdunensis, Notgarius Leodiensis, Sigifridus Mimigardeverdæ, qui Ottoni Germaniæ Regi erant subditi. Aymo Virdunensis gallice seu lingua latina vulgari dixit: Joannem Papam Episcopos Galliarum, causa synodi, Aquisgranum & deinde Romam invitasse, & eos illo venire noluisse, nunc in Remensi provincia concilium statuisse, & quid de Arnulphi dejectione, & Gerberti promotione dicerent, per suum vicarium velle cognoscere; & protulit Epistolam Joannis Papæ ad omnes Galliarum Archiepiscopos plumbeo sigillo munitam, quam dissolvens coram omnibus recitavit. Gerbertus, qui graves a clero & populo Remensi passus injurias, ab urbe discesserat, hic causam suam peroravit. Judicum benevolentiam captare tentat, affirmans, se jam dudum votis omnibus expetiisse illud judicium, Arnulphum sibi jam designato Remensi Episcopo per simoniam fuisse prælatum insinuat, qua de causa ab ejus communione recesserat. Cum autem, inquit, nihil aliud restaret, nisi ut judiciaria Principis potestate coerceretur, & tanquam seditiosus ac rebellis a principali cathedra removeretur, a fratribus meis & regni primatibus conventus & commonitus sum, ut excluso apostata, curam discissi & dilaniati susciperem populi. Quod diu distuli, & postea non satis sponte acquievi. Hæc est viarum mearum simplicitas. Hæc tamen ejus oratio parum cum literis concordat. Certum duplicitatis argumentum.

Ibid. Adversarii quatuor ei objiciebant. Primo. Quod Arnulphum dominum suum prodiderit. Secundo. Quod carceri mancipaverit. Tertio. Quod sedem ejus pervaserit. Quarto. Quod inconsulto Romano Pontifice sponsam ejus, seu Remensem Ecclesiam rapuerit. Respondet ad primum, quod nullum sacramenti genus Arnulpho præstiterit, licet per aliquod tempus ei fuerit famulatus. Ad secundum, quod Regem coram multis rogaverit, ut eum propter se ne quidem ad momentum detineret in custodia. Ad tertium dixit: Arnulphum Remensis Ecclesiæ non fuisse legitimum sponsum, siquidem eam vastavit & spoliavit, quæ ratio non infirmat ejus promotionem. Ad quartum respondit, Apostolicæ sedis per octo & decem menses expectatam fuisse sententiam; sed, inquit, dum ab hominibus consilium non capitur, ad Filii Dei superemines eloquium recurritur. Arnulphusque ab Episcopis commonitus, cum se proditionis scelere purgare non posset, in se ipsum damnationis sententiam protulit... Quod si forte a sacris legibus quidpiam deviatum est, non id malitia, sed temporis importavit necessitas. Demum paucis exponit, quanta passus sit.

Christi An. 994. Gerbertus orationem suam Leoni legato scriptam dedit, & Epistolam Papæ recepit. Tum Episcopi Godefridum Lotharingiæ ducem consultationibus suis adhibent. Post hæc Gerbertum vocant, &, Leonis Abbatis monachum Joannem ad Reges Francorum cum omni honore deduci faciat, orant & obtinent. Deinde Kalendis Juliis Remis habendam synodum denuntiant. Gerbertus, cum jam synodus soluta videretur, legatos Episcopos accipit tamquam a parte Leonis legati, ut a divino officio usque ad denuntiatam synodum abstineat. Qui cum renueret, in præsentia ipsius Leonis perventum est, ibique breviter commemorat, non esse in potestate cujusquam Episcopi, vel Patriarchæ, vel Apostolici, quemquam fidelium a communione removere, nisi sponte, vel convictum, vel ad concilium venire nolentem; sibi autem nihil horum obstare. Quippe qui nec confessus, nec convictus sit, & qui solus de Gallia ad concilium venerit. Non ergo se suo judicio damnaturum; sed modestia & probitate Luidulfi Trevirensis Archiepiscopi conventus, & fraterne commonitus, ne occasionem scandali suis æmulis daret, quasi jussionibus Domni Apostolici resultare vellet, sub nomine obedientiæ, ut a Missarum tantummodo celebritate abstineret, acquievit usque ad proximas Kalendas Julias.

Ibid. Gerbertus Remos non rediit, quamvis eum ad reditum hortaretur Adelais Imperatrix; quapropter ad eam & Episcopos Remensis diœceseos dedit Epistolam, in qua duas refert causas, cur redire nollet. Leo Romanus Abbas, inquit, obtinuit, ut absolvatur Arnulphus, ob confirmandum Regis Roberti novum conjugium... & Gibuinus, vel quilibet alius in sede mea inthronizandus est. Ex his concludit, redire se non posse sine capitis sui periculo .... addit, non tantum suos milites, sed & clericos conspirasse, ut nemo cum eo comederet, vel sacris interesset, & gravissimas injurias a pluribus sibi sæpius illatas. Peto ergo, inquit, o domina mea semper Augusta, item a fratribus meis coepiscopis, qui pro causa traditoris Arnulphi, sive juste, sive injuste sub anathemate positi sunt, ut me Ecclesiæ judicium expectantem patienter ferant: neque enim Ecclesiam, quam Episcoporum judicio regendam accepi, sine Episcoporum judicio relinquere volo, nec rursus contra Episcoporum judicium, ubi major authoritas adsit, eam quasi per vim retinere dispono. Synodus tamen Remensis vel habita non est, vel caruit effectu: Arnulphus enim nonnisi post tres annos, Hugone jam mortuo, e carcere Aurelianensi eductus, in suam sedem restitutus est, ut testatur Aymonius, & infra constabit ex Gregorii Papæ V. & ipsius Gerberti literis. Aymoin. l. de vit. S. Abbon

Meurisse l. 3. de episcop. Metens. XXXV. Florebat eadem ætate B. Alberto Metensis Episcopus, & Friderici Lotharingiæ ducis filius. Omnia monasteria a suis decessoribus constructa, tunc eversa vel derelicta reædificavit, monachos, qui ea habitarent, collegit, & maxima bona eis contulit, præsertim cœnobio S. Symphoriani. Rem sacram numquam nisi indutus cilicio peregit. Romam profectus a Joanne Papa honorifice susceptus est, & multas ab eo Sanctorum reliquias recepit. Postea xenodochium tunc pauperrimum ædificiis exornavit, ac multis divitiis ditavit, ibidemque constituit ancillas Dei ad laudes perpetuo Creatori omnium celebrandas.

Odil. in ejus vit. S. Wolffgangus. S. Majolus Cluniacensis Abbas, qui in multis monasteriis regularem disciplinam restituit, & monachos ad meliorem frugem revocavit, plenus dierum & sanctitatis ex hac vita abiit quinto Idus Maji, qui dies ejus memoriæ sacer est. Cum senectute jam grandævus obitum suum præsentisceret, Odilonem sibi substituendum curavit. S. Wolffgangus Ratisponensis Episcopus circa idem tempus die vigesima prima mensis Octobris in pace quievit. S. Otmarus, quem ut suum apud Deum intercessorem sæpius suis precibus interpellabat, ei per visum apparens, Episcopatum prædixerat, quem si fideliter administraret, expletis viginti duobus annis vitam æternam ingrederetur: quæ omnia perfecte completa sunt. Utilitatis propriæ immemor, tantum animarum lucra spectabat. Hinc partem suæ diœcesis cessit cum decimis & aliis juribus, ut novus erigeretur Episcopatus. Ejus prædecessores S. Emmeramni cœnobii reditus possederant ut Abbates. Quo pacto monasterii bona distrahebantur, nec monachis necessaria providebantur, unde sensim laxata est disciplina monastica, quam

Act. SS. Bened. sæcul. 5.

Christi An. 994. quam sanctus Præsul reparare volens, Romualdum monachum in regulari disciplina strenuum advocavit, & abbatem in S. Emmeramni monasterio ordinavit. Canonicos & sanctimoniales pariter ad suæ professionis regularem observantiam revocavit. In vita & post mortem miraculis claruit.

S. Gerardus. Bolland. 23. Apr. Eodem anno mortuus est S. Gerardus episcopus Tullensis die nono Kalendas Majas, postquam annos triginta & unum ecclesiam illam gloriose rexisset. Invitum ad hanc sedem hunc promoverat sanctus Bruno Colonienſis Archiepiscopus. Summum ei fuit studium in reparatione ecclesiarum & sacrarum reliquiarum indagatione. Præcipue curam pauperum gessit, eisque semper large subvenit. Cumque duo ex potentioribus in plebe multa perpetrare cœpissent gravia ac pessima, rapinas scilicet & injustitias in pauperes exercendo, postquam eos diutissime patienti sustinuit animo, tandem more legali terribilis anathematis coarctavit vinculo. Hi armata manu eum invasere; sed non modo a beato Præsule denuo excommunicantur, sed etiam a cunctis gallicanis Pontificibus, & ab ipso quoque Papa de sorte Ecclesiæ eliminantur. Leo IX. eum in Sanctorum numerum retulit.

Act. SS. Bened. sæcul. 5. XXXVI. S. Adalbertus jam annos quinque Romæ in monasterio exegerat, virtutum omnium factus exemplar, cum Boleslaus Pius Bohemiæ dux morum depravationem, quæ propter pastoris absentiam omnes ordines pervaserat, non ferens, scripsit Willigiso Moguntino Archiepiscopo, vel ut Adalbertum, quod optabat maxime, redire compelleret, vel alium ordinaret episcopum. Willigisus legatos Romam misit cum literis ad Dominum Apostolicum, quem de Adalberti reditu interpellabat. Romæ facta est synodus pro hac causa, & oritur utrimque grande litigium, dum alii monachum perdere timent, alii pastorem suum cum authoritate quærunt. Tum Joannes Papa Dei jure permotus respondit: Reddimus quod juste quærunt, quamvis de bono patre jam degenerassent filii, & dabimus cum hac lege: Si audierint eum, teneant cum benedictione; si autem a consueta iniquitate sua recedere nolunt, hic noster absque periculo sui capitis malorum consortia declinet. Adalbertus igitur Pragam reversus est, omnes obviam prodeuntes pastorem perhonorifice suscepere; sed brevi Pragenses in priora peccata relapsi sunt. Adalbertus autem Romam revertitur anno nongentesimo nonagesimo quinto, & rursus repetit suum monasterium. Post ejus discessum Ducis comites versi in odium Dei irrumpunt in urbem Lubec, in qua fratres S. Adalberti adsistebant sacris Missarum solemniis, & veluti lupi immanes masculum & fœminam usque ad unum interficientes, quatuor fratribus sancti Adalberti ante ipsum altare decollatis urbem incendunt & præda onerati recedunt. Eorum martyrium die vigesima septima Septembris contigit.

Chronogr. Magdeburg.

Christi An. 995. XXXVII. In Oriente Nicolaus Chrysobergius, post administratum per annos fere novem patriarchatum Constantinopolitanum, vita functus est. Ei substituitur Sisinnius vir insignis & artis medicæ peritissimus, indictione octava, id est, anno nongentesimo nonagesimo quinto. Is dissidium propter quartas Leonis Imperatoris nuptias dudum ortum sustulit. Concordia facta in synodo, cujus solæ supersunt acclamationes. Photius in his laudatur inter Patriarchas, ac proinde schisma cum Romana Ecclesia perseverabat.

Baron. ann. 981. & seq. S. Nicon. Sancti viri græci, illius schismatis minime conscii, eadem ætate floruere. Celebris est imprimis S. Nicon Armenus. Lacedæmonem venerat; virtutibus & miraculis brevi sic inclaruit, ut Basilius provinciæ præfectus ejus auxilium expetierit. Itaque venit Corinthum, & præfectum a gravi morbo & Bulgarorum metu liberavit, illos alio cursum suum flexisse significans. Sanctus vir Amyclas inde contendit. Lacedæmonii viri primarii statim ad eum convolant, enixe supplicantes, ut rursus inviseret eorum civitatem, in qua plurimos incolas absumebat pestifera lues. Annuit ille, si modo Judæos expellerent. Cumque legati id se facturos promisissent, cum eis profectus est. Judæi urbe pulsi sunt. Nicon vero in ea perpetuo commorari constituit. Videres accurrentes ex universa Peloponeso ægrorum catervas, quibus ille non minus animæ, quam corporis curam impendebat, eos adhortans ad pœnitentiam. Joannes quidam cognomento Aratus, Judæorum patronus, eorum expulsionem improbans, unum in urbem introduxit. Nicon intercessit, arreptoque fuste Judæum foras extrusit. Hoc cum audisset Aratus, rabie tumens Sanctum conviciis onerat, qui leni voce respondit: Infelix abi, brevi senties, qualia sint nequitiæ præmia. Ille tamen non destitit, quin Sanctum de more verbis proscinderet; sed paulo post in gravem febrim incidit. Sanctum supplex invocat, & misericordiam implorat, cui Sanctus ex animo facile condonavit. Aratus post tres dies expiravit. Hinc ingens metus Lacedæmonios invasit, & nemo fuit deinceps, qui ejus monitis non pareret.

Christi An. 995.

Gregorius urbis prætor quadam die Dominica cum aliis pila ludebat infra ecclesiam, dum vespertinæ laudes peragerentur, ita ut clamantium voces a sacris laudibus avocarent. Zelo Dei percitus Nicon accelerat, ludentesque libera voce castigat. Prætor, vir amari ingenii, & quia ludo vincebatur, iræ impotens, Sanctum maledictis proscindit, & urbe expelli jubet; sed tarda non fuit divina ultio. Nam cum manum ad pillam excipiendam sustulit, paralysi correptus est, & gravissimis doloribus excruciatus defertur ad ecclesiam; omnia frustra remedia tentantur. Tum prætor fastu depositio, episcopi consilio, Niconem per nuntios multis precibus accersit, qui injuriæ immemor, citius affuit, prætorem ad sua genua procumbentem erigit, eique sanitatem precibus suis restituit. S. Nicon migravit ad Deum die decima sexta Novembris, qua in græca & latina ecclesia ut Sanctus honoratur. Post mortem multis claruit miraculis.

Christi An. 996. XXXVIII. Joannes Papa XV. post annos decem pontificatus, acerrima febre consumptus, obiit mense Aprili anno nongentesimo nonagesimo sexto. Quidam authores eum accusant avaritiæ, alii laudant militarem ejus scientiam, quæ laus parum convenit Pontifici. Otto III., qui tunc cum exercitu versabatur in Italia, Ravennam acceleravit. Hic in ejus occursum venerunt nuncii cum epistola, quam mittebant Romani proceres, illius adventum desiderabant, debitam fidelitatem pollicentes, & quem pro Joanne ponerent, exquirebant. Erat tum in capella Regis quidam clericus Bruno, sæcularibus literis egregie eruditus, Judithæ, quæ regis Ottonis soror erat, filius, magnæ quidem indolis, sed quod minus erat bonum, multum fervidæ juventutis; vix enim vigesimum quartum annum attigerat. Hunc, quia Regi placuit, a majoribus electum Willegisus Moguntinus Archiepiscopus, & Adelbaldus episcopus Romam adduxerunt: a Romanis honorifice susceptus ordinatur Romanus Pontifex, & dictus est Gregorius V. Otto post aliquot dies Romam adveniens, die solemni Pentecostes ab eo coronatur Imperator & patricius. Qui habito cum Romanis placito, Crescentium quemdam, quia priorem Papam injuriis suis laceravit, exilio statuit deportari; sed ad Gregorii preces pœnam hanc ei remisit.

Vit. S. Adalb. Chronic. Hildensheim. *Gregorius V. Papa.*

Bolland. 23. Apr. *S. Adalberti martyrium.*

XXXIX. Imperator cum Adalberto Pragensi sæpe collocutus, eum familiarem habuit, libenter audiens, quæcumque sibi diceret. Willigisus autem Moguntinus instabat, ut Adalbertus ad suam remitteretur ecclesiam. Papa & ipsius abbas eum sæpius adhortati sunt, ut curam ovium resumeret: Si te audierint, inquiebat Papa, Deo gratias: si non audierint, ne cum pereuntibus pereas, ad exteras nationes prædicandi licentiam habeas. S. Præsul hac licentia exhilaratus discessit, & cum notario Leodiensis episcopi, summæ discretionis viro, pervenit Moguntiam, ubi regressus ab Italia commorabatur Imperator, quem frequenter adhortabatur Adalbertus, ut, contemptis temporalibus, æterna desideraret & quæreret. Ipse vero, cum fratres suos cum omni familia a Bohemis crudelissime interfectos audiisset, divertit ad ducem Boleslaum, quem rogavit, ut per missos suos exploraret, an ipsum recipere vellent. Bohemi responderunt: Sumus peccatores, & populus iniquitatis, ille vero sanctus est .... Nolumus eum, quia, si veniat, non pro nostra salute, sed pro puniendis injuriis, quas fratribus ejus fecimus.

Ibid. Adalbertus hoc accepto responso, Pruziæ Deos & idola debellaturus, illuc perrexit, conscensaque navi, quam dux Boleslaus ei dederat, Gedanum appellit. Ibi, divina misericordia adventum ejus prosperante, baptizantur hominum multæ catervæ, celebratisque Missarum solemniis, quidquid superfuit, postquam novi baptizati communicarunt, sibi servavit pro viati-

Christi An. 996. viatico, indeque profectus venit in parvam insulam, remisso navigio, ibi mansit cum Benedicto presbytero & fratre suo Gaudentio, Christum cum magna fiducia prædicabant. Incolæ vero loci venientes, pugnis eos expulerunt, & quidam episcopum psalmos canentem remo percussit inter scapulas, qui ad terram allisus exclamavit: Gratias tibi ago, Domine, quia saltem vel unum ictum pro Christo accipere merui. Postea transit in aliam partem fluminis, villæ dominus illum duxit in domum suam. Congregatur vulgus, & quid de illo foret acturus, furens deliberat. Adalbertus interrogatus, quis esset, & cur veniret, respondit: Sum Sclavus, nomine Adalbertus, professione monachus, ordine episcopus, nunc vester Apostolus. Causa nostri itineris est vestra salus, ut relinquentes simulacra surda & muta, agnoscatis vestrum creatorem, qui solus est Deus, ut credentes in nomine ejus habeatis vitam æternam. Illi vero vociferantes mortem ei minantur, ni celeriter redeat, ipsaque nocte cum sociis naviculæ impositus, & retro ductus, in vico mansit quinque dies.

Ibid. Adalbertus tunc sociis dixit: Habitus corporum & honor vestium, ut video, paganis non parum nocet, unde, si placet, vestimenta mutemus clericalia, pendentibusque capillis, surgere sinamus tonsæ barbæ truncas comas, forsan non agniti melius habemus salutem operari, similes eorum effecti familiarius cohabitamus, laborando quoque manibus propriis victum quæramus. Annuunt socii, & ad Lutizios idololatras, quibus necdum erant cogniti, transire statuunt. Postero die psalmos canentes, viæ se dedunt, & transgressis nemoribus circa meridiem ad campestria perveniunt. Hic Gaudentio Missam celebrante communicarunt, & post leve prandium somno oppressi, quieti se dedere.

Dormientibus pagani superveniunt, & vincula injiciunt. Adalbertus vero fratres adhortabatur ad mortem pro Christo fortiter perferendam. Sicco idolorum sacerdos, & dux conjuratæ cohortis ingenti telo transfixit Adalbertum. Alii pariter irruentes, septem hastis eum transfodiunt. Ille vinculis solutis extendit manus in modum crucis, & suppliciter fusis precibus pro sua & persecutorum salute clamat ad Dominum, atque ita obdormvit in Domino. Barbari caput ejus abscissum palo fixerunt, & læto clamore sua scelera laudantes, reversi sunt. Passus est S. martyr Adalbertus die vigesima tertia Aprilis, feria sexta, anno nongentesimo nonagesimo septimo. Ejus discipuli accepto corpore domini sui, illud secum ferentes, in patriam reversi sunt. Ejus diem festum celebrant Poloni & Bohemi, & utrique sacrum ejus corpus se habere gloriantur.

Christi An. 997. Glaber. Rodulf. l. 1. c. 4.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *San-Dionysian. Synodus.* XL. Die vigesima quarta Octobris ejusdem anni apud cœnobium Dionysianum conventus factus est plurimorum episcoporum de rebus ecclesiasticis, cumque de decimis, quæ a laicis ut plurimum occupabantur, & monachis passim detrahebantur, ad parochos reducendis, quæstio in medium foret proposita, Abboque monasterii Floriacensis præpositus resisteret; is monachos sancti Dionysii, & cæteros familiares illorum contra episcopos concitavit. Seditione gravi orta, Pontifices, re infecta, huc illucque diffugere coacti sunt, & fuga sibi salutem quærere. Seguinus Senonensis Archiepiscopus fugiens, inter scapulas securi ictus, a populo cœno & luto oblitus, pene mortuus relictus est; nec eum dignitas sacerdotalis protexit, aut canities, quin pene occideretur. Abbo cum hujus concitationis author palam diceretur, apologetico ad reges Hugonem & Robertum scripto expurgare se nititur.

Ibid. *De electoribus Imperatorum.* XLI. Gregorium Papam Romæ synodum anno præcedenti celebrasse constat ex ejus epistola ad Herluinum Cameracensem episcopum, qui, cum propter Arnulphi & Geberti contentiones Remis ordinari non potuisset, Romam venit, & ab ipso Papa consecratus est. Gregorius in eadem excommunicat eos, qui ejus ecclesiæ bona invaserint, vel, moriente episcopo, eadem diripuerint. Plerique viri docti volunt Gregorium Papam in eadem synodo, cujus acta perisse fatentur, instituisse septem viros, penes quos solos esset deinceps Imperatoris eligendi potestas; sed post Ottonis III. tunc Imperatoris obitum ducentis & amplius annis, quotquot electi fuerint Romanorum Reges Imperatoresque designati, eosdem non septem duntaxat Electorum, sed omnium principum Germaniæ, qui ad comitia convenissent, suffragiis ad regium culmen electos fuisse constat, ita ut nemo inficias ire possit. Singulorum promotiones perspicue satis docent, ut dubitationi nullus possit esse locus relictus, & quæ adhuc extant de ipsis promovendis literæ diversorum Pontificum Romanorum ad Germaniæ principes datæ, & inter alias, quas Gregorius VII. scripsit ad omnes episcopos, duces atque comites Teutonicos de novi Regis electione facienda, si Henricus in synodo excommunicatus non resipisceret, ostendunt illorum omnium jus fuisse par in eligendo Rege in Imperium promovendo. Quem morem perseveravisse tempore Innocentii Papæ III. anno millesimo ducentesimo, cum mortuo Henrico VI. Imperatore, principes Germaniæ sciscitati sunt inter se, eligentibus aliis Ottonem IV., aliis Philippum, literæ utriusque partis ad Innocentium Papam datæ significant, ex quibus manifeste appareret jus eligendi tunc fuisse penes omnes tam ecclesiasticos, quam laicos feudatarios Imperii in utraque Germania principes. Extat nunc scriptus codex omnium illarum epistolarum, quæ in ea causa ultro citroque datæ fuere, asservanturque in archivo sedis Apostolicæ. Earum partes præcipuas postea suo tempore referemus; sed neque id mutatum reperitur, cum anno millesimo ducentesimo decimo octavo Fredericus II. creatus est Cæsar, ut apparet ex comitiis tunc ea de causa habitis.

Christi An. 997.

Albertus abbas Studensis, qui sui temporis chronicon scripsit, perduxitque usque ad annum millesimum ducentesimum quinquagesimum sextum, post indictum sub Innocentio IV. concilium Lugdunense annos undecim, hæc de septem Electoribus habet. Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem Trevirensis, Moguntinus, Colonienſis, & de sæcularibus, Palatinus eligit, quia dapifer est, dux Saxoniæ, quia marescalcus, & Margravius de Brandebourg, quia camerarius. Rex Bohemiæ, qui pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus. Paulo post hanc dignitatem obtinuit. Baronius, ex cujus historia hæc exscripsimus, addit, Germaniæ principes ex Innocentii IV. vel Alexandri IV. consensu prædictos electores instituisse. Alexander IV. in suis quidem literis, & præsertim in brevi suo ad Gerardum Moguntinum episcopum, quo sub pœna excommunicationis prohibet electoribus, ne Conrardum eligant, septem electorum numerum non notat; sed expressis verbis is numerus legitur in literis Urbani IV. ejus successoris ad Richardum regem Romanorum datis, dum agit de ejus electione, quæ facta est, adhuc sedente Alexandro IV. Ibidem primum honoris locum inter electores obtinere dicit Moguntinum Archiepiscopum, ad quem pertinet electionis diem præfigere; ejus defectu ad comitem Palatinum. Porro ante hæc tempora nullum historicum invenire est, qui vel nomine tenus septem electorum meminerit. Primus eorum mentionem fecit Martinus Polonus, qui claruit sub Innocentio Papa IV. Hic in Ottone III. de his scribit: Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnarint; tamen postea fuit institutum, ut per officiales Imperii Imperator eligeretur, qui sunt septem, & inter eos Bohemiæ regem recensent cum præcedentibus. Hinc irrepsit error, ut sub Ottone III., sub quo id ab eo scriptum invenerunt, multi putaverint septem fuisse creatos electores, atque a Gregorio V. tunc sedente factum scripserint; cum tamen id, quod Martinus ait, nempe postea fuisse institutum, ut per officiales Imperii Imperator eligeretur, ad ipsius Martini tempora referendum sit.

Ibid. Leibnit. prodrom. §. 13. & 14.

Chronograph. Magdeburg.

XLII. Crescentius Nomentanus, qui Romæ tyrannidem sub Joanne XV. exercuerat, anno nongentesimo nonagesimo septimo Roma expulit Gregorium V., qui veniam ei obtinuerat apud Imperatorem, & Joannem Placentinum episcopum intrusit in Romanam sedem. Hic Joannes natione Græcus, conditione servus, astu callidissimus, Imperatorem Ottonem II. sub paupere adiens habitu, ob interventum Theophaniæ Augustæ, regia primum est alitus stipe: Deinde vulpina, qua callebat versutia, eatenus circumvenit Imperatorem, ut pene inter primos charus haberetur. Ottoni III. ejus filio se facilius insinuavit ob ejus pueritiam. Itaque, cum defuncto Placentinæ urbis episcopo, vir bonæ indolis fuisset suffectus, eo indecenter ejecto, Joannes eamdem devastandam suscepit ecclesiam. Otto III. eum misit ad Græcum Imperatorem, ut ejus filiam sibi acciperet uxorem. Reversus cum græcorum legatis, antipapa per vim & simoniam creatus, eos sub custo-

Baron. ad ann. 996.

Christi An. 997. custodia retinuit. Gregorius Papa Ticinum fugit, ibique coacta plurium episcoporum synodo, Crescentium anathemate perculit: Joannes vero ab universis episcopis Italiæ, Germaniæ & Galliæ excommunicatur.

Christi An. 998. Ibid. Imperator anno nongentesimo nonagesimo octavo tantis præsumptionibus compertis, secundam profectionem paravit in Italiam, cui Gregorius Papa Papiæ obviam factus, dum ei pessima Joannis & Crescentis facta narrasset, ille divino commotus zelo, Romam quantocius perrexit cum Apostolico. Quod cum audirent præfati ministri sathanæ, Joannes quidem fugam iniit; Crescentius vero in castello, quod veterem Romam & Leoninam attingit, se cum suis incluſit. Imperatoris amici Joannem insequentes comprehenderunt; sed timentes, ne, si eum ad Augustum destinarent, impunitus abiret, linguam ei & nares amputaverunt, oculosque pariter eruerunt. Gregorius vero sedem Apostolicam honorifice recepit, eamque usque ad obitum suum libere tenuit. Imperator vero Christi Resurrectione Romæ celebrata, statim machinis arcem, quam Crescentius insederat, hactenus inexpugnabilem, fortiter expugnat, Crescentiumque captum decollari cum duodecim ejus sociis, & e summo præcipitatum in patibulo pedibus suspendi jussit. Joannes, licet sit antipapa, in catalogis dicitur Joannes XVI., & decem menses sedis ei attribuuntur; quin immo duo subsequentes Pontifices ejusdem nominis, ejus aliqualem rationem habuere: alter enim se Joannem XVII., & alter se Joannem XVIII. in rescriptis nuncupavit, scilicet ad evitandam confusionem, ne ejus rescripta cum suis confunderentur, si sub eadem inscriptione pervenirent ad posteros; nec tamen idcirco eum ut verum agnovere Pontificem.

Apud Baron. ad ann. 996. S. Nilus hæc cum audisset, corde afflictus, licet senio & morbo confectus, nonagenarius enim erat, Romam venit, ut pro Joanne veniam imploraret. Imperator & summus Pontifex obviam ei processere, mediumque duxerunt ad patriarchium; & salutantes alter a dextris alter a sinistris ejus manus deosculabantur: B. autem Nilus hæc obsequia moleste ferens, dicebat illis: Ignoscite mihi peccatori & semi-mortuo seni. Indignus sum tanto honore, quin potius meum est adorare venerandos pedes vestros. Veni ad gloriam vestram, non honores vel munera cupiens, sed gratiam pro eo, qui vobis multum inservivit, & male a vobis tractatus fuit, qui utrumque vestrum ex baptismatis fonte suscepit. Precor pietatem vestram, ut illum mihi donetis, ut mecum inposterum sedens, ambo peccata defleamus. Imperator modicum lacrymatus, postulata concessit, si tamen in aliquo urbis monasterio habitare vellet. Quæ ibidem vitæ S. Nili author addit, aperte falsa sunt: Ait enim, quod Papa quasi tyrannus urbe ejectus sit, & oculis orbatus, & sepulturæ traditus; cui relationi repugnat tota antiquitas: addit, quod Papa non contentus malis, quæ patraverat adversus Philagratum, sic vocat Joannem, dilaniatis ejus sacerdotalibus vestibus, sedentem in asino per totam urbem circumduci jusserit. Joannem autem, inscio Papa, mutilatum fuisse, testantur coævi chronographi, qui de ista circumductione non loquuntur, imo Joannem paulo post ex vulnerum dolore mortuum referunt: Nilus igitur, cum in urbe commorari nollet, conscensis equis, rediit ad monasterium.

Greg. V. epist. 1. Placentinam ecclesiam jurisdictioni Ravennensis episcopi subtraxerat Joannes XV., atque, ut præfato Joanni antipapæ gratificaretur, hanc erexerat in archiepiscopatum. Gregorius autem datis literis ad Joannem Ravennensem, Placentiam ei & successoribus ejus in perpetuum restituit, & præterea Monteferratam subjecit.

Duchesn. tom. 4. M.S. Floriac. Robertus, qui, Hugone rege & suo patre mortuo die vigesima quarta Octobris anni præcedentis, solus regnabat in Galliis, Bertam Odonis Campaniæ comitis viduam & Conradi regis Burgundiæ filiam duxerat uxorem, licet ejus filium de sacro suscepisset lavacro. Gallicani præsules hujusmodi spiritualis affinitatis rationem non habentes, illas nuptias probaverant. Imo Erchembaldus Turonensis Archiepiscopus aliique plures episcopi earum celebrationi interfuerant. Hæc causa delata est ad Gregorium Papam, qui, præsente Imperatore, Romæ synodum celebravit in basilica S. Petri anno nongentesimo nonagesimo octavo. Octo canones editi sunt. Primus sic habet: " Ut rex Robertus consanguineam suam Bertham, quam contra leges in uxorem duxit, derelinquat, & septem annorum pœnitentiam agat secundum præfixos ecclesiasticos gradus, judicatum est; quod si non fecerit, anathema sit. „ Idemque de eadem Bertha fieri præceptum est. Secundus. " Erchembaldum Turonensem Archiepiscopum, talis conjugii consecratorem, cum omnibus episcopis, qui consentientes interfuerunt his incestis nuptiis . . . . a communione suspendimus, donec ad sedem Apostolicam veniant satisfacturi. Tertius. Ut episcopatus Merseburgensis a sede Apostolica & beatæ memoriæ Ottone I. Imperatore per universale concilium fundatus, & ab Imperatore Ottone II. sine concilio destructus, ut in proprium honorem redeat, a sede Apostolica judicatum est. „ Christi An. 998. *Romana synodus.*

Quartus. " Gisilarius, qui de sede Merseburgensi ad majorem Magdeburgensem migravit . . . . si populi & cleri invitatione migravit, in eadem permaneat Metropoli. Quod si absque eorum invitatione & electione migravit, & non per ambitionem & avaritiam factum esse constiterit, ad priorem redeat sedem: At si ambitionem & avaritiam negare non poterit, definitum est, amittat utramque. Quintus, Stephanus Wallavensis ecclesiæ dictus episcopus, ut omni ordine sacerdotali careat, authoritate Apostolica decernimus, eo quod a Widone, vivente episcopo avunculo & prædecessore suo, sit electus sine populi & cleri voluntate, ac post ejus mortem a duobus tantum episcopis non comprovincialibus sit ordinatus: „ Quos sequens canon a communione suspendit, donec Romam venientes, satisfaciant. Septimus " Ut clerus & populus civitatis Wallavorum licentiam habeant eligendi episcopum, utque electus a Domno Papa consecretur in episcopum, judicatum est. „

Ibid. Robertus rex paruit sedis Apostolicæ mandato, dimissaque Bertha, Constantiam Willelmi Provinciæ comitis filiam accepit uxorem. Gregorius Papa mense Novembri ejusdem anni ad eum misit episcopum legatum cum literis orans, ut, qui villas Juliani episcopi, fortassis Andegavensis, prædati fuerant, & incenderant, ecclesiastica regiaque authoritate coerceantur. Circa hæc tempora magnus est hiatus in Gallia Christiana.

Aimoin. in vit. S. Abbon apud Duchesn. tom. 4. Abbo Floriacensis abbas a Rege Romam missus fuerat, ut matrimonii sui cum Bertha confirmationem procuraret. Hac igitur causa finita, uti diximus, cum rediturus Papam salutaret, Gregorius toti regno Francorum anathema se invecturum comminatus est, nisi Arnulphus e custodia dimissus, sedi suæ restitueretur. Regressus Abbo hæc Regi nunciat, qui Arnulphum custodia exemptum pontificatui restituit, palliumque illi a Domino Papa directum reddidit. Postea per internuncios Gregorio Papæ amicabiles plenasque reverentiæ dirigit literas, quibus significat, se cuncta, uti jusserat, perfeciſſe. Gerbertus post synodum Mosomensem Remos redire non ausus, quod Papam & clerum suum sibi non favere intelligeret, Adelaidis Augustæ commendatione fretus confugerat ad Ottonem Imperatorem, cujus favore promotus est ad Ravennensem archiepiscopatum. Gregorius Papa quarto Nonas Maji ejusdem anni pallium ei mittens, simul dedit literas, quibus eam ecclesiam multis auget privilegiis. " Post mortem Adelaidis Imperatricis, inquit, donamus tibi tuæque ecclesiæ districtum Ravennatis urbis, ripam integram, monetam, telonium, mercatum, muros & omnes portas civitatis . . . . Donamus etiam tibi tuæque ecclesiæ Comaclensem comitatum . . . . . cum omnibus inibi pertinentibus. „ Demum privilegia huic donationi contraria irritat, atque ad nihilum redigit, & confirmat restitutionem ecclesiæ Placentinæ & Monteferretanæ subjectionem, quas ejus prædecessores jam dudum possederant. Confirmat etiam præceptum, quo Imperator Otto Regiensem episcopatum cum omnibus sibi adjacentiis ejus ecclesiæ attribuerat, & inconvulsum permansurum præcipit. Demum ejus ecclesiæ donat Cæsenam cum omnibus inibi pertinentibus, omniaque privilegia jam pridem a suis prædecessoribus ejus ecclesiæ collata, omniaque præcepta aut a Regibus aut Imperatoribus attributa confirmat, & in æternum valere præcipit. Concil. tom. 6. edit. Hard.

Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 9. Labbe. XLIV. Otto Imperator mense Septembri ejusdem anni Roma profectus Ticinum venit, & pro Italia dedit *Ottonis Imp. constitutio.*

Christi An. 999. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 9. Labbè.

dedit sequentem constitutionem : " Comperimus, quod episcopi & abbates ecclesiarum possessionibus abutantur, & per scripta quibuslibet personis attribuant, & hoc non ad utilitatem ecclesiarum, sed pecuniæ, affinitatis, & amicitiæ causa. Dumque eorum successores, & pro domorum Dei restauratione ac pro reipublicæ officio nostroque obsequio commonentur, suarum ecclesiarum prædia ab aliis detineri causantur, seque imperata non posse facere revera demonstrant. Proindeque . . . . . constituimus, & Imperiali edicto confirmamus, ut omnia scripta, sive libelli nomine, sive si emphyteosis prolatum fuerit, quid de ecclesiis Dei, sive aliquo modo, effici non possit; obeunte authore obeat, solusque detrimentum habeat qui se eo scripto obligavit, nec omnino ad eum superscripta damna pertineant, qui ei in regimine successit; sed sit ei libera facultas omnia, quæ per libellos vel alias quaslibet scripturas abalienata fuerint, in proprium jus ecclesiæ revocare, & ita ordinare, ut Deo & nobis debitum obsequium valeat exhibere . . . . Hoc ergo solum scriptum pro lege in talibus causis habeatur, quod Ecclesiæ Dei prosit, & nullo modo obesse possit. Quod si aliquis contra hanc constitutionem nostram tentaverit, tamquam rebellis judicetur, & sit ei anathema, nisi resipiscat, ab omnibus episcopis, qui huic Imperii nostri edicto subscripserint, vel assensum præbuerint. Actum duodecimo Kalendas Octobris, indictione duodecima, anno tertio Domni Gregorii V. Papæ pontificatus. „ In ea synodo Mediolanensi episcopo, Arnulpho nomine, papatus ablatus est in basilica S. Petri, quæ vocatur ad cœlum aureum, & subscripserunt omnes episcopi.

Hæc synodus est diversa ab ea, quam eodem anno Ravennæ celebravit Gerbertus Archiepiscopus, tresque disciplinæ canones edidit. Primus sic habet: " Dudum consuetudo est valde reprehensibilis orta, ut subdiaconi corpus Domini, quod formatum appellant, tempore consecrationis episcoporum ipsis vendant episcopis, & chrisma vendant archipresbyteris annualiter. In quibus apparet venditio Filii Dei, & venditio Spiritus sancti. Qua de re præsenti constituo, ut in hac sede, & in his omnibus, quæ ad nos pertinent ulterius minus fiat... Si quis autem contra hoc decretum ausus fuerit attentare, anathema sit: & responderunt omnes, Amen. Secundus ... Nullus ordinetur, nisi quem ætas, vita, doctrina, mores, authoritas canonica commendat atque legalis . . . . Et si quis sacri ordinis de sepultura mortuorum aliquid acceperit, nisi forte quæ sponte ab amicis vel propinquis mortuorum ecclesiæ fuerint collata, hac maledictione, scilicet anathemate, teneantur obnoxii. „ Et laudaverunt omnes clamantes, Placere sibi. Subscriptio vero sic habet : Hæc promulgata sunt die Kalendarum Majarum, indictione undecima, (ac proinde anno nongentesimo nonagesimo octavo) & subscribentes confirmaverunt episcopi, qui intererant, & presbyteri cardinales ecclesiæ Ravennatensis. Ea igitur ætate presbyteri cardinales dicebantur qui ecclesiis civitatis episcopalis erant incardinati earumque ministerio deputati, synodisque post episcopos subscribebant, ut evidens est ex actis præsentis synodi & præcedentium.

Ibid. *Ravennat. synodus.*

XLV. Imperator Otto, priusquam Italia excederet, invisit duos viros sanctitate celeberrimos. Classensem abbatiam ordinare desiderans, optionem fratribus dedit, ut, quem ipsi vellent, abbatem eligerent. Romualdum unanimiter expetunt. Imperator diffidens, ne per nuntios evocatus, non veniret, ire ad ipsum voluit, & ad cellam ejus, Sole jam occidente, pervenit : cui Romualdus lectulum suum ad quiescendum dedit : coopertorium autem Rex noluit, quia judicavit asperrimum. Otto mane eum secum duxit ad palatium, & multis precibus institit, ut abbatiam acciperet. Reluctanti vero excommunicationem denuntiant omnes episcopi. Romualdus igitur coactus animarum regimen suscepit. Regebat igitur monachos sub districtæ regulæ disciplina, neque alicui sive nobili sive erudito ab ea impune declinare licebat: vir etenim sanctus cordis oculos in cœlum figens, ut Deo in omnibus obtemperaret, non timebat hominibus displicere. Hoc autem fratres considerantes, semetipsos prius accusant, quia hunc sibi præesse poposcerant; deinde multis eum detractionum susurrationibus lacerant, & duris scandalorum aculeis vexant. Romualdus videns illorum mores in deteriora converti, Imperatorem adit, eoque non reluctante, virgam pastoralem projicit, & monasterium deserit. Tiburtinam civitatem tunc obsidebat Otto; cives enim Mazolinum ejus ducem interfecerant, & Imperatori portas occluserant. Romualdus imminens tot animarum periculum sequestra pace delevit. Tiburtinis enim suasit, ut murorum partem diruerent, ac obsides darent, ducis vero interfectorem ad ejus matrem catenatum dirigerent, quæ sancti viri precibus mitigata homicidæ crimen indulsit, & incolumem ad propria redire permisit.

Bolland. 7. Febr.

Christi An. 999.

Romualdus inde divertit ad S. Venerium, qui primitus habitare in monasterio cœperat cum tanta humilitate & simplicitate, ut omnes illum fratres subsannando despicerent, & delirum eum atque dementem esse putarent: alii illum sæpe colaphizare, alii sordida, qua lebetes lavabantur, aqua perfundere, alii diversis illum solebant conviciorum jurgiis lacerare. Cumque ille perpenderet, inter tot adversa tranquillum suæ mentis statum servare se non posse, hominum consortium deserens, in solitudinem secessit, ubi per sex annos absque vino & omni pulmento sub nimiæ districtionis ariditate permansit. Romualdus hunc interrogat, sub cujus regimine degeret, cujusque arbitrio suæ conversationis obedientiam exhiberet. Respondit, Se alieno solutum imperio, hoc sequi, quod sibi melius videretur. Cui Romualdus ait: Si crucem Christi portas, superest, ut Christi obedientiam non relinquas. Vade igitur & consensu a proprio abbate suscepto, revertere, & sub ejus dominio humiliter vive, quia sacris operis ædificium, quod bona voluntas ædificat, humilitas erigit, & obedientiæ virtus extollit. Alia plura salutis ei monita dedit, & ita confirmatum in multa eum alacritate reliquit. Ille igitur adit abbatem suum, ejus consensum accipit, & ad dilectam solitudinem remeavit.

Ibid.

Imperator postea pœnitentiæ causa pedes ivit ad oratorium S. Michaelis Archangeli, quod in Gargano monte situm est, & inde reversus per hospitium S. Nili transivit. B. Nilus obviam illi cum omnibus fratribus ivit, & cum omni humilitate & veneratione ipsum accepit honorifice. Imperator supposita manu illum sustentans, ingressus est cum eo in oratorium, &, facta oratione, dixit illi: Tu cum senueris, atque ad regnum cœlorum proficisci debeas, sit tibi curæ de tuis alumnis, ne post te angustiati loci difficultate, recedentes dissipentur. Nos dabimus tibi monasterium atque proventus, ubicumque volueris in nostra provincia. Nilus respondit: Si fratres mei sunt monachi, & Christi mandata custodiant, ipse, qui hactenus de ipsis curam gessit, multo majorem absque me geret de iis, qui sperant in ejus misericordia. Imperator surgens, ut discederet, dixit illi: Pete a me tanquam a filio tuo quodcumque volueris, & cum omni alacritate perficiam tibi. B. Nilus illi respondit: Nihil aliud peto ab Imperio tuo, præter salutem animæ tuæ; licet enim sis Imperator, debes mori, & ad judicium Dei venire . . . . Imperator illacrymans, coronam suam in manibus S. Nili deposuit, ab eoque benedictionem adeptus, cum suis profectus est. S. autem Nilus se suosque sic ad monasticam vitam composuit, ut nusquam firmas sedes fixerit, sed peregrinantium more, de uno loco in alium identidem transmigraret, ut affectus liberos ab omnibus terrenarum rerum compedibus conservaret.

Vit. S. Nili

XLVI. Eadem ætate, regnante in Hispania Bermondo II. sanctitate floruere Froilanus Legionensis episcopus, cui & matri ejus Froilæ Sanctorum honores defert Hispania: S. Attilanus episcopus Zamoracensis, quem Urbanus II. in Sanctorum numerum retulit. Ambo simul vitam egerant monasticam in Tabarensi monasterio, quod ex Regis liberalitate fundavit Froilanus, in eoque congregavit ducentos monachos, qui pro pace regni continuas preces funderent, externo enim & civili bello vexabatur Legionense regnum.

Annus nongentesimus nonus personarum insignium morte consignatur. Gregorius Papa V., licet ætate florens, obiit die decima octava Februarii, postquam sedisset annos duos & menses circiter octo; commendatur ejus liberalitas erga pauperes, quibus vestimenta singulis sabbatis distribuebat, ut legitur in ejus epitaphio. Gerbertus natione Aquitanus ex infimo genere procreatus, monachus a pueritia in S. Geraldi Aureliacensi cœnobio, causa Philosophiæ primo Franciam, deinde Cordubam lustrans, cognitus a rege Hugone, filium una cum Ottonis II. filio literis imbuerat, hinc ab Ot-

Ademar. chron. & chron. Aurel. & Millenc.

Christi An. 999. ab Ottone III. cujus præceptor fuerat, Archiepiſcopus Ravennatenſis factus eſt. Demum ejuſdem favore Romanus Pontifex electus eſt, & inthronizatus die ſecunda Aprilis, & Sylveſter II. dictus eſt.

Bolland. 16 Mart. S. Heribertus Imperatoris cancellarius ante aliquot menſes electus Colonienſis Archiepiſcopus, Ravenna, quo ad diſcordes animos reconciliandos ab Imperatore miſſus fuerat, Romam venit, ut epiſcopatum deponeret; ſed ejus preces non admiſit Sylveſter, qui ei dedit pallium. Coloniam rediit, & in vigilia Natalis Chriſti a ſuis ſuffraganeis conſecratur; vitam monaſticam antea diu profeſſus eſt in Gorzienſi cœnobio. Leothericum vero a clero & populo electum Senonenſem Archiepiſcopum inthronizare prohibuerat Frotmundus comes; habebat enim filium clericum nomine Brunonem, cui ſedem hanc deſtinabat. Leothericus Romam veniens, adiit Sylveſtrum Papam, cujus diſcipulus Remis fuerat, quem ille gratanter accepit, & totius Galliæ primatum ei dedit, literiſque ſuis Senonenſis Metropolis ſuffraganeis juſſit, ut congregati in unum, eum ordinarent, qui juſſa compleverunt.

Chron. S. Petr. Senon.

Sylveſt. P. epiſt. 10. Concil. tom. 6. ed. Hard. Arnulphi Remenſis reſtitutionem Gregorii juſſu factam, uti diximus, Sylveſter, ejus antea æmulus, ſic confirmavit, ut eum ob crimina dejectum eſſe declararet, ne ipſe calumniator, qui prius eum oppreſſerit, videretur; ſic enim ſcripſit: " Apoſtolici culminis eſt non ſolum peccantibus conſulere, verum etiam lapſos erigere . . . Quapropter tibi Arnulpho Remenſi Archiepiſcopo, quibuſdam exceſſibus pontificali honore privato, ſubvenire dignum ducimus, ut, quia tua abdicatio Romano aſſenſu caruit, Romanæ pietatis munere credaris poſſe reparari. „ Tum eum in omnia jura Remenſis archiepiſcopatus reſtituit, ſicque indicat priorem ejus reſtitutionem fuiſſe proviſionariam, ſiquidem ſecundum jus eccleſiaſticum ſpoliati ante reſtitutionem reſpondere non coguntur.

Baron. ad ann. 999. XLVII. Imperator, Sylveſtro Papa ſupplicante, & interveniente Heriberto Colonienſi ſuo cancellario, Leoni Vercellenſi epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus in feudum perpetuum dedit urbem Vercellenſem ejuſque comitatum integrum, & totum ſanctæ Agathæ comitatum cum omnibus eorum pertinentiis. Donationis actum refert Baronius, quem recognovit Heribertus vice Petri Comanenſis epiſcopi & archicancellarii, ſcilicet pro Italia. Data eſt Nonis Maji, anno nongenteſimo nonageſimo nono.

S. Adelhait. Ejus vit. apud Canis. Ejuſdem anni exitus Imperatori fuit luctuoſus. S. Adelhais ejus avia, conjux Ottonis I., die decima ſexta Decembris migravit ad æternam gloriam. Dicebat ſæpe cum Apoſtolo: Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Mater Regum appellata fuit, quia diſſidentes Regum animos mira ſuavitate & peritia conciliavit: plura monaſteria fundavit, eccleſiaſque maximis ornavit donariis. Eam præceſſerat ejus filia Mathildis abbatiſſa Quindilisburgenſis, pietate & ſapientia conſpicua. S. Adelhaidis vitam ſcripſit S. Odilo Cluniacenſis abbas.

Chronogr. Magdeburg. & Dietmar. l. 4. Otto Imperator pietatis & ſolatii cauſa profectus eſt in Poloniam, ut ſepulchrum S. Adalberti epiſcopi Pragenſis & martyris veneraretur. Bolizlaus Poloniæ dux ei occurrit honorifice, & Gneſnam uſque deduxit. Otto videns a longe deſideratam civitatem, nudis pedibus ſuppliciter advenit, & ab epiſcopo Poſnaniæ Ungero venerabiliter ſuſceptus, in eccleſiam introducitur, & ad Chriſti gratiam ſibi impetrandam martyris interceſſione profuſis lacrymis utitur. Nec mora, coadunata ſynodo, fecit ibi archiepiſcopatum ſine conſenſu Ungari, cujus diœceſis erat hæc civitas, & Moguntini Metropolitani, cujus metropoli omnis hæc regio ſubjecta erat, & Gaudentium, quem Poloni & Bohemi Radinum vocant, Gneſnæ primum ordinari fecit Archiepiſcopum; ſed cum licentia Romani Pontificis, quam poſtulavit Bolizlaus, eique ſubjecit Reinbernum ſanctæ Cholbergienſis eccleſiæ epiſcopum, Popponem Cracovienſem, Joannem Uladislavienſem. Epiſcopatus igitur in Polonia inſtituti anno nongenteſimo ſexageſimo quinto, & ſubjecti Moguntino Archiepiſcopo, anno milleſimo ſubditi fuere Gneſnenſi Metropolitanæ, tunc erectæ in gratiam S. Gaudentii fratris S. Adalberti martyris.

Gneſnenſis archiepiſc.

Chron. Hildens.

Ademar. in chron. Otto reverſus, paſchalia tempora Quindilinburgi celebravit: Pentecoſtes autem celebritatem digna devotione Aquiſgrani feriavit. Caroli Magni ſepulchrum apertum inviſere voluit. Invenit eum ſedentem in aurea cathedra intra arcuatam ſpeluncam, coronatum corona ex auro & gemmis, tenentem ſceptrum & enſem ex auro puriſſimo, & ipſius corpus incorruptum, & multis ſignis & miraculis clareſcere cœpit. Non tamen ſolemnitas de ipſo agitur, inquit Ademarus author coævus, niſi communi more anniverſarii defunctorum. Solium ejus aureum Otto direxit Boleslao Poloniæ duci, qui, eo accepto, dono miſit Imperatori brachium S. Adalberti. Imperator gaudens illud accepit, & in honorem S. Martyris baſilicam Aquiſgrani conſtruxit magnificam, & ancillarum Dei congregationem ibi diſpoſuit. Aliud quoque Romæ monaſterium conſtruxit in honorem ejuſdem martyris. Ex eo Ademari loco liquet, Aquiſgrani & in aliis urbibus Carolo Magno Sanctorum honores tunc non fuiſſe delatos; ſed eum ut Sanctum venerari cœperunt pleræque civitates, poſtquam ejus canonizationem tentavit Guido Cremenſis antipapa, qui dictus eſt Paſchalis III. Otto tunc etiam inſtitit, ut Giſilerus, juxta Romanæ ſedis decretum, abdicato Magdeburgenſi archiepiſcopatu, Mersburgenſi epiſcopatu, quem primum poſſederat, contentus eſſet; ſed ille pecunia ſua perfecit ut ad ſequentem Romanam ſynodum hujus cauſæ definitio remitteretur.

XLVIII. Siſinnius patriarcha Conſtantinopolitanus cum tres tantum annos ei eccleſiæ præfuiſſet, hoc anno viram cum morte commutavit. Ei ſuffectus Sergius Manuelici monaſterii præſul, qui per annos viginti hanc eccleſiam adminiſtravit. Dani vero poſt ingentem victoriam vaſtarunt Angliam; poſtea pax ab eis annuo tributo redempta eſt.

Christi An. 999.

Imperator Otto anno Chriſti milleſimo, ſine ulla ſolemnitate vel facto memorabili, Romam profectus eſt, ſecum habens in comitatu S. Heribertum Colonienſem Archiepiſcopum, cui plurimum confidebat. In via de communi animæ commodo uterque pertractabat. Placuit ambobus, ut quilibet eorum, ſi ſoſpes reverteretur, de rebus hæreditariis ædificaret decens cœnobium ſub invocatione ſanctæ Dei Genitricis. Protinus ad id operis eidem archipræſuli tradit Cæſar optima majorum ſuorum prædia, donationem ſcripto roborans ſub aſſignatis teſtibus. Imperator in itinere moratus propter varias expeditiones bellicas, Natalem Chriſti Romæ celebravit. Bernwardus Hildesheimenſis epiſcopus in Epiphania anni milleſimi primi, ſuper multis infeſtationibus Willigiſi Moguntini, & maxime de ſynodo, quam in ſua Gandeshemenſi eccleſia cum extraneis epiſcopis habuit, conqueſturus advenit. Sylveſter Papa viginti epiſcopos Italos convocavit, & cum his & tribus Germaniæ epiſcopis, in baſilica S. Sebaſtiani martyris ſynodum celebravit. Aderant Imperator & Henricus dux Bavariæ. Bernwardus coram iis totam Metropolitani ſui illicitam uſurpationem expoſuit. Papa ex ſynodi conſenſu dixit: Apoſtolorum poteſtate diſſipamus & effringimus & annullamus, quæ abſente fratre & coepiſcopo Bernwardo ia Gandeshemenſi eccleſia ſuæ diœceſis a Willigiſo epiſcopo ejuſque complicibus ſtatuta ſunt. Et Bernwardo tradens ferulam Apoſtolicam, addidit: Gandeshemenſe cœnobium cum adjacentibus villis & terminis tuo juri redintegro, & Apoſtolica SS. Petri & Pauli authoritate interdico, ne aliquis, niſi quantum canones permittunt, tibi obſiſtat, Willigiſoque ſcriptum, ne quid ſimiles deinceps attentaret.

Chron. Hildesh.

Christi An. 1001.

Vit. S. Bernward. Act. SS. Bened. ſæcul. 6.

Imperator Otto anno milleſimo ſecundo Natalem Chriſti Tudertinæ cum Domno Apoſtolico celebravit: ſed ſynodi hic celebratæ pro juribus eccleſiæ Hildesheimenſis non meminit idem chronographus Hildesheimenſis. Imperator inde Romam tendens Paternum oppidum addit; ſed febre & Italico morbo graviter correptus, cum generali omnium contriſtatione decimo Kalendas Februarii ex hac vita morte immatura diſceſſit ſine liberis; annum enim agebat vigeſimum tertium, novemdecim regnavit, quinque vero imperavit. Ejus exercitus coadunatus, ne ab iis, quos in Italia preſſerat, trucidaretur, impoſito ante ſe in equo Imperatoris corpore, in patriam tuto pervenit; illud in monaſterio B. Mariæ Virginis, Aquiſgrani decenter ſepultum fuit. Henricus Noricorum dux, Ottonis I. ex fratre nepos, vir in omni eccleſiaſtica perfectione præcipuus, ei ſucceſſit jure hæreditario, & jure electionis, ſecundum veterem conſuetudinem, regnique primates in comitiis acclamarunt: Henricum Chriſti adjuto-

Christi An. 1002.

Ottonis Imp. mors. Chronograph. Hildesh.

Glaber. l. 1. c. 4.

S. Henricus Imp. Dietmar. l. 5.

Christi An. 1002. jutorio, & jure hæreditario regnaturum. In Regem igitur Muguntiæ eligitur octavo Idus Junii, benedicitur & coronatur a Willigiso Muguntino Archiepiscopo, & Bernwardo episcopo Hildesheimensi. Hanc dignitatem ei prædixerat S. Wolffgangus Ratisponsis episcopus. Ejus uxor Cunigunda Paderbornam veniens, die decimo Augusti coronatur. Eadem licet Imperatori nupta, cœlesti Regi suam virginitatem consecravit, quam usque in finem casti conjugis consensu, Deo teste, conservavit; cum enim injustam passa esset circa pudicitiam accusationem, candentia ferra nudis & illæsis pedibus calcavit.

Bolland. 3. Mart.

Hungariæ conversio.

XLIX. Giselam sororem suam Stephano Hungariæ regi dedit uxorem, qui fidem & regium nomen invexit in Hungariam. Geisam IV. Hungarorum ducem & Stephani patrem cum multis popularibus jam ad fidem adduxerat, & cum tota familia baptizaverat S. Adalbertus Pragensis. Geisa autem, cum cogitaret, qua ratione Christianam religionem apud suos propagaret, erectisque episcopatibus confirmaret, divinitus in somnis admonitus est, filium suum Stephanum in terra & in cœlis regnaturum, atque tantum opus esse consummaturum. Stephanus re ipsa, pace cum vicinis composita, debellatisque suis subditis ethnicis, qui rebellaverant; ex eorum spoliis S. Martini monasterium ædificavit: hunc quippe Sanctum semper venerata est Pannonia, in qua natus est.

Vit. S. Steph. apud Sur. 20. Aug.

Ibid. Anast. Strigon. Archiep. Act. SS. Bened. tom. 6.

Stephanus inde piis operibus, continuis orationibus, magnisque eleemosynis divinam pro suis implorabat misericordiam, accersitisque plurimis viris piis, qui in vinea Domini laborarent, Astrojum abbatem ejusque discipulos honorifice suscepit, & ad radicem montis ferrei collocavit, ubi S. Benedicti cœnobium magnifico sumptu ædificari permisit. Quin & basilicam illam multis prædiis pagisque donavit; monachorum consuetudine, quando viros optimos esse intelligebat, mirifice delectabatur; quorum auxilio ac opera Hungaros partim sponte, partim vi ac metu in lucem veritatis asseruit, mandataque sacræ legis & ortodoxæ fidei axiomata omnes scire coegit: sed quia sine pastoribus diu subsistere non poterat nascens Ecclesia, huic necessitati providit, regionemque totam in decem episcopatus distribuit, quorum Metropolis esset Strigonia, & primum Archiepiscopum consecrari fecit Sebastianum, magnæ pietatis monachum. Astricum vero, quem doctrina & moribus præstantem esse noverat, Colocensi ecclesiæ episcopum præfici curavit, & appellavit Anastasium.

Ibid.

Eumdem Romam misit, ut Romanus Pontifex nascenti Ecclesiæ benedictionem impertiret, novos episcopatus confirmaret, ac regium diadema sibi concederetur, quo fidem majori authoritate stabiliret. Anastasius ad Pontificem venit, demandatumque officium sibi prudenter exequens, sanctique ducis res gestas ordine referens, a sede Apostolica regni coronam petiit: His auditis mirifice exhilaratus Sylvester Pontifex, quod petebatur, annuit, & crucem ante Regem, tamquam Apostolatus insigne, gestandam adjunxit. Ego, inquiens, sum Apostolicus, ut ille merito Christi Apostolus, cujus opera tantum populum sibi Christus acquisivit, eaque causa, quemadmodum divina gratia ipsum docebit, ecclesias Dei una cum populis nostra vice ordinandas ei relinquimus.

Stephanus, his insignibus acceptis, episcopos cum clero, optimates & populum convocat, atque in Regem ungitur, edictumque cum episcopis regnique primoribus promulgat, quo & singulis vitiis parabantur remedia, & disciplinæ ecclesiasticæ ordo instituebatur. Sebastianus Strigonienfis episcopus paulo post oculorum lumen amisit. Stephanus rex in ejus sedem Anastasium provehit, sed triennio post Sebastiano, qui visum receperat, sedem suam restituit Anastasius contentus ecclesia Colocensi: pallii tamen usum & prærogativas semper habuit.

Ibid.

Stephanus rex piissimus se ipsum & regnum suum per votum & oblationem in perpetuam Virginis Mariæ tutelam contulit: atque, ut ipsius patrocinium promereretur, in ipsa regiæ sedis civitate, quam Albam vocant, in ejusdem Virginis honorem insignem basilicam condidit, cælatis auro chori parietibus, & pavimento marmore strato, omniaque ad divinum cultum necessaria contulit, præsertim tabulas altarium ex auro purissimo, pretiosisque lapidibus conspicuas, ciborium mirabili arte constructum, omnique genere vasorum crystallinorum, onychinorum, aureorum & argenteorum abunde refertum. Hujus autem civitatis nullum voluit esse proprium episcopum; sed eum, quem ipse delegaret, pontificalia celebrare præcepit. Decimas ejusdem loci soli præposito & monachis attribuit, prohibuitque, ne quis episcopus absque eorum consensu hic divina celebraret mysteria. Jerosolymis quoque monachorum cœnobium condidit prædiisque dotavit. Romæ etiam sub titulo S. Stephani duodecim canonicorum collegium instituit, rebus necessariis abundans, ædificavitque domos & hospitia Hungaris, qui ab Apostolorum limina venirent; peregrinos quoque Jerosolymam proficiscentes in toto suo regno liberaliter suscipi providit.

Christi An. 1002.

L. S. Nilus abbas in Italia fugiens honores, secessit in agrum Tusculanum, ut securius lateret in loco, qui crypta ferrata dicitur, mortuo quidem discipulo suo Stephano, quem propter summam humilitatem & patientiam præ ceteris habebat charissimum, in ejus sepulchro suum quoque corpus recondi destinaverat: ast ubi primum certa relatione cognovit, quod illud post mortem in urbem suam honorifice transferre vellet princeps Gaetanus, Serperense monasterium, in quo jam per decem annos vixerat, reliquit, ac novum cryptæ ferratæ construxit, quo ejus fratres eum subsecuti sunt, quos lætus excepit: manuum enim labor eis vitæ necessaria suppeditabat. Post aliquot dies corporis sui dissolutionem adesse sensit: perceptis igitur divinis mysteriis, fratres evocat, oratque, ne corpus suum in ecclesia sepelirent, vel ejus tumulum quoquomodo decorarent. Hinc biduum in lectulo jacens sine voce & clausis oculis in oratione perseveravit.

S. Nili mors.

Gregorius comes Tusculanus, audito ejus vitæ periculo, cum medico statim advolat, profusisque lacrymis amare flens, manus ejus deosculabatur. Jam pater, inquiens, prohibere non potes, ut antea, cum diceres, episcopus non sum, nec presbyter, sed pauper monachus. Ubi primum recessit, quamvis medicus nec febrim nec ullum mortis indicium in eo deprehendisset, fratres ejus corpus cum lectulo in ecclesiam transferunt. Solemnis erat sancti Joannis Evangelistæ festus dies, quem Græci die vigesima sexta septembris celebrant. Id enim virum sanctum in votis habuisse noverant, ac frequenter illud usurpare solitum, monacho moriendum in ecclesia. Decantatis ejus diei vesperis, animam Deo reddidit post Solis occasum, quo die ejus meminit Romanum martyrologium. Paulus abbas ei successit in regimine monasterii. S. Nili viri magnæ pietatis vitam græce scripsit unus ex ejus discipulis.

LI. In Galliis anno millesimo secundo celebratæ variæ synodi, in quibus quæsitum est, Primo: De jejuniis ante Pentecosten, & statutum est, ut nec prohiberentur, nec per imperium sacerdotum fierent, excepto sabbato Pentecostes. Secundo. De cantu hymni: Te Deum, quem monachi contra morem Romanæ Ecclesiæ, Adventus, & Quadragesimæ tempore decantabant. Qui cum respondissent, id se agere ex præceptione S. Patris Benedicti, episcopi permisere ut pristinum ritum retinerent. Tertio. De festo Annuntiationis Dominicæ, ut extra Quadragesimam celebraretur. Patres censuere, retinendam esse antiquam consuetudinem, scilicet, ut octavo Kalendarum Aprilium celebraretur.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Sylvester Papa die tertia Decembris ejusdem anni synodum habuit in palatio Lateranensi. Petrus scriniarius dixit: Domine Papa, hic abbas tuus de Perusia queritur adversus Cononem Perusinum episcopum, quod eum armata manu abstraxerit de ecclesia, & omnia monasteria deprædationi concesserit. Episcopus negavit, id sua præceptione vel voluntate fuisse factum: At addidit: Monasterium illud, quod abbas tenet, ad meum episcopatum proprie pertinet; sed perlectis Joannis & Gregorii Papæ privilegiis, cum ea petitioni suæ adversari intelligeret episcopus, dixit: Hæc sine prædecessoris sui concessu facta fuisse. Cui respondit clerus Romanus: Vidimus omnes epistolam antecessoris tui, in qua & consensus ejus erat, atque ut hoc fieret, precibus obnixe postulabat. Episcopi igitur decreverunt, ut episcopus monasterium illud redderet ... Conon illud cum omnibus pertinentibus Papæ reddidit, & abbati pacis osculum dedit. Hoc monasterium in veteri cathedrali ecclesia ex Honesti episcopi consensu instituerat Petrus abbas.

Ibid. *Romana synodus.*

LII. Syl-

Christi An. 1003. LII. Sylveſter Papa, ſancte & prudenter adminiſtrato per quatuor fere annos pontificatu, obiit die duodecima Maji anni milleſimi tertii, & die ſequenti ſepultus in Lateranenſi S. Joannis baſilica. Quidam recentiores Bennonem ſchiſmaticum ſecuti, inepte eum magiæ accuſarunt, quam calumniam ſatis refutant laudes, quibus eum exornarunt coævi ſcriptores, & Sergius Papa IV. in epitaphio, quod ei compoſuit. Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo, dum inſtauraretur baſilica Lateranenſis, in loculo marmoreo ejus corpus inventum eſt integrum cum veſtibus pontificalibus; ſed ubi primum patuit aeris impreſſioni, omnia in pulverem redacta ſunt præter crucem argenteam. Cum eſſet monachus, plures tractatus mathematicos ſcripſerat. Archiepiſcopus edidit ſermonem de informatione epiſcoporum. In eo teſtatur, quanto dolore afficiatur, quod ſimoniæ labes invaluiſſet. Superſunt etiam centum ſexaginta ejus epiſtolæ, quas ſcripſit, dum eſſet Archiepiſcopus Remenſis; tres autem, dum eſſet Romanus Pontifex. Unius menſis fuit interpontificium. Die enim decimo tertio Junii Joannes XVII. natione Romanus, qui dicebatur Sicco, ordinatus eſt Romanus Pontifex. Menſes tantum quinque ſedit, ejuſque acta omnia perierunt. Sedes dies novemdecim vacavit. Joannes XVIII. natione Romanus, qui dicebatur Faſanus, ordinatus eſt die vigeſima ſexta Decembris anni milleſimi tertii.

Ditmar. l. 5. Initio ſui pontificatus legatum in Germaniam miſit ad conſecrationem novi Archiepiſcopi Magdeburgenſis, quam ſibi reſervaverant Romani Pontifices; Tagmon enim electus, Romam venire non poterat. Conſecratus eſt die Purificationis a Willigiſo Archiepiſcopo Moguntino, præſente Rege & Romano nuntio omnibuſque coepiſcopis anno milleChristi An. 1004. ſimo quarto. Giſilerus, qui ſedem hanc cum Mespurgenſi hactenus retinuerat, ante aliquot menſes obierat.

Hiſtor. anic. Pa. tuſſec. 3. LIII. Leuthericus Senonenſis epiſcopus, qui vir doctus habebatur, quæſtionem de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia circa hæc tempora movere cœpit; & licet eum Rex increpaſſet, & tacere juſſiſſet, non deſtitere tamen curioſi novitatis eamdem in ſcholis agitare quæſtionem. Fulbertus Gerberti quoque diſcipulus, qui ſcholas Carnotenſes regebat, a diſcipulis rogatus, ut, quid ſentiret, quidve ſentiendum eſſet, explanaret, veram & orthodoxam ſententiam propugnavit, eamque validis munitam rationibus publicavit, ut conſtat ex prima ejus epiſtola ad Adeodatum. " Chriſtus . . . . . inquit, defectum noſtræ fragilitatis miſeratus, adverſus quotidianas noſtræ prolapſionis offenſas, ſacrificii placabilis nobis providit expiamenta: & quia corpus ſuum, quod ſemel pro nobis offerebat in pretium, paulo poſt a noſtris viſibus ſublatum fuerat in cœlum, ne ſublati corporis fraudaremur præſenti munimine, corporis nihilominus & ſanguinis ſui pignus ſalutare nobis reliquit, non inanis myſterii ſymbolum, ſed compaginante Spiritu ſancto, corpus Chriſti verum; quod quotidiana veneratione ſub viſibili creaturæ forma inviſibiliter virtus ſecreta, in ſacris ſolemnibus operatur, de quo ſub hora paſſionis ſuæ ipſe familiaribus ſuis ait: Hoc eſt corpus meum, & paulo poſt: Hic eſt ſanguis meus . . . . . novi teſtamenti, qui pro vobis fundetur, & alibi: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Qua veri magiſtri authoritate animati, dum corpori & ſanguini ejus communicamus, audenter fatemur, nos in corpus illius transfundi, & ipſum in nobis manere. In nobis ipſum manere, dico, non ſolum per concordiam voluntatis, ſed etiam per naturæ unitæ veritatem . . . . . &, quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius, jam corpus Chriſti & ſanguis ſit interius . . . . . Dubitari etiam nefas eſt, ad cujus nutum cuncta ſubito ex nihilo ſubſtiterunt, ſi pari potentia in ſpiritualibus ſacramentis terrena materies, naturam & generis ſui meritum tranſcendens in Chriſti ſubſtantiam commutetur, cum ipſe dicat: Hoc eſt corpus meum, &: Hic eſt ſanguis meus. „ Fulbertus hoc anno Carnotenſis eccleſiæ cancellarius creatus eſt, & anno ſequenti ejuſdem urbis epiſcopus renuntiatus. Omnium ſui temporis doctorum doctiſſimus habebatur. Factus epiſcopus a docendo non deſtitit, ſcolamque habuit diſcipulorum undequaque confluentium frequentia pernobilem. Adulfus Eboracenſis epiſcopus circa idem tempus, coepiſcopis, abbatibus & presbyteris monachis aggregatis Wintoniæ in Anglia, S. Oſwaldi Archiepiſcopi oſſa e tumulo levavit, & in ſcrinio, quod paraverat, honorifice locavit, qui inde multis claruit miraculis. En facta per Metropolitanum canonizatio. Christi An. 1004.

Euchariſtiæ veritas. Fulbert. Carnot. epiſt. ad Adeodat. biblioth. maxim. tom. 18.

LIV. Interim Henricus Germaniæ rex, debellato Hermanno Sueviæ duce, qui ad regnum aſpirabat, Harduico, qui ante biennium Italiæ rex coronatus fuerat, occurrendum putans, priuſquam in regno ſeſe confirmare poſſet, anno milleſimo quarto per Veronam Italiam petens, omnes ſibi partium illarum civitates ſubjecit. Papiam ipſa, qua coronatus eſt die, irrumpens, gladio & igne perdomuit. Harduicus vero fuga ſaluti ſuæ conſulere coactus eſt. Inde, acceptis obſidibus, in Saxoniam reverſus, poſt paucos dies in Sclavos arma convertit, Bohemiſque ad priſtinam ſervitutem & tributum redactis, Bolizlaum Polonorum ducem cum tota gente ſua ſubjugavit, & in Saxoniam victor rediit. Herman. contract.

Henricus rex anno ſequenti milleſimo quinto, Nonis Julii, omnes pene regni ſui epiſcopos ad ſynodum Tremontiæ in Weſtphalia coadunavit, eoſque graviter reprehendit, quod in ſuis diœceſibus corrigenda non emendarent. Tum ad particularia deſcendens addidit: Conſanguinei in regno noſtro etiam in tertio gradu matrimonio copulantur, quod nefas dictu eſt . . . . . Ecce Conradus dux Auſtraſiorum conſanguinitate nobis conjunctus, uxorem duxit ſibi propinquam . . . . . Adalbero Metenſis epiſcopus Regi affinitate conjunctus, tacere inhoneſtum judicans, oſtendit Conradi uxorem in tertio gradu ei conſanguinitate conjunctam. Christi An. 1005. Vit. S. Al. beron. Metenſ. epiſc. *Tremonienſis ſynodus.*

His dictis, tantæ ſimultates exurgere cœperunt, ut, niſi Rex adfuiſſet, Conradus ejuſque fautores arma corripuiſſent. Aderat huic ſeditioni Theodoricus Lotharingiæ Moſellanæ dux, frater Alberonis, & quæque juſte diſponebantur, ſua authoritate firmabat, nuptiaſque illicitas cum reliquis ducibus, comitibus, & Dei ſacerdotibus regiæ juſtitiæ faventibus damnans, & quæ Dei erant liberrime decernebat: ſed, cum multi Conrado faverent, tanta facta eſt diſſenſio, ut Rex eam ſedare non potuerit. His odiis infeſtiſſimis diſceſſum eſt. Epiſcopi prius edidere quoſdam canones, quibus leges eccleſiaſticæ in priſtinum uſum revocarentur, pravique mores, qui in clerum & populum irrepſerant, corrigerentur. Ejus ſynodi acta periere. Ibid. Ditmar. l. 6.

Adalbero II. hujus nominis Metenſis epiſcopus, cujus eximiæ virtutes in ejus vita fuſius referuntur, decimo nono Kalendas Januarii ejuſdem anni tranſiit ad vitam beatam. Theodoricus, Moſellanorum dux, hunc epiſcopatum ex conſenſu regis Henrici filio ſuo adhuc puero dedit, & tutorem ei dedit Deodericum ſanctæ Cunigundæ fratrem, qui puero urbe excluſo epiſcopatum uſurpavit, ipſumque Lotharingiæ ducem bello cepit. Henricus urbem Metas obſidione deſolavit: puero tamen mortuo, Deodericus hanc eccleſiam pacifice rexit. Chronic. Sigebert.

LV. Quinque Galliarum epiſcopi & duodecim abbates, præſide Burdegalenſi epiſcopo, circa idem tempus convenientes Pictavis, tres edidere canones. Primus ſtatuit, ut de rebus controverſis omnes ſtent ad juſtitiam coram Principe vel judice. Hanc pacem, datis obſidibus, firmarunt Dux & reliqui Principes, & excommunicatio lata eſt in ejus infractores. Secundus jubet, ut epiſcopus pro pœnitentia vel confirmatione munera non recipiat. Tertius. Ut nullus presbyter neque diaconus fœminam in ſua domo teneat . . . . Nam, ſi facere tentaverit, ſciat ſe omnem gradum perditurum. *Pictavienſis ſynodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

Iiſdem temporibus contigit in univerſo pene terrarum orbe, præcipue tamen in Galliis, innovari eccleſiarum baſilicas, licet pleræque decenter locatæ minime indiguiſſent: æmulabatur tamen quæque gens adverſus alteram decentiore frui. Tunc epiſcopalium ſedium univerſas pene eccleſias ac cætera quæque Sanctorum monaſteria, ſeu minima villarum oratoria in meliora permutavere fideles. Sancti Martini Turonenſis eccleſiam a fundamentis innovavit Herivæus ejuſdem Theſaurarius, atque ex prænobili oriundus familia, qui ſub canonici regularis habitu vitam exercebat monaſticam. Mortificatione, humilitate, jejuniis, orandi aſſiduitate & eleemoſynis maxime commendatur, atque in iis pietatis exercitiis in Domino obdormiit. Glaber. l. 3. c. 4.

Fulco comes Andegavenſis divino timore compunctus,

Christi An. 1005. ctus, pietatis causa in loca sacra peregrinationem susceperat. Jerosolymis reversus Bellilocense prope castrum Lochiarum monasterium construxit, Hugonemque Bituricensem Archiepiscopum, in cujus diœceſi positum erat, rogavit, ut illius consecrationis ritum celebraret. Ille respondit: Ejus votum Deo gratum esse non posse, ac proinde nec se illud offerre, nisi prædia & mancipia ecclesiæ Turonicæ surrepta prius restitueret. Comes hac responsione exacerbatus, Romam proficiscitur, oblatisque Joanni Papæ XVIII. magnis muneribus, sequens privilegium obtinuit: Ipsum locum sub tuitione & defensione SS. Apostolorum Petri & Pauli successorumque nostrorum hujus sanctæ sedis Pontificum humiliter deprecando & commendando posui, ut nullius dominatio Regis & Principis, seu Archiepiscopi, episcopi, aut cujuscumque dignitatis personæ, præfatum monasterium inquietare vel disturbare seu minuere audeat .... Statuimus autem eidem monasterio Apostolicæ authoritatis privilegium, ut nullo modo ab ullo Archiepiscopo vel episcopo sententiam excommunicationis sustineat, neque pro aliquo jure nec ordinatione quamcumque molestiam vel ab eisdem episcopis cogatur sustinere, ut sit quietus idem locus sub jure & defensione SS. Apostolorum Petri & Pauli, & Pontificum sanctæ sedis hujus in perpetuum. Quod si aliquis rebellis contra hanc nostram authoritatem, scilicet Archiepiscopus vel episcopus quicumque ipsum locum excommunicare voluerit, ipse sit excommunicatus, & locus iste absolutus in æternum. Hugo Turonensis contra privilegium illud reclamavit, & Romam venit, summisque precibus a Sergio IV., qui nuper Joanni XVIII. successerat, contendit, ut monasterii consecrationem sibi juxta canones & Justiniani legem permitteret: verum repulsus est hac exceptione, quod Fulconi comiti Andegavensi liberum fuerit, in fundo suo propriaque hæreditate monasterium construenti, ipsum ejusque consecrationem Romanæ Ecclesiæ conferre; quia, cujus est hæreditas, ipsius & consecratio. Quapropter Hugo, accepta e manibus Gregorii sylvæ candidæ episcopi virgula, jus omne, quod sibi competebat, in Romanam Ecclesiam transtulit. Sergius vero IV. in Gallias Petrum Vipernensis ecclesiæ episcopum direxit, qui monasterium illud vice sua consecravit.

Marca lib. de concord. cap. 8.

Bambergensis episcopatus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

LVI. Henricus anno regni sui sexto Deum sibi hæredem eligere dispositi, & episcopatum in honorem S. Petri Principis Apostolorum Bambergæ ex suis rebus hæreditariis construere, ut Sclavorum paganismus destrueretur: sed quoniam hic locus Wirceburgensi subjectus erat episcopatui, Moguntiæ dum sanctam Pentecosten celebraret, quasdam villas & proventus diœceſis Wirceburgensis commutatione cum aliis vicis & reditibus acquisivit, consentientibus multis episcopis, præsertim Willigiso Moguntino Metropolitano & Henrico Wirceburgensi episcopo. Henricus voti sui compos effectus, ex eorum consilio Albericum & Ludovicum capellanos suos, adjunctis Henrici Wirceburgensis literis, Romam usque direxit, quatenus hæc Papæ authoritate confirmarentur. Joannes XVIII. hæc ubi cognovit, habita in basilica S. Petri synodo pro confirmatione Bambergensis episcopatus, privilegium fecit conscribi, & Apostolica authoritate corroborari, universis Galliæ orientalis & Germaniæ episcopis rescribens, ut & ipsi pari communique authoritate eumdem episcopatum confirmarent. In eo Papa decernit, ut prædictus episcopatus sit ab omni potestate extranea securus, Romano tantum Mundiburdio, id est defensioni, subditus ..... sic tamen, ut idem suo Metropolitano Moguntino Archiepiscopo sit subjectus atque obediens. Datum mense Junio, indictione quinta, id est anno millesimo septimo.

Christi An. 1007.

Henricus rex, hoc diplomate recepto, Kalendis Novembris ejusdem anni Francofurti convocat episcopos triginta quinque, qui illud sua subscriptione communiter corroborarunt. Primus subscripsit Willigisus Moguntinus, qui eidem synodo vice Romanæ Ecclesiæ præsidebat. Hæc in actis ejusdem leguntur. Ditmarus autem author coævus hæc addit. Henricus Wirceburgensis ad synodum vocatus, venire voluit, nisi, post unionem suæ parochiæ cum Bambergensi ecclesia factam, ipse Archiepiscopus constitueretur. Considentibus igitur episcopis, Rex humo tenus prosternitur, atque a Willigiso Moguntino elevatus, petiit, ne Henrici Wirceburgensis absentia ejus proposito noceret; si quidem ideo non venerit, quia per ipsum non obtinuit, quod non licebat ei concedere, scilicet archiepiscopatum; si quando autem venerit, & promissa susceperit, se paratum ad omne, quod eis bonum videretur. Bernigerus Henrici Wirceburgensis capellanus tunc surgens dixit: Eum propter timorem Regis non venisse, & detrimentum ecclesiæ suæ in aliquo fieri numquam laudasse testatur, præsentesque obsecratur, ne talia fieri, eo absente, paterentur. Ejus privilegia recitantur. Tagmo Magdeburgensis primus sententiam rogatus, dixit: Hæc tunc secundum Regis eloquium legaliter fieri posse. Omnes ejus sermonem approbaverunt, atque subscripserunt. Eberardo tunc cancellario Bambergensis ecclesiæ cura pastoralis a Rege permittitur, qui eodem die a Willigiso Moguntino consecratus est. Henricus Wirceburgensis, post hæc auxilio confratris Heriberti Archiepiscopi Colonensis, Regis gratiam & impletionem sibi placitam, scilicet archiepiscopatus dignitatem, acquisivit. Christi An. 1007.

Ditmar. l. 6.

Henricus rex præter cathedralem ecclesiam duo monasteria Bambergæ construxit, atque dotavit; alterum canonicorum regularium, sub S. Stephani; alterum monachorum, sub invocatione SS. Michaelis & Benedicti. Ditmarus hic subjicit suam electionem in episcopatum Merseburgensem, & meminit famis ingentis, quæ tunc Germaniam afflixit. Ibid.

LVII. Harigerus Laubiensis abbas, virtutibus & scientia clarus, pridie Kalendas Novembres ejusdem anni senex obiit. Scripsit historiam episcoporum Trajectensium & Leodiensium, eamque finit in S. Remaclo, quam continuavit Anselmus Leodiensis canonicus. Scripsit & librum de corpore & sanguine Domini, congestitque in eo multa testimonia Patrum adversus Radbertum Paschasium, ut plures volunt, vel contra Ratherium, qui ex monacho Laubiensi factus est episcopus Veronensis, ut quidam bene, vel male probant ex manuscripto codice bibliothecæ S. Martini Lovaniensis: sed quidquid sit de illa quæstione levioris momenti, constat Paschasium, Ratherium & Harigerum circa Eucharistiam tradidisse doctrinam, quam postea, ut Catholicam, expositi Tridentina synodus.

Spicileg. tom. 1. p. 38.

Ratherius in sua ad Patricium epistola sic loquitur: " Sed forte transitorie accipis, aut etiam figurate te dicere ipse putas, dum accipienti loqueris: Corpus Domini nostri Jesu Christi propitietur tibi in vitam æternam. Quod si ita est, cæcitas tui intellectus magis est dolenda & instruenda, quam irridenda .... Crede, frater, quia sicut in Cana Galilææ vinum Dei imperio verum & non figurativum fuit ex aqua factum, ita istud Dei benedictione vinum verus & non figurativus efficitur sanguis, & caro panis .... Hic manente colore atque sapore, eadem divina sapientia operante, veram carnem & sanguinem, quod percipis, esse crede. „

Præfat. part. 2. 4. sæcul. SS. Ben.

Harigerus autem illius, quem impugnat, confutationem a confessione Catholicæ veritatis orditur in hunc modum: " Quod corpus & sanguis Domini vera sit caro, verusque sanguis, unusquisque debet credere, tenere, confiteri .... Prorsus quisquis hoc negat, esse cognoscitur & convincitur infidelis .... Hoc ergo fideliſſime confirmo, & addo, quod sicut veritas est Christus, & verus agnus Dei, qui quotidie pro vita mundi mystice immolatur, ita procul dubio ex pane vera caro, & ex vino verus sanguis ejus consecratione Spiritus sancti potentialiter creatur. Quæ cum certissima omnino sint, nec ullus hinc Christianus Christo credens ambigere possit ....„

Quod ergo in Paschasio reprehendit Harigerus, illud sic ipsemet exponit: " Illud, inquit, in ejus libro mihi prius fateor inauditum reperiri sub nomine sancti Ambrosii, quod non sit alia caro Christi, quam quæ nata est de Maria, & passa in cruce. Id autem dicit inauditum, quia caro Christi, cum resurgens glorificata sit, vorari nullo modo potest, id est, in partes dividi dentibus. Unde sic concludit ... " Manifestissime cognoscetis, non quidem (quod absit) naturaliter, sed specialiter aliud esse corpus Domini, quod ex substantia panis & vini quotidie per Spiritum sanctum consecratur, quod a sacerdote postmodum Deo Patri suppliciter offertur: & aliud specialiter corpus Christi, quod natum est de Maria Virgine, in quod istud transfertur. „ Harigerus itaque volebat, Christi corpus, quod est in Eucharistia, natura-

Christi An. 1007. naturaliter quidem idem esse ac corpus, quod de Maria natum est; sed aliud esse specialiter, scilicet esse in diverso statu & alterius gloriæ, seu habere diversas qualitates, quod non negabat Paschasius, cum affirmabat, Christi corpus in Eucharistia illud ipsum esse, quod natum ex Virgine in cruce passum est, ac proinde tota inter eos controversia erat de modo loquendi.

Spelman. LVIII. S. Fulcranus in Narbonensi Gallia Lodovensis episcopus circa idem tempus migravit ad Deum, humilitate & pœnitentiæ rigore celebris. Alfricus autem Cantuariensis in Anglia episcopus languentem in sua sede cernens disciplinam ecclesiasticam, canonicos, qui monachis permixti remanserant, amovendos censuit, & monachos eis substituit, cui rex Æthelredus non consensum modo, sed auxilium etiam & voluntatis suæ æternum monumentum dedit, hanc commutationem cum omnibus episcopis coadunatis suo diplomate confirmans . . . Alfricum Anglicani protestantes in suum errorem de Eucharistia pertrahere nituntur, eo quod quædam Bertrami loca transtulerit in suas homilias, quæ extant Cantabrigiæ in publica bibliotheca, in quibus Christi corpus in Eucharistia spiritualem existendi modum habere dicitur: sed, omissis tricis, ipsum loquentem audiamus. " Ille panis, inquit, qui per sacerdotis ministerium Christi corpus efficitur, & aliud interius fidelium mentibus clamat; exterius quidem panis, quod ante fuerat, forma prætenditur, color ostenditur, sapor accipitur: at interius Christi corpus ostenditur. „ His adde, quod in ejusmodi homiliarum translatione, quæ Anglice vulgata est, quædam suppressa & quædam addita, quædam mutata sunt, ut, quæ dicuntur de speciebus, quæ sunt figura corporis Christi, vero ejus corpori, quod sub iis latet, tribuantur, vel quæ Catholice dicta sunt, ad sensum trahantur erroneum. Eadem infidelitate translati sunt ejusdem canones, & utrumque in suis annalibus ecclesiæ Anglicanæ ad annum millesimum sextum demonstravit Alfordus.

Alfric. homil. Paschal. apud Alford. ad an. 1006.

Christi An. 1008. S. Brunonis martyrium. Ditmar. l. 6. LIX. S. Brunonis Archiepiscopi, qui dicitur etiam Bonifacius, martyrium anno millesimo octavo contigit. Hic e nobili oriundus familia, postquam liberaliter educatus fuit, adiit Ottonem III. Imperatorem, a quo optime susceptus, inter ejus capellanos ministravit; sed majoris perfectionis studio secedens, vitam egit in summa austeritate solitariam sub disciplina S. Romualdi. Post aliquot annos infidelibus prædicare sibi proposuit. Romam igitur profectus, hanc a Papa licentiam accepit, simul & pallium. Itaque Merseburgum veniens ad Henricum regem, ejus jussu a Tagmone Magdeburgensi episcopo consecratus est Archiepiscopus, & pallium, quod attulerat, ab eodem recepit. Dehinc ob lucrum animarum laborem subiit grandis viæ, castigans corpus inedia, & crucians vigiliis. Multa a Bolizlao & cæteris divitibus bona suscepit, quæ mox ecclesiis & pauperibus, nihil sibi retinens, divisit. In duodecimo suæ conversionis anno pergens ad Prussiam, steriles hos agros semine divino fœcundare studuit: sed spinis pullulantibus, horrida ingenia non potuit facile emollire. Tunc in confinio prædictæ regionis & Russiæ cum prædicaret, primo ab incolis prohibetur, & plus evangelizans capitur. Demum amore Christi decimo sexto Kalendis Martii cum decem & octo suis sociis decollatur. Bolizlaus, cum corpora martyrum insepulta jacere comperisset, ea redemit. Die decima quinta Octobris colitur in Ecclesia.

R. Martyrol.

Ibid. Boleslaus Poloniæ dux non multo post alia occasione usus est, ut in Russia fidem propagaret: filiam suam Volodomiri filio mittebat uxorem: voluit ut eam comitaretur Reinbernus I. in Pomerania ulteriori Colbergensis episcopus, qui hujus legationis occasione bene usus, idolorum fana destruens incendit, ac multos gentiles ad fidem adduxit; sed a Rege conjectus in carcerem, ad libertatem perennis gloriæ transiit.

Sigiber. de vir. il. lust. c. 142 LX. Burchardus ex Laubiensi monacho Wormatiensis episcopus, literarum studiis claruit. Cum esset adhuc junior, petiit a Baldrico Leodiensium episcopo, cujus contubernalis & amicus in palatio Ottonis III. fuerat, ut sibi virum aliquem literali scientia præditum dirigeret, cujus ope & doctrina ipse in scripturarum divinarum eruditione proficere valeret. Missus est Olbertus Laubiensis monachus, & postea Glimbacensis abbas, quo adjutore Burchardus veteres Ecclesiæ canones in unum volumen viginti libris distinctum digessit. Eum magnam suæ collectionis partem ex Reginone accepisse probat Baluzius. Reginonis etiam errata transcribit, & quædam addidit, falsasque suo operi decretales inseruit. Antonius Augustinus ipsum quoque merito reprehendit, quod non ex fontibus ipsis hauserit, sed ex aliorum rivulis. Hinc aliqui disciplinæ juris canonici primordia deducunt, quam sæculo duodecimo Gratianus in scholas invexit, redactis in epitomen canonibus, quos Burchardus & Ivo Carnotensis collegerant.

Christi An. 1008. Baluz. in præf. lib. Reginon. de disciplin. eccl.

Joannes Papa XVIII. cum sedisset annos quinque & aliquot menses, anno millesimo nono, die & mense incertis, ex hac vita migravit. Ei successit Sergius hujus nominis IV. qui Bucca porci vocabatur. Joannis Papæ nomen in Missarum solemniis recitavere Græci, etiam Constantinopoli, ut testatur Petrus Antiochenus in sua ad Michaelem Cærularium epistola, ac proinde quædam fuit in utramque ecclesiam communio.

Christi An. 1009. *Sergius Papa IV.*

Ænhamensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. LXI. Ænhamensis synodus circa idem tempus celebrata est die sancto Pentecostes. Hanc hortatu Ælphegi Cantuariensis & Wlstani Eboracensis Archiepiscoporum indixit rex Æthelredus. Illius duo exemplaria refert Spelmannus; unum Saxonice scriptum, quod latine reddidit, sed a Saxonico non parum discrepat: Alterum, quod vetus exemplar appellat, cujus canones postea in suas leges transcripsit rex Canutus. Præcipuos hic referemus. Secundus monet presbyteros, ut conjugiis abstineant. Quod si hæc observare noluerint, omni honore penitus priventur. Tertius. " Archipræsules . . . . omnibus communiter prædicabunt, unum Deum colendum esse, Patrem videlicet & Filium & Spiritum sanctum: Patrem quidem ingenitum, Filium autem ante tempora genitum a Patre: in tempore natum a Matre: Spiritum vero sanctum ab utroque procedentem. „ Quartus decernit, Incantatores, magos, pythonicos, veneficos, idolorum cultores e patria ejiciendos. Octavus connubia illicita cunctis generaliter interdicit Christianis. Decimus. " Decimationes frugum & vitulorum & agnorum, nec non aratrales eleemosynæ ecclesiasticaque munera Domino per singulos annos temporibus rependantur congruis. Undecimus. Pecunia quoque Romana circa SS. Apostolorum solemnitatem Pontificibus per singulos annos reddatur. Decimus quartus. Jejunia quadragesimalia & cætera, a sanctis Patribus indicta, Sanctorumque festivitates a Catholicis institutæ, summopere observentur. „

Ibid. Decimus sextus. " Jejunia vero quatuor temporum nos observare oportet, ut S. Gregorius nobis constituit, quamvis aliæ gentes aliter exercuerunt: „ Quibus verbis innuitur, ubique non esse recepta ejusmodi jejunia. Vigesimus. " Christiani quique colloquia frequentia & salubria cum sacerdotibus crebro exerceant, suaque sibi peccata verecunde depromant ac confiteantur, confessaque juxta sacerdotis institutionem pœniteant atque emendent, seque per continentiam & per reliqua operum studia bonorum ita purificent, ut corporis & sanguinis Christi participatione creberrime digni & mundi efficiantur. Vigesimus quintus. Si quisquam de excommunicatis, nisi causa refugii, in Regis præsumpserit præsentia ante pœnitentiæ satisfactionem peractam consistere, rerum facultatumque cunctarum discrimen incurrat. „

Adamar chron. LXII. Judæi occidentales & Saraceni Hispaniæ miserunt epistolas in Orientem, accusantes Christianos, & mandantes exercitus Francorum super Saracenos orientales esse commotos. Hakimus Ægypti calipha (huic enim tunc subjecta erat Palæstina) afflictionem non parvam in Christianos exercuit, deditque legem, ut, quicumque de sua potestate nollent fieri Saraceni, aut confiscarentur, aut interficerentur. Unde factum est, ut innumerabiles Christiani converterentur ad legem Saracenam, & nemo pro Christo morte dignus fuit præter Orestem patriarcham Hierosolymorum, qui variis suppliciis occisus est, & duos adolescentes germanos in Ægypto, qui decollati sunt, & multis claruerunt miraculis. Tunc destructæ sunt multæ ecclesiæ. Basilica sepulchri Domini usque ad solum diruta est. Lapidem vero monumenti cum nullatenus possent comminuere, ignem copiosum superadjiciunt; sed quasi adamas mansit immobilis.

Glab. l. 6.

Christi An. 1009. Ubi primum per orbem divulgatum est, quoniam Judæorum nequitia tantum nefas patratum sit, communi Christianorum consensu decretum est, ut omnes Judæi ab illorum terris & civitatibus pellerentur, & multi diversis mortium generibus interempti sunt, vel se ipsos interfecerunt. Episcopi quoque interdixere, ut nullus Christianorum illis se in quocumque sociaret negotio: si qui tamen Judæi ad baptismi gratiam converti vellent, illos suscipi decreverunt. Re ipsa plures magis amore præsentis vitæ, quam vitæ sempiternæ gaudiis, baptismum susceperunt; sed non multo post ad morem pristinum sunt reversi. Prædictarum literarum bajulus ad Aurelianensem civitatem patriam suam reversus, a peregrino ejus itineris socio agnitus & accusatus est. Comprehensus, acribusque agitatus verberibus, propriæ delationis crimen confitetur, atque a ministris regiis extra civitatem igni est traditus atque consumptus. Post quiquennium cœperunt in urbibus apparere Judæi. Calipha vel miraculo perterritus, vel suæ matris, quæ Christiana erat, precibus inductus, permisit, ut sepulchri basilica reædificaretur, & fideles, qui ad Mahumetismum defecerant, ei renunciarent. Tunc ex omnibus provinciis magna Christianorum multitudo pergens Jerosolymam, domui Dei restaurandæ plurima munera detulit. Ibid.

Christi An. 1011. Alford. annal. ad an. 1012. *S. Ælphegus martyr.* LXIII. Dani in Angliam irrumpentes anno millesimo undecimo, inchoatas a pluribus annis vastationes continuant, monasteria cum ecclesiis diripiunt & incendunt, atque pagos & urbes ferro & igne vastant, Cantuariam per insidias Elmerici archidiaconi ingreditur eorum exercitus, & incendit, nullique parcit ætati vel sexui. S. Ælphegus urbis episcopus non ferens tantam suorum depopulationem, elapsus de ecclesia, in quam cum clero confugerat, currensque ad locum cadaveribus plenum, exclamat: Parcite, innocentem ætatem persequi cessate . . . . . in me vestra potius ira desæviat. Hæc clamanti post multa verbera vincula injiciunt, ecclesiamque spoliatam comburunt, & gregem Domini interficiunt, episcopumque septem mensibus in arcto carcere custodiunt. Postea tria millia marcarum pro ejus libertate postulant, quas cum dare noluisset, inauditis tormentis excruciatum, die Dominicæ passionis in carcerem retrudunt, eductumque post aliquot dies adducunt in judicium, & instant, ut solvat aurum, quos ille ad fidem & pietatem hortatus est. Tunc, in eum facto impetu, lapidibus appetunt; dum autem, positis genibus, pro inimicis oraret Deum, unus, quem de sacro fonte susceperat, accurrens, securim capiti illius inflixit, atque ita migravit ad Deum decimo tertio Kalendas Maji anno millesimo duodecimo, quo die illius meminit Romanum martyrologium. Corpus ejus Lundoniam defertur, atque a civibus honorifice susceptum, ab Alphano urbis episcopo in ecclesia S. Pauli sepelitur: Ejus corpus post decem annos incorruptum Cantuariam translatum est. Ei successit Livingus, qui & Ethelstanus dictus est, suffragioque Regis ex episcopo Villensi in Cantuariensem archiepiscopatum translatus est.

Christi An. 1012. Ibid. Ethelredus Angliæ rex ingenti tributo pacem a Danis redemit, episcoposque & optimates congregavit apud Habam oppidum, ibique plurimas leges promulgavit, quarum quarta pars pertinet ad disciplinam ecclesiasticam. Prima decimarum solutionem præcipit. Secunda eleemosynas & jejunium trium dierum instituit ante festum S. Michaelis. Tertia sic habet: Præcipimus, ut in omni congregatione quotidie cantentur pro Rege & omni populo suo, una Missa, seu oratio, ad matutinalem Missam, quæ inscripta est contra paganos, & ad singulas horas decantet totus conventus extensis membris in terra psalmum: Domine, quid multiplicati sunt, & collectam contra paganos; & hoc fiat, quamdiu necessitas ista durabit: Et in omni cœnobio sigillatim triginta Missas pro Rege & omni populo celebret omnis presbyter, & omnis monachus dicat triginta psalteria, ut Deus misericordiam nobis faciat, & de hostibus triumphum nobis & pacem indulgeat. „ Demum sequitur ad judices exhortatio, ut juste judicent, eisque prohibetur munerum susceptio. Can. 7.

LXIV. Henricus Germaniæ rex secundo Nonas Maji ejusdem anni, qui dies ejus erat natalitius, episcopos convocat ad dedicationem majoris ecclesiæ Bambergensis, quam absolverat. Hanc cum triginta aliis episcopis consecravit Joannes Aquilejensis patriarcha. Postea Rex synodum celebrari jussit, & Theodoricum Metensem episcopum increpavit, quod eum apud Papam injuste accusasset: & restitutio parochiæ promissa est mihi, inquit Ditmarus, qui huic synodo libellum dedit pro recuperandis sui episcopatus bonis. Christi An. 1012. Ditmar. l. 6.

Tagmon Archiepiscopus Magdeburgensis quinto Idus Junii ad Christum, quem semper amaverat, transiit. Erat vir justus & timoratus ac miræ charitatis, fidelis, castus ac mitis, prudens & stabilis, canonicus habitu, sed monachus in omni conversatione sua. In primo suæ ordinationis anno templum Domini ædificare cœpit: presbyteris & diaconis vestitum octo siclis, subdiaconis autem & inferioribus quatuor adauxit. Nisi infirmitas obstaret, omni die Missam & psalterium cantavit: & quia jejunare ob lassitudinem non potuit, eleemosynarum multitudine redemit. In vigiliis supra modum laboravit. Successorem habuit Walthardum, qui post duos menses pridie Idus Augusti ex hac vita transiit, Sacerdos Dei pariter laudatissimus. Illius promotionis formam sic refert Ditmarus. Henricus rex, audita morte Tagmonis, misit Ericum Havelbergensem episcopum ad fratres, præcipiens, ut electio non fieret, sed tantum consensus unanimis, & hic ei indicaretur. Illi autem, ne jus suum perderent, concorditer elegerunt cum episcopis suffraganeis Walthardum præpositum, & miserunt Redingum custodem ecclesiæ ad Regem, qui legationem suppliciter profert, & desiderata impetrat, ac Walthardum per internuntium vocat. Ille cum suffraganeis venit. Rex omnes benigne suscepit. Postero die vocati sunt ad Regem, soluſque intromittitur Walthardus, & usque ad tertiam horam soli colloquebantur. Deinde omnes in præsentiam venientes, Rege eum primitus eligente, in patrem elegerunt, acceptoque a Rege baculo, & sacramento regiæ potestati exhibito, introductus est in ecclesiam. Dies erat Dominica, & festivitas S. Viti martyris. Eum in proximo sabbato Arnulphus Halberstadensis episcopus jussu Regis Archiepiscopum inthronizavit, & uterque cum honore & jucunditate susceptus est. Postera die, quæ erat Dominica, unctus est ab Eido Misnensi episcopo cum adjutorio aliorum suffraganeorum. Hic & sequens promotionis episcopalis ritus, quem retinuit S. Henricus, postea fuit ingentium dissensionum materia. Gero Regis capellanus ejus jussu ei sufficitur, a Rege rejecta Theodorici electione. Henricus post festum S. Martini Confluentiæ synodum habuit, Theodoricumque Metensem episcopum cæteroſque rebelles causa damnandi. Regis decretum illi timentes, legatos de pace miserunt. In eodem concilio ab omnibus episcopis Theodorico interdictum est, ne ante purgationem Missam celebraret. Ibid. Annalist. Saxo.

LXV. Sergius Papa IV. post tres fere annos sedis obiit anno millesimo duodecimo: ejus mortis dies & mensis ignoratur: illud solum certo constat, eum e vivis excessisse post diem decimum septimum Junii, & Benedictum VIII. ei successisse ante diem vigesimum tertium mensis Novembris. Utrumque constat ex eorum rescriptis. Die decima octava mensis Augusti Sergii meminit menologium Benedictinum, qui dies forsan est ejus mortis. Benedictus VIII. ex patre Gregorio comite Tusculano, dictus antea Joannes episcopus Portuensis, legitime electus in summum Pontificem, competitorem habuit quemdam Gregorium, cujus factione postea invalescente, Roma pulsus in Germaniam fugit. In nativitate Domini ejusdem anni ad Henricum regem venit cum omni apparatu Apostolico expulsionem suam lamentando omnibus significans. Hujus crucem Rex in suam custodiam suscepit, & a cæteris abstinere præcepit, promittens, cum ipse eo veniſſet, hæc secundum morem Romanum diligenter finiret. Annalist. Saxo.

Christi An. 1013. Ibid. S. Lievizo Bremensis Archiepiscopus anno millesimo decimo tertio, secundo Nonas Februarii in Domino obdormivit. Dum adhuc valeret, ob vigiliarum & jejunii assiduitatem quasi mortuus ignotis videbatur. Ad altare Domini sine oblationibus numquam accessit; suis precibus apud Deum promeruit, ut inter continuas persecutiones piratarum sedes sua intacta permaneret. Erat inter clericos ejus Otto quidam ei specialius familiaris, quem episcopatu dignissimum esse prædicans, cleri & populi unanimiter acclamantis eadem vota præsensit. Otto, cle-

ricis

Christi An. 1013. ricis ac laicis comitantibus, ſupplex venit ad Regem, qui Purificationis feſtum Magdeburgi celebrabat, ejus gratiam poſtulans per fidos interceſſores, quos Henricus nullatenus audivit; ſed capellano ſuo Unwano cum laude advenientium, etſi non ſponte, dedit archiepiſcopatum, quem Gero Archiepiſcopus in ejus præſentia conſecravit.

Adam. Luc. 38. Eo ſedente, magnam cladem in Saxonia & vicinis provinciis paſſa eſt religio. Benno Saxoniæ dux vitam cum morte commutavit, vir omni probitate conſpicuus, & ſtrenuus eccleſiarum defenſor. Ei ſucceſſit Bernhardus ejus filius, avarus & ferox & ſuperbus, qui ſimul ac rerum potitus eſt, Sclavos ſeu Vandalos Saxonum tributarios, quos pater atque avus ejus, quia recenter Chriſtiana religione imbuti erant, leniter tractarunt, iniquis pecuniarum exactionibus aliisque moleſtiis adeo gravavit, ut abjecta Chriſtiana religione, quam ante ſeptuaginta annos ſuſceperant, armis ſeſe in libertatem aſſeruerint, hac præſertim opportunitate freti, quod dux Bernhardus adverſus Henricum regem rebellaſſet. Itaque Tranſalpinam invaſere Saxoniam, atque totam per omne crudelitatis genus devaſtarunt. Urbs Hamburgenſis tota cum eccleſia B. Mariæ ſolo adæquata eſt; cives partim occiſi, partim in ſervitutem abducti ſunt omni morte graviorem. Aldinburgi ſexaginta presbyteris, cute capitis in modum crucis inciſa, ferro cerebrum aperuerunt. Deinde, ligatis poſt tergum manibus, per ſuas civitates verberando traxere, dum deficerent: eccleſias omnes per Sclavoniam incenderunt, & ad ſolum uſque diruerent, innumeroſosque fecere martyres. Unwanus Bambergenſis epiſcopus, omni cura perfecit, ut Bernhardus Saxoniæ dux Henrico regi reconciliaretur: quod cum factum fuiſſet, ſimul & Wandali ad priſtinam obedientiam retracti ſunt. Hamburgum poſtea reſtituere Dux & Archiepiſcopus, extruxeruntque domos, clauſtrum, & eccleſiam, civesque diſperſos collegerunt, & novos in urbem receperunt incolas. Demum collegium duodecim canonicorum tunc primum ibidem inſtituit Unwanus.

Christi An. 1012. Bolland. 10. Apr. LXVI. S. Macarius Antiochiæ Piſidiæ Archiepiſcopus, poſt multa in cura paſtorali egregie præſtita, peregrinaturus Jeroſolymam, abdicans ſe, Eleuthero viro probitate inſigni reliquit eccleſiam. Jeroſolymæ multa paſſus ab infidelibus, in carcerem detruſus eſt, aliquosque convertit ad fidem. Divinitus liberatus, venit in Occidentem, perluſtratisque multis eccleſiis, in Flandria ſubſtitit in monaſterio S. Bavonis, ibique aliquot annis perſeverans, obiit quarto Idus Aprilis anni milleſimi duodecimi. Ante & poſt mortem miraculis claruit. Gandavi in magna veneratione habetur, in cujus cathedralem eccleſiam translatæ ſunt ejus reliquiæ, poſt everſum S. Bavonis monaſterium. Sanctus quoque Colomannus, natione Scotus, circa idem tempus martyrio coronatus eſt. Jeroſolymam devotionis cauſa petens, venit in orientalem Noricæ regionem, ubi contra eum orta eſt falſa ſuſpicio, tanquam veniret miſſus cauſa exploratonis; & licet cauſam ſui itineris veraciter exponeret, horrendis tamen cæſus verberibus, cum duobus latronibus ſuſpenſus eſt. In morte & poſt mortem miraculis claruit. Romano martyrologio nomen ejus inſcriptum eſt.

R. Martyrol. 13. Octob.

Legionenſi Synodus Concil. tom. 6. edit. Hard. LXVII. In Hiſpania ſub æra milleſima quinquageſima, id eſt, anno milleſimo duodecimo, octavo Kalendas Auguſti, in præſentia regis Alphonſi convenerunt apud Legionem in ſede B. Mariæ omnes Pontifices, abbates & optimates regni Hiſpaniæ, & juſſu Regis plura decreta edidere, quorum plura ad civilem gubernationem pertinent. Eccleſiaſtica quædam tantum referemus. Secundum. "Præcipimus, ut quidquid teſtamentis conceſſum aliquo tempore tenuerit eccleſia, firmiter poſſideat; ſi vero quis inquietare voluerit, teſtamentum in concilio adducatur, & a veridicis hominibus, utrum verum ſit, exquiratur; ſi verum fuerit inventum, nullum ſuper illud agatur judicium; ſed, quod in eo ſcriptum continetur, in perpetuum poſſideat Eccleſia. "Quartum jubet, ut eccleſiæ res ablatæ reſtituantur. Se primum decernit, ut nullus emat hæreditatem ſervi eccleſiæ; qui autem emerit eam, perdet eam & pretium. Suvanus Danorum rex tunc Angliam occupavit. Ethelredus Angliæ rex fugiens in Normanniam, a duce Richardo cum tota familia honorifice ſuſceptus eſt.

LXVIII. Henricus rex, compoſitis Germaniæ rebus, cum exercitu movet in Italiam, natalemque Domini Papiæ celebravit. Inde Romam pergens, die decimo ſexto Kalendas Martii anni milleſimi decimi quarti, vallatus a duodecim ſenatoribus, quorum ſex raſa barba, alii prolixa incedebant cum baculis, cum uxore ſua Chunegunde ad eccleſiam S. Petri, Papa Benedicto expectante, venit, & antequam introduceretur, ab eodem interrogatus, Si fidelis vellet Romanæ patronus eſſe & defenſor Eccleſiæ, ſibi autem ſuisque ſucceſſoribus per omnia fidelis, devota profeſſione reſpondit, id ſe facturum. Tunc a Papa unctionem & Imperialem coronam cum conjuge ſua ſuſcepit. Priorem autem coronam ſuper altare Principis Apoſtolorum ſuſpendi præcepit, eodemque die in Lateranenſi palatio a Papa ſolemni convivio exceptus eſt. Henricus Imperator viciſſim diploma edidit, quo Ravennatem exarchatum cum urbibus, civitatibus, oppidis & caſtellis, quæ piæ recordationis ejus prædeceſſores Romanæ Eccleſiæ donaverant, Benedicto Papæ VIII. ejusque ſucceſſoribus confirmavit. "Salva, inquit, in omnibus poteſtate noſtra poſterorumque noſtrorum, ſecundum quod in pacto & conſtitutione & promiſſionis firmitate Eugenii II. Pontificis ſucceſſorumque illius continetur, ut omnis clerus & univerſi populi Romani nobilitas, propter diverſas neceſſitates & Pontificum irrationabiles erga populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas ſacramento ſe obliget, quatenus futura Pontificum electio, quantum uniuscujusque intellectus fuerit, canonice & juſte fiat, & ut ille, qui ad hoc ſanctum regimen eligetur, nemine conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priuſquam talem in præſentia miſſorum noſtrorum ſeu univerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione ac futura conſervatione, qualem Domnus & ſpiritualis Pater noſter Leo IV. feciſſe dignoſcitur .... Inſuper, ut nullus miſſorum noſtrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere audeat in præfatam electionem, prohibemus .... Illud etiam confirmamus, ut Domno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſeu ducibus & judicibus ſuis, ad faciendam juſtitiam .... Demum miſſi Apoſtolici ſeu noſtri ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter ſinguli duces ac judices populo juſtitiam faciant. Hanc Imperialem conſtitutionem quomodo obſervent, qui miſſi, decernimus, ut primum cunctos clamores, qui per negligentiam ducum vel judicum fuerint inventi, ad notitiam Domni Apoſtolici deferant, & ipſe unum e duobus eligat, aut ſtatim per eosdem miſſos fiant neceſſitates emendatæ, aut miſſo noſtro nobis renuntiante, per noſtros nuncios a nobis directos emendentur. „ His poſt Henricum Imperatorem ſubſcripſere duodecim Germaniæ epiſcopi, tres abbates, tres duces, decem comites & alii viri primarii.

Christi An. 1014. Ditmar. l. 7. Annaliſt. Saxo. *Henricus Imperator coronatur* Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 9. Labbè. *Henrici diploma pro R. Eccleſia.*

Romani ſymbolum poſt Evangelium uſque ad hæc tempora necdum cecinerant: ſed ab Imperatore interrogati, cur ita agerent: Audivi, inquit Berno Augienſis abbas, eos hujuſmodi reſponſum reddere: videlicet, quod Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando hæreſeos fece infecta; ſed ſecundum S. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa, & ideo his magis neceſſarium eſſe ſymbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando hæreſi potuerunt maculari: At Imperator non antea deſiit, quam omnium conſenſu id Domino Benedicto Apoſtolico perſuaſit, ut ad publicam Miſſam illud decantarent. Symbolum quidem antea, ſcilicet nono ſæculo, Romæ in Miſſa legebatur. Henricus autem Imperator Benedicto Papæ perſuaſit, ut ab omnibus cantaretur. Id conſtat ex Romanis ordinibus ſecundo & quinto, tum ex reſponſione Leonis III. ad legatos conventus Aquiſgranenſis. Quod vero, inquit, aſſeritis, ideo vos ita cantare ſymbolum, quoniam alios in iſtis partibus vobis priores audiſtis cantaſſe, quid ad nos? nos enim idipſum non cantamus, ſed legimus, & legendo docemus, nec tamen legendo, aut docendo addere quidpiam eidem ſymbolo inſerendo præſumimus.

Berno I. de reb. ad Miſſam pertinent. c. 2. *Symbolum Romæ in Miſſa cantatur.* Mabill. muſæum Italic.

Imperator Arnoldo fratri ſuo Ravennatenſem dederat archiepiſcopatum; ſed quorumdam factione eum ejecerat Adelbertus. Henricus fratrem ſuum ab Apoſtolico conſecrari fecit, ſupplantatoremque ejus Adelbertum injuſte diu ibi ſedentem, primo degradari voluit; ſed aſſidua piorum interceſſione devictus, Aricinæ præfecit eccleſiæ. Papa præterea quatuor epiſcopos a Leone Archiepiſcopo jam muto conſecratos depoſuit. Arnoldus vero,

Annal. Saxo.

CHRISTI AN. 1014. convocatis plurium provinciarum episcopis, pridie Kalendarum Maji ejusdem anni synodum celebravit in ecclesia Ravennate, & quæ tempore Adelberti irrepserant, irritavit, suspenditque ordinationes, consecrationes & dedicationes, quas per annos undecim fecerat Adelbertus. Interdicto quoque suppositi omnes ecclesias, quas consecraverat. " Demum & nosmetipsos sub anathematis vinculo obstrinximus, inquiunt Patres, si ullus nostrorum episcoporum ad Ravennatem diœcesim pertinentium deinceps chrisma vendiderit, aut commendationes animarum aut sepulturas mortuorum, aut eorum omnium, quæ interdicta sunt a SS. Patribus, & noviter a nobis, nec non ipsis damnata temporibus religiosorum præsulum Gerberti atque Frederici. Itemque statuimus, ut nullus archipresbyter benedictionem super populum det, nec confirmationem chrismatis faciat, neque illud conficiat; & si aliter fecerit, communione privetur. „

Synodus Ravennas. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Labbè.

Annalist. Saxo. Henricus Roma profectus, Papiæ sanctum Pascha feriavit, instabilemque mentem Longobardorum, charitate cunctis exhibita, firmavit, episcopatumque in Bobia civitate, ubi confessores inclyti Columbanus & Attala corporaliter requiescunt, communi consilio & licentia comprovincialium episcoporum construxit. Dehinc, sedatis cunctis tumultibus, Alpes superat, & Bambergæ Pentecostes celebritatem peregit, ubi privilegia ejusdem loci jussit inscribi, firmata sigillo suæ authoritatis & jure Apostolico Romani Pontificis.

Chron. Vird. Henricus Imperator, religionis amator præcipuus, viros religiosos & sanctitate conspicuos amicitia sibi conjunctos habuit, inter quos habebat gratissimos sanctum Odilonem Cluniacensis monasterii patrem piissimum, ad quem globum aureum cum cruce sibi a Benedicto Pontifice donatum cum plurimis aliis donis misit; & Willelmum Divionensis monasterii rectorem strenuum, religione præstantissimum, qui, etsi non erant de regno ejus, tamen in amicitiis ei jungebantur. Nec deerat familiaritati ejus Pandulfus Agaunensis abbas, vir vita, moribus, religione, sanctitate celeberrimus. At vero de regno ejus fere quotquot erant Pontifices & primi ecclesiarum, tot ei erant incitamenta virtutum, quos inter Richardum Virdunensem abbatem habebat charissimum, inter præcipuos egregium, pietate & religione præcipicabilem.

Annalist. Saxo. Oderat autem monachos ab instituti sui sanctitate deficientes. Itaque Corbejam cum venisset ad visitandos fratres, quorum vita sibi displicuit, & eam imperiali authoritate corrigere voluit. Eorum sexdecim misere desipientes in custodia includi præcepit. Wal abbas deponitur, & cœnobii consuetudines ab Imperatore mutantur, & ex Lauresheimensi cœnobio Druhtmarus sine fratrum consensu abbas assignatur. Tunc omnis congregatio, exceptis octo, flens abiit; sed multis postea Dei gratia conversis præplacuit se subdere regulæ, quam miserabiliter in sæculo vagari.

CHRISTI AN. 1015. Imperator anno millesimo decimo quinto invisens occidentales regiones, quæ ibi erant emendanda, correxit. In vigilia Nativitatis Domini Meingandus Trevirensis Archiepiscopus obiit. Henricus Popponem Liuppoldi marchionis filium Bambergensem præpositum Trevirensi ecclesiæ præfecit. Danorum rex Sweno, qui toti Angliæ tyrannice dominabatur, eodem anno subita morte periit. Dani filium ejus Canutum regem constituunt. Anglorum vero proceres Ethelredum revocant, & honorifice suscipiunt. Ille collecto exercitu, movet adversus Canutum, qui postquam obsides, quos habebat, magnæ nobilitatis pueros, naribus & auribus truncasset, patriam petiit: sed anno sequenti cum ingenti classe reversus est. Ethelredus morbo decubuit. Edmundus ejus filius Danis occurrere parabat; sed proditus est ab Edrico duce, qui cum quadraginta navibus ad Canutum defecit. Ethelredus anno sequenti Londoniæ defunctus est nono Kalendas Maji. Post ejus mortem episcopi, abbates, duces, & primores Angliæ in unum congregati pari consensu in Regem sibi Canutum elegere. Londonienses vero cives & pars nobilium Edmundum in Regem levavere, qui cum Danis congressus, eos in fugam vertit; sed paulo post Londoniæ Edrici scelere, ut fertur, decessit. Ejus filii Edwinus & Edwardus missi sunt ad regem Suecorum, ut perimerentur; sed ejus miseratione conservati, Hunnorum regem petierunt, ubi, dum

Ibid.

Alford. annal. eccl. Britan.

aliquo tempore benigne habiti sunt, major obiit, minor vero reginæ sororem Agatham in matrimonium accepit. Canutus autem in tota Anglia Rex agnitus, ecclesiam Cantuariensem omnium ecclesiarum regni Anglicani matrem & dominam diplomate confirmavit, statuitque, ut nec quisquam hominum in ea & rebus suis aliquid juris vel consuetudinis præter Archiepiscopum & monachos ibidem Deo famulantes exigat vel obtineat. Levingus ejusdem urbis Archiepiscopus hoc diploma postularat, ne monachis litem moverent expulsi canonici.

CHRISTI AN. 1016. *Canuto Anglie rex.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

LXIX. Saraceni eodem anno Lunam in Tuscia occupant, ac fines illius regionis inhabitant: quod cum Benedicto Papæ fama detulisset, omnes Romanæ Ecclesiæ rectores atque defensores congregans, rogat ac præcipit, ut in inimicos Christi viriliter secum irrumperent, ingentemque navium multitudinem tacite præmisit, quæ eis redeundi possibilitatem interciperet. Saracenus rex hoc animadvertens, paucis comitatus, navicula periculum imminens evasit. Alii vero omnes conveniunt, & per tres dies victores extitere. Respexit tamen Deus, gemitu piorum placatus, & odientes se fugavit, ita ut omnes ad unum interficerentur. Eorum regina capta, capite plectitur, aureum ejus capitis indumentum gemmis ornatum Papa sibi vindicavit . . . . . spoliorum partem Imperatori transmisit, quæ mille libris computabatur. Normanni quoque tunc primum visi in Italia, se bellica virtute commendarunt, ita ut Papa & comites quidam eos ad suam militiam muneribus pertraxerint.

Ditmar. l. 7.

Bolland. 5. Febr. S. Adelheidis abbatiss.

Sancta Adelheidis Vilicensis monasterii in diœcesi Colonienſi abbatissa circa idem tempus migravit ad Deum. Hæc clarissima virgo illustribus parentibus nata, jugum religionis subiit secundum regularem institutionem S. Hieronymi. Ejus fratre in militia occiso, parentes bona ejus Deo consecrarunt, Vilicense cœnobium construxere, & deinceps continenter vixere. Mortua matre suscepit Adelheidis S. Benedicti regulam, cum antea per annum in victu & vestitu vires suas exploraſſet. Demum ejus patre mortuo, S. Heribertus Colonienſis Archiepiscopus voluit, ut præesset Capitolino monasterio, quod est in urbe Colonienſi, ubi nunc sunt canonicæ. Erat inter eam & S. Heribertum tanta charitas Deoque grata familiaritas, ut in omnibus bonis unius viderentur esse moris. In vita & post mortem miraculis claruit. S. Heribertus funus S. Virginis curavit, ejusque corpus Vilicam revehi decrevit, ubi sunt hodie duo collegia, unum canonicorum, alterum nobilium virginum canonicarum, a parentibus S. Adelheidis ampliter dotata. Bollandus eodem die meminit S. Albini Sabionensis episcopi, qui sedem suam Sabiona Brixinam in Tirolim transtulit.

CHRISTI AN. 1019. *Ditmari mors, sanctitas & opera.*

Ditmarus Sigefridi in Saxonia comitis filius, adolescens in monasterio sancti Joannis Magdeburgi factus est monachus. Mox præpositus Wallibicensis, demum Merseburgensis episcopus: mortis accepto divinitus nuntio, ad æternam vitam transiit Kalendis Octobris anno millesimo decimo nono, ætatis suæ quadragesimo secundo; sed consummatus in brevi explevit tempora multa. Virtutibus omnibus effulsit, præsertim humilitate, semper sui accusator existens, dum aliorum præclare gesta eximie laudat. Sinceriſſime quippe scripsit libros septem chronicorum, quibus Imperatorum quinque gesta prosequitur, scilicet Henrici I. trium Ottonum, & S. Henrici. Secundo virorum, qui iis temporibus floruere, virtutes accurate recenset, innumerisque exemplis fidem Catholicam testatam reliquit. Hoc opus mutilum & imperfectum ex variis manuscriptis correxit lacunasque supplevit, & integrum edidit D. Leibnitzius . . . . . Ditmaro Bruno successit. Sergius Patriarcha Constantinopolitanus, cum per annos viginti hanc ecclesiam rexisset, mense Julio ejusdem anni moritur. Hic, coacta synodo, Photii sui consanguinei calumnias in ecclesiam Romanam renovavit. Suffectus est ei Eutharius Palatinæ ædis presbyterorum princeps.

Annalist. Saxo.

Leo Ostiens. l. 1. c. 41.

LXX. Benedictus Papa invitatus ab Imperatore, ut consecraret Sancti Stephani ecclesiam, quam Bambergæ condiderat, venit in Germaniam, eumque episcopatum confirmavit. Henricus hunc S. Petro obtulit, statuto per annos singulos censu equo albo cum omnibus ornamentis suis centumque marchis argenti, & decreta Ticinensis synodi, cui Papa præfuerat, ab omnibus observari præcepit.

Quo-

CHRISTI AN. 1019. *Ticinenſe ſynodus.*

Quonam anno habita ſit hæc ſynodus, ignoratur. Huic longa Papæ præmittitur præfatio, ſeu invectiva in corruptos clericorum mores, quorum incontinentiam manifeſtabant ſuſcepti filii, antiquiſque canonibus demonſtrat, clericos in majoribus ordinibus conſtitutos, aſtringi legibus continentiæ. Sequuntur ſeptem canones ex epiſcoporum conſenſu a Papa editi. Primus ſic habet: " Nullus presbyter, nullus diaconus, nullus ſubdiaconus, nullus in clero uxorem aut concubinam admittat .... Quod ſi fecerit, ſecundum eccleſiaſticam regulam deponatur. Secundus. Epiſcopus ſicut nullam habebit, ita cum nulla penitus habitabit. Quod ſi fecerit .... honore, quo ſe ipſe facit indignum, abjicietur. Tertius. Filii & filiæ clericorum omnium .... ex quacumque libera muliere geniti cum omnibus bonis per cujuſcumque manus adquiſitis ſervi proprii ſuæ erunt eccleſiæ, nec unquam ab ejus ſervitute exibunt. „ Demum Papa decernit, ut hoc ſuum edictum Imperatoris lege firmetur. Subſcripſere poſt Papam ſeptem epiſcopi, quorum primus eſt Aribertus Mediolanenſis.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

CHRISTI AN. 1020. *S. Heriberti Colonienſis mors.* Sigebert. chron. Bolland. 16. Mart.

Henricus Imperator anno milleſimo vigeſimo Coloniæ Natale Domini celebravit. Henribertum Coloniæ Archiepiſcopum olim a ſe injurioſe tractatum humili ſatisfactione placat. Cauſa ſimultatum erat, quod electionis ſuæ tempore Imperii inſignia ei tardius attulerit: hinc ſuſpectus, quaſi Imperium in alium transferre cogitaret: ſed ejus innocentiam divina admonitione cognovit Imperator. Itaque non tantum errorem confitens, eum benigne complexus eſt, ſed nocte ſequenti, finitis matutinorum ſolemniis, S. Pontificis cubiculum adit, quem in proximo S. Joannis oratorio inſiſtentem orationibus reperit. Protinus abjecta chlamyde, ſolo ſtratus, ante pedes ejus in ſpiritu humilitatis & in animo contrito ſe ſuſcipi poſtulat, & ea poteſtate, quam Dominus ſacerdotibus ſuis contulit, veniam ſibi dari omnium, quæ in ipſum admiſerat. Heribertus Imperatorem ſublevat, abſolutioque culpæ & in cœlo & in terra peracta eſt. Imperatori ſecreto dixit: Noveris certiſſime, quia poſt diſceſſum noſtrum, quo nunc ſeparandi ſumus, noſtras facies in hoc ſæculo numquam videbimus. Henricus eo magis corde compunctus, flens, iterum in amplexus & oſcula ruit. S. Heribertus die decima ſexta menſis Maji anni milleſimi vigeſimi primi ex hac vita migravit ad cœleſtem gloriam. Quam ſtudioſus extiterit in omni eccleſiaſtica religione, miracula ad tumulum ejus divinitus acta teſtantur. Hunc inter Sanctos recenſet Romanum martyrologium. Ei ſucceſſit Pilegrimus.

CHRISTI AN. 1021. Malmeſburg. l. 3. c. 11.

LXXI. Canutus Angliæ & Daniæ rex monaſteria per Angliam ſuis & patris excurſionibus prope diruta reparavit, loca omnia, in quibus pugnaverat, eccleſiis inſignivit, miniſtros inſtituit, qui Deo ſupplicarent pro animabus ibi occiſorum. Supra corpus S. regis Edmundi, quem priores Dani interfecerant, conſtruxit eccleſiam, abbatem & monachos conſtituit, atque in Natali Domini, anno milleſimo vigeſimo primo, regni ſui prælatos, abbates, ac magnates convocavit, omnibuſque unanimiter votis regiis conſentientibus, decretum fuit, quod monaſterium S. Edmundi ſit ab omni jurisdictione epiſcoporum, & comitatus illius ex tunc in perpetuum funditus liberum & exemptum, eique prædia multa contulit, ita omnia, quæ ipſe & anteceſſores ſui deliquerant, corrigere ſatagens. Wintoniæ maxime munificentiæ ſuæ magnificentiam oſtendit, adeo multa & magnifica obtulit donaria.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

CHRISTI AN. 1022. Heipidan. annal.

Henricus Imperator anno milleſimo vigeſimo ſecundo in gravi manu Italiam ingreſſus, a Beneventinis honorifice ac magnifice ſuſcipitur. Trojam, Capuam, Salernam, Neapolim urbes Imperii ſui, quæ ad Græcos defecerant, ad deditionem coegit, quarum Troja, viris fortiſſimis, omnique bellico apparatu munitiſſima, per tres menſes reſtitit, & licet plurimos milites interfecerit, a pio tamen Imperatore veniam impetravit. Imperator inde cum Benedicto Papa divertit ad Caſſinenſe monaſterium, atque ex utriuſque conſenſu Theobaldus electus eſt abbas. Arnulphus enim, qui Græcis faverat adverſus Henricum, Conſtantinopolim fugiens, in mari demerſus eſt. Imperatori tunc gravibus doloribus excruciato per noctem apparuiſſe S. Benedictum, qui corpus ſuum hic quieſcere eum fecit certiorem, ac integræ valetudini reſtituit, teſtatur Leo Oſtienſis, Henricumque huic loco opulentiſſima ex auro gemmiſque ornata obtuliſſe donaria.

Leo Oſtienſ. l. 2. c. 42.

CHRISTI AN. 1022.

Imperator rebus compoſitis in Germaniam revertitur, Capuanum principem in cuſtodia ſecum abducens; ſed circa egreſſum Italiæ peſtilentia exercitum ejus afflixit, & ex maxima parte conſumpſit.

Ibid.

Salegunſtadienſ. ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

LXXII. Eodem anno die undecima Auguſti celebrata eſt Salegunſtadienſis ſynodus. Aribo Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ei præfuit. Aderant quinque ejus ſuffraganei. Viginti diſciplinæ canones editi ſunt. Primus præcipit, ut Chriſtiani omnes quatuordecim dies ante feſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ ſint in abſtinentia carnis & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, & ante Nativitatem Domini ſimiliter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigiliis Apoſtolorum, & in vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ & in vigilia S. Laurentii & omnium Sanctorum. Secundus. Ut quatuor temporum jejunia ſerventur. Quintus. Ut unuſquiſque presbyter in die non amplius, quam tres Miſſas, celebrare præſumat .... Octavus. Ut nemo gladium portet in eccleſiam, Rege tantum excepto. Undecimus ſtatuit, ut in linea conſanguinitatis frater & ſoror non ſint primi, ſed nepos & neptis. Decimus tertius. Ut nullus laicorum alicui presbytero ſuam commendet eccleſiam præter conſenſum epiſcopi .... ut probetur, ſi ſcientia, ætate & moribus talis ſit, ut ſibi populus Dei commendetur. Decimus ſextus. Ut nullus Romam eat, niſi cum licentia ſui epiſcopi vel ejus vicarii. Rationem afferunt in canone decimo octavo, nempe quia multi, dum publicam pœnitentiam a ſuis ſacerdotibus impoſitam peragere nolunt, Romam ibant, putantes, quod eam ſibi Papa remitteret. Decimus ſeptimus ſub anathemate præcipit, ut nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carenam dividere præſumat, ſi infirmitas non intervenerit. Carena vero dicebatur dierum quadraginta continuorum jejunium in pane & aqua, præter Dominicos dies, ut exponit Burchardus, qui huic ſynodo interfuit. His ſubjacet appendix de precibus, quæ pro inchoanda ſynodo ſunt recitandæ.

Ademar. chron.

LXXIII. Iiſdem temporibus per Aquitaniam exhorti ſunt Manichæi, ſeducentes plebem, negantes baptiſmum & crucis virtutem, & quidquid ſanæ doctrinæ eſt, abſtinentes a cibis quaſi monachi, & caſtitatem ſimulantes, ſed inter ſe ipſos luxuriam omnem exercentes; quique multos a fide exorbitare fecerunt. Aureliani quoque decem ex canonicis ſanctæ crucis, qui videbantur aliis religioſiores, ſic detecti ſunt Manichæi. Arefaſtus genere nobilis, eloquio nitidus, conſilio providus, bonis moribus comptus, legationis officio erat apud Francorum regem notiſſimus; hic habuit clericum nomine Heribertum, qui lectionis gratia Aurelianam urbem adire decrevit: ſed tunc in ea civitate duo clerici Stephanus & Liſojus apud omnes ſapientia clari & ſanctitate magnifici opinione vulgi habebantur. Eorum diſcipulus factus Heribertus, cum divini verbi dulcedine ab eis eorum hæreſi inebriatur, ita ut ſapientiæ arcem conſcendiſſe ſe crederet. Hic domum reverſus, dominum ſuum ſubtilitate verborum in erroris viam ſenſim admovendo ſecum attrahere cupiebat. Arefaſtus ſtatim animadvertit eum a juſtitia devium, & cito comiti Richardo cauſam indicavit, atque rogavit, ut Roberto regi literis peſtem in regno ejus adhuc latitantem, antequam propagaretur, patefaceret, & ut Rex ſibi ad expellendam eam auxilium non denegaret. Rex inſperata re attonitus, mandavit, ut Arefaſtus cum clerico ſuo Aurelianum cito greſſum dirigeret, pollicens omnimode in hac re auxilium ſuum.

Manichæi repreſſi in Galliis. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Ibid.

Carnotum in itinere devenit, Fulbertum epiſcopum ſuper hac re conſulturus; ſed Romam orationis gratia abierat. Itaque cauſam ſui itineris Ebrardo viro ſapienti, Carnotenſis eccleſiæ ſacriſcrinio indicavit, ejus conſilium flagitans. Qui ſuaſit, ut poſt multas preces & receptam quotidie corporis & ſanguinis Chriſti communionem, ad audiendam hæreticam pravitatem pergeret, & nihil horum, quæ ab eis audiret, contradiceret, ſed ſimulato diſcipuli vultu, tacitus ſecum omnia conferret. Aurelianum igitur deveniens, quotidie oratione & communione munitus ad eorum doctrinam veniens, adinſtar rudis diſcipuli aſſidebat. Illi vero ſuam primo diſſimulantes impietatem, de iis, quæ hactenus crediderat, dubia ingerebant, doctrinamque ſuam ſcripturæ verbis involutam ſenſim inſinuabant. Ille vero in omni verbo,

Christi An. 1022. quod proferebant, semper Deo gratias referebat: Unde rati sunt, eum esse conversum in eorum errorem; jam jamque suæ nequitiæ sentinam verbis divinorum librorum antea coopertam securi aperiunt, dicentes: Christum de Virgine Maria non esse natum, neque pro hominibus passum, nec a mortuis resurrexisse, addentes, in baptismo nullam esse scelerum ablutionem, neque sacramentum corporis & sanguinis Christi esse in consecratione sacerdotis, sanctosque martyres atque confessores implorare pro nihilo ducebant.

Ibid. Arefastus his auditis, ei dixisse fertur: Si in his, quæ enumeratis, salus hominum, quæ sepratur, nulla, ut dicitis, esse potest, a vobis obnixe rogo, mihi aperite, in quibus sperari poterit, ne meus animus in dubio positus incidat in desperationis ruinam. Pandemus tibi, inquiunt, salutis ostium, quo ingressus, per impositionem manuum nostrarum ab omni peccati labe mundaberis, atque sancti Spiritus dono repleberis, qui te scripturarum omnium profunditatem absque scrupulo docebit: deinde cœlesti cibo pastus, & interna satietate recreatus, videbis persæpe nobiscum visiones angelicas, quarum solatio fultus, cum eis quovis locorum sine mora vel difficultate, cum volueris, ire poteris, nihilque tibi deerit.

Ibid. Cœlestem autem suum cibum sic conficiebant. Congregabantur certis noctibus, singuli lucernas tenentes in manibus, & adinstar litaniæ dæmonum nomina declamabant, donec dæmonem in similitudine cujusdam bestiolæ inter eos viderent descendere. Tunc extinctis luminibus, quisque mulierem sibi proximam ad abutendum arripiebat, etiamsi mater aut soror aut monacha haberetur. Ex eo spurcissimo concubitu infans generatus, octavo die in medio eorum, igne accenso, cremabatur, cujus cinis summa veneratione colligebatur. Inerat enim tanta vis diabolicæ fraudis in ipso cinere, ut quicumque, eorum hæresi imbutus, de eo etiam parum prælibasset, vix unquam postea ad viam veritatis rediret.

Ibid. Interea, cum Robertus rex & Constantia regina, sicut Arefastus mandaverat, ad urbem Aurelianam cum episcoporum collegio venissent, die sequenti omnis illa nequissima congregatio simul per officiales regios de domo, ubi erant congregati, abstracti, & in ecclesiam sanctæ crucis ante Regem atque episcoporum & clericorum cœtum adducti sunt. Arefastus prior Regem sic alloquitur: Domine mi Rex, immerito teneor vinctus ante te & catenatus: cui Rex dixit: Causam tui adventus nobis indica, ut ea cognita, aut reus in vinculis tenearis, aut innoxius a vinculis dimittaris. Ille respondit: Audita religione horum, qui mecum adstant vincti, ad hanc urbem venire volui, ut inde eorum doctrina melioratus redirem. Quod si aliquo reatu pro eo opere teneor, episcopi præsentes judicent. Episcopi dixerunt: Si religionis modum, quem ab his didicisti, nobis proferas, nostro judicio facile dignoscetur. At ille dixit: Regia majestas jubeat, ut, quæ me docuerunt, ea ipsi coram vobis dicant. Quibus Rex & episcopi cum juberent, ut suæ fidei normam patefacerent, totius veritatis inimici alia pro aliis dicentes, intra suæ hæresis fœditatem nulla adyta introire volebant, & quo amplius concludebantur, veritatis sermonem tanto magis labiliores videbantur effugisse. Arefastus eorum fraudem videns, ad eos conversus ait: Veritatis magistros, non erroris habere putavi: dum constanter illam doctrinam, quam mihi evangelizabatis, viderem vos docere, atque pollicebamini etiam pro morte toleranda numquam a vobis esse denegandam. Nunc vero oblita fide, quam promisistis, ut video, timore mortis ab illa doctrina longe vultis fieri, meque adhuc rudem discipulum in periculo mortis dimittere parvi penditis. Unde Regiæ jussioni, tantorumque Præsulum authoritati parendum est, ut in his, quæ a vobis didici, si qua sunt Christianæ religioni contraria, istorum judicio cognita, quæ sequenda sunt, & quæ respuenda, cognoscam: tum relatos superius eorum errores exposuit.

Ibid. Guarinus Bellovacensis episcopus interrogavit Stephanum & Lisoium, qui hujus erroris videbantur esse magistri, si ita sentirent. Illi ita se sentire ac credere constanter asserunt. Quibus cum idem præsul Christianam doctrinam proposuisset, hanc contumeliose respuerunt: Ista, inquiebant, his narrare potes, qui terrena sapiunt, atque credunt figmentis carnalium hominum scriptis in membranis animalium. Nobis autem, qui legem scriptam habemus in interiore homine a Spiritu sancto, & nihil aliud sapimus, incassum superflua & a divinitate devia profers: idcirco verbis finem impone, & de nobis, quidquid velis, facito. Jam Regem nostrum in cœlestibus regnantem videmus, qui ad immortales triumphos dextera sua nos sublevat, dans superius gaudia. Cumque ab hora diei prima usque ad horam nonam multifariam laborarent omnes, ut illos a suo errore revocarent, & ipsi minime resipiscerent, jussi sunt singuli sacris vestibus indui in suo ordine, statimque ab episcopis a proprio honore sunt depositi, & sic de gremio ecclesiæ ejecti sunt. Constantia regina, quæ ante valvas basilicæ steterat, Stephani quondam sui confessoris oculum baculo eruit. Deinde extra muros civitatis educti, in quodam tuguriolo, copioso igne accenso, cum nefario suo pulvere undecim cremati sunt. Unus clericus & una monacha divino nutu resipuerunt. Tolosæ quoque inventi Manichæi eodem supplicii genere destructi sunt. Alii per diversas Occidentis provincias sese occultare cœperunt, decipientes quoscumque poterant. Aelgald.

Theodatus sanctæ crucis Aurelianensis cantor canonicus, ante triennium mortuus erat in eadem hæresi, ut perhibebant viri religiosi & ipsimet hæretici, cujus corpus, postquam probatum est, ejectum est de cœmeterio, jubente episcopo Odolrico, & projectum in invium. Ademar. chron.

LXXIV. S. Beruwardus Hildesheimensis episcopus duodecimo Kalendas Decembris ejusdem anni ad Christum migravit, cujus obitus totam regionem maxime contristavit: erat enim in cuncto divinæ servitutis studio juste fervidus, & in tota mundanæ utilitatis sagacitate sapienter providus, contra rebelles & induratos juste severus, erga obedientes & modestos rite mansuetus, in eleemosynis & commiseratione compatiens & largus, vigiliis, jejuniis & orationibus convenienter intentus. Cum veniisset ad aulam Ottonis III., qui septennis adhuc puer erat, ut ei inserviret, a Theophania Augusta, quæ rebus præerat, benigne susceptus est, atque in brevi summæ familiaritatis locum apud illam obtinuit, adeo ut puerum Imperatorem fidei illius literis imbuendum moribusque instituendum consensu omnium procerum commendarit. Cujus partes ita sapienter adimplevit, ut juvenem Regem a vitiis revocans, ad virtutem inclinaret, & tamen ei semper gratissimus esset. Imperatrice demortua, Otto totum ei se regendum commisit, & in stationem fidissimi magistri se contulit, eique prædictum episcopatum deferendum curavit, quem per triginta annos sapientissime rexit. Bolland. 4. Maji. S. Bernward.

Henricus, audita morte S. Bernwardi, S. Godehardum monasterii Altahensis abbatem secreto soliloquio convenit, eique suam voluntatem de episcopatu ejus sedis aperuit: cui statim ille in faciem restitit. Imperator ejus cordis duritiem per episcopos mollire tentavit: sed semper ille in eodem proposito perstitit. Tandem, cum in vigilia S. Andreæ cœlesti visione de divina voluntate factus esset certior, sequenti die in natali Apostoli cum summa cleri plebisque lætitia ei jam volenti pastoralis cura commendatur, & ab Aribone Moguntinensi Archiepiscopo consecratur: & sicut jam in tribus monasteriis collapsam regularem disciplinam restituerat, non cum minore pietatis & prudentiæ laude episcopi munere perfunctus est.

LXXV. Eadem ætate novam rationem addiscendi musicam adinvenit Guido Aretinus monachus, Benedictinus, adeo ut puer paucis mensibus addisceret, quod antea pluribus annis vix homo quilibet, pollens ingenio, addiscere potuisset. Delata res est ad Benedictum Papam, qui Guidonem Romam ad se accersendum curavit. Quo successu Papam convenerit, sic ipse narrat in sua ad Michaelem monachum epistola: Multum, inquit, Pontifex meo gratulatus adventu, multa colloquens, & diversa perquirens, nostrumque, velut quoddam prodigium, sæpe revolvens antiphonarium, præfixasque ruimans regulas, non prius destitit, donec unum versiculum, inauditum sibi, voti compos ediscceret, &, quod vix credebat in aliis, tam subito in se cognosceret. Novam illam cantandi methodum solmificationem vocant musici, seu gammam cum notis, ut, re, mi, fa, sol, la, quæ sunt initiales syllabæ hemisticorum hymni S. Joanni Baptistæ, ut queant laxis, quibus postea nota, si, addita est, ut sic tonorum completa octava haberetur. Qua arte pueri & Annalist. Saxo. Baronius an. 1022.

puellæ

Christi An. 1022. puellæ in manu ſua cantandi peritiam facilius diſcere cœpere, quam voce magiſtri aut ope ullius inſtrumenti. Guido muſicum ſuum opus inſcripſit micrologium. Alius eſt micrologus ſive liber de eccleſiaſticis obſervationibus ſeu de divinis officiis inſcriptus, cujus author anonymus, ſedente Gregorio VII., floruit.

Hiſt. Rem. eccl. l. 1. c. 29. LXXVI. In Galliis, Remenſi eccleſia vacante, poſt obitum Arnulphi cogitur ſynodus comprovincialium epiſcoporum. Azelinus Laudunenſis, ut erat cæteris audacior, Ebalum virum laicum & ſuum ſecretarium acclamavit, atque, ut Rex conſentiret, ſuis adulationibus impetravit. Gerardus Cameracenſis reclamavit, indignum & contra regulas putans, ut laicus, qui ſolam noverat dialecticam, ad tantam ſedem promoveretur. Guido Sylvanectenſis epiſcopus ejus quoque ordinationi interceſſit; ſed ejus ſcrupulum penitus abſterſit Fulbertus Carnotenſis, magnæ vir authoritatis in eccleſia, data ad eum ſequenti epiſtola: Ab ordinatione Ebali Remenſis Archiepiſcopi non valde tibi metuendum eſſe puto, ſi eſt, ut dicitur a Chriſtianis, ab infantia Chriſtianus, ſano ſenſu, ſacris literis eruditus, ſobrius, caſtus, amator pacis & dilectionis, nullo crimine, nulla infamiæ nota turbatus, tandemque a clero & populo ſuæ civitatis electus: Magni etenim viri Ambroſius Mediolanenſis & Germanus Antiſiodorenſis, aliique nonnulli, qui tales in laico habitu extiterunt, ſubito nobis ſancti Præſules exierunt.

Christi An. 1024. Ibid. Ebalus igitur, diſcuſſis his nebulis, Remenſi ſedi incardinatur anno milleſimo vigeſimoquarto, qui deinceps ſtrenuum domus Dei diſpenſatorem ſe exhibuit, Odonique Campaniæ comiti villas Remenſis eccleſiæ invadenti fortiter reſtitit; ſed cum innumeris ab eodem moleſtiis afficeretur, ſcripſit ad Fulbertum de pace concilianda; cui reſcripſit Fulbertus: Odonem comitem arguendo commonui. Reſpondit tandem, quod in te deliquerat, emendare ſe velle, & ad tollendam animi ægritudinem, adjuvare quod maxime deſiderabas, ut Remenſis eccleſia reſpiret ad priſtinam dignitatem: ſi hæc tibi facere voluerit, recipere ſuadeo, ut quamprimum expeditus redeas ad officium tuum. Demum eum hortatur, ut pauperum cauſam agat apud Principes, qui eos vehementer affligebant, eccleſiæque ſuæ regimen non dimittat.

Helgad. vit. Robert. R. apud du Chêne tom. 4. Robertus Galliæ rex doctrina & pietate clarus, maximam eccleſiarum ſui regni curam agebat, quibus dignos providebat epiſcopos; ita ut etiam plebejos, ſi doctrina & pietate præſtarent, promoveret, quamvis duces & comites ei reſiſterent, qui in ſuarum provinciarum electionibus dominari ambiebant, in quibus proinde vix ulla ſupererat libertas. Aurelianenſem ſedem præ cæteris dilexit, quia in ea natus, ibidem aqua & Spiritu ſancto regeneratus eſt, & regalem accepit benedictionem. Hinc eccleſiæ ſanctæ crucis vaſa & ornamenta aurea multa dedit, corporaque SS. martyrum Sabiniani & Potentiani, qui in Senonenſi civitate paſſi ſunt, auro, argento, gemmiſque veſtivit. Præterea Patri Benedicto & ſuis, cui ſemper totis adhærebat præcordiis, piſcatoriam Ligeris fluminis attribuit. Floriaci monaſterii immunitatem authoritate regia firmavit. S. Caſſiani monaſterium Auguſtoduni nimia vetuſtate dirutum a fundamentis ædificavit, præbens ſumptus his, qui ibidem Deo ſervirent. Eccleſias alias ſeptem & tredecim monaſteria conſtruxit.

Ibid. Hæc erat ejus devotio, ut corde mundo & veſtitu candido Deus immolaretur pro totius mundi piaculo, & ad unguem ita perordinabat cuncta, quaſi videretur Deus ſuſcipi non ut in alterius, ſed in propria ſanctæ majeſtatis gloria. Jucundabatur in Sanctorum pignoribus, a ſe auro & argento bene ornatis, veſtibus albis, ſacerdotalibus indumentis, crucibus pretioſis, calicibus auro bono fabricatis, thuribulis electum thymiama proferentibus, vaſis argenteis ad emundationem manuum ſacerdotis, qui ſtabat illa hora fundens preces ad Deum pro totius populi delictis. Erat in eo jugis & frequens ad Deum oratio, ita ut nullus laberetur dies, quin legeret pſalterium. Sanctas noctes, hoc eſt, Nativitatis Domini, ſancti Paſchæ & Pentecoſtes ducebat inſomnes uſque ad ſummum mane, quo tempore poſt hymnum, Te Deum laudamus, Miſſa devote celebrabatur, & ſalutiferum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti percipiebat. Christi An. 1024.

Ibid. Erat mitis, gratus, beneficus, maxime erga pauperes. In Pariſiis civitate, Sylvanectis, Aurelianis, Divione, Antiſiodori, Avalone, Miliduni, Stampis, in unaquaque harum trecentis, & quandoque mille pauperibus dabatur panis & vini abundantia. Præterea, quo ibat, quotidie in quadrageſima centum aut ducentis jubebat pauperibus dari panis, piſcium & vini cibaria. In die autem Cœnæ Domini trecenti pauperes congregati de ejus manu, flexo poplite in terram, hora tertia legumen, piſcem, panem & denarium unum ſumebant. Hora ſexta centum clericis pauperibus præbendam panis, vini & piſcis concedebat, duodecim unumquemque eorum honorans denariis. Poſt menſam vero præparans ſe ad Dei ſervitium, Rex humilis ponebat veſtimenta ſua, indutus ad carnem cilicio, additoque clericorum collegio centum ſexaginta & amplius, ad exemplum Domini eorum pedes lavans, capillis capitis ſui tergebat, & ad mandatum Domini ſingulos eorum duobus ſolidis remunerans. Duodecim pauperes in aſellis ſedentes eum ſemper in ſuis itineribus comitabantur.

Ibid. Inſignis miſericordiæ mirabile reliquit exemplum. In Compendii palatio ſanctum Paſchale celebrabat. Duodecim iniquæ conſpirationis duces die Cœnæ Domini eum interficere ſe obſtrinxerant. Captos adduci ante ſe jubet Rex mitiſſimus. Percontatus eos, mandat ſervari in domo Caroli Calvi, regalibus dapibus refici, & die ſanctæ Reſurrectionis perceptione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti præmuniri. Secunda ſabbati in medium proferuntur, communique damnantur ſententia. Tunc Princeps pius propter Jeſum ipſos abſolvit, dicens, non debere morte mulctari qui fuerant præmuniti cibo potuque cœleſti, admonitoſque, ne talia patrarent, ad ſua regredi permiſit. Pauperibus, quibus jam benefecerat, quædam furto, etiam de ſuis veſtibus auferentibus, benigniſſime veniam dedit.

Act. SS. Bened. ſæcul. 6. LXXVII. Fridericus comes Virdunenſis, abdicato ſæculi faſtu, eadem ætate inſigne Chriſtianæ humilitatis & pietatis dedit exemplum. Adalberoni ejus fratri Virdunenſi epiſcopo ſucceſſerat Heimo, quem cum Fridericus amplificandis eccleſiis ac bonis operibus cerneret intentum, ut damna, quæ a ſuis prædeceſſoribus eccleſiæ Virdunenſi fuerant illata, compenſaret, canonicis jura quædam, Heimoni vero ejuſque ſucceſſoribus comitatum Virdunenſem dedit, ea tamen conditione, ut, quamdiu ipſe viveret, ejus adminiſtratione, juribus ac prærogativis potiretur. Fridericus inde peregrinaturus Jeroſolymam, in itinere adiit Ottonem III., qui confirmavit hanc donationem. Jeroſolyma reverſus Remos venit, ubi perhumaniter a Richardo Remenſis eccleſiæ decano ſuſceptus eſt. Cumque eadem eſſent utriuſque vota, inito ſimul amplectendi monaſtici ſtatus conſilio, ut deliberata perficiant, S. Vitonis Virdunenſe monaſterium eligunt. In eo tunc tantum ſeptem erant Scoti monachi ſub diſciplina abbatis Fingenii. Hic S. Odilonis Cluniacenſis abbatis conſilio vitam profeſſi ſunt monaſticam. Fingenius poſt aliquot menſes e vivis exceſſit. Heimonis epiſcopi Virdunenſis authoritate, licet repugnantibus Scotis monachis, in ejus locum ſubſtitutus Richardus, ſub cujus regimine refloruit illud monaſterium. Fridericus autem omnibus obedientiæ & humilitatis exemplum ſe exhibuit, quod vel hoc uno facto ſatis comprobatur. Richardus Henricum Imperatorem pro quibuſdam negotiis adire compulſus, Fridericum ſecum duxit, cui propter generis nobilitatem, cum ſedem inter primos Palatinos aſſignaſſet Imperator, ille ſurgens, poſitoque ad pedes abbatis ſuppedaneo, in eo ipſe reſedit. Imperator ejus ſapientiam admiratus, abbatem e latere ſuo ſedere atque poſt eum Friderici ſedem poni præcepit. Richardus in pluribus monaſteriis diſciplinam regularem reſtituit, & Fridericum S. Vedaſti Atrebatenſis monaſterio præpoſuit.

LIBER XLIV.

Clemens Papa II. clericos incontinentes vel ſimoniacos damnat, & addicit pœnitentiæ. S. Leo IX. ejus decreta confirmat, præſertim in Remenſi ſynodo, ubi S. Remigii corporis translationem celebrat. Idem Berengarii hæreſim a viris doctis impugnatam Romæ & Vercellis in duabus ſynodis anathematizat, quam pariter proſcripſit Pariſienſis ſynodus. Poſtea reſpondet accuſationibus Michaelis Cærularii patriarchæ C. P., qui ſcripſerat adverſus Romanam Eccleſiam. Legatos mittit ad Conſtantinum Monomachum pro concordia eccleſiarum. Humbertus cardinalis legatus Michaelis ſcripta confutat, eumdemque pervicacem excommunicat. Michael Cærularius corruptum excommunicationis libellum & legatos anathematizat, & fugere cogit, excitata adverſus eos populari ſeditione, mendacibuſque literis alios Patriarchas ad ſuum ſchiſma pertrahit. Petrobruſiani & Manichæi in Gallia graſſantes coercentur. Multi Principes tunc ſanctitate & zelo pro religione floruere. S. Stephanus poſt confirmatam in regno ſuo fidem Catholicam migrat ad Deum. S. Emericus ejus filius in matrimonio ſervat virginitatem. S. Olaphus Norvegiæ rex pro morum reformatione & fidei propagatione ſtrenue laborans, ab impiis occiditur. Par fuit zelus Olaphi Sueciæ regis, qui fundat archiepiſcopatum. S. Wilfredus in Suecia prædicans, martyrio coronatur. S. Willelmus Aquitaniæ dux plura fundat monaſteria, & abdicato principatu vitam monaſticam profitetur. Canutus Angliæ & Daniæ rex leges & religionem obſervari curat. Quidam Principes inveſtituris abutentes, tollunt libertatem electionum, inducuntque ſimoniam; hinc eas abolere cogitant Romani Pontifices. Andreas Hungariæ tyrannus permittit idololatriam; hinc adverſus fideles oritur gravis perſecutio, quæ plures fecit martyres, quos inter eminet S. Geraldus epiſcopus. Andreas poſtea Chriſtianam religionem reſtituit. Plures ſynodi pro diſciplinæ & morum reformatione celebrantur. In quibuſdam treuga Dei certis temporibus obſervanda ſub anathemate ſtabilitur, adverſus vim & rapinas potentiorum. S. Romualdus fundat Camaldulenſes. Gradenſis patriarchatus Aquilejenſi ſubſtituitur. S. Odilo Cluniacenſis abbas fidelium omnium commemorationem pro die 2. Novembris inſtituit in ſuis monaſteriis. Scriptores eccleſiaſtici claruere Humbertus Cardinalis, Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus, Hermannus Contractus, S. Petrus Damianus.

CHRISTI AN. 1023. Concil. tom. 6. ed Hard.

I. HEnricus Imperator anno milleſimo vigeſimo tertio Moguntiæ Pentecoſten celebravit, Ariboniſque Archiepiſcopi conſilio ſynodum totius Germaniæ generalem coegit, in qua multa collapſa correxit: præcipue vero Ottonem comitem ab Haniſtein a Limingardam præter fas ſibi cohærentes ſeparare conſtituerat, quod tamen perficere non potuit, quandoquidem comes, partim Imperatoris metu, partim epiſcopi commonitione, utcumque ad meliorem ſe recepit frugem: fœmina autem bannos vel proſcriptiones negligens, jus ſibi funditus perdidit. S. Gothardus, dum ad illud concilium pergeret, in itinere mulierem a dæmone vexatam liberavit.

Annaliſt. Saxo. Ekkeardus ex abbate Nienburgh quartus epiſcopus Pragenſis e ſynodo redux ex hac vita migravit, ſexto Idus Auguſti. Hic conſtituit in Bohemia, ut pro decimatione unuſquiſque, ſive potens, ſive dives, ſive pauper, qui de ſuo allodio araturam haberet, duos modios palmarum, unum tritici, alterum avenæ epiſcopo perſolveret. Nam antea, ſicut a primo epiſcopo Dietmaro conſtitutum erat, duos meſſis acervos dabant. Acervum autem dicunt quinquaginta manipulos habentem. Arnolfus Halberſtadienſis eccleſiæ nonus epiſcopus, Chriſti fidelis famulus, ſeptimo Idus Septembris obdormivit in Domino. Hic eccleſiæ ſuæ manſos mille & ducentos adquiſivit, & alia multa in molendinis, areis, ſylvis & ſalchis. Theſaurum S. Stephani in palliis & indumentis Miſſalibus ad omnes ordines pertinentibus valde multiplicavit. Altaris ſupremi tabulam auro puriſſimo & gemmis decoravit. Thuribulum aureum, & thuris receptaculum aureum, & calicem magnum aureum, cum patena & varia ornatuum genera obtulit. Corpus ejus in clauſtro ſepultum eſt. Demum S. Hardwicus, cum Saliburgenſem eccleſiam per triginta duos annos ſanctiſſime adminiſtraſſet, tranſivit ad æternam gloriam. Ex his & aliis, quæ ſuperius diximus, facile quivis intelliget, quam prudenter eccleſiis bonos epiſcopos præficiendos curaret S. Henricus Imperator, qui tertio Idus Julii anni milleſimi vigeſimi quarti a terreno regno ad cœleſte tranſiit, multis ſplendens virtutibus & miraculis. Bambergæ in cathedrali eccleſia regali honore ſepultus eſt, & ſequenti ſæculo in Sanctorum numerum relatus. Natalis ejus in cœlo dies officio duplici celebratur.

CHRISTI AN. 1023. S. Henr. Imp. mon. CHRISTI AN. 1024.

Morti proximus S. Chunegundem conjugem ſuam ſuis conſanguineis reddens, dixit: Recipite quam mihi tradidiſtis virginem veſtram: virginem eam dediſtis, virginem reddo. Ipſa eum mortuum precibus ſanctimonialium monaſterii Confugienſis, quod in Haſſia fundaverat, precibus commendavit. In ipſo vero anniverſario die ejus tranſitus epiſcopos ad dedicationem Confugienſis eccleſiæ convocat: qui inter

Bulla ejus canoniz. Bolland. 3. Mart.

Miſſa-

Christi An. 1024. S. Cunegundis.

Missarum solemnia, Imperiali cultu ornata, ante principale altare virgo Deo devota processit, ibique parvam ligni Dominici crucem obtulit, ac post Evangelii lectionem, regalem purpuram exuens, tunicam fusciorem, quam ipsa sibi suis manibus operata fuerat, vestem religionis, data sacerdotali benedictione, induit; & præcisis capillis, qui in eodem monasterio servantur, impositio sibi ab episcopis velo, annulo fidei subarrhata, sponso Christo ipsa sponsa consecrata est, & deinceps in omnibus servitiis se quasi servilem personam ostendit; fugiens tamen ostentationem, ne in præsenti sæculo reciperet mercedem suam, semper orans, aut psallens, aut legens. Multa illi circa contubernales erat devotio, frequens ægrotantium visitatio, sollicita pauperum consolatio. Quindecim in sancto proposito supervixit annos, tam humilitatis gratia, quam religionis reverentia, omnibus admiranda. Tandem præ nimia ciborum abstinentia, orationis & vigiliarum incredibili perseverantia, cœpit languescere, & ingravescente morbo paulatim deficere. Ut in tumulo S. Henrici absque ulla pompa sepeliretur, præcepit. Die tertia Martii anno millesimo quadragesimo ad Deum transiit .... Velatum ejus sacrum corpus sacris vestibus & diademate Christi capiti superpositio, in dextra parte loculi S. conjugis repositum est. Miraculis post mortem claruit, quibus rite probatis hanc in Sanctarum catalogo adscripsit Innocentius III.

Cum Imperator sine filiis obiisset, & Germaniæ principes in varias factiones scinderentur, episcopi, duces & primates, ut imminens periculum evadant, conveniunt inter Moguntiam & Wormatiam. Archiepiscopus Moguntinus, cujus sententia ante alios accipienda fuit, Conradum Salicum Henrici Franconiæ ducis filium designavit. Avunculos habuit Brunonem, qui sub nomine Gregorii V. fuit Romanus Pontifex; & Willelmum Argentinensem episcopum Ottonis Franconiæ ducis filios. Hanc sententiam reliqui secuti sunt. Postero die, quo celebrabatur Nativitas S. Mariæ, Moguntiæ sacram unctionem accepit. Hæc de ejus electione & genere refert Vippo presbyter, qui scripsit ejus vitam, ejusque electioni præsens adfuit.

Conradus Salicus Imperat. Vippo in ejus vit.

II. Benedictus Papa VIII. eodem anno supremum diem obiit, quo autem mense vel die, incertum est, idque unum ex variis rescriptis constat, ejus mortem non contigisse ante diem sextum mensis Junii. Sedit annos fere duodecim. Sanctissimos viros Odilonem Cluniacensem & Romualdum Camaldulensis ordinis fundatorem magnopere coluit. Extat ejusdem epistola ad episcopos Burgundiæ, Aquitaniæ & Provinciæ, quibus mandat, ut invasores bonorum monasterii Cluniacensis excommunicent. Multas Sanctorum reliquias ex Lateranensi basilica sumptas, ad monasterium Cassinense misit. SS. reliquiarum translationes, divisiones, & impensum extraordinarias comparandi studium, multis fraudibus & deceptionibus locum dedere. Hinc ea ætate prodiere quædam reliquiæ, quarum nulla est in tota antiquitate memoria, vel quæ certo extarent in aliis regionibus, quamvis ad prima sæcula pertineant. Talis est, ut de cæteris taceam, inventio capitis S. Joannis Baptistæ, quod in urbe Angeriaca dum inventum ostenderetur, inquit Ademarus author coætaneus, omnis Gallia, Italia, & Hispania ad famam commota, illuc accurrere certatim festinabat, & non tantum vulgus, sed proceres, duces, principes & episcopi, qui certatim offerebant munera pretiosissima. Illud, regnante Pipino Aquitaniæ rege ex Oriente translatum, narrabat relatio: sed adeo incallide & imperite, ut hujus falsitas vel inter undecimi sæculi tenebras multis se proderet. S. Joannis Baptistæ caput in Oriente repertum & Constantinopolim translatum jam vidimus.

Benedicti P. VIII. mors. Concil. tom. 6. edit. Hard. Ibid.

Joannes Benedicti frater ante mensem Octobrem ejusdem anni in ejus locum suffectus est largitione pecuniæ, & primus repente ex laicali ordine neophitus constitutus est Romanus Pontifex. Eustathius patriarcha Constantinopolitanus ad eum legatos misit, requirens, ut sua ecclesia, sicut & Romana, diceretur universalis, eumque donis & Romanos, qui curiæ præerant, innumeris sic excœcarunt, ut clanculo tentarent concedere quod rogabatur. Omnis ob hoc vehementissime commota est Italia; sed Galliarum episcopi & abbates his obviare conati sunt, quidam in persona sua, quidam vero literis missis sedem Apostolicam visitantes, & tantum opprobrium & dedecus, authoritatibus ad medium prolatis, quibus contradicere fas non esset, a Romana Ecclesia propulsantes; nec defuit in his Petri Richardi abbatis Virdunensis authentica præsentia; imo omnino satagit, ut Constantinopolitana præsumptio confutata quiesceret. Inter alios quoque Willelmus abbas eximius S. Benigni Divionensis epistolam Papæ misit, equidem brevem, sed materia ingentem, & sermone locupletem. Simonia in curia Romana locum habuisse, priusquam tot urbes & provincias eis daret rex Francorum Pipinus, vix invenimus.

Glaber. l. 4. c. 1. Joannes XIX. fit Papa.

Christi An. 1024. & 1025.

III. Basilius Orientis Imperator mense Decembri anni millesimi vigesimi quinti subito correptus morbo decessit. Paucis ante mortem ejus diebus obiit Eustathius patriarcha; in cujus locum Imperator substituit Alexium monachum, Studiani collegii magistrum, qui ad ipsum invisendi causa venerat, afferens secum caput S. Joannis Baptistæ (quod tamen in Aquitania per hæc tempora dicebatur inventum.) Eum ergo cum per Joannem protonotarium in solio Patriarchæ collocasset, vespere expiravit. Duos supra quinquaginta annos solus Imperium tenuit. Ei successit Constantinus ejus frater, septuagesimum agens ætatis annum, vir molliissimæ indolis, animique in omnes diffluentis delicias ac libidines. Boleslaus Poloniæ dux, qui regalia & regium nomen in injuriam regis Conradi sibi aptaverat, eodem anno mortuus est. Filius ejus Mizico ei successit in regiam dignitatem, suumque fratrem Ottonem, quoniam regis Conradi partibus favebat, in Russiam pepulit.

Cedren. Psellus.

IV. Annum tot mortibus funestum clausit Cameracensis synodus, in qua Gerardus episcopus fidem Catholicam de Eucharistia sancivit adversus nonnullos hæreticos, qui ab Italiæ finibus eo loci advenerant, & quamdam novam hæreseos sectam introducentes, Apostolicæ sanctionis disciplinam pervertere tentabant: & quamdam justitiam præferentes, hac sola purificari homines asserebant, nullumque in sancta Ecclesia aliud esse sacramentum, per quod ad salutem pervenire possent .... Adducti coram episcopo, referunt se esse auditores Gandulfi Itali, & ab eo Evangelicis mandatis & Apostolicis informatos, nullamque præter hanc scripturam se recipere; ac proinde vetus testamentum rejiciebant. Præterea, quia ad notitiam episcopi pervenerat, illos baptismi, pœnitentiæ, Eucharistiæ, & matrimonii sacramenta rejicere, nullum in sanctis confessoribus donum virtutis spectare, præter Apostolos & martyres neminem debere venerari, illis dixit: Quomodo consequens est, vos Evangelica & Apostolica instituta tenere, & contraria illis tenere. Nicodemus enim, quamvis Jesum a Deo veniisse confiteretur, Dominus ei dixit: Neminem hoc solo confessionis munere regnum cœlorum posse mereri, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu. Illi responderunt: Hæc est lex, quam a magistro nostro didicimus: Mundum relinquere, carnem a concupiscentiis frænare, de laboribus manuum suarum victum parare, nulli læsionem quærere, charitatem cunctis exhibere. Servata igitur hac justitia, nullum opus esse baptismi ..... si quis autem in baptismate aliquod dicat latere sacramentum, hoc tribus ex causis evacuatur. Una, quia vita reproba ministrorum baptizandis nullum potest præbere salutis remedium. Altera, quia, quidquid vitiorum in fonte renuntiatur, postmodum in vita reperitur. Tertia, quia ad parvulum non volentem, fidei nescium ..... aliena voluntas, aliena fides nequaquam pertinere videtur.

Spicileg. tom. 13. *Cameracensis synodus.*

Errorem de baptismo confutavit episcopus, exemplo verbisque Christi dicentis ad Apostolos: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Nec obest, inquit, quidquam improbitas ministri, quia sanctus descendens Spiritus eumdem sacramenti latenter operatur effectum, & non legimus a discipulis rebaptizatos quos Judas baptizaverat. Deinde mysterium baptismatis eis expositit. Sequenti die verba fecit de corpore ac sanguine Domini. Hoc sacrificium, inquit, dum de pane & vino cum aqua mixto ineffabili sanctificatione, cruce & verbis illius in altari consecratur, dumque passionis & resurrectionis ejus atque in cœlum ascensionis salutifera memoria agitur, verum ac proprium corpus ipsius Domini nostri Jesu Christi & sanguis verus ac proprius efficitur, quamvis aliud esse videatur. Videtur namque panis materialis; sed verissime efficitur corpus Christi: sicut ipsa

Ibid.

Eucharistiæ veritas.

eadem

Christi An. 1025. eadem veritate attestante didicimus. Eucharistiæ veritatem sic explicat ante plures annos, quam Berengarius hæresim suam de Eucharistiæ sacramento publicaret.

Gerardus eorum hæresis singula puncta postquam confutavit, egit de ecclesiarum sanctitate, quæ sunt domus Dei, de sacro altari, de thymiamate, de sacris ordinibus, de sepultura, de pœnitentia, de connubiis, de sanctis & venerandis confessoribus, de psallendi officio, de veneratione Dominicæ crucis. Hæc omnia rejiciebant ejusmodi hæretici. Demum de falsa eorum justitia, quæ gratiæ necessitatem tolleret, disputavit. Hæretici, his, quæ fuse dixerat episcopus, auditis, resipiscunt, ejusque verbis assentiunt. Quibus dixit Gerardus: Si hæc ita esse creditis, deponentes tantæ perfidiam incredulitatis, nobiscum hanc hæresim cum suis authoribus, nisi resipuerint, damnantes excommunicate.

Tunc episcopus & omnes, qui aderant, abbates atque archidiaconi cleruſque omnis, simul favente populo, ita incipiunt. " Hanc hæresim, quæ hodie contra veram & Catholicam Ecclesiam conspirasse inventa est, quæ videlicet baptismum ad abluendam originalis culpæ maculam, & actualia delicta, nihil profuturum contendit, & per pœnitentiam peccata nequaquam posse relaxari, profitetur, & quæ... Dominici corporis & sanguinis sacramentum nihil esse aliud, nisi quod corporeis oculis intuetur, & hoc tanquam vile negotium respicit, & quæ legitima connubia devitat, hanc & omnes, qui eam affirmant, & damnamus & anathematizamus. „His autem subjiciunt fidei professionem his erroribus contrariam: verum quæ latine dicebant, hæc per interpretem eis vulgari sermone exposita sunt, & ad confirmandum suæ fidei testamentum, unusquisque eorum in modum crucis quemdam characterem conscripsit. Hos errores postea instauravit Petrus de Bruis.

Ansana synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

V. Alteram synodum tunc quoque celebrarunt duodecim episcopi, Ansani prope Lugdunum convenientes. Gauselinus Matisconensis episcopus conquestus est de Burchardo Viennensi, qui sine consensu suo contra canonum institutia ordinationem de monachis fecerat in episcopatu suo, scilicet in Cluniacensi cœnobio. Burchardus Odilonem abbatem illarum ordinationum adduxit authorem. Odilo tunc ostendit Papæ privilegium, ut nulli subjacerent episcopo: sed, quemcumque vellent, adducerent episcopum, qui faceret ordinationes in eorum monasterio. Relectis igitur antiquis canonibus, præsertim Chalcedonensis synodi, quibus præcipitur, qualiter per unamquamque regionem abbates & monachi proprio subesse debeant episcopo, & ne episcopus in parochia alterius audeat ordinationes vel consecrationes absque licentia ipsius episcopi facere, decreverunt chartam non esse ratam, quæ canonicis contrairet sententiis. Adjudicarunt quoque domnum abbatem non posse existere Archiepiscopo legitimum authorem canonicæ defensionis. Unde Burchardus Viennensis a Gauselino veniam petens, promisit, loco satisfactionis, quod quolibet anno, quamdiu viverent, tempore quadragesimæ sufficientiam olei de olivis ad conficiendum chrisma ipsi persolveret.

Christi An. 1026. Wippo presbyt. in vit. Conrad.

VI. Conradus rex anno millesimo vigesimo sexto consilio Principum filium suum Henricum puerum regem post se designavit, illumque Brunoni Augustensi episcopo in tutelam commendavit. Ipse vero cum exercitu Italiam ingressus Vercellas venit, ibique sanctum Paschale celebravit. Italiam deinde totam præter Lucam urbem Tusciæ sibi subjugavit & pacificavit; sed Papienses minus obsequentes graviter afflixit. Bruno, Herimanno Tullensi episcopo graviter ægrotante, auxiliares militum copias a Tullo venientes ducendas susceperat, qui in illius sæcularis militiæ dispositione sic repente sagax apparuit ac providus, quasi hujusmodi negotiis tantum fuisset exercitatus. Hermanno paulo post demortuo, Bruno concordi totius cleri consensu Tullensis episcopus eligitur. Conradus, licet repugnans, propter episcopatus paupertatem assensit. Accepta igitur discedendi potestate, evitatisque rebellium Longobardorum insidiis, Tullum pervenit, & die Dominicæ ascensionis a Theodorico Mediamatricum Præsule est pontificaliter inthronizatus. Inde Treverim ad Popponem suum Metropolitanum proficiscitur, ut ab eo consecretur. Poppo vero juramentum exegit, quod eum in rebus omnibus consuleret, nihilque extra præceptum suum agere præsumeret, quod Bruno renuit. Conradus postea utramque Wormatiæ convocat, sicque litem dirimit, ut Bruno in ecclesiasticis negotiis Trevirensis Archiepiscopi uteretur authoritate consilii. Hac accepta sponsione, Poppo quinto Idus Septembris eum ordinavit.

Wobert. l. 1. vit. Leon. Pap. II. apud Bolland. 25. Apr.

Conradus, qui propter nimios æstatis calores ad montana diverterat, Jureæ Natale Domini celebravit, indeque Padum transiens, Lucam civitatem in deditionem accepit, sicque triumphando Romam ingressus est ineunte anno millesimo vigesimo septimo, atque a Papa Joanne & universis Romanis regio honore susceptus est, & septimo Kalendas Aprilis in die sancto Paschæ a Romanis in Imperatorem electus, Imperialem benedictionem a Papa suscepit, & Cæsar Augustus appellatus est. Quin etiam regina Gisela ejus uxor Imperatricis consecrationem & nomen ibidem accepit. His ita peractis in duorum Regum præsentia, scilicet Rodulphi regis Burgundiæ & Canuti regis Danorum & Anglorum, divino officio finito, Imperator inter duos Reges medius ad cubiculum suum honorifice deductus est, & post aliquot dies in Apuliam processit, & receptis illius provinciæ civitatibus, Normannis, qui eo confluxerant, ibi habitandi licentiam dedit, ad defendendos regni terminos adversus Græcorum versutias, eos Principibus suis coadunavit.

Christi An. 1026. Wippo. Christi An. 1027.

VII. Canutus rex voti causa Romam venerat, innumeraſque in itinere in pauperes & ecclesias effuderat pecunias. Quid autem Romæ egerit, sic ipse declarat in suis ad episcopos & primates Anglorum literis. Meminit primo coronationis Imperatoris Conradi, qui maxime eum honoraverat muneribus. Secundo immunitatis a Rodulpho Burgundionum rege concessæ omnibus Danis & Anglis, qui Romam proficiscerentur. Tum addit: Conquestus sum coram Domino Papa, & mihi valde displicere dixi, quod mei Archiepiscopi in tantum angariabantur immensitate pecuniarum, quæ ab eis expetebantur, dum pro pallio accipiendo secundum morem Apostolicam sedem expeterent, decretumque est, ne deinceps fiat. Re ipsa ex Romanorum Pontificum literis demonstravimus, quod superioribus sæculis gratis concederetur.

Alford. annal. Angl. ad an. 1027. Concil. tom. 6. ed. Hard. Cæsar rex Rome.

Demum hæc suis subditis mandat: Nunc itaque fit notum, quia ipsi Deo supplex devovi vitam meam amodo in omnibus justificare, & regna mihi subdita populosque juste & pie regere, æquumque judicium per omnia observare .... Idcirco præcipio meis consiliariis, ne ullo modo, aut propter meum timorem, aut alicujus potentis personæ favorem, aliquam injustitiam amodo consentiant vel faciant pullulare in omni regno meo. Præcipio etiam omnibus vice-comitibus & præpositis universi regni mei, ut nulli homini, nec diviti, nec pauperi vim injustam inferant .... nec propter mihi congregandam pecuniam ullo modo devient: quia nulla est mihi necessitas, ut iniqua exactione pecunia mihi congeratur .... Obtestor omnes episcopos meos & regni mei præpositos per fidem, quam mihi debetis & Deo, quatenus faciatis, ut, antequam in Angliam veniam, omnia debita, quæ secundum antiquam legem debemus, sint persoluta: scilicet eleemosyna pro aratris, & decimæ animalium ipso anno procreatorum, & denarii, quos Romam ad S. Petrum mittere debetis, sive ex urbibus, sive ex villis, & mediante Augusto decimæ frugum, & in festivitate S. Martini primitiæ seminum ad ecclesiam, sub cujus parochia quisque degit.

Ibid.

Christi An. 1028. Adam. l. 2. c. 40. Wigom.

Canutus rex ex urbe Roma in Daniam profectus est, ubi multi propter ejus absentiam res novas moliebantur. Præterea perpetuum ei erat bellum cum Olapho rege Nortwegiæ, cujus regnum ambiebat. Olaphus vero, si quando tempus a bellorum motibus quietum erat, judicio & justitia regnum gubernabat, magnumque Dei zelum habens, maleficos & ariolos, quibus plena erat Nortwegia, infectabatur, ut, sublatis scandalis, firmius in regno suo clarescceret Christiana religio, habuitque secum multos episcopos & presbyteros ab Anglia, quorum monitis & doctrina ipse cor suum Deo præparavit. Hi etiam ejus jussu ad Suediam, Gothiam & omnes adjacentes insulas profecti, barbaris evangelizarunt verbum Dei & regnum Jesu Christi. Olaphus seditione Principum, quorum mulieres propter maleficia sustulit, e regno pulsus est. Canutus enim, ubi cognovit eorum odium, magnam argenti copiam illis transmisit, rogans, ut ipsum in Regem susciperent, qui,

Christi An. 1028. Adam. qui, cum ejus dona ſuſcepiſſent, nuntiaverunt ei, ut omni ambiguitate remota, veniret ad eos : quia ad illum ſuſcipiendum omnes inveniret paratos. Canutus his artibus Norwegia potitus eſt. Olaphus vero totam ſpem in Deo ponens, bellum inſtaurat, auxilio habens regem Sueonum, cujus filiam habuit uxorem, & de populis inſularum infinitam congregans armatorum multitudinem, patrium regnum armis recepit. Rex igitur Chriſtianiſſimus, fortitudine in hoſtes, & juſtitia in ſuos celebris, ad hoc in regnum ſe credidit a Deo reſtitutum, ut jam tunc nemini parcere deberet, qui vel magus permanere vellet, aut Chriſtianus fieri nollet, & magna ex parte votum implevit. Tunc pauci, qui remanſerant ex magis, in ultionem eorum, quos Rex damnavit, ipſum obtruncare non dubitaverunt anno milleſimo vigeſimo octavo, die vigeſimo nono Julii, quo ut martyr colitur in Eccleſia. Ejus corpus in civitate Throndemis honorifice ſepultum eſt, Servi ſui gloriam declaravit Deus, multis ad ejus ſepulchrum editis miraculis. Canutus in Norwegia pacifice regnavit, qui legibus ſuis in Anglia maleficos & ariolos & magos a regni finibus relegari juſſit.

R. Martyrol.

Olaphus alter ſimili religionis amore in Suedia floruit. Is ſubditos ſibi populos ad Chriſtianam fidem convertere volens, magno laboravit ſtudio, ut templum idolorum, quod in medio Sueoniæ ſitum eſt, deſtrueretur: cujus intentionem pagani metuentes, placitum cum Rege ſuo tale conſtituunt, ut, ſi ipſe vellet eſſe Chriſtianus, optimam Suediæ regionem, quam vellet, ſuo jure teneret, in qua eccleſiam & Chriſtianitatem conſtituens, nemini de populo vim recedendi a cultura idolorum inferret, niſi qui ſponte cuperet ad Chriſtum converti : Rex eo placito gaviſus, mox in occidentali Gothia, quæ Danis proxima eſt, eccleſia Deo ſedemque fundavit epiſcopalem. Hæc eſt civitas Scarana maxima, in qua, petente Criſtianiſſimo Rege, primus ab Unano Bremenſi Archiepiſcopo Thrugot ordinatus eſt. Ille vir ſtrenue legationem ſuam perfecit in Gentibus, duos nobiles populos Gothorum ſuo labore Chriſto lucratus. Olaphus ſacro baptiſmo regenerari curavit uxorem ſuam & duos filios Edmundum & Anondum, qui in baptiſmo dictus eſt Jacobus, & poſtea propter ſummam ſapientiam feliciter regnavit, & ſuis popularibus fuit acceptiſſimus.

Adam. l. 2. c. 40.

Ibid. S. Wolfredus martyr.

S. Wolfredus ex Anglia oriundus, divini amoris inſtinctu Sueonia ingreſſus, paganis verbum Dei magna fiducia prædicabat. Is, cum multos ad Chriſtianam fidem convertiſſet, idolum gentis Toſtan coram paganis cœpit anathematizare, ſimulque accepta bipenne, ſimulachrum in fruſta concidit ; ſed a paganis mille vulneribus confoſſus, animam laurea martyrum dignam tranſmiſit ad cœlum. Ejus corpus barbari laniatum, poſt multa ludibria, miſerunt in paludem.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

VIII. Conradus Imperator interea rebus Italiæ compoſitis in Germaniam reverſus eſt, & ſynodus generalis viginti duorum epiſcoporum coram ipſo celebrata eſt. In ea Godehardus Hildensheimenſis epiſcopus diœceſim ſuam ſuper Gandeshemenſe territorium retinuit, teſtimonio ſeptem epiſcoporum, qui illius eſſe juriſdictionis affirmarunt. Aribo Moguntinus, qui idem territorium ſibi vindicabat, licet damnatus, non deſtitit, donec repulſam paſſus in duabus ſequentibus ſynodis, ſuſceptam actionem depoſuit.

Romual. vita, Bolland. 7. Febr. S. Romualdi virtutes & mores.

S. Romualdus Camaldulenſis ordinis fundator ad æternam mercedem tranſiit die vigeſima nona Junii anni milleſimi vigeſimi ſeptimi, ætatis ſuæ nonagesimo. Eum quidem annis centum viginti vixiſſe ſcripſit S. Petrus Damianus; ſed mendum irrepſiſſe cum Baronio putant periti critici. Vivus & mortuus innumeris claruit miraculis ; hinc anno quinto poſt obitum inter Sanctos relatus eſt, ejuſque filiis permiſit Romanus Pontifex, ut altare ſuper ejus ſepulchrum erigerent, quo tunc teſtata ſanctitas declarabatur. Summa & conſtans ejus vitæ auſteritas inter graves morbos, multas perſecutiones, veluti perpetuum eſt miraculum. Cilicio indutus, quod numquam lavari patiebatur, & ſemper jejunans uſque ad mortem perſeveravit : urgente ſenectute, per unius quadrageſimæ ſpatium, nihil aliud neque in cibo neque in potu penitus habuit, niſi de modica farina & paucis herbis ſorbitiunculam : ſemper tamen hilarem vultum & ſerenam faciem oſtendebat. In Syria per ſeptem fere annos incluſus manſit, & ſilentium continuum inviolabiliter tenuit. Verumtamen tacente lingua, & prædicante vita, vix uſquam tantum laborare potuit, vel in convertendis hominibus, & ad pœnitentiam concurrentibus. Plura fundavit monaſteria, ſanctiſſimiſque inſtitutis communiit. Christi An. 1028.

Ibid.

S. Henricus Imperator, cum eſſet in Italia, miſit Romualdo deprecatoriam legationem, ut ad eum venire dignaretur, promittens, ſe facturum quæcumque præciperet, ſi ſuum ei colloquium non negaret. Cumque prorſus abnueret frangere ſilentium, cœperunt omnes diſcipuli unanimiter illum obſecrare, dicentes : Magiſter, vides, quia nos, qui te ſequimur, tanti jam ſumus? vade ergo, ſi placet, & magnum aliquod monaſterium ab Imperatore poſtula, & multitudinem te ſequentium ibi conſtitue. Quibus vir ſanctus ait: Scitote, quia montis Amiati monaſterium ex dono Regis habebitis. Conſiderate tantummodo, quem illic abbatem conſtituere debeatis. Igitur inviolato ſilentio perrexit ad Imperatorem, qui protinus aſſurgens, ei dixit : O utinam anima mea eſſet in corpore tuo ! ſed ipſo die impetrare non potuit, ut ſanctus vir loqueretur. Poſtera die Romualdo ad palatium venienti, Teutones certatim occurrunt demiſſe ſalutantes ; villos quoque pelliceæ veſtis ejus decerpentes, pro reliquiis recondunt. Quæ res eum tanto mœrore dejecit, ut, niſi diſcipulis obſtantibus acquieſceret, ad cellam repedaret. Ingreſſus ad Imperatorem, non pauca locutus eſt de reſtituendo jure eccleſiarum, de violentia potentum, de oppreſſione pauperum ; demum unum ſibi pro diſcipulis ſuis monaſterium petiit. Ei montis Amiati monaſterium tradidit Imperator, & abbatem, quia multis malis erat obnoxius, foras ejecit ; ſed ſanctus vir tum ab expulſo abbate, tum ab eo, quem ex ſuis diſcipulis abbatem ibi conſtituit, multa adverſa perpeſſus eſt. Clemens VIII. decrevit, ut ab omnibus die ſeptima Februarii, qui dies eſt ſecundæ ejus translationis, natalis illius celebraretur.

Karrofenſis ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

IX. In Galliis cum Manichæorum hæreſis reviviſcere videretur, & bella inter privatos geſta magnorum malorum cauſa eſſent ; Willelmus IV. Aquitaniæ dux ſynodum apud Karroſum monaſterium in Marchia pagi Pictonici ſitum congregavit. Ibi adfuerunt omnes Aquitaniæ epiſcopi, abbates & principes, quibus præcepit pacem firmare, & Eccleſiam Dei Catholicam venerari. Anno milleſimo vigeſimo ſeptimo celebrata eſt, nec ad annos ſequentes rejici poteſt, ſiquidem anno milleſimo vigeſimo octavo Willelmus dux, monachus factus, apud Malliacum monaſterium plenus dierum in ſenectute bona obiit pridie Kalendas Februarii. Inter Aquitaniæ duces celeberrimus fuit, regulares abbates & monachos maximo affectu amoris amplectebatur, eorumque conſilio utilitatem regni adminiſtrare curabat. Unde & domnum Odilonem abbatem Cluniacenſem ſibi copioſis muneribus attraxit, contemplatus in eo verum Dei habitaculum, in quo Spiritus ſanctus requieſceret, & cœnobia nonnulla ſuæ ditionis ejus magiſterio commendavit. Malliacenſe & Burgolienſe monaſteria fundavit. Imprimis laudatur ejus clementia. Ademarus S. Eparchii monachus eo anno abſolvit ſuum chronicon.

Malliac. Chronogr.

Fulbertus Carnotenſis epiſcopus, quem idem Willelmus literis & muneribus frequentavit, anno milleſimo vigeſimo octavo quarto Idus Aprilis obiit, dilectus Deo & hominibus, ſui temporis Pontificum decus, pauperum ſuſtentator, deſolatorum conſolator, prædonum & latronum refrænator, vir eloquentiſſimus & ſapientiſſimus, tam in divinis quam artium liberalium libris verſatus, qui ad reſtaurationem templi ſuæ diœceſis, quod ipſe poſt incendium a fundamento reædificare cœperat, bonam partem auri ſui & argenti reliquit, & diſciplinæ ac ſapientiæ radiis illum locum illuminavit, & clericis multa bona fecit. Extant centum ejus epiſtolæ & quidam ſermones, præſertim adverſus Judæos, & de Nativitate B. Mariæ Virginis, quam in ſua diœceſi celebrari inſtituit. Theodorum rex Robertus ei ſubſtituit, quem Leothericus Senonenſis conſecravit, quamvis Carnotenſes canonici ſuum decanum elegiſſent; ſed Regis prævaluit authoritas. San-Marth. epiſcop. Carnot.

Nona die Novembris ejuſdem anni ſubito morbo correptus Conſtantinus Imperator, de inſtituendo ſucceſſore cogitavit ; adductoque in palatium Romano Argyro, datur optio, ut vel oculos ſibi erui patiatur, vel dimiſſa legitima uxore, filiam Imperatoris ducat, Cedren.

Christi An. 1028. ducat, ac Cæsar designetur. Eo hæsitante, ejus uxor ultro comam posuit, ac sæculo renunciavit. Romanus vero nupsit Zoe uni ex tribus Constantini filiabus, qui triduo post finem vivendi fecit. Paucos ea ætas eruditos tulit, inquit Michael Psellus, eosque hactenus disciplina institutos, ut Aristotelis vestibula salutassent, ac Platonica solum symbola memoriter recitarent: eorum vero, quæ editiora essent, scirent nihil, nec quantum viri docti solent in dialectica, ut ea arte, quæ vim demonstrandi habet, operam navassent. Quamobrem, cum exactum judicium deesset, horum calculi crebro falsi erant. Frequenter nostris ex oraculis divinisque scripturis quæstiones proponebantur, pleraque tamen dubia insoluta manebant.

Christi An. 1031. X. Antiquitatis & criticæ scientiam in Occidente non magis viguisse declarat Lemovicensis synodus, quæ anno millesimo trigesimo primo, die decima octava Novembris habita est. Adfuere novem episcopi, præside Aimone Bituricensi Archiepiscopo, definieruntque, S. Martialem ejusdem urbis primum episcopum, esse verum Apostolum; quippe qui Christi discipulus fuerit, & ab eo consecratus episcopus ipsomet die Ascensionis, & missus in Gallias. Pleraque, quæ in diffusis hujusce synodi actibus leguntur, desumpta sunt e vita S. Martialis, quæ sub ementito Aureliani ejus discipuli nomine conficta est. Illius nemo meminit ante decimum sæculum; nunc vero communi doctorum sensu habetur apocrypha. Præterea synodus excommunicavit milites, seu nobiles episcopatus Lemovicensis, qui pacem & justitiam episcopo suo firmare, sicut ipse exigit, nolunt, id est, ut toto tempore concilii & in reditu nulli vis inferatur, & omnes inter se pacem habeant.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab. *Lemovicensis synodus.*

Ibid. Die decima nona Novembris habita est secunda sessio, cujus actis inserta est enarratio eorum, quæ in priori concilio Lemovicensi ante duodecim annos gesta sunt circa S. Martialis Apostolatum, de quo nihil tunc definierant episcopi. Recensita sunt etiam capitula synodi Bituricensis, quibus subscripsit Jordanus Lemovicensis episcopus. Excepit secundum, quo præcipiebatur, ut singulis diebus Dominicis innovarentur hostiæ consecratæ, dixitque, satis esse, si fieret singulis mensibus, & addidit: Monasteria vero monachorum regularia, quia diligentius & nitidius omnia ad cultum altaris procurant, in abbatum suorum arbitrio de his sicut de aliis regulis permittimus: illi enim nostris regulis constringi non debent, qui ultra nos per arctam & angustam portam vitæ ingredi appetunt.

Bellilocensis monasterii monachi sibi præfici regularem abbatem postularunt. Comes enim Tolosanus suæ potestati addixerat illud monasterium, & Petracoricensi comiti in beneficio dederat, qui illius reditus laico concesserat, episcopo consentiente, & Willelmo duce. Episcopi jusserunt, ut Lemovicensis episcopus ante Natale Domini regularem abbatem ordinaret. Deinde judicatum est, quod monachi e loco non regulari ad regularem transmigrare possent.

Ibid. Imminuta in Galliis Regum authoritas quorundam infantia vel imbecillitate, novæ familiæ regiæ timida circumspectione, procerum audacia & usurpatione, multis abusibus locum dederat. Imprimis invaluerat iniquissima consuetudo, ut non tantum provinciarum duces & comites adversus Regem rebellarent, & sese invicem mutuis bellis lacesserent; sed etiam ipsis subditi vice comites & barones aliique nobiles idem belli jus sibi vindicarent. Hinc ubique grassabantur rapinæ & homicidia, nihil in agris vel locis apertis tutum erat, nihil sanctum & inviolatum, ex ipsismet ecclesiis prædas agere non timebant. Episcopi, ut tot publicis calamitatibus aliquod afferrent remedium, hujusmodi prædones excommunicationi subjecerant, ut eorum furorem saltem intra certos limites continerent. Hinc cum nonnulli nobiles, contemptis censuris, dum cuncta depopulantur, fuissent interfecti, delatum est, abbates eis dedisse sepulturam ecclesiasticam. Episcopi tunc dixere: In conciliis institutum est, ut, si quis ab episcopo suo excommunicatus moriatur absque reconciliatione, nullatenus Christianorum sepultura sepeliatur ... neque pro eo oretur, etiamsi urgente exitu misericorditer pœnitentiam & viaticum acceperit, nisi episcopus, satisfacientibus pro eo amicis vel parentibus, absolutionem & licentiam ex hoc concesserit .... Præterea, si quem episcopus ligat, alius se absolvere putet, & ipse decipitur, qui eum suscipit, & qui suscipitur, perit. Christi An. 1031. Ibid.

Tunc quidam interrogaverunt, utrum observanda sit excommunicatio ei, quem aliquando forte injuste absque culpa Pontifex ligat. Odolricus S. Martialis abbas ait: Quemadmodum B. Gregorius attestatur .... si pastor ligat aliquem juste aut injuste, aut ob culpam, aut sine culpa, observanda est excommunicatio, ne is, qui injuste forsitan ligatur, ipsam excommunicationem ex aliqua culpa mereatur. Neque ovis pastorem suum temere reprehendat, ne ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat. Dicit autem de episcopis: quia ipsi se hac potestate privant, qui vel odio vel gratia, & non secundum meritum causæ ligant vel solvunt. Synodi præses dixit: Presbyter, qui excommunicatum scienter suscipit, ideo ab ordine deponitur; quia semetipsum excommunicat, qui excommunicato consentit. Quod confirmarunt episcopi, adjicientes: Si presbyter non est, communione Eucharistiæ & audientia Missæ privetur usque ad reconciliationem episcopi.

His dictis, abbas accusatus, excommunicatum se non suscepisse, testatus est; sed, inquit, prædando interfectus, a militibus suis ad monasterium nostrum deportatus, cujus corpus neque suscepimus, neque sepelivimus; sed sine officio sacro ultra aquam revehi jussimus, ubi milites illud sepelierunt. His auditis, hunc innocentem judicarunt episcopi. Cadurcensis episcopus postea narravit factum memoria dignum: Excommunicatus eques, inquit, in nostra diœcesi prædans interfectus est; quem, rogantibus amicis & propinquis ejus, nullatenus solvere volui, ut cæteri metum haberent. Itaque sine sacerdotis obsequio a militibus apud ecclesiam S. Petri sepultus est. Mane facto, ejus corpus longe extra cœmeterium projectum, & nudum super faciem terræ inventum est, quamvis tumulus ejus esset intactus. Quem iterum milites aperuere, & rursus cadaver ibidem sepeliunt, & tumulum diligenter claudunt; sed altero die projectum cadaver, & tumulum intactum, ut supra, aspiciunt. Quinquies sepeliunt, totiesque eodem ejectum tenore contuentur. Demum stupore victi corpus longe a cœmeterio ecclesiæ terra obruunt. Quo terrore perculsi principes militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequaquam distulerunt. Idem Odolricus abbas episcopis consilium dedit, ut totam diœcesim Lemovicensem interdicto subjicerent, si militiæ principes de pace tenenda inter se non consenserint. Haud dubie voluntati episcoporum acquievere; siquidem episcopos hanc interdicti sententiam protulisse non legimus. Ecclesiæ S. Martialis postea confirmatum est privilegium, ut diebus Paschæ & Pentecostes in ea solemnis baptismus administraretur. Ibid.

Rursus in synodo conquisitum est de excommunicatis Aquitanis, qui, ignorantibus episcopis suis, a Romano Papa pœnitentiam & absolutionem accipiunt, & hac de causa pax & concilium in Aquitania destruitur. Engelricus canonicus Anicensis hæc sic cœpit explicare: Stephanus Arvernensis præsul Pontium comitem Arvernensem excommunicatione obstrinxit pro uxore legitima, quam dimiserat, & aliam duxerat. Quem cum nulla ratione vellet absolvere, nisi emendatum, comes Romæ a Domno Papa absolutionem accepit, qui nesciebat eum excommunicatum. Quod graviter episcopus ferens conquestorias literas Apostolico misit, cui ille sic rescripsit: " Quod nescienter egi, frater charissime, non mea, sed tua culpa est .... Debueras mihi, antequam illa morbida ovis Romam veniret, ejus causam tuis innotescere apicibus, & ego eam omni modo abjicerem, tuamque firmando authoritatem eum anathematis ictu repercuterem. Profiteor quippe omnibus consacerdotibus meis ubique terrarum, adjutorem me & consolatorem potius esse, quam contradictorem ... Itaque illam pœnitentiam & absolutionem, quam tuo excommunicato ignoranter dederam, & ille fraudulenter accepit, irritam facio & cassam, ut de illa nihil aliud speret quam maledictionem, quoad satisfactum tu juste absolvas. „ Episcopi dixerunt: Apostolicus absque culpa est, & potius nos culpabiles sumus, nisi literis nostris notum ei faciamus, de quibus nolumus, ut absolvantur. Pœnitentem publice sine consensu sui episcopi a Papa absolvi non debere confirmant apocrypha relatione de quodam Stephano rege Galliarum, qui nusquam extitit,

Christi An. 1031. extitit, ajuntque eum cum ſuis legionibus a Nerone Romam vocatum, præmonente S. Martiale adiiſſe B. Petrum, qui eum de interfectione virginis abſolvit. Ultima pars actorum hujuſce ſynodi deſideratur.

Glaber. l. 4. c. 5. XI. Eodem anno in diverſis Galliarum conciliis proviſum eſt paci, & publicæ ſecuritati, ſtatutumque, ut viri utriuſque conditionis, abſque formidine procederent armis vacui, & invaſor alterius facultatis, vel bonis ſuis, vel pœnis corporis acerrime mulctaretur. Locis nihilominus ſacris omnium eccleſiarum honor, & reverentia talis exhiberetur, ut ſi quis ad ea cujuſcumque culpæ obnoxius confugium faceret, illæſus evaderet, niſi ſolummodo ille, qui pactum prædictæ pacis violaſſet: ſic tamen captus ad altare præſtitutam pœnam lueret. Clericis ſimiliter omnibus, monachis, & ſanctimonialibus, ut ſi quis cum eis per regionem pergeret, nullam vim ab aliquo pateretur. Demum illud in commune placuit omnibus, ut cujuſque hebdomadæ ſexta die abſtineretur a vino, & carnibus, niſi gravis infirmitas prohiberet; ſed tunc eo die tres pauperes victu ſuſtentarentur. Epiſcopus unus cœlitus ſibi delatas eſſe dixit literas, quæ dicerent, pacem in terra renovandam; quod mandavit cæteris, & hæc tradenda dedit populis: arma quiſquam non ferret, direpta non repeteret, ſui ſanguinis vel proximi ultor non exiſteret; ſed percuſſoribus indulgere cogeretur: jejunium in pane, & aqua omni ſexta feria obſervarent, & ſabbato a carne, & pinguamine abſtinerent: eoque ſolo contenti jejunio in omnium peccatorum ſatisfactionem, nullam ſibi ſcirent aliam injungendam pœnitentiam, & hæc ſe ſervare ſacramento firmarent. Quod qui nollet, Chriſtianitate privaretur, & exeuntem de ſæculo nullus ſepulturæ traderet. Hanc epiſtolam, ut ſuſpectam, & pœnitentialibus canonibus contrariam humanæque fragilitati non ſatis conſentientem, ſolus merito reſpuit Gerardus Cameracenſis epiſcopus. Poſtea tamen ſuorum hortamine circumventus acquievit invitus; ſed quod antea præviderat futurum, poſtea probavit eventus: Cum enim omnes hanc legem ſe obſervaturos juraſſent, vix pauciſſimi crimen perjurii evaſerunt.

Daldric. chron.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Labbè. Solius ſynodi Helenenſis in comitatu Raſſiolenenſi acta nunc ſuperſunt. Epiſcopi conſtituerunt, ut nemo in comitatu habitans, aſſiliret ſuum inimicum ab hora ſabbati nona uſque in diem Lunæ hora prima, ut omnis perſolvat debitum honorem diei Dominico; neque ullo modo aliquis aſſiliret monachum, aut clericum ſine armis incedentem, neque aliquem hominem ad eccleſiam aut concilia euntem vel redeuntem, neque aliquem hominem cum fœminis euntem, neque aliquis auderet eccleſiam vel domos in circuitu poſitas a triginta paſſibus violare. Hoc autem pacto ideo conſtituerunt, quoniam divina lex, & pene omnis Chriſtiana religio ad nihilum deducta erat. Et ideo, inquiunt, " nos præcipimus, ut nullus homo de ſupradictis aliquid voluntarie infringere præſumat. Quod qui fecerit, niſi reſipuerit, & pro poſſe emendaverit, & ad plenam ſatisfactionem infra menſium trium ſpatium venerit, liminibus ſanctæ eccleſiæ, & omnium Chriſtianorum cœtu excommunicatus permaneat . . . . . ſi vero pro nihilo duxerint excommunicationem, tranſactis tribus menſibus, anathematis vinculo damnentur . . . . . Et ſi, quod Deus avertat, in hac perfidia obierint, illorum corpora cum pſalmis, & hymnis vel ſpiritualibus canticis non ducantur ad ſepulturam, nec inter fideles mortuos eorum nomina ad ſacrum altare recitentur. „

Helenenſis ſynodus.

Ibid. Bituricenſis ſynodus. XII. Bituricenſis ſynodus Kalendis Novembris ejuſdem anni milleſimi trigeſimi primi celebrata eſt. Aymo ejuſdem urbis Archiepiſcopus ei præfuit, aderantque cum eo ſex ejus ſuffraganei. Viginti quinque canones edidere. Primus ſtatuit, ut S. Martialis nomen, & memoria inter Apoſtolos proponatur. Tertius vetat, ne epiſcopi de ſacris ordinibus munus accipiant. Quintus ſic habet: " Ut presbyteri, & diacones, & ſubdiaconi, ſicut lex canonum præcipit, neque uxores, neque concubinas habeant: & qui eas modo habent, ita eas ſine mora derelinquant, ut numquam ulterius ad eas accedant. Qui vero derelinquere eas noluerint, a proprio gradu, & officio ceſſent, & inter lectores, & cantores permaneant. „ Sextus. Ut epiſcopi nullum amplius ad ſubdiaconatus gradum ordinent, niſi in præſentia epiſcopi ante altare Deo promittat, numquam ſe habiturum uxorem, neque concubinam. Ejus promiſſionis rationem exhibet præcedens canon . . . . Duodecimus. " Nullus pretium pro baptiſmo neque pro pœnitentia danda, neque pro ſepultura accipiat, niſi quod fideles ſponte dare vel offerre voluerint. Decimus ſeptimus. Ut nullus de parentela ſua uxorem accipiat uſque in ſextam vel ſeptimam progeniem. Decimus nonus. Ut nullus filiam ſuam det uxorem presbytero neque diacono neque ſubdiacono. Vigeſimus quartus. Ut qui voluntarii ſecundum S. Benedicti regulam habitum monachi ſuſceperunt, & poſtea voluntarii dereliquerunt, communione fidelium priventur uſque ad dignam emendationem. Vigeſimus quintus. Ut canonici, & monachi de monaſteriis ſuis, ubi prius titulati ſunt, niſi cauſa rationabilis neceſſitatis vel ædificationis animæ vel ordinem melius obſervandi, ad aliud monaſterium non tranſeant propter adipiſcendum aliquod monaſterium vel honorem vel terrenam occupationem abſque conſenſu epiſcopi ſui vel abbatis. „ Christi An. 1031.

Ibid. Aymo Bituricenſis poſt ſynodum de ſuffraganeorum conſenſu promulgavit edictum, quo jubet, ut S. Martialis in numero Apoſtolorum, tam in litaniis, quam in omnibus divinis officiis computetur juxta privilegium Joannis Papæ XIX. Papa vero prædictus ſic habet in ſua ad Jordanem Lemovicenſem epiſcopum, cæteroſque Galliarum epiſcopos epiſtola: " Nos Martialem . . . . Apoſtolum nominari poſſe definimus, & æque Apoſtolica officia in divinis myſteriis illi exhibere cenſemus: nec de illius beatitudine dubitare quemquam poſſe confidimus. „ Quæ duo certa ſunt: Gregorius enim Turonenſis refert, Martialem poſt Decianam perſecutionem in Gallias a Romano Pontifice miſſum, inſtauraſſe Chriſtianitatem in his partibus extinctam, fundaſſe Lemovicenſem eccleſiam: Quæ vero præmittit huic definitioni, quæ ſola nititur Apoſtolica authoritate, deſumpta ſunt ex actis S. Martialis apocryphis, de quibus ſuperius egimus. Norunt autem omnes periti, quod etiam in conſtitutionibus Apoſtolicis receptis certitudinem irrefragabilem obineat ſola definitio.

Gregor. Turon. l. 1. hiſt. cap. 31.

Eodem anno migrarunt ad Deum viri ſanctiſſimi. Dominicus abbas obiit undecimo Kalendas Februarii, innumerabilium patrator mirabilium multorumque cœnobiorum fundator. Humatum eſt ejus corpus in monaſterio, quod ejuſdem cognominatur vocabulo, in vicina Soranæ civitatis, unde propagatum Caſæmarienſe monaſterium. Die vero Circumciſionis obiit S. Willelmus abbas S. Benigni in urbe Divionenſi. Ex Italia oriundus erat ex nobili proſapia. Hunc S. Majolus Roma veniens ſecum adduxit Cluniacum, qui non ſolum jam monachus erat, ſed patrem etiam ad vitam monaſticam induxerat. Eum præfecit Majolus primum cœnobio S. Saturnini, & poſtea monaſterio S. Benigni martyris, ubi divinum cultum, qui defecerat, reſtituit. Deinde, petente Richardo II. Normanniæ duce, Feſcannenſe cœnobium reformavit. Demum Fructuarienſe monaſterium in rure paterno conſtruxit. Numerantur monaſteria, & cellæ monachorum circiter quadraginta, quæ illius patrocinio cunctorum bonorum affluebant copiis; fratres vero in ipſis degentes erant plus mille ducenti. Omni ſtudio ſatagebat e diverſis partibus terrarum colligere viros ſervituti Chriſti idoneos. Contigit, illum aliquando cum Domno Odilone adhuc ſæculari de vera animarum ſalute habuiſſe colloquium, cœpitque illi attentius ſuadere, ut, negotiis ſæculi abjectis, ſe totum Chriſto daret, ſicque illum ad religionem adduxit. S. Odilo viciſſim S. Willelmum laudavit ut virum, qui Cluniacenſem ordinem maxime propagaverit, atque in eo refulſerit. Demum Aribo Moguntinus Archiepiſcopus, Imperatore Padherbonnæ Natale Domini celebrante, inter Miſſarum ſolemnia publice ſermone habito, licentiam ab Imperatore, & fratribus Romam pergendi rogavit: ſicque poſt Purificationem ſanctæ Mariæ iter aſſumens, Romam adiit; inde vero digrediens Idibus Aprilis obiit; cui vir, & ſimplex, & rectus Bardo Hevreldenſis abbas Imperatoris favore ſucceſſit. Hic, Deo provehente, in brevi ad culmen ſummæ perfectionis feliciter proceſſit, & propter dulciſonam prædicandi melodiam Bardo Chryſoſtomus dictus eſt. Robertus Francorum rex, cum multa loca religioſa inviſiſſet, anno regni ſui trigeſimo tertio in caſtro Mileduno in morbum incidit, & invaleſcente gravis febris languore petiit viaticum ſalutare vivifici corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, eoque

Ibid.

Bolland. 22. Jan.

Ibid. 1. Febr.

Annal. Saxo.

Christi An. 1031. eoque sumpto sexagenarius ad Regem Regum migravit. Parisios deportatus apud S. Dionysium juxta patrem suum sepelitur. Henricus ejus filius, ante quatuor annos jam Rex consecratus, ei successit, qui sequenti anno Robertum fratrem suum constituit Burgundiæ ducem.

Christi An. 1033. *Joannis XIX. mors.* Garyb. l. 4. c. 24.

XIII. Joannes Papa XIX., cum sedisset annos novem & tres fere menses, obiit anno millesimo trigesimo tertio. Pampilonensis ecclesiæ sedem episcopalem, quæ jam diu in Leirense monasterium translata fuerat, restituit. Theophilactus nepos Benedicti atque Joannis summorum Pontificum, puer duodennis, intercedente pecunia, electus est Romanus Pontifex, & dictus Benedictus IX. Quam deplorandus status Ecclesiæ in Italia iis temporibus

Vict. Pap. l. 3. dial.

fuerit, docet Victor Papa III., qui ea ætate vivebat. Dum negligentia sacerdotum, inquit, Italia a recto religionis tramite paulatim devians, labefactaretur, in tantum mala consuetudo adolevit, ut, sacræ legis authoritate postposita, divina humanaque omnia miscerentur: adeo ut populus electionem, & sacerdotes consecrationem donumque sancti Spiritus, quod gratis accepere, & dare divina authoritate statutum fuerat, data acceptaque per manus pecunia venderent: ita ut vix aliquanti invenirentur, qui non hujus simoniæ pestis contagione fœdati, mundi coram Deo existerent. Itaque cum vulgus clericorum per viam effrænatæ licentiæ, nemine prohibente, graderetur, cœperunt ipsi presbyteri, ac diacones laicorum more uxores ducere, susceptosque filios hæredes testamento relinquere; nonnulli etiam episcoporum, verecundia omni contempta, cum uxoribus domo simul in una habitare. Et hæc pessima & execranda consuetudo intra urbem maxime pullulabat, unde olim religio ab ipso Apostolo Petro ejusque successoribus ubique diffusa processerat. Igitur cum per aliquot annos nonnulli solo nomine Pontificum cathedram obtinerent, Benedictus IX. cujusdam Alberici consulis filius, magi potius Simonis, quam Simonis Petri vestigia sectatus, non parva a patre in populum profligata pecunia, summum sibi sacerdotium vindicavit; cujus quidem post adeptum sacerdotium vita tam turpis, quam fœda, quamque execranda extiterit, horresco referre. De his autem Pontificibus dicendum quod Christus dixit de Scribis & Pharisæis, quos de maximis sceleribus redarguerat: Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, servate & facite; secundum opera vero eorum nolite facere. Dignitati enim, non sanctitati debetur obedientia.

Act. SS. Bened. sæcul. 6. *S. Symeon.*

Benedictus, licet per simoniam inthronizatus, semper ab omnibus habitus est legitimus Pontifex. S. Symeonem Syracusanum canonizavit. Hic in civitate Syracusana natus nobilissimis parentibus, cum Constantinopolim sacris literis imbuendus venisset, Hierosolymam devotionis causa profectus est, indeque post aliquot annos ad radices montis Sinai secessit, vitamque agens solitariam, multas dæmonis tentationes oratione & jejunio superavit. In Gallias mittitur a fratribus, ut eleemosynas, quas Richardus II. Normanniæ dux eorum monasterio largiebatur, deferret; sed eum invenit mortuum. Eleemosynis igitur frustratus cum Poppone Trevirensi Archiepiscopo Jerosolymam repetiit, & Treviros pariter cum eo reversus, facultatem accepit manendi in ejus diœcesi, ubicumque vellet. Elegit turrim prope Treviros, in qua reclusus usque ad mortem, in magna vitæ austeritate vixit, & graves calumnias ingenti charitate sustinuit. Poppo post ejus obitum de eo sic scripsit Benedicto Papæ: Vir quidam sanctitate nobilis apud nos diebus istis ex hac luce migravit, quem, si signis & virtutibus, quæ per eum Dominus operatur, credere debeamus, procul dubio cum Sanctis æternæ beatitudinis habere consortium non dubitamus: sed non tam signa, quæ fidelibus & infidelibus communia sunt, quam fidei virtus, qua fideles ab infidelibus sequestrati sunt, qua ipse, dum adhuc in corpore maneret, plurimum viguit, de ejus sanctitate nos certos reddit. Proinde accersivit nos tam clerus quam populus ecclesiæ nostræ, obsecrantes uti literis nostris ad hanc Apostolicam sedem cum illius viri sancti vita & miraculis missis peteremus . . . quatenus, si ita vobis cautum videatur, dato nobis vestri Apostolatus decreto, nomen ejus liceat cum Sanctorum nominibus conscribi, cæteraque honoris Sanctis debiti ipsi impendi.

Benedictus Papa, his & aliis deinceps ad eum transmissis diligenti examine perpensis, post annos octo sic rescripsit: "Convicti & pulsati a charissimo fratre nostro Domino Poppone Treviris Archiepiscopo, concordi deliberatione determinamus: Virum Dei Symeonem, quem Dominus commendat, atque probat significatione tantarum virtutum, sanctitatis ac gratiæ plenum, ab omnibus populis, tribubus & linguis Sanctum procul dubio esse nominandum, ejusque natalem singulis annis recurrentem solemniter observandum & ferialiter celebrandum ac venerandum adinstar diei festi; nomen quoque ipsius martyrologio Sanctorum nominibus suo loco inserendum. „ His literis per legatum Apostolicum acceptis, Poppo B. Symeonem inter sanctos confessores habendum & colendum esse declaravit decimo quinto Kalendas Decembris anni millesimi quadragesimi secundi, & templum magnificum construi curavit in ejus turris loco, quam Symeon vivus incoluerat, ibique collegium canonicorum instituit, pluribus eidem dotando collatis possessionibus. B. Symeonis corpus post annos fere quadringentos, scilicet initio decimi quinti sæculi, repertum est integrum.

Christi An. 1033. Ibid.

XIV. Romanus Argyrus Orientis Imperator, cum annos quinque & menses sex imperasset, ab adultera conjuge Zoe veneno propinato consumptus, cum tardius moreretur, ejus jussu in balneo strangulatus est die undecima mensis Aprilis anno millesimo trigesimo quarto. Impudica mulier deperibat Michaelem natione Paphlagonem, professione argentarium, Joannis eunuchi potentissimi fratrem, forma pulcherrimum, secretoque cum eo effusam implebat libidinem. Feria quinta majoris hebdomadæ patratum est tantum scelus. Nocte Dominicæ passionis accersitur Alexius patriarcha, qui mortuum Imperatorem Romanum reperit, Zoemque in throno sedentem, quæ jussit ut sibi & Michaeli nuptialem impertiret benedictionem. Anceps differebat: Verum Joannes eunuchus quinquaginta auri libris Patriarchæ, & quinquaginta clero traditis, effecit, ut dignos eos putaret, quos consecraret.

Christi An. 1034. Michael Paphlago imperat.

Michael a pueris epilepsia laborabat, qua ingravescente, cum violentas corporis agitationes pateretur, quidam in pœnam sui sceleris a dæmone abreptum putaverunt. Zoe se pro viro servum habiturum crediderat, sed spe excidit: Joannes enim eunuchus illam ab omni administratione prohibuit, nihilque nisi eo volente decernebatur. Terra continuis caloribus arescente, publica omnium ordinum supplicatio dum haberetur, pro pluvia ingens grando cecidit, quæ fruges omnes & arbores comminuit.

Pellus.

Joannes eunuchus ipsum patriarchatum ambiebat, cujus conatus adjuvabant plures Metropolitani; qui cum iniissent consilium de abdicando Alexio, ut Joannem ei subrogarent, Alexius his auditis clerum suum convocat, eoque consentiente, sic ad eos scribit: Quando, ut asseritis, non suffragio Archiepiscoporum, sed Imperatoris jussu ad hanc sedem ascendi contra canones, abdicentur ii, quos Metropolitanos consecravi, & tres Imperatores, quos coronavi, dum undecim annis & amplius hanc ecclesiam gubernavi, & ita cuilibet volenti sedem cedam. His acceptis, pudore suffusi, plures enim ex eis consecrationem ab eo receperant, quiescere decreverunt, & Joannes cohibuit sedis obtinendæ appetitum.

Corpulat.

XV. Conradus autem Occidentis Imperator cum exercitu profectus est, ut Italiæ motus compesceret: populus enim contra Principes conjuraverat, ut non pateretur aliquid inultum sibi accidere a dominis suis contra suam voluntatem. Conradus Mediolanum veniens anno millesimo trigesimo septimo, ab Heriberto Archiepiscopo magnifice receptus est. Populus autem tumultuans ab eo petiit, si eorum conjurationi favere vellet. Imperator commotus præcepit, ut omnes in urbem Papiensem ad generale colloquium venirent. Hic multæ querelæ delatæ sunt adversus Mediolanensem Archiepiscopum. Quapropter ei jussit Imperator, ut omnibus satisfaceret. Quod cum renuisset, sensit Imperator, omnem illam Italiæ conjurationem ipsius consilio factam esse. Comprehensum igitur retinuit in sua potestate, & Popponi Aquilejensi patriarchæ custodiendum tradidit & Cunoni duci, qui eum deduxere Placentiam. Heribertus fuga lapsus opera cujusdam monachi, qui cum eo habitare permissus, in ejus lecto decubuit,

Christi An. 1037. Wippo. Annalist. Saxo.

Medio-

Christi An. 1037. Mediolanum rediit, & per totum annum restitit Imperatori, qui, quoniam urbem antiquo opere & multitudine munitam capere non poterat, vicina omnia ferro & igne vastavit.

Idem. Vercellensis, Cremonensis & Placentinus episcopi, missis nuntiis ad Ottonem Burgundiæ Transjuranæ regem, cum eo paciscuntur, quomodo, fugato Augusto, ei tradant Imperium. Quod ipse libenter audiens, diem locumque determinat, quo eorum legati convenirent; sed socrus Herimanni Suevorum ducis, quæ in his partibus commorabatur, legatorum conventum rescivit, missisque suis satellitibus omnes comprehensos, reique veritatem confessos, transmisit Imperatori, qui in publico conventu cum tribus prænominatis episcopis confederat. Augustus ex senatus decreto eosdem trans Alpes servandos contulit, quæ res multis displicuit, sacerdotes Dei sine judicio damnari, sicque illa conspiratio cessavit. Imperatori Papa Cremonæ occurrit, & honorifice receptus & dimissus, Romam reversus est. Conradus vero dispersо per regiones exercitu, ad montana secessit propter refrigerium,

Wippo.

Concil. tom. 6. ed. Hard. Alford. annal. Britann. XVI. Canutus Angliæ, Daniæ & Norvegiæ rex anno superiori, regni sui vigesimo, diem extremum obierat, prædecessorum suorum civiles & ecclesiasticas leges confirmaverat, & novas addiderat; hinc Ecclesia & Regnum sub eo floruere. Ecclesiis & monasteriis multa prædia & villas sub omni immunitate dedit, & externis ecclesiis maxime Carnotensi multas misit pecunias. Ante suum obitum inter tres filios suos tria sua regna divisit. Suvano Norvegiam, Hardanuto Daniam, Haroldo Angliam & Scotiam assignavit. Cunechildam filiam suam nuptui collocavit Henrico Conradi Imperatoris filio ejusque successori jam designato. Haroldus tamen non sine scelere regnum Angliæ obtinuit. Non pauci proceres Edwardo & Alfrido Ethelredi regis & Emmæ reginæ filiis, licet exulibus, favebant. Alnotus Cantuariensis episcopus eum coronare noluit, sub jurejurando asserens, se neminem alium in Regem, filiis Emmæ reginæ viventibus, benedicturum. Hos, inquit, fidei meæ commisit rex Canutus, his fidem debeo atque servabo. Sceptrum & coronam sacro altari impono, & hæc tibi nec denego, nec trado; sed episcopis omnibus, ne quis eorum ea tollat, tibive tradat, Apostolica authoritate interdico. Tu vero si præsumis, quod Deo ejusque mensæ commisi, invadito. Haroldus, cum eum nec minis nec precibus aut promissis flectere potuisset, desperatus abscessit, & benedictionem episcopalem sprevit, & deinceps fugit universam Christianitatis religionem, ne quidem accedens ad ecclesiam. Supposuit etiam epistolam velut Emmæ reginæ nomine conscriptam ad ejus filios Edwardum & Alfridum in Normannia commorantes, quos ad reditum invitabat, promptos civium animos ad eos recipiendos pollicita. Illi nimis creduli inconsulte remeant. Alfridus minor natu cum aliquot militibus littus attigerat, cum a Godwino comite, qui ei obviam venerat, proditus, & Haroldo traditus, effossis prius luminibus, cum suis impiissime occisus est. Emma vero regina secessit in Flandriam.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 8. Lab. XVII. Benedictus autem Papa Romæ redux, quarto Nonas Novembris synodum habuit. Andreas Perusinus episcopus tunc monasterium S. Petri, prope muros suæ civitatis situm, post cessionem repetere videbatur; quapropter Bonizo abbas apud Papam de ea re conquestus est. Petrus ad synodum vocatus, se illud non repetere dixit, rursusque coram pluribus episcopis & abbatibus illud dimisit, atque transmisit in jurisdictionem Pontificis. Benedictus præterea Mediolanensem episcopum, adversus Imperatorem rebellantem, post multas admonitiones communi episcoporum decreto anathematizavit, atque a cœtu fidelium segregavit, qui nihilominus in sua rebellione perseveravit. Ejus sedem Ambrosio viro nobili & suo capellano dedit Conradus; sed illius possessionem inire non potuit, illiusque villas vastarunt Mediolanenses.

Chronograph. Hildesheim.

Wippo. Imperator postea, collecto exercitu, Parmam veniens, ibi natalem Domini ejusdem anni celebravit. Ipsa die Nativitatis Domini Teutonicos inter & cives Parmenses orta est magna seditio. Conradus Imperatoris dapifer cum aliis interfectus est. Unde commotus exercitus gladiis & igne cives aggreditur. Imperator post incendium magnam murorum partem destrui præcepit. Inde transiens in Apuliam, dissensiones, quæ erant inter Normannos & indigenas, sola jussione sedavit. Pandulphum Capuanum principem, qui civitates, oppida, monasteria & ecclesias crudeliter spoliaverat, dignitate privavit. Imperatrix interea Romam orationis causa venit, atque cum Imperatore versus Mediolanum regressa est: sed propter nimios calores exercitum invasit pestilentia, neque ætatibus aut personis pepercit. Cunechildis conjux regis Henrici decimo quinto Kalendis Augusti anno millesimo trigesimo octavo occubuit, relinquens solam filiolam, quam postea pater ejus Christo desponsatam abbatissam consecrari fecit. Hermannus Imperatoris filius, juvenis bonæ indolis, quarto Kalendas Augusti eadem peste sublatus est; eodem mense & sequenti maxima multitudo exercitus morbo contacta periit. Quapropter in Bajoariam reversus est Imperator, qui anno sequenti, dum diem sanctum Pentecostes celebraret, & coronatus cum Imperatrice & filio procederet ad mensam, mediocri dolore correptus est; sed dolorem dissimulavit. Sequenti die cum morbus lethalis vehementer insisteret, finem sibi imminere sentiens, vocatis episcopis, corpus & sanguinem Domini sibi jussit apportari, & erigens se cum lacrymis valde affectuosis, in confessione pura & oratione intenta, Sanctorum communionem ad peccatorum remissionem devotissime accepit, & secundo Nonas Junii ex hac vita migravit. Ei successit ejus filius Henricus hujus nominis III. cognomento niger.

Christi An. 1038.

S. Steph. vit. apud Sur. 20. Aug. *S. Stephani regis mors.* XVIII. S. Stephanus Hungariæ rex decima quinta Augusti anni millesimi trigesimi octavi e terræ regno ad cœleste transierat. Ejus virtutis constantiam multis tribulationibus probavit Deus. Omnes filios amisit adhuc infantes, unusque supererat Emericus nomine, quem pie & regie educari curavit. Ipse pro eo libellum de morum institutione composuit, eum docens ante omnia retinere fidem Catholicam, confirmare statum ecclesiasticum, honorem habere Præsulum dignitati, amare principes & milites, in judiciis constantiam, in omnibus patientiam, erga hospites benignitatem, in rebus agendis prudentiam ita ut sine consilio nihil tentaret. Quibus institutis S. juvenis plurimum in Christiana pietate profecit, ita ut, dum aliquando noctem precibus insumeret, Deo virginitatem voverit. Ejus pater, ut hæredes regno provideret, Principis filiam eximiæ pulchritudinis ei conjugem proposuit. Emericus aliquamdiu repugnavit; tandem paternæ voluntati obsequens, hanc sibi desponsavit uxorem; sed cum virgine virgo vixit, quemadmodum ipsa sancte affirmavit post ejus obitum, qui non multo post contigit. S. Emericus post mortem miraculis clarus inter Sanctos relatus est, coliturque die quarta Novembris.

R. Martyrol.

Ibid. Rex ejus pater ad divinum confugiens solatium, totum se contulit ad Dei misericordiam promerendam. Itaque cœnobiorum & ecclesiarum ministris, monachis & clericis, viduis, orphanis & peregrinis multa largitus est. Eo enim regnante, universi, qui de Italia & Galliis & Germania ad sepulchrum Domini Hierosolymam ire cupiebant, per ejus regnum transire cœperunt. Ille vero tutissimam omnibus constituit viam, omnesque ut fratres excipiens, illis dabat maxima munera: cujus rei gratia provocata innumerabilis multitudo tam nobilium quam plebejorum Hierosolymam abiit. Post longum ac gravem morbum, sentiens adesse migrationis suæ tempus, accersitis episcopis & primoribus palatii Christianis, eos paterne admonuit, ut servarent fidem Catholicam, quam accepissent, & regnum & transitum suum commendavit B. Mariæ Virgini, cujus Assumptionis solemnis dies agebatur, receptisque extrema unctione & viatico corporis & sanguinis Christi, eadem die migravit ad Deum. Ejus corpus Albæ regiæ in ecclesia, quam ædificaverat, sepultum est. Ejus sanctitatem multis miraculis testatam die vigesima octava Augusti venerabatur Ecclesia; sed Innocentius XI. ejus festum die secunda mensis Septembris celebrandum instituit ob victoriam a Christianis ea die in Budæ expugnatione e Turcis reportatam. Hungariæ regnum fundavit S. Stephanus, quod deinceps per tot sæcula contra Tartaros & Turcas validissimum Christianorum propugnaculum fuit. Ei successit Petrus, ejus sororis filius.

Glaber. l. 3. c. 2.

Sandoval in vita Ferdin. XIX. Ferdinandus Magnus, primus Castellæ rex, qui nuper Legionense regnum ei adjunxerat, circa ea tempora adversus Saracenos victricia arma vertit,

Christi An. 1038. & post varia minoris momenti oppida eis erepta, Visium urbem in intima Lusitania positam circumsedit, ac tandem vi expugnavit. Dein post capta varia veteris Castellæ oppida, in regnum Toletanum ingressus, regem Saracenum fecit vectigalem, atque in gratiarum actionem Cluniacensi monasterio annuam multorum aureorum pensionem assignavit. Hispaniæ sic immane Saracenorum in multos regulos divisorum jugum sensim excutiebant.

Annalist. Saxo. *S. Godehardi mors.*

S. Godehardus Hildesheimensis episcopus, appropinquante manifestius fine suo, sacratissimos quadragesimæ dies summo affectu expectabat, quos corporaliter quasi extra corpus mirabiliter transiens, vix cohærentibus nervis, ad sacrosanctum Pascha pervenerat: attamen Dominicam Palmarum cœnamque Domini & festum Resurrectionis Christi debito episcopali officio, ultra vires collecto robore, peregit, & publice denuntiavit, se in Ascensione Domini, quo Deus jusserit, invitari. Post Dominicam in albis diutius infirmitati reluctari non valens, decubuit. Quo comperto præpositus ac decanus cum prioribus ad eum visitationis gratia convenerunt, quorum se orationibus commisit, obitusque diem & sepulturæ ordinem, uti postea contigit, prædixit. Domna Sophia abbatissa Gandersheimensis, Ottonis III. Imperatoris soror, ad eum venit, & astante clero, de frivola contra B. virum sua pertinacia satisfactionem promittere cœpit: at ille, Domna, inquit, per Deum paulisper reticete, hæcque, donec in festivitatem S. Mariæ conveniamus, suspendite; sed, cum omnibus multo citius moriturus videretur, respondit illa: Utinam, Pater, tamdiu vita nostra nobis superstit, donec hoc tempus veniat. Ille vero collectis viribus ait: In potestate quidem Dei vita nostra consistit; in veritate tamen, quæ Deus est, dico, quia in festivitate sanctæ Mariæ simul erimus, & coram veraci judice de nostris dissidiis tractabimus. Post hebdomadam penitus deficiens, ab abbate & fratribus sacro oleo perungitur, atque, uti prædixerat, in vigilia Ascensionis Domini media nocte, matutinali officio peracto, dum antiphona, Ascendo ad Patrem meum, cantaretur, felix ejus anima a corpore soluta est. Corpus ejus in principali ecclesia cum debita veneratione sepultum est. Pulchrum monasterium in honorem Ascensionis Christi construxerat, in eoque plures clericos in scriptura & pictura versatos congregaverat, quibus de suis bonis victus & vestitus necessaria providerat; sed paulo post igne consumptum est. Ei suffectus est Thietmarus regius capellanus. Sophia abbatissa triduo ante Purificationem S. Mariæ obiit, uti Sanctus ei prædixerat. Sequenti sæculo inter Sanctos relatus est Godehardus.

Chronograph. Hildensheim. *Poloniæ miser status.*

XX. Misico, qui primus in Polonia regium nomen assumpsit, jam ab anno millesimo trigesimo immatura morte obierat. Christianitas a suis tribus prædecessoribus bene inchoata, & ab ipso roborata, prope periit, & in pristinam barbariem ac impietatem Polonia relapsura videbatur; adeo sacra & profana bellis civilibus concutiebantur. Casimirus Misiconis filius fuga vitæ suæ consulere coactus est. Posteriorum temporum Polonici historici has turbas imputant reginæ Richezæ, adduntque, Bohemos tunc vastasse Poloniam, ac S. Adalberti martyris corpus, cum auferre vellent, a clericis deceptos, S. Gaudentii corpus transtuliisse Pragam: Casimirum vero a rebellibus sibi metuentem fugisse Cluniacum, ibique monachum induisse, & postea suscepisse diaconatum; Polonos tot tempestatibus jactatos, comitiis habitis, misisse legatos, qui Casimirum revocarent. S. autem Odilo abbas eos remisit ad Benedictum Romanum Pontificem, a quo impetrant, ut Casimirus ad regnum redeat, & ducat uxorem, eum a votis solemnibus absolvens ea conditione, ut ad perennem beneficii a sede Apostolica accepti memoriam, Poloni nobiles usualem nummum sedi Apostolicæ quotannis viritim solverent, & caput monachorum instar tonderent; sed ea narratio graves patitur difficultates. Primo. B. reginæ Richezæ vitæ author aliique referunt, hanc relicto viro adultero confugisse ad Conradum Imperatorem: igitur non erat in Polonia, cum Miziconis mors contigit. Secundo. Eventus tam extraordinarii nullum in antiquis Cluniacensis abbatiæ monumentis extat indicium, quamvis res gestas sub S. Odilone tunc abbate diligenter conscriptas habeamus, & Benedicti Papæ rescriptum non extat. Demum iis, quæ ex chronographo Hildesheimensi retulimus de morte regis Misiconis & turbis regni Poloniæ & misero statu religionis & fuga Casimiri, hæc subjicit Annalista Saxo.

Joan. Longin.

His temporibus Kasimer filius Misiconis ducis Polonorum reversus in patriam, a Polonis libenter susceptur, & duxit uxorem regis Russiæ filiam, procreavitque duos filios Wladislaum & Bolizlaum, quo mortuo, & filiis ejus in infantia positis, Bracilaus Bohemiæ dux, congregatis Boemis, intrat Poloniam, & villas cædibus, rapinis, incendiis devastat, vi munitiones irrumpit, Krakoviam Metropolim subvertit, veteresque thesauros a ducibus absconditos evolvit, reliquas urbes igne succendit . . . . Deinde venit ad Metropolim Gnezden natura loci firmam, sed facile capi, raris eam inhabitantibus civibus, ubi tunc in basilica S. Dei Genitricis Mariæ quiescebat corpus S. Adalberti martyris. Boemi, urbe potiti, posthabita reliqua præda, illud tantum exposcunt. Severus episcopus videns eorum temeritatem ... admonuit, ut triduo jejunantes de peccatis suis pœnitentiam agerent, emendationemque promitterent. Hæc verba iis visa sunt quasi deliramenta, & altare destruere nituntur, ut sacrum corpus auferant; sed in ipso temeritatis opere non defuit divina ultio. Steterunt sensibus obstupefactis per tres fere horas, triduoque jejunantes, egere pœnitentiam . . . Tunc dux, extendens manum suam super S. viri tumbam, ait: Extendite, fratres, vestras ad Deum dexteras, & sermones meos vestræ fidei sacramento confirmate. Hoc primum sit meum decretum, ut vestra connubia, quæ hactenus ut lupanaria habuistis, amodo juxta canones sint legitima & insolubilia, ut una vir conjuge, & conjux uno viro contenti vivant . . . Severus episcopus dixit: Quicumque aliter fecerit, anathema sit. Eadem sententia plectantur virgines & viduæ adulteræ. Tunc dux subjungens, ait: Similiter de his, qui homicidiis infamantur, comes eos in carcerem redigat, donec dignam agant pœnitentiam. Fratricidas autem & patricidas, sive sacerdotum interfectores & capitalium criminum reos archipresbyter assignet comiti vel duci, qui per manum & ventrem ferratos de regno ejiciat. Tabernam quoque, quæ est radix omnium malorum, & parari, & paratam comparari prohibemus. Et qui fuerit hujus decreti violator tabernarius, in foro ad palum suspensus, virgis cædatur & depiletur, & potus ejus in terram projiciatur; potatores autem deprehensi, non prius de carcere exeant, quam in fiscum ducis trecentos nummos inferant .... si quis autem Dominicis diebus vel festis publice ad ecclesiam feriari negligat, si in opere servili fuerit inventus, ipsum opus tollat archipresbyter, & trecentos nummos in fiscum ducis componat ... Severus episcopus dixit: Ista ducis deliberatio justa, sit anathemate firma.

Christi An. 1039. Annalist. Saxo.

Post hæc S. viri sarcophagum aperiunt, & infirmi sanati sunt ea die quamplurimi. Erat vero S. martyr vultu & habitu clarus, & corpore sic integer, ac si eadem die sacra Missarum celebrasset solemnia. Tunc dux & episcopus, corpus levantes, coopertum serico locant in altari, ut plebs vota sua solveret. Transtulerunt pariter cum eo corpus S. Gaudentii Archiepiscopi, & reliquias quinque fratrum, Benedicti, Matthæi, Joannis, Isaaci, Christini, qui in alia ecclesia quiescebant. In vigilia S. Bartholomæi cum sacra sarcina pervenere Pragam, ubi lucescente die, clerus & universa plebs cum processione occurrit. Dux & episcopus humeris portabant corpus Christi martyris Adalberti, abbates ferebant reliquias quinque fratrum, archipresbyteri gaudebant onere S. Gaudentii Archiepiscopi, presbyteri duodecim sustinentes pondus aurei crucifixi, sequebantur: nam dux Misico ter semetipsum hoc auro ponderaverat. Demum tres tabulas auro graves, postremo plus quam centum plaustris ducebant immensas campanas, & omnes Poloniæ gazas, & captivos insuper plurimos manicis ferreis astrictos. Facta est hæc translatio B. martyris Adalberti anno millesimo trigesimo nono, quo proinde jam diem extremum obierat rex Casimirus, quem tamen Joannes Longinus aliique nonnisi anno millesimo quadragesimo primo e monasterio revocant.

Christi An. 1041.

Ibid.

Poloni querelas suas ad Papam deferunt adversus ducem & episcopum Boemiæ, qui contra Patrum constitutiones a sacris rebus non abstinuerant; sed aderant legati ducis Boemiæ ferentes mandata cum muneribus, pœnitentes simul & veniam postulantes. Quibus Papa dixit: Si pœnitet, igitur erraſtis. Sic

Ibid.

sum-

Christi An. 1041. ſummoti a concilio, per noctem circumeuntes, ſperabant obtinere judicialem ſententiam. Poſtera die legatis in concilio præſentatis, Apoſtolicus ait: Magnum eſt peccatum aliena rapere; Chriſtianos autem ſpoliatos & captivos ceu bruta animalia vendere, nimis eſt abominabile: quod autem nulli liceat ſine noſtra permiſſione de loco ad locum transferre ſacrum corpus, canones Patrum teſtantur; ſed quia ſive ignoranter, ſive bona intentione hæc feciſſe vos dicitis, præcipimus, ut dux veſter & epiſcopus cœnobium eccleſiaſticis uſibus ampliatum conſtruant, & officia ſervientium Deo clericorum ex more conſtituant, ut vel ſic in conſpectu Dei reatus veſtri tranſgreſſio deleatur. Quibus dux libenter obtemperans, in honorem S. Wenceslai in urbe Boleslau, ubi idem Sanctus olim martyrium conſummaverat, præpoſituram faciens, venuſtiſſimum clericorum cœnobium fabricavit.

Michael Pſellus. XXI. Imperator Michael Paphlago interim corpore intumuerat, & intercute aqua laborare cunctis palam erat. Quamobrem, ut morbum averruncaret, expiationibus uſus eſt & luſtrationibus, atque in ſuburbano illuſtre templum extruxit, ſeu potius vetus ampliavit, & variis operibus exornavit, eique adjecit monaſterium. Hæc vero præſtabat, tum ut Deo honorem haberet, tum ut ejus famulos ſibi propitios redderet, ſi quo modo tumefacta illius viſcera ſanarent; verum corporis diſſoluta compage, ſpem illam depoſuit. Quamobrem futurum Dei judicium ſibi modis omnibus præconciliabat, indeque prorſus a ſuis peccatis liberari ſatagebat. Sponte abdicat Imperium, atque a bajulis defertur in monaſterium SS. Coſmæ & Damiani, quod condiderat, & ſupplices in eccleſia Deo offert preces, ut ejus oculis accepta victima videatur, mundaque poſt conſummationem ſuſcipiatur, depoſitiſque Imperialibus veſtibus monachalem habitum induit, Imperatricemque, ſe adeuntem, ingreſſu prohibuit. Ipſe vero, quod ſtatim orationis tempus vocabat, & ad conſueta cantica erat conveniendum, paulatim e lectulo exurgit, cumque non monachales, ſed tantum Imperiales calceos inveniſſet, ægre tulit, nudiſque pedibus ad templum venit, hinc inde miniſtris ſuffulcientibus, anhelans atque extremos efflans ſpiritus, rurſus ad lectulum reverſus, deficiente ſpiritu, animam Deo reddidit die decima Decembris, anno milleſimo quadrageſimo primo, cum annos ſeptem & octo menſes Imperium tenuiſſet.

Michaelis Imp. mors.

Ibid. Eo mortuo, Michael Calaphata ejus nepos, quem adhuc vivens Cæſarem creaverat, Imperium capeſſivit, ac ſtatim Conſtantinum fratrem ſuum ad nobiliſſimi dignitatem provexit. Joannem autem alterum fratrem relegavit, erutiſque ejus oculis, interfecit. Imperatricem, cui ſe fore in omnibus obſequentiſſimum promiſerat, contempſit, relegatamque in inſulam Principis tonderi, ac moniali habitu indui præcepit; ſed cum omnia ſuſque deque miſceret, populus adverſus eum coitione facta, Theodoram Auguſtam e monaſterio eductam, ad magnum Dei ſapientiæ templum deducit, cui pariter acclamarunt proceres. Tyrannus id ubi cognovit, Dii monaſterium petiit, & habitum ſupplicis aſſumit; ſed ipſe & Conſtantinus educti oculis orbantur, & relegantur poſt quatuor menſes Imperii. Theodora, poſtulante populo, Zoen ſororem ſuam ab exilio revocat, & ambæ ſimul imperarunt. Verum moribus & indole ſorores valde erant diſtinctæ, & Zoe rurſus omnem in ſe transferre poteſtatem ſatagebat. Itaque cum ex animi levitate vacillaret Imperium, Conſtantinus ex antiqua monomachorum familia ab exilio revocatur, ubi per ſeptem annos verſatus erat; abdicantur Auguſtæ, ipſeque Imperium adipiſcitur anno milleſimo quadrageſimo ſecundo. Michael Pſellus Byzantinam hiſtoriam poſt Leonem diaconum uſque ad ejus inaugurationem continuavit, & in potiori gradu collocatus, Imperatoribus miniſtravit in omnibus. Alexius patriarcha, qui Conſtantinum coronaverat, die vigeſima Februarii anni ſequentis rebus humanis excedit. Bis mille & quingentas auri libras, quas coacervaverat, & conſultius diſtribuiſſet pauperibus, abſtulit Imperator. Ei ſufficitur die Annunciationis feſto Michael Cærularius, qui ſchiſma conſummavit.

Conſtantinus Ducas Imper.

Christi An. 1042.

Glaber. l. 5. c. 1. XXII. Gallicani epiſcopi fruſtra jam multa tentaverant, ut bella privata, cædes & rapinas compeſcerent; ſed cum propter malam conſuetudinem, & quia proceres veluti jus proprium & honorarium haberent, armis, igne, rapinis ulciſcendi ſuas injurias, hæc penitus tolli non poſſent, contigit eo tempore primum in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per univerſam Galliam formari pactum non ſolum ab epiſcopis, ſed etiam ab optimatibus, ut nemo mortalium a feriæ quartæ veſpere uſque ad ſecundam feriam, incipiente luce, auſu temerario præſumeret quidpiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam a quocumque inimico exigere, nec etiam a fideijuſſore vadimonium ſumere. Quod ſi ab aliquo fieri contigiſſet contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, aut a Chriſtianorum conſortio expulſus patria pelleretur. Hoc inſuper placuit univerſis, ut Treuga Domini vocaretur, nimirum quoniam illæ ſervabantur inducíæ iis diebus, quos præcipuis ſalutis noſtræ myſteriis Dominus conſecravit. Licet utraque poteſtas ejuſmodi induciis conſenſerit, quæ proinde vim legis obtinebant, pœnæ in eo pacto decretæ nullatenus ſpectant Reges vel ſupremos Principes, quibus jus gladii Deus indulſit. Quare in ipſa pacis & treugæ promulgatione jura Principum conceptis verbis excipiuntur, ut patet ex indictione pacis a Willelmo Archiepiſcopo Auſcitano legato ſedis Apoſtolicæ publicata. Principibus autem & dominis terrarum jura ſua & conſuetudines non contradicimus in terris ſuis.

Christi An. 1042. *Treuga Dei.*

Marca l. 4. de concord. c. 14.

Hanc cum noluiſſet recipere gens Neuſtriæ, nec audire Richardum Virdunenſem abbatem, prædicantem, ut eam ſuſciperet, divino judicio cœpit in eos deſævire ignis, qui eos torquebat: multi autem eorum, qui ab igne torquebantur, venientes ad virum Dei, meritis ejus & precibus curabantur medica virtute Dei. Eodem anno milleſimo quadrageſimo ſecundo fere totus orbis penuriam paſſus eſt præ raritate vini & tritici. S. Odilo Cluniacenſis abbas hanc pacem in multis provinciis inſtituit.

Chron. Vird.

Rebellionis & belli furor pertranſiit in Hungariam. Proceres Petrum regem ſuum, quia Germanos ad primas dignitates promovebat, expellunt, & Ovonem, qui S. Henricum affinitate contingebat, Regem ſibi conſtituunt: ſed brevi perfidiæ pœnas dedere. Ovo conſilii ſui primarios interfecit; deinde ad Moriſſenam ſedem, cui præerat S. Gerardus epiſcopus, paſchalia ſacramenta celebraturus, advenit. Uſus tunc obtinebat, ut Reges in præcipuis ſolemnitatibus diadema regium ab epiſcopis acciperent. Gerardus Ovonis capiti illud imponere noluit: itaque ab aliis epiſcopis coronatus die Paſchatis, eccleſiam ingreditur. Tunc Gerardus ſtola candida indutus pulpitum aſcendit, & Regem latine per interpretem ſic alloquitur: Quadrageſimam, Rex, cum cædibus pollueris, mihique nomen Patris eripueris, nullam hodie veniam mereris. Et quia pro Chriſto mori paratus ſum, quæ tibi ſunt eventura pronunciabo. Anno tertio regni tui in te gladius ultionis excitabitur, qui tibi regnum improba fraude acquiſitum & vitam pariter auferet. Prædictionis veritatem comprobavit eventus. Henricus Germaniæ rex Petrum reſtituit, qui Ovonem captum capite mulctavit. S. autem Gerardus poſt annos quinque lancea perfoſſus ab apoſtatis, qui religioſos deſtruere decreverunt, animam Deo reddidit. Ejus nomen in Romano martyrologio inter ſanctos martyres recenſetur die vigeſima quarta Septembris. Venetis parentibus natus adhuc puer monachiſmum amplexus, cum Hieroſolymam proficiſceretur, eo tempore in Hungariam pervenit, quo S. Stephanus in ea regnabat, eoque conſentiente, in eremum ſeceſſit: verum cum ſanctus Rex impietati gentis profligandæ incumberet, Gerardum ab eremo revocavit, & Moriſſenæ ſedi præfici curavit epiſcopum, ut populis prædicaret Evangelium, & deinceps cum S. Stephano plurimum ad totam Pannoniam ad fidem Chriſti adducendam collaboravit.

XXIII. Interea variæ ſynodi celebratæ ſunt. Prima eſt Cæſenatenſis, habita anno milleſimo quadrageſimo ſecundo. In ea Joannes epiſcopus illius urbis clericorum in communi viventium ſocietatem inſtituit, iiſque alendis aſſignavit plebem integram cum omnibus ſibi pertinentibus, cui vocabulum eſt S. Victoris in valle, monaſterium unum integrum, cui vocabulum eſt SS. Laurentii & Zenonis . . Et non licebit, inquit in actu donationis, nobis & noſtris ſucceſſoribus, hæc omnia, quæ largiti ſumus, per ullum modum abſtrahere vel minuere . . . Id ſe feciſſe teſtatur conſilio ſui Metropolitani Ravennatis

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Synodus Cæſenatenſis.*

Christi An. 1043. & 1044. Archiepiscopi & comprovincialium Episcoporum & totius sui cleri & populi. Secunda est Narbonensis, quæ anno millesimo quadragesimo tertio invasores bonorum monasterii Cruxanensis excommunicavit.

Ibid. Tertia Constantiensis, cui Rex Germaniæ Henricus adfuit, ubi cunctis debita dimisit, destructisque omnibus inimicitiis, pacem hactenus inauditam, tam in tota Suevia, quam in aliis regni sui provinciis regia censura confirmavit anno millesimo quadragesimo quarto.

Adam. Brem. l. 3. c. 1. Adalbertus Hamburgensis Archiepiscopus circa eadem tempora grave cum Suenone II. Daniæ Rege dissidium habuit: Is enim consanguineam Regis Sueciæ filiam duxerat uxorem: quod cum Archiepiscopus factum improbasset, &, ut eam a se dimitteret, sub pœna interdictionis sacrorum illi denunciasset, adeo hac re commotus fuit Sueno, ut cum religione se potius, quam cum uxore, divortium facturum, renuntiaverit; comminatus insuper, se Hamburgensem Ecclesiam ferro & igne vastaturum. Adalbertus ejus vindictam fugiens, Bremam se recepit; sed postea Regi reconciliatus, Hamburgum rediit. Bremensis Episcopatus tunc tanta erat opulentia, ut quinquaginta curtes Dominicales habuerit Archiepiscopus, ex quibus maxima unius mensis, minima quatuordecim dierum servitia persolvebat. Adalbertus Bremæ fecit duas præposituras, unam sancto Willehardo, alteram S. Stephano, quas construxit ex bonis, quæ ipse acquisivit: tertiam S. Paulo de bonis, quæ hospitali competebant... Abbatiam, quæ dicitur Gozzica, a parentibus suis fundatam, Bremensi Ecclesiæ obtulit.

Annal. Saxo. Thietmaro Hildensheimensi Episcopo, subita morte prævento, successit Azelinus Regius capellanus, qui plurimam Ecclesiæ suæ utilitatem diversa acquisitione contulit; sed in eo reprehensus, quod monasterium igne consumptum inconsulte dejecit. Hildensheimensis clerus hactenus tam districta religione obsequio Dei se mancipaverat, ut in professione canonica districtione gauderet monachica: nam, ut taceatur quam severe animadvertebatur, si quis choro, mensæ, dormitorio, non dico deesse, sed tardius adesse præsumeret, scholaris disciplinæ jugo absoluti, arctiori habena in claustro frænabantur, & quotidianam scripturam decano præsentare, Evangelium cum lectione, cantum quoque, ipsos etiam psalmos reddere exigebantur, ut timidius in claustro, quam in scholis, manum ferulæ subducere viderentur. Delicatioris etiam vestitus & cibi tam nulla illis erat cura, ut etiam gulas, seu obsonia, quibus nunc ardet clerus, nescirent; sic fortunam annullando, nec altiora quam de claustri administratione affectando, exterius & interius claustrali districtione claudi patiebantur, ut renuntiato nondum sæculo, sæculum nescirent. Hujus claustri statum S. Henrico Imperatori, qui ibidem natus, & a parentibus eidem Ecclesiæ in canonicum promissus fuerat, & ob id ibi sæpius morabatur, in tantum placuisse referunt, ut Ecclesiæ suæ Bambergensi cum studio Leodiensi Hildensheimensis claustri rigorem optaret. Hæc regularis observantia usque ad hujus Azelini decimi sexti Præsulis tempora permansit. Eo præsidente, irrepsit ambitiosa curialitas quædam in victu lautior, in vestitu mollior, in omni cultu accuratior: amari maluit, quam timeri, & disciplinæ mollito rigore, claustri claustra laxavit. Accessit ad hæc, quod principale monasterium, & alterum a S. Godehardo constructum cum suis claustris igne consumpta sunt, quorum muris dejectis, Azelinus Matris Ecclesiæ ædificationem longe priori capaciorem incœpit; sed cum modo una pars, tum altera ruinam faceret, perficere non potuit; & quod maxime deplorandum, disciplinam regularem non reparavit.

Canonicorum regularium vita.

Christi An. 1045. Trithem. de script. eccl. XXIV. S. Bruno Episcopus Herbipolensis, Conradi Imperatoris patruelis, vir in divinis scripturis studiosus, vita & conversatione sanctissimus, dum Henricum Regem in Pannoniam sequitur, qui Petrum Regem Hungariæ invitatus invisebat, contigit, ut vetus solarium cum multis aliis ædificiis corrueret; Rex tamen illæsus evasit: Bruno vero cum aliis lethaliter collapsus, post unam hebdomadam septimo Kalendas Junii obiit anno millesimo quadragesimo quinto. Ob meritorum suorum excellentiam catalogo Sanctorum adscriptus, Franciæ orientalis patronus habetur. Composuit ex antiquorum Patrum scriptis pulchram expositionem in totum psalterium.

Christi An. 1045. & 1046. Henricus rex pacata Germania, Ecclesiastica necessitate Romam profectus est, ubi depositi sunt tres simoniaci de pontificatu contendentes, Benedictus, Joannes Gratianus, & Sylvester, de quibus Regi quidam eremita scripserat: Una Sunamitis nupsit tribus maritis: Rex Henrice, solve connubium triforme dubium: Sed hæc diligentius exponenda sunt.

Ibid.

Benedictus Papa cum rapinas, cædes, aliaque nefanda in Romanum populum per duodecim annos egisset, congregati populi, qui ejus nequitiam amplius ferre non poterant, eum a pontificatus cathedra exturbant, & urbe pellunt; & Joannem Sabinensem Episcopum, canonica decreta parvi pendentes, ei substituunt, qui tribus mensibus Romanam sedem tenuit, & Sylvester III. appellatus est. Benedictus e Tusculanorum comitum familia oriundus, eorum auxilio interim infestabat urbem, & tandem suam sedem recepit; sed pristinos mores non mutavit... Cumque se a clero & populo propter nequitias suas contemni respiceret, & fama suorum facinorum aures omnium impleri cerneret, tandem, quia voluptati deditus, ut Epicureus magis, quam ut Pontifex, vivere malebat, Joanni Archipresbytero, qui tunc in urbe religiosior cæteris clericis videbatur, non parva ab eo accepta pecunia, summum sacerdotium relinquens tradidit; ipse vero urbe cessit: Joannes autem, qui Gregorius VI. dictus est, duobus annis & octo mensibus sacerdotium administravit.

Bened. P. expulsus. Vict. III. Pap. l. 3. dialog.

Henricus Rex anno millesimo quadragesimo sexto ad suscipiendam de manu Romani Pontificis Imperialem coronam cum exercitu ingressus est Italiam: sed antequam Romam veniret, plurimorum Episcoporum, Abbatum & clericorum in Sutrina urbe synodum congregat, & Gregorium, missis ad eum Episcopis, ut de Ecclesiasticis negotiis, maxime de Romana Ecclesia, quæ tres simul habere Pontifices videbatur, ipso præsente tractaretur, venire rogavit. Gregorius a Rege cæterisque Episcopis rogatus, ea spe allectus, quod aliis duobus depositis, sibi soli pontificatus confirmaretur, Sutrium, ubi congregata erat synodus, gratanter accessit: sed postquam eo ventum est, & res agitata a synodo discuti cœpit, agnoscens, se non posse juste honorem tanti sacerdotii administrare, quod emptione, non autem legitima electione obtinuerat, ex pontificali sella exiliens, postulata venia, summum sacerdotium deposuit. Post hæc Rex ingressus urbem, congregato in Ecclesia S. Petri clero & populo, una cum Episcopis, qui in prædictam convenerant synodum, communi consilio Clementem Bambergensem Episcopum elegerunt, quia tunc in Romana Ecclesia non erat talis reperta persona, quæ digne posset ad tanti honorem sufficere sacerdotii, eumque in Apostolica sede ad regendum Dominicum gregem inthronizantes constituunt ipsa die Natalis Domini, qui, peractis Missarum solemniis, Imperatorem cum Imperatrice Agnete coronavit. Clemens Papa II., priusquam esset Romanus Pontifex, vocabatur Suidgerus. Imperator, Ecclesiæ & Italiæ rebus sic compositis, per Apuliam reversus est: sed Mantuæ Paschale festum in gravissima decumbens ægritudine celebravit. Postea convalescens corpus B. Widonis Pomposæ monasterii Abbatis, ante annum in magna sanctitate defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensi civitate ad urbem Spiram transferendum magno cum honore deduxit. Halinardus Abbas S. Benigni Divionensis Henricum in eo itinere comitabatur, & factus est Lugdunensis Archiepiscopus; hæc quippe civitas tunc erat sub Imperatore. Ejus curiam adierat pro regalibus suis accipiendis. Imperator jam erat in procinctu Romani itineris, & voluit ut Archiepiscopus secundum morem juraret illi fidelitatem; ille vero dixit, se esse monachum, nec debere facere juramentum. Dictum est, ut ad minus se offerret ad juramentum. Respondit, simulationem sibi esse prohibitam. Tandem mediantibus Episcopis Theodorico Metensi, Brunone Tullensi, Richardo Virdunensi, Imperator pro sua religione juramentum ei remisit, ejus promissione contentus, illumque in præsentia sua fecit ordinari, dans ei quæcumque fuerunt sacerdotali benedictioni necessaria. Sic aliis altaris ministris ita præparabat omnia, scilicet vestimenta, libros, linteamina, ac quæque necessaria, quasi famulus: erat enim circa divinum cultum devotissimus.

Clemens II. Pap. Herman. contract. Alberic. chron. Chronograph. S. Benig. tom. 1. spicileg. *B. Petrus Damian.* apud Bol. 23. Febr.

XXV. Eadem ætate florebat B. Petrus Damiani, ordinis monachorum congregationis sanctæ Crucis Avellanæ, a B. Lodulpho fundatæ, & ante centum annos

Christi An. 1046. & 1047. annos adjunctæ Camaldulenſi ordini. In ea fratres ſuæ eremi docuit, ac deinde ad monachos Pomposianos a S. Widone evocatus. Poſtea magna cum laude præfuit eremo fontis Avellani, aliiſque per diverſa loca aggregatis diſcipulis, & quinque extruxit monaſteria, ſeu eremitarum habitacula, ut teſtatur B. Joannes Laudunenſis ejus diſcipulus, qui ejus vitam ſcripſit. Cum ad eremum perveniſſet, inquit, deſiderium ſuæ mentis ſenioribus illis aperiens, in illorum conſortium ſe recipi devote popoſcit. Cui mox, quod ſalubriter poſtulabat, gratanter permittitur, atque uni ex fratribus pro novitiorum more inſtruendus traditur. Qui, cum eum ad cellam deduxiſſet, lineis exutum, cilicioque indutum reduxit ad Abbatem, qui eum cuculla ſuperinduit. Aſſumpto habitu, tanto protinus fervore ſuccenditur, ut corporea cura contempta, ſola quæ ſunt ſpiritus appeteret, aſpera quæque & contemptibilia requireret. Tantis illico jejuniorum, vigiliarum cæterarumque afflictionum laboribus ſe cœpit atterere, ut ſenioribus admirationi & incitamento eſſet. Hæc autem erat hujus loci inſtitutio: Bini, diviſis cellulis, commorabantur, pſalmodiæ, orationis, lectionis, abſtinentiæ obedientiæque armis ſuccincti: abſtinentiæ vero modus hic erat, ut quatuor in hebdomada diebus pane & aqua contenti, tertia & quinta feria pauxillum leguminis ſumerent: vinum vero niſi in ſacrificio vel ægritudine non attingebant: vigilando vero totum complebant pſalterium, & nudis pedibus ambulantes, omne tempus, quod exercitiis ſpiritualibus ſupererat, impendebant operibus. Petrus vero, cum ejuſmodi vigilias longius protraheret, tantam cerebri læſionem contraxit, ut vix modico ſomno refici poſſet; ſed poſtquam, adhibito medicamine convaluit, diſcretius agere cœpit, & poſt aſſuetum pſalmodiæ, precum atque orationum penſum perſolutum, lectioni ſic vacavit, ut ſumma divinarum ſcripturarum & ſæcularium ſcientia claruerit.

Hinc erudiendis fratribus per aliquot annos præpoſitus eſt: magiſter vero ejus, tantam ipſius prudentiam ac zelum conſiderans, lætabatur, ſtrenuum ſe recepiſſe diſcipulum, cui tuto committeret eremi gubernacula. Aſſumpto itaque diſcipulorum conſultu, eremi procurationem ei, licet renuenti, poſt ſe ſucipiendam mandavit. Poſt migrationem vero magiſtri, quæ contigit anno milleſimo quadrageſimo ſexto, loci regimen ſuſcipiens, tam ſpirituali quam temporali cultu haud modice dilatavit. Ejus ſapientiæ & ſanctitatis fama cum ad Imperatorem perveniſſet, eum rogavit, imo & hæſitanti præcepit, ut adiret Clementem Pontificem, & quæ in Eccleſiis ejus partium agerentur, quæque ei neceſſaria viderentur, ejus auribus intimaret. Cum jam eſſet in itinere, literas Imperatoris, quas Papæ traderet, accepit, eaſque per alium cum ſuis miſit: " Has, inquit, ſi placet, prius inſpicite, & cum his ſimul, utrum ad vos venire debeam, nec ne, mihi jubere dignemini. Ego enim inter utrumque poſitus, & dies meos huc illucque diſcurrendo perdere timeo, & tamen Eccleſiæ Dei, quæ in noſtris partibus per malos Epiſcopos & Abbates omnino confuſæ ſunt, compatiendo mœrore nimio & triſtitia contabeſco. Et quid prodeſt, Domine mi, quod Apoſtolicam ſedem de tenebris ad lucem remeaſſe dicimus, ſi nos adhuc in eiſdem tenebris remanemus . . . . . Cum videamus canenſem latronem, ab his etiam, qui non erant, ſed dicebantur Apoſtolici, maledictum & excommunicatum: Auximanum quoque tot & tantis inauditis criminibus involutum, alioſque ſimili ſententia condemnandos, a vobis cum tanta arrogantia & exultatione reverti, cogimur in luctum ſpei noſtræ gaudium commutare: nos enim ſperabamus, quod tu eſſes redempturus Iſrael. Quapropter, Beatiſſime Domine, ſic conculcatam & abjectam ſtude relevare juſtitiam: ſic Eccleſiaſtici vigoris exhibe diſciplinam, ut & pars iniqua a ſtatu ſuperbiæ corruat, & mens humilium ad ſperanda bona fiducialius convaleſcat. „

Romana ſynodus adverſus ſimoniacos. XXVI. Clemens Papa II. paulo poſt inthronizationem, ſcilicet circa Nonas Januarias anni milleſimi quadrageſimi ſeptimi, Romæ ſynodum indixit ad reformandum Eccleſiæ ſtatum, in qua illud potiſſimum annitente Imperatore conatus eſt, ut ſimoniacas vepres, quæ adeo excreviſſent, ut patriſfamilias ſementem ſuffocarent, non modo ſuccideret, ſed penitus eradicaret. Quid vero contra ſimoniacos hic conſtitutum fuerit, his verbis recenſet Petrus Damiani in ſua ad Henricum Ravennatenſem Archiepiſcopum Epiſtola: " Poſt longam diſputationem, tandem ſuggeſtum eſt Imperatori, Clementem Papam decreviſſe, ut, quicumque a ſimoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ſuæ ordinationis tempore non ignorans eſſe ſimoniacum, cui ſe obtulerit promovendum, quadraginta dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti ordinis officio miniſtraret. „ In eadem ſynodo definita lis inter Mediolanenſem, Aquilejenſem & Ravennatenſem antiſtes de primo ſedendi loco, ſcilicet, quiſnam eorum juxta Romanum Pontificem dextri lateris locum habere jure deberet. Quælibet pars privilegiis & quadam poſſeſſione nitebatur. Quid autem ſtatutum ſit, ſic in ſuis ad Ravennatenſem Epiſcopum literis Clemens Papa declaravit: " Ne poſt hac, inquit, iterum vel Archiepiſcopo Mediolanenſi, vel Patriarchæ Aquilejenſi de ceſſione dextri lateris liceat excitare quamlibet controverſiam, interdicimus noſtra Apoſtolica authoritate hoc eis de cætero licere. Quod ſi forte fuerit præſumptum, pro temeratione interdicti noſtri, non modo bannum S. Petri noſtræ ſedi perſolvat, verum noſtræ quoque excommunicationis & anathematis laqueos incurrat. Sedem etiam Ravennatis Archiepiſcopi jubemus ſemper eſſe a dextris noſtris noſtrorumque ſucceſſorum ſecundum antiquæ conſtitutionis authoritatem; niſi forte Imperator adfuerit: & tunc ipſum, ſcilicet Ravennatem Epiſcopum, ſiniſtrum locum tenere per hanc noſtræ authoritatis firmitatem huic noſtræ narrationi ſubjectam. „ In ſynodis igitur Romanis primum locum obtinebat Romanus Pontifex, ſecundum Imperator, tertium Ravennatis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & nulla tunc erat alia dignitas, quæ mediaret, quamvis tunc multi dicerentur Cardinales, ſed non cum eo honore, quem nunc obtinent.

Clemens Papa cum Imperatore profectus eſt in Germaniam, Beneventanoſque, qui Imperatorem recipere noluerant, excommunicavit. Poſtea, Imperatore & ejus conjuge poſtulantibus, ſanctam Wiboradam Virginem & Martyrem, ante centum annos ab Hungaris cæſam, canonizavit, præſente Theodorico Conſtantienſi Epiſcopo, & pro Sancta haberi præcepit, & anniverſarium ejus diem ſolemnizandum inſtituit. Non multo poſt reverſus in Italiam, decimo menſe ſuæ promotionis, ſcilicet nona die Octobris diem extremum obiit, & ad Epiſcopatum ſuum Bambergenſem relatus, ibidem tumulatur. Benedictus IX., eo mortuo, tertio reverſus in Pontificatum. Tenuit eum menſes octo, & dies decem; ſed contra voluntatem cleri Romani, qui ſtatim legatos ad Imperatorem miſit, Clementis II. obitum nuntiantes, atque ſucceſſorem poſtulantes; quibus Imperator, antiquum jus excedens, Popponem Brixinenſem in Tirolenſi comitatu Epiſcopum aſſignavit. Burchar. Sax. Gall. mon c. 6. Herman. contract.

Benedictus interim, facti pœnitens, Bartholomæum Grottæ-ferratæ Abbatem evocat, eique ſuam aperit conſcientiam, ejuſque conſilio pontificatum, quem jam ſemel abdicarat, & propria authoritate reſumpſerat, depoſuit, ut ageret pœnitentiam. Poppo Romam pervenit menſe Julio anni milleſimi quadrageſimi octavi, & honorifice ſuſceptus Apoſtolicæ ſedi inthronizatur, & Damaſus II. vocatur: ſed poſt viginti tres dies defunctus apud S. Laurentium extra urbem ſepultus eſt. Herman. contract. *Damaſus II. Papa.*

XXVII. Rerum Eccleſiaſticarum & civilium magna converſio iiſdem temporibus in Hungaria contigit. Populus a regni proceribus concitatus, a Petro Rege deficit, Andreamque ab Henrico Imperatore ejectum revocat, eique regnum & auxilium adverſus Petrum ea conditione promittit, ut a Chriſtiana Religione deficeret, diiſque gentilium immolare concederet. Populi voluntati obſequens, ad gentilium ritus redire permiſit. Illi ſtatim Petrum captum excœcant, in Eccleſias irruunt, iiſque ſpoliatis & incenſis, clericos & monachos diris ſuppliciis afficiunt & necant. In eadem ſeditione martyrio coronatus eſt S. Gerardus Epiſcopus cum aliis pluribus Epiſcopis, quorum nomina ſcripta ſunt in cœlo. Latini omnes Teutonicique Regis Petri præfecti & officiales vario mortis genere conſumpti ſunt, & maxima Chriſtianorum fidelium ſtrages facta eſt. Anno ſequenti milleſimo quadrageſimo octavo, Petro Rege defuncto, Andreas in Regem coronatus a tribus Epiſcopis, qui tantam cædem evaſerant. Tunc, Long.

rebus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

CHRISTI AN. 1048. rebus ex animi sententia compositis, egit, ut ablegata penitus idololatria, Christiana religio restitueretur, præcepitque, ut omnes S. Stephani regis leges sequerentur, Hungari paruere, & deinceps Hungaria perseveravit Christiana. Hinc patet, tantum incendium procerum invidia fuisse excitatum; ægre quippe ferebant, Petrum Teutonicis detulisse primas regni dignitates.

Leo IX. Papa. Anselm. in itinerar. Bolland. 19. Apr. Vit. S. Leon. IX. XXVIII. Defuncto Damaso Papa, Romani, legatione de ejus obitu ad Imperatorem Henricum directa, petierunt, ut Ecclesiæ pastore viduatæ ab eo subrogaretur alius, qui Wormatiæ de ea re magnum episcoporum, & optimatum conventum habuit. Invenit inter cæteros Brunonem Tullensem episcopum ad id officium subeundum esse idoneum: utpote qui ætatis maturitate morumque, & scientiæ claritudine videbatur conspicuus, sibique sanguinis affinitate proximus. Unde Apostolicæ dignitatis ei adjudicata sunt insignia, jussumque ab Augusto, ut ad hæc secundum ecclesiasticas sanctiones suscipienda Romam proficisceretur. Ille tantam dignitatem, humilitate commonente, diu refugit: dum autem magis cogitur, triduanum consulendi spatium depoposcit, in quo jejuniis vacans, & orationibus, sine cibo potuque permansit. Cumque ad obediendum Imperatori incitaretur, spontanee coram omnibus suam dixit confessionem, sperans quod peccatorum suorum declaratione communem permutaret electionem. Cum autem Imperiale præceptum effugere non posset, & commune omnium desiderium, coactus suscepit injunctum officium, præsentibus legatis Romanorum, ea conditione; si audiret totius cleri ac Romani populi communem esse consensum.

Ibid. Solemnia Dominicæ Nativitatis imminebant: itaque Leucorum sedem repetiit, ibique festivitatem per duos dies celebrat, tertio die vigesimo septimo Decembris clero suo valefecit, & peregrino habitu Romanum iter arripit, indefesse sacris orationibus vacans, pro cura animarum sibi commissarum sollicitus. Romam perveniens cum favore totius populi honorabiliter excipitur, cleroque populoque convocato, exponit Imperialem de se electionem, eorumque voluntatem expostulat, affirmatque, se gratanti animo in patriam rediturum, nisi communi omnium consensu fiat ejus electio. Cumque videret unanimem omnium acclamationem, omnes hortatur ad morum correctionem, & supplex eorum expetit orationes. Itaque Dominica prima quadragesimæ, quæ in secundum Februarii diem incidebat, Apostolicæ dignitatis infulis insignitus, anno millesimo quadragesimo nono in cathedra B. Petri inthronizatur, & Leo IX. nuncupatur.

CHRISTI AN. 1049.

Romana synodus adversus simoniacos. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Labbè. Hebdomada post Dominicam in albis synodum cum episcopis Italiæ, & Galliæ, Romæ celebravit. Cum omnes simoniacorum ordinationes in synodalis vigoris authoritate cassasset, protinus a Romanorum sacerdotum multitudine magnæ seditionis tumultus exortus est: ita ut non solum ab ipsis, sed a plerisque diceretur episcopis, omnes pene basilicas sacerdotalibus officiis destitutas, & præcipue Missarum solemnia, ad subversionem Christianæ religionis, & desperationem omnium fidelium, funditus omittenda. Post multam disceptationem suggestum, nuper Clementem Papam decrevisse, ut, quicumque a simoniaco consecratus esset, in ipso ordinationis suæ tempore non ignorans esse simoniacum, cui se obtulerit promovendum, quadraginta dierum pœnitentiam ageret, & sic in accepti ordinis officio ministraret: quam sententiam Leo Papa ratam percensuit, & sub hujusmodi pœna hos in acceptis officiis de cætero perseverare mandavit. Eorum aliqui postea promoti sunt ad episcopatum. Omnes etiam clericos ab hæreticis venientes, in his quidem, quos adepti sunt, ordinibus præcepit recipi: ad altiores autem gradus promoveri prohibuit.

Vit. S. Leon. apud Bolland. 19. Apr. Demum statutâ quatuor synodorum principalium viva voce corroboravit, decretaque omnium decessorum suorum Pontificum tenenda confirmavit, simoniacamque hæresim damnavit, quæ jam nonnullas mundi partes invaserat. Decimas quoque a cunctis dandas Christianis, quarum nec mentio erat apud Apuliam, & per quosdam orbis fines, ecclesiis restituit. Venditiones altarium seu parochialium ecclesiarum sub anathemate prohibuit; sed constituit, ut partes decimarum, ad episcopum pertinentes quisque præsul sibi teneret, aut, cuicumque vellet, tribueret: partem autem ad altare pertinentem proprio pastori ecclesiæ gratis concederet. Incertas consanguineorum nuptias in multis orbis partibus indiscrete habitas discidit, pluresque nobilium hoc turpi devinctos nexu separavit. Episcopi quidam simoniaci in eadem synodo depositi sunt. Episcopus de Sutrio, simoniæ reus, & accusatus, voluit se injuste excusare, falsis prolatis testibus: sed peracturus jusjurandum, repente est divinitus percussus, & inter manus exportatus, nec longo post tempore humanis rebus est exemptus. Cunctis hoc audientibus nimius incutitur timor, ne quem in ejus præsentia ad falsum judicium humanus impelleret pudor. Alteram synodum in hebdomada Pentecostes Papiæ congregavit, indeque per montem Jovis cum plurimis Romanis in Cisalpinas partes devenit, adiitque Imperatorem Henricum in Saxonia commorantem, amboque Coloniam venere in Apostolorum Petri, & Pauli natalitio. Papa Colonia digressus, Tullum in exaltatione sanctæ crucis venit; indeque circumjacentium regionum episcopis, & abbatibus literis mandari præcepit, ut Kalendis Octobris sibi occurrerent ad synodum celebrandam in basilica S. Remigii Remensis.

CHRISTI AN. 1049. Anselm. in itinerar. Leon.

XXIX. In eo itinere concessam Cluniacensi monasterio immunitatem confirmavit. Hugoni abbati data est, jam enim a sex mensibus obierat S. Odilo abbas primo die Januarii, quo celebris est in Romano martyrologio ejus memoria. Primus commemorationem omnium fidelium defunctorum prima die post festum Sanctorum omnium in suis monasteriis fieri præcepit: quem ritum postea universalis Ecclesia recipiens comprobavit. Fidelium autem defunctorum commemorationem in Missæ sacrificio factam etiam ætate Apostolorum in primo tomo demonstravimus. Id unum ex consensu omnium fratrum instituit S. Odilo, ut die secunda Novembris omnium fieret commemoratio tum in aliis ejus diei precibus, & officiis, & Missæ sacrificium pro omnibus specialiter offerretur, & abundantiores fierent eleemosynæ.

Bolland. 29. Apr.

Ibid. S. Odilo scripsit vitam S. Majoli varioque sermones: successorem ante mortem designare noluit, ne forte sensim aboleretur electio. Communi consensu ei successit venerabilis Hugo Æduensis, & licet annos tantum viginti quinque natus, non minori cum fructu post eum abbatiam Cluniacensem annis amplius sexaginta gubernavit. Ex ejus schola prodiere episcopi, cardinales, Romani Pontifices, virique ob vitæ sanctimoniam sacro cultu insignes. Gregorio VII. consiliarius fuit, & in negotiis tractandis præfectus. Turcæ, gens Hunnica, & populosissima, Caucasiorum montium septentrionale latus accolens, iisdem temporibus e finibus suis egressa, suam fecit Persidem, & suo duci nomen Sultani imposuit; qua voce summus Imperator ac Rex Regum notatur. Ille ducem Abrahamum cum centum millibus hominum misit in Armeniam, qui post insignem de Romanis reportatam victoriam, eam occupavit. Ab anno igitur millesimo quadragesimo nono Turcarum potentia repetenda est, & prima Imperii orientalis invasio.

Cæter. Concil. ed. Hard. tom. 9 Labbè.

XXX. Herimarus S. Remigii Remensis abbas, ex Papæ pollicitatione factus certior, quod Remos veniret ad consecrandam ecclesiam, quam construxerat, Henrico Francorum regi Laudunum venienti occurrit in Pentecostes solemnitate, ejusque consilium, & favorem expetit de præfato templo Apostolica consecrando benedictione, & postulat, ut his agendis suam præsentiam exhibeat, & episcopos regnique sui Principes secum interesse faciat: cui Rex benignus annuit: verum dæmon potentes quosdam laicos excitat, qui incestis erant irretiti conjugiis, & aliis criminibus, violatores honestatis ecclesiasticæ; ideoque sibi verebantur. His adjungit nonnullos episcopos, & abbates, qui in ovile Domini non per ostium irrepserant, & in ecclesiis suis Catholicorum Patrum sanctionibus contraria quædam pullulare permiserant, quæ synodi examinationi subjici metuebant. Itaque Regi suggerunt regni sui decus annihilari, si in eo Romani Pontificis authoritatem dominari permitteret, vel si præsentiæ suæ favorem ad cogendum concilium exhiberet. Addunt, regni statum non mediocriter esse perturbatum quorumdam procerum rebellione. Quapropter utilitati publicæ consulere satius, quam intendere synodis; suadentque, ut, collecto exercitu, potius rebelles opprimeret, cujus expeditionis immunes esse

non

Christi An. 1049. non deberent Epiſcopi & Abbates, præſertim Abbas S. Remigii, qui Papam evoçaverat.

Ibid. Rex his permotus, Papæ per Sylvanectenſem mandat Epiſcopum, ſe ſuoſque Pontifices cogi ad comprimendam pervicaciam ſibi reſiſtentium, ideoque tempore præfixo non poſſe illi occurrere ad peragendum concilium. Quapropter adventum ſuum in Franciam in aliud tempus differat. Papa reſpondit, promiſſionem ſuam B. Remigio datam non facturum irritam, venturumque ad ejus Baſilicam conſecrandam: ſi qui vero religionis amatores convenirent, cum eis ſynodum ſe habiturum fatetur. Rex nihilominus in expeditionem profectus eſt, quem ſequi compulſus eſt Remigienſis Abbas: ſed ſecunda die redeundi licentiam obtinuit, & tanto conventui neceſſaria præparavit.

Ibid. Leo Papa e Leucorum urbe profectus, in vigilia S. Michaelis ad Curmolenſem villam venit, cui Herimarus factus eſt obvius, eique ac omni ejus comitatui neceſſaria affluenter ſuppeditavit. Die vero ſequenti pervenit ad S. Remigium, tribus comitatus Archiepiſcopis, Trevirenſi videlicet, Lugdunenſi & Veſontionenſi, aliiſque viris honorabilibus, inter quos erant Joannes Epiſcopus Portuenſis & Petrus Diaconus, Romæ præfectus. Aderant tres Galli Epiſcopi, nempe Silvanectenſis, Andegavenſis & Nivernenſis, qui cum Abbatibus, clero & monachis Papam advenientem ſuſcepere. Ingreſſus Eccleſiam, cum oraſſet ad S. Remigii ſepulchrum, in ſede ſibi decenter præparata reſedit, & progreſſus cum pſallentium choris ad mœnia civitatis deducitur. Guido Caſtellionenſis Remenſis Archiepiſcopus cum aliis Epiſcopis & clero ſuo ei proceſſit obviam, eumque ſuſcepit in atrio S. Dionyſii martyris, & deduxit ad cathedralem Eccleſiam. Papa hic ante altare procumbens oravit, finitaque oratione, reſedit in ſede Archiepiſcopali, Archiepiſcopo Remenſi ad ejus dexteram, Trevirenſi autem reſidente ad ſiniſtram, & inde proceſſit ad celebranda Miſſarum ſolemnia. Quibus expletis, cum convivio excepit Remenſis Archiepiſcopus. Die ſequenti populi turbam metuens, duobus tantum comitatus capellanis, dum nocturnæ explerentur vigiliæ, ad ſanctum remeavit Remigium.

S. Remigii corporis translatio.

Ibid. Innumera hominum multitudo ad S. Remigii translationem confluxerat, & ut viderent S. Petri Vicarium; qui, ut eorum deſiderio ſatisfaceret, eminentius ſolarium ſuæ domus aſcendit, Apoſtolicaque eos benedictione lætificavit; primiſque recedentibus, aliiſque illud ampliſſimum atrium, quod adjacet Eccleſiæ, complentibus, eumdem favorem exhibuit. Adveniente nocte, cum ſemper confluentium copia creſceret, veritus, ne eorum multitudine templi dedicatio prohiberetur, miſſis clericis illud evacuari, & fores obſerari præcepit, ne quis intraret, & populis enuntiari, ut ſecederent, ſeque ſequenti die eorum deſideriis eſſe ſatisfacturum: quod non ſine magna difficultate fuit obtentum.

Ibid. Mane facto ſuſceptus eſt a Domno Papa intra Eccleſiam ſanctus Martyr Cornelius, quem cum aliis Sanctorum pignoribus Compendienſes clerici detulerant, quia multas violentias a quibusdam malefactoribus patiebatur in ſua Eccleſia. Idem Apoſtolicus circa horam tertiam, redimitus infulis ſacerdotalibus, cum quatuor Archiepiſcopis proceſſit ad S. Remigii ſepulchrum: aderat & hujus loci Abbas, & Hugo Cluniacenſis cum plurimis illius ordinis, cum quibus facta litania, & Sancti feretrum cum prædictis Archiepiſcopis & Abbatibus, ſuppoſitis humeris, extulit cum canticis & hymnis. Inde ſecedens in oratorium ſanctiſſimæ Trinitatis, & pateſactis monaſterii foribus, illud populorum obtutibus expoſuit; & novum ſepulchrum præparatum ex conſenſu Remenſis Archiepiſcopi Trevirenſem conſecrare juſſit. Adeſt Remenſis clerus cum multitudine civium, Apoſtolumque ſuum ad principalem S. Mariæ Eccleſiam devehit, eoque collocato ſuper ſanctæ Crucis altare, Veſuntionenſis Archiepiſcopus, ad aliud altare procedens, Miſſarum ſolemnia cum eorum clero de ipſius Sancti feſtivitate celebravit. Nocte ſuperveniente, monachi circa patronum ſuum matutinalem explent curſum cum duodecim lectionibus & ſuis reſponſoriis, canonici poſt eos matutinorum officia cum novem lectionibus conſummantes uſque ad lucem protrahunt. Mane facto, Primam, Tertiam, Miſſamque cum ſexta hora ante ſolita decantantes tempora, venerabile corpus cum divinis laudibus efferunt, in circuitu civitatis cum jucunditate deportantes. Christi An. 1049.

Ibid. Interea Papa, convocatis Epiſcopis, ſingulis ſingula ad conſecrandum delegavit altaria; Remenſem vero Archiepiſcopum cum Liſojenſi Epiſcopo ternam circuitionem cum crucibus & Sanctorum reliquiis exterius agere conſtituit, ibique conſecrationis officium adimplere: ipſe vero cum ſibi neceſſariis remanens interius divini tabernaculi ſanctificationem exſequitur: canonici, dum hæc peraguntur, cum corpore S. Remigii pervenerunt ad portas monaſterii. Hic tot millium excreverat frequentia, ut aditus intercluderetur, & Papa januas reſerari prohibuerat, ne tanta multitudo ſimul irrueret in Eccleſiam, & dedicationis conſummationem impediret. Quocirca, quæſito diverticulo, per feneſtram, quæ eſt ſuper ſanctæ Trinitatis oratorium, dimittitur ſanctum ejus corpus. Domnus Apoſtolicus receptum cum canticis ſpiritualibus ſuper principale altare collocavit, ut omnium oculis conſpicuum appareret in celebranda ſynodo, ſuaque præſentia cohiberet, ne quis aliquid indecens vel frivolum proponeret.

Ibid. Demum Epiſcopis, Abbatibus, monachis & clericis per choros diſpoſitis, Miſſarum ſolemnia idem Pontifex ex dedicationis feſtivitate celebravit. Lecto Evangelio, pulpitum conſcendens, exhortationis ſermonem habuit ad populum, qui plurimus per feneſtras aditum ſibi fecerat, conſtituitque, ut ad illud altare non indiſcrete a quibuſque ſacroſancta myſteria agerentur: ſed ſecundum morem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſeptem tantummodo ſacerdotes, qui in illa congregatione digniores haberentur, ad hoc officium deputarentur: ſoli Remenſi Archiepiſcopo ipſiuſve cœnobii Abbati ibidem Miſſas agendi poteſtate collata, & cui idem Abbas daret licentiam, nec non clero Remenſi bis in anno, feria videlicet ſecunda Paſchalis feſti & vigilia Aſcenſionis Dominicæ, quando ſolemnes illic ſtationes ex antiqua traditione faciunt. Epiſcopos, Abbates alioſque ſacri ordinis miniſtros ad eumdem locum cras reverti juſſit, ut cum illis haberet ſynodum.

Remenſis ſynodus.

Ibid. Quinto Nonas Octobris anni milleſimi quadrageſimi noni in eadem Baſilica congregati ſunt viginti Epiſcopi, Abbates quinquaginta cum plurimis aliis Eccleſiaſtici ordinis viris. Veteres controverſiam de primatu Remenſem inter & Trevirenſem Archiepiſcopum renovarunt clerici. Papa vero non arbitratus opportunum tempus huic finiendæ, in modum coronæ Epiſcoporum ſedilia diſponi, & in medio ſuum locari præcipit .... omnibus ita reſidentibus, Petrus Romanæ Eccleſiæ diaconus propoſuit de quibus in ſynodo ſermo eſſet habendus... nempe de ſimoniaca hæreſi, de miniſtris Eccleſiaſticis & altaribus ſeu monaſteriis & parochialibus Eccleſiis, quæ a laicis tenebantur, de pravis conſuetudinibus, quæ ab eis in Eccleſiarum atriis accipiebantur, de inceſtis conjugiis & eis, qui legitimas relinquentes uxores, adulterinis nuptiis implicabantur, de monachis & clericis a ſancto propoſito & habitu recedentibus, de clericis mundiali militiæ ſtudentibus, de rapinis pauperumque injuſtis captionibus, de ſodomitico vitio & quibuſdam hæreſibus, quæ in eis pullularant partibus. Admonuit omnes, ut auxilium cum opportuno adjutorio Domno Papæ præberent, quomodo hæc zizania extipari valerent. Poſt hæc commonuit Epiſcopos ſub anathemate Apoſtolicæ authoritatis, ut, ſi quis eorum ad ſacros ordines per ſimoniacam hæreſim perveniſſet, vel præmio quemlibet ad eamdem dignitatem promoviſſet, publica confeſſione pateſacerent. Eberhardus Trevirenſis Archiepiſcopus, Halinardus Lugdunenſis, Hugo Veſontionenſis ſurgentes ab ejuſmodi culpa profeſſi ſunt ſe eſſe immunes. Guido Remenſis inducias petiit uſque in craſtinum, dicens, ſe velle privatim loqui ad Dominum Apoſtolicum. Conceſſis ei induciis, cæteri omnes ſe ab hujuſmodi ſuſpicione purgarunt, quatuor exceptis, Hugone Lingonenſi, Hugone Nivernenſi, Josfrido Conſtantienſi, Pudico Namnetenſi. Idem Diaconus interrogavit Abbates. Herimarus S. Remigii & Hugo Cluniacenſis ab ea culpa ſe congrua reſponſione purgarunt. Quidam etiam ſe congrue excuſare ſtuduerunt: alii vero nihil reſpondentes reatum ſuum occultare, quam manifeſtare, maluerunt.

Ibid. Lingonenſis Epiſcopus Harnoldum Pultarienſem Abbatem luxuriæ accuſavit, & quod excommunicatus, quia Romanæ Eccleſiæ debitum cenſum perſolvere detrectaverat, Miſſarum tamen ſolemnia celebrare præ-

Christi An. 1049. præsumpserat, excommunicationique adhuc subjacens, synodo intererat. Qui discussus, nec ab objectis se valens purgare criminibus, ab honoris sui dignitate est depositus. His ita definitis, edictum est sub anathemate authoritatis Apostolicæ, ut, si quis assidentium quempiam Ecclesiæ universalis primatem, præter Romanæ sedis antistitem, esse assereret, ibidem publica satisfactione patefaceret. Cumque ad hæc universi reticerent, lectis Patrum sententiis, declaratum est, quod solus Romanæ sedis Pontifex, universalis Ecclesiæ Primas esset Apostolicus. Post hæc Domnus Papa sub excommunicatione prohibuit, ne quis absque licentia recederet, antequam tertia lux consummaretur in celebratione concilii, conventumque dimisit.

Ibid. *Sessio secunda.* Sequenti die iidem convenere. Papa cum quibusdam secessit in oratorium sanctæ Trinitatis, ubi cum eo confessionis suæ privatum colloquium habuit Remensis Archiepiscopus. Deinde cancellarius annuit, ut idem de simoniaca hæresi rationem redderet, eum etiam de multis aliis impetens criminibus. Remensis sic interpellatus, ut sibi consiliandi facultas concederetur, expetiit, eaque impetrata, sex Episcopos convocans, cum iis mysterium habuit consilii sui, indeque reversus, ut Frollandus Sylvanectensis causam suam peroraret, a Domino Papa obtinuit. Ille dixit, Archiepiscopum non esse reum simoniacæ hæresis. Papa tunc præcepit, ut, hæc ita esse, sacramento comprobaret. Ille rursus inducias postulavit, quibus concessis, statutum est, ut medio Aprili mense, concilio, quod Romæ celebrandum erat, interesset. Post hæc Remensis Archiepiscopus jussus est in sequenti sessione proferre privilegia, quibus sibi vindicabat Derversem Abbatiam, quam Papa conquestus est a Tullensi subtractam Episcopio. Deinde Turonenses clerici per Lugdunensem Archiepiscopum querelam intulerunt super Dolensi Episcopo Britanniæ, qui se cum septem suffraganeis a Turonensi Archiepiscopo subtraxerat. Qui statim ex authoritate Apostolica vocatus est ad concilium, quod Aprili mense Romæ erat celebrandum.

Ibid. Petrus Diaconus Lingonensem Episcopum criminatur, quod Episcopalem dignitatem per simoniam obtinuerit, sacros ordines vendiderit, bellica arma contra fas ferendo homicidia perpetrarit, alieni matrimonii jura violaverit, in clericos suos tyrannidem exercuerit, sodomitico flagitio se polluerit. Quibus verbis fidem præbebant multi delatores, qui aderant, inter quos quidam clericus asseruit, quod sibi adhuc laico conjugem suam violenter abstulerat, & post perpetratum cum ea adulterium monacham fecerat. Adfuit & quidam presbyter, qui dixit, se ab eo ejus satellitibus fuisse traditum, qui multis & pudendis suppliciis excruciantes, decem libras denariorum ab eo extorserant. Lingonensis, accepta consiliandi licentia, secreto cum Lugdunensi & Vesontionensi Archiepiscopo colloquitur. Vesontionensis post hæc eum accusare volens, obmutuit, quod miraculo deputatum est. Lugdunensis surgens ait: Lingonensem Episcopum confiteri, quod sacros ordines vendiderit, & pecuniam a presbytero extorserit; eum tamen suppliciis excruciari non fecerit .... Cætera vero sibi objecta penitus negare asseruit. His dictis, Papa videns, quod nox instaret, secundum canonem synodi Chalcedonensis adversus simoniacos legi jussit, & sessio soluta est.

Ibid. *Tertia Sessio.* Sequenti die habita est tertia sessio. Petrus Diaconus a Lingonensi Episcopo requisivit, ut rationem redderet; quia synodica examinatione se subduxisse repertus est. Ter vocatus est. Sylvanectensis & Andegavensis Episcopi directi sunt ad illius hospitium, ut evocarent ad concilium. Interea interrogati sunt alii, qui nondum a simonia se purgaverant. Hugo Nivernensis Episcopus confessus est, plurimum pecuniæ pro Episcopio suo a parentibus suis datum fuisse, se tamen ignorante, eoque adepto, nonnulla Ecclesiasticæ Religioni contraria commisisse: Unde se asserebat divinæ ultionis vindictam pertimescere. Ideoque, si Domno Papæ & præsenti conventui dignum videretur, officium velle dimittere potius, quam ejus retentione animam suam pessumdare. Quæ ubi dixit, pastorale pedum ante pedes ipsius Apostolici posuit. Ille vero tanti viri flexus devotione, favente synodo, eumdem, quod absque suo consensu hæc pecunia data fuerit, sacramento comprobare fecit: sicque illi per aliud pedum ministerium Episcopale reddidit. Allatum est etiam privilegium Remensis Ecclesiæ, ex cujus lectione comprobatum est, prædictam Abbatiam pertinere ad jus Remensis Archiepiscopi. Christi An. 1049.

Redeuntes denique qui missi fuerant ad vocandum Lingonensem Episcopum, nuntiaverunt, eum, facinorum suorum metuentem discussionem, fugæ arripuisse præsidium. Lectis ea de re Patrum sententiis, universi concilii judicio excommunicationis est pœna damnatus. Vesontionensis tunc coram omnibus confessus, quomodo divina virtute silentio condemnatus sit, cum eum defendere voluisset. Papa in lacrymas compunctus dixit: Adhuc vivit S. Remigius. Tunc omnes ejus jussu prostrati cum eo ante S. Remigii sepulchrum ejusdem Sancti antiphonam devotissime cecinerunt. Constantiensis Episcopus post hæc confessus est, se ignorante, a fratre suo sibi emptum fuisse Episcopium; quod cum resciisset, voluisse aufugere, sed ab eodem violenter captum, Episcopali contra voluntatem suam esse dignitate donatum. Quod sacramento comprobare jussus, nec temnens, sic judicatus est, simoniacæ hæresis non incurrisse facinus. Denique Namnetensis confessus est, genitorem suum Episcopum fuisse civitatis, & in ejus vita donum Episcopii se percepisse, mortuoque illo subrogatum per largitionem pecuniæ. Quapropter judicio synodi, sublato annulo & pastorali pedo, privatus est pontificali ministerio, condonato ei, intervenientibus Episcopis, Presbyteratus officio.

Papa commonuit præsentes Episcopos, ut, quem suffraganeorum suorum simoniacæ pestis reum esse scirent, coram omnibus notificare non renuerent. Quibus id omnino se scire negantibus, excommunicati sunt Episcopi, qui ad synodum vocati, nec venerant, nec excusationis suæ scriptum miserant. Et cum illis eadem excommunicationis pœna damnati sunt qui, Papæ formidantes adventum, in expeditionem Regis erant profecti... Excommunicatus est etiam S. Jacobi Archiepiscopus Gallicienſis, qui contra fas sibi vindicabat culmen Apostolici nominis. Demum editi sunt duodecim canones. Ibid.

Primus. " Ne quis sine electione cleri & populi ad regimen Ecclesiasticum proveheretur... Secundus. Ne qui sacros ordines, aut ministeria Ecclesiastica, vel altaria seu Ecclesias aut emeret aut venderet: & si quis clericorum quidlibet eorum emisset, id cum digna satisfactione suo Episcopo redderet. Tertius. Ne quis laicorum Ecclesiasticum ministerium vel altaria teneret. Quintus. Ne quis pro sepultura vel baptismo sive pro Eucharistia aut infirmorum visitatione quidquam exigeret. Sextus. Ne quis clericorum arma militaria gestaret. „ Ibid. Concess.

Septimus. Ne quis clericus vel laicus usuras exerceret. Decimus. Ne quis pauperes homines rapinis vel captionibus vexaret. Duodecimus. Ne quis legitima uxore derelicta aliam duceret. Et quia novi hæretici in Galliis emerserant, eos excommunicavit, illis additis, qui ab eis aliquod munus vel servitium acciperent, aut quodlibet defensionis patrocinium illis impenderent. Pari modo damnavit sodomitas. Excommunicavit etiam comites Engelrum & Eustachium propter incestum, & Hugonem de Braina; quia legitimam uxorem dimiserat, & aliam sibi in matrimonio sociaverat. Gozfrido Andegavensi denuntiavit excommunicationem, nisi relaxaret Gervasium Cenomanicæ sedis Episcopum, quem captum tenebat. Gervasius paulo post dimissus, Widone Archiepiscopo defuncto, a Rege Francorum Henrico subrogatus est ad regimen Remensis Ecclesiæ. Excommunicavit denique illos, qui ab eadem synodo redeuntibus aliquid inferrent impedimenti. Ibid.

Sequenti die Papa venit in capitulum fratrum, eisque innotuit, se velle accelerare reditum, & societatem eorum devote petiit & accepit, suamque eis humiliter petentibus ipse largitus est, & omnes deosculatus, Apostolica benedictione sanctificavit. Egressus Episcopos & Abbates, qui nondum recesserant, convocavit, & cum eis Ecclesiam ingressus, Missarum solemnia celebrari fecit. Quibus expletis, ad S. Remigii feretrum accessit, ibique oratione completa, suppositis humeris illud inde extulit, & in statione illi decenter apparata cum divinis laudibus reposuit. Ob quartam hanc translationem literis datis ad omnes Catholicos per universam Galliam constitutos, præcepit, ut S. Remigii solemnitatem Kalendis Octobris celebrem haberent; quod etiam nunc observatur. Quid de simoniacis Abbatibus in ea synodo statutum sit, non refert monachus illius relationis author.

Christi An. 1049. Concil. tom. 6. ed. Hard. & tom. 9. Lab. Moguntinæ Synodus.

XXXI. Papa Moguntiam inde veniens, aliam ſynodum quadraginta prope epiſcoporum coram Imperatore & regni principibus celebravit. In ea Sibico Spirenſis epiſcopus, cui crimen adulterii intendebatur, examinatione ſacrificii purgatus eſt. Præterea multa ibidem ſancita ſunt ad utilitatem Eccleſiæ; præ quibus ſimoniaca hæreſis, & nefanda ſacerdotum conjugia, holographa ſynodi manu perpetuo damnata ſunt. Imperator quæſtionem propoſuit coram ſynodo de legenda vita S. Servatii Leodienſis epiſcopi & de geſtis ejus, quæ omnia, facta diligenti diſcuſſione, ut pie credenda, ſynodali decreto confirmata ſunt. Adalbertus Hamburgenſis Archiepiſcopus redux extra eccleſiam & civitatem ejecit concubinas presbyterorum.

Berengarii hereſis. Guitm. l. 1.

XXXII. Hæretici novi in Galliis emergentes, quos generatim in ſynodo Remenſi excommunicavit Papa Leo, videntur ſacramentariorum anteſignani. Berengarius Andegavenſis archidiaconus, patria Turonenſis, atque in eadem urbe ſcholæ magiſter, ſuperbia elatus, dum apud homines haberi magnus ambit, in præceps ruit: ſed cum ejus faſtui non reſponderet eruditio, deſertum ſe a diſcipulis dolens, ad eas ſe convertit opiniones, quarum novitate omnium oculos ad ſe traheret. Imprimis veritatem Dominici corporis & ſanguinis contra Evangelicam veritatem abnegare præſumpſit, aſſerens, panem & vinum in ſacrificio Domini non vere nec eſſentialiter, ſed figurate tantum converti in corpus & ſanguinem Dominicum, quod Catholicæ fidei & Evangelicæ veritati apertiſſime adverſatur, uti SS. Patres docuerunt.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Hunc errorem literis impugnaverat Hugo Lingonenſis epiſcopus ante ſynodum Remenſem, in qua propter pravos mores depoſitus eſt. Adelmannus Leodienſis eccleſiæ ſcholaſticus, & poſtea Brixienſis in Italia epiſcopus epiſtolam ſcripſit ad Berengarium, ut eum ab hæreſi revocaret. Avertat Dominus, inquit, a te ſemitas tales . . . & mendaces oſtendat, qui famam tuam tam fœda labe maculare nituntur, ſpargentes ubique . . . . quaſi te ab unitate ſanctæ matris Eccleſiæ divulſeris, & de corpore & ſanguine Domini, quod quotidie in univerſa terra ſuper ſanctum altare immolatur, aliter, quam fides Catholica teneat, ſentire videaris. Hoc eſt, ut illorum de te verbis utar, non eſſe verum corpus Chriſti, neque verum ſanguinem, ſed figuram quamdam & ſimilitudinem . . . . obſecro per miſericordiam Dei, per ſuaviſſimam memoriam Fulberti Carnotenſis, ut pacem Catholicam diligas, neque conturbes rempublicam Chriſtianæ civitatis bene compoſitam a majoribus noſtris, per quam tot millia martyrum contra idololatriam & regnum diaboli fortiter dimicantes triumpharunt. „ Demum ex verbis Chriſti docte oſtendit, Euchariſtiam eſſe vere ſubſtantialiterque corpus & ſanguinem Domini.

Biblioth. PP. max. tom. 18.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Berengarius ſibi fautores & patronos conciliare ſategit. Itaque ſcripſit Lanfranco tunc Beccenſis cœnobii priori, ac eruditionis fama percelebri: Pervenit ad me, frater Lanfrance . . . . diſplicere tibi, immo hæreticas te habuiſſe ſententias Joannis Scoti de ſacramento altaris, in quibus diſſentit a ſuſcepto tuo Paſchaſio. Hac ergo in re, ſi ita eſt, frater, indignum feciſti ingenio, quod tibi Deus non aſpernabile contulit, præproperam ferendo ſententiam... ſi hæreticus Joannes, cujus ſententias de Euchariſtia probamus, habendus tibi eſt hæreticus Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, ut de cæteris taceam. Lanfrancus, ut patebit ex dicendis, veritatem Catholicam de Euchariſtia ſemper propugnavit adverſus Berengarium: ſed Frollandus Sylvanectenſis epiſcopus, Berengarii literis ſollicitatus, ſuſcepit ejus patrocinium, eique reſcripſit, quod Henrici Galliarum regis amicitiam ei firmiter acquiſierit.

Spicileg. tom. 2.

Christi An. 1050. Act. SS. Bened. tom. 5. p. 894.

XXXIII. Berengarii hæreſis a viris doctis impugnata, ubi primum ſeſe manifeſtavit, paulo poſt damnata eſt ab omnibus eccleſiis. Leo Papa, poſtquam ad ſedem rediit, uti condixerat, Romæ ſynodum in eccleſia Salvatoris circa ſextum Nonas Majas anni milleſimi quinquageſimi celebravit cum multis epiſcopis, & B. Gerardum, Leucorum olim epiſcopum, in numero Sanctorum computandum ſtatuit. Poſtea juſſit coram omnibus recitari literas, quas ad Lanfrancum de corpore & ſanguine Domini tranſmiſerat Berengarius. Portitor quippe earum, cum eum in Normannia non reperiſſet, tradidit eas quibuſdam clericis. Quas cum legiſſent, & contra uſitatiſſimam Eccleſiæ fidem ſcriptas animadverti-

Romana Synodus.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

ſent, zelo Dei accenſi, quibuſdam ad legendum eas porrexerant. Itaque factum eſt, ut de utroque, ſcilicet Berengario & Lanfranco, mala oriretur opinio, multis putantibus Lanfrancum favere iis, quæ a Berengario amico ſuo dicerentur. Igitur cum eas a quodam clerico Remenſi Romam perlatas lector coram ſynodo recitaſſet, intellecto, quod Joannem Scotum extolleret Berengarius, Paſchaſium damnaret, communi de Euchariſtia fidei adverſa ſentiret, promulgata eſt in eum damnationis ſententia, privans eum communione ſanctæ Eccleſiæ. Papa tunc præcepit, ut ſurgeret Lanfrancus, qui vocatus ſynodo præſens aderat, & pravi rumoris maculam a ſe abſtergeret, & fidem ſuam exponeret, expoſitamque plus ſacris authoritatibus quam argumentis probaret. Itaque ſurgens, quod ſenſit, dixit, probavit, omnibus placuit, nullis diſplicuit, ſicque abſolutionis ſententiam retulit. Hæc ex ipſo Lanfranco deſcripſimus.

Christi An. 1050.

Berengarius damnatur.

Landf. comm. adv. Berenger.

Dolenſis epiſcopus cum cæteris Armoricæ antiſtibus huic ſynodo non adfuit, quemadmodum eis in Remenſi ſynodo juſſum fuerat. Quapropter Leo Papa ſequentes ad Britanniæ Principes dedit literas: " Legati Turonici adfuerunt ſynodo, veſtrates Pontifices cum ſuo capite ſe ſubtraxerunt. Nullo itaque modo probare potuimus, illum veſtrum Præſulem Archiepiſcopum eſſe debere: præſertim cum Archiepiſcopus ſine ſede civitatis, ſine pallio archiepiſcopali nequeat haberi. Excommunicamus omnes hos, de quibus ſermo eſt . . . non ſolum propter iſtam præſumptionem, qua ſubjici Turonicæ eccleſiæ dedignantur, ſed etiam propter ſimoniacam hæreſim, qua polluti ſunt, & ordinatos a ſe contaminare videntur; tali ratione, ut divinum officium non peragant, neque benedictionem tribuant. Simili etiam ſententia ab iis ordinati feriantur. „ Aulum Britanniæ ducem deinde commonet, ut ſe cum omnibus fidelibus & ſubditis ab eorum conventibus ſubtrahat. " Sin autem, inquit, excommunicatis te adjunxeris, ut illi, noſtra authoritate excommunicatus ſis. Quod ſi veſter Archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis de hoc, quod Turonicus Pontifex clamat, deque ſimoniaca hæreſi excuſare ſe rationabiliter valuerint . . . Vercellenſi concilio Kalendis Septembris, ſcilicet ejuſdem anni, futuro præſentes ſint, noſque ibi, ſi Deus permiſerit, erimus, cauſas eorum audituri. Re ipſa tunc indixit hanc ſynodum.

Leon. Pap. IX. ep. 11.

Ibid. *Rotomagenſis ſynodus.*

XXXIV. Malgerius Rotomagenſis epiſcopus Richardi II. Normanniæ ducis frater, licet luxurioſe vivendo eccleſiæ ſuæ bona diſſipaſſet, eodem tamen anno cum duobus ſuis ſuffraganeis ſynodum celebravit, quæ novemdecim canones pro reformatione morum edidit. Secundus prohibet, ne epiſcopatus a Principe, datis muneribus, ambiatur. Quartus idem ſtatuit de abbatibus. Sextus vetat, ne ſacros ordines vendant epiſcopi. Septimus. Ne ab ordinandis munera exigant. Decimus. Ut epiſcopus clericorum eccleſiæ ſtipendia aut terras laicis beneficiare minime præſumat. Decimus quartus. Ut ſacrum chriſma nullus vendere præſumat. Decimus quintus. Ut in dedicandis eccleſiis nullus coacta munera exigat. Decimus octavus. Ut pœnitentes occaſione avaritiæ gravare, aut levare nemo præſumat; ſed juxta modum culpæ, vel poſſibilitatem naturæ moderetur pœnitentias.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Berengarius erroris publice convictus.*

XXXV. Berengarius Romæ damnatus venenum ſuum ſpargere non ceſſavit. Durandus Troarnenſis abbas grandævus, religione & ſapientia præcipuus, eccleſiaſtici cantus & divini dogmatis doctor peritiſſimus, ſibi durus carnifex, aliiſque mitis opifex, qui ea ætate florebat, quid Berengario in conventu Brionenſi contigerit, ſic refert: Is autem Normannorum finibus irrepſit, & ad cœnobium, quod Præcellis nuncupatur, appulit, Catholicoque viro abbati Anfreſdo multa blaſphemus impie delatravit, quæ ipſe poſt hæc ab eo didici. In multis itaque ſubtiliter ab eodem abbate pertentatus, in multis perinde reprehenſibilis & perfidus eſt repertus. Qui inde digreſſus Guillelmum Normannorum principem feſtinus adiit, quem ſua quoque irretire perfidia ſubtiliter attentavit: verum ille, licet ætate adoleſcentiæ necdum excederet annos, tamen illum, quia Catholicæ fidei merito præditus erat & gratia, callide ſuſpendit, ſecumque, quoad Brioniam perveniret, detinuit, ubi, undique coactis Catholicis ac ſapientibus viris, ſuper ea re diſponebat conflictum haberi. Eo ergo ventum eſt, & res ſequenti die

venti-

CHRISTI AN. 1050. ventilanda proposita est. Cumque multi ex tota Normannia sapientes convenissent, præfatum hæresiarcham Berengarium cum alio quodam, quem secum adduxerat, clerico, in cujus eloquentia victoriæ sibi spem posuerat, ita coram omnibus confutarunt, atque evidenti ratione superaverunt, quatenus & silentium imponerent, verborumque, quibus fidem Catholicam tuebantur, assensum ab eis extorquerent. Confusus Carnutum petiit, & clericis illius urbis interrogantibus nihil respondit; sed mox ad eos literas dedit, errorum adversus Catholicam fidem, & maledictorum in Leonem Pontificem plenas. Quæ gesta sunt, cum instaret constituta dies concilii Vercellis postmodum habiti.

Ibid. XXXVI. Vercellensis synodus Kalendis Septembris anni millesimi quinquagesimi celebrata est, præsidente Leone Pontifice. Berengarius ad eam vocatus non venit. Lanfrancus vero Papæ præcepto & precibus cum eo remansit usque ad hanc synodum, in qua in audientia omnium, qui de diversis mundi partibus illuc convenerunt, Joannis Scoti liber de Eucharistia lectus est ac damnatus. Berengarii sententia exposita & damnata. Fides sanctæ Ecclesiæ audita, & concordi omnium sensu confirmata. Duo clerici, qui Berengarii legatos se esse dixerunt, volentes eum defendere, in primo statim auditu defecerunt, & capti sunt. Hunfridus Ravennæ Archiepiscopus ab officio suspensus est, eo quod prædia quædam Ecclesiæ Romanæ invasisset.

Vercellensis synodus damnat Berengarium.

CHRISTI AN. 1051. XXXVII. Leo Pontifex, his gestis, Leucorum civitatem revisit, & sancti Gerardi ejusdem urbis episcopi corpus cum summa gloria transtulit, & Dodoni S. Mansueti abbati privilegium concessit. Inde profectus in Germaniam cum Imperatore & multis episcopis & Principibus apud Augustam Vindelicam Purificationem Dei Genitricis anno millesimo quinquagesimo primo celebravit, Ravennatemque Archiepiscopum in gratiam recepit, postquam promisit, se, quæ invaserat, redditurum; sed paulo post mortuus est. Leo Romam reversus post Pascha synodum collegit, Gregoriumque Vercellensem propter adulterium & perjuria perpetrata, licet absentem, excommunicavit, quem tamen non multo post Romam venientem, & satisfactionem promittentem officio restituit. Constituit etiam, ut, quæcumque damnabiles fœminæ intra Romana mœnia reperirentur presbyteris prostitutæ, ex tunc & deinceps Lateranensi palatio adjudicarentur ancillæ. Clericorum incontinentia sic excreverat, ut in multis provinciis cœlibatum non observarent; sed presbyteri & diacones laicorum more uxores ducerent, suscepitosque filios hæredes testamento relinquerent. In Neustria post adventum Normannorum in tantum dissoluta erat castitas clericorum, ut non solum presbyteri, sed etiam præsules libere uterentur toris concubinarum, & palam superbirent multiplici propagine filiorum ac filiarum. Hujusmodi mos inolevit tempore Neophytorum, qui cum Rollone baptizati sunt, scilicet anno nongentesimo duodecimo, cum hanc provinciam armis occuparunt Normanni. Deinde presbyteri de stirpe Danorum literis mediocriter edocti, parochias tenebant, & arma ferentes locale feudum militari facultate defendebant.

Wibert. vit. S. Leon.

Herman. contract. in chron.

Eduard. R. chart. tom. 9. Concil. Lab. p. 1186. Eduardus Angliæ rex, defunctis Canuti liberis, in paternum regnum fuerat revocatus. Statuerat autem ad limina Apostolorum Petri & Pauli proficisci ad gratias Deo reddendas pro collatis beneficiis; sed optimates timentes, ne regnum nuper sedatum aliqua turbaretur hostilitate, Regem rogarunt, ut ab ea intentione desisteret; sed legatos Romam mitteret, qui Apostolico ejus votum, illorumque petitionem vindicarent. Factum est uti petierant. Legati Romam pervenere, dum celebraretur synodus. Cumque exposuissent Regis voluntatem & petitionem coram ducentis & quinquaginta episcopis, Apostolicus ex synodi consilio Regi rescripsit: " Ex authoritate Dei, & SS. Apostolorum & sanctæ synodi absolvimus te a peccato illius voti, pro quo Dei offensam times .... Deinde præcipimus tibi sub nomine sanctæ obedientiæ & pœnitentiæ, ut expensas, quas ad istud iter paraveras, pauperibus eroges, & cœnobium monachicum in honorem S. Petri aut novum construas, aut vetustum emendes & augeas. Eduardus, hac accepta epistola, Westmonasterienſe monasterium propter vetustatem & bella fere destructum, in integrum restituit, & post aliquot annos ejus basilicam dedicavit.

XXXVIII. Berengarius in Brionensi conventu convictus ægre ferebat, dici ab iis, qui interfuerant, quod nequiviſſet negare, Joannem Scotum esse hæreticum. Itaque scribens ad Azelinum episcopum, id negavit, eumque reprehendit, quod cum Paschasio sapiens contra naturæ rationes, contra Evangelicam & Apostolicam sententiam, Scotum haberet hæreticum. Azelinus sic ei rescripsit: " Tunc scilicet in conventu Brionensi dictum fuit, quod & nunc testificamur: Omnem Christianum debere in Pascha de mensa Dominica communicare, nisi pro aliquo crimine a se perpetrato a tam salubri sequestretur convivio: hoc autem nullo modo fiat, nisi solo præcepto confessoris sui; alioquin claves ecclesiæ annullantur. Sed, ut ad me redeam, omni re considerata, non indigne me ad prædictum colloquium convenisse credo, attuli enim mecum, quod, quamdiu vixero, adjuvante divina virtute, certum, indubitabile, nullisque eventibus violabile in sacrario cordis retinebo: panem scilicet & vinum in altari Spiritus sancti virtute per sacerdotis ministerium verum corpus verumque sanguinem Christi effici. Quod, scriptura attestante, satis evidenter probatur, si non siniſtra interpretatione temeretur. Joannem vero Scotum, nec inconsiderate, nec impie, nec indigne sacerdotio meo habeo, quem toto nisu totaque intentione ad hoc solum tendere video, ut mihi persuadeat, hoc videlicet, quod in altari consecratur, neque vere corpus, neque vere Christi sanguinem esse. Hoc autem adstruere nititur ex SS. Patrum opusculis, quæ prave exponit. Quorum illam S. Gregorii orationem hic annotari sufficiat. Perficiant in nobis tua, Domine, quæsumus sacramenta, quod continent, ut, quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Quam exponendo prædictus Joannes inter cætera fidei nostræ contraria, specie, inquit, geruntur ista, non veritate. Quod non Catholice dictum ... non ignoras: præsertim cum id sæpe in dicto colloquio non negaveris, quando eamdem orationem cum expositione sua ex Joannis libro recitavi; verum tunc, quod & nunc objecisti nobis, te libellum illius nondum ad finem usque perlegisse. Unde satis mirari nequimus te ... tantopere laudare quod ignoras ..... Cæterum cum Paschasio aliisque Catholicis non solum sapio, sed etiam veneror & amplector, verum corpus verumque sanguinem Christi a fidelibus in altari sumi sub specie panis & vini. ,, Idque probat ex ipsismet verbis consecrationis, quæ in sensu naturali clarissime veritatem Catholicam exhibent. Quæ sic accipienda evincunt circumstantiæ: Christus enim præsentibus solis Apostolis, condebat testamentum, instituebat sacramentum, & novum sacrificium Levitico subſtituebat: Debuit igitur uti verbis apertissimis, & simplicissimis, ne in rebus tanti momenti errarent fideles. Demum sic concludit: " Nunc te familiariter exoratum velim, ut ab hac perversa intentione desistas, neve nobis inauditas vanasque credulitates ingeras ... Pudeat te patrocinari librum, quem Vercellis in plenaria synodo damnatum, te quoque propter eum hæresis macula notatum, audivimus. Redi ergo, precor, ad Catholicam & Apostolicam traditionem. „

CHRISTI AN. 1052.

Azelini epistola ad Berengarium. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Cum autem tanti mali fama crebresceret, perque multos hujusmodi virus latenter & operte jam serperet, contigit, ut ad aures etiam regis Francorum Henrici perveniret. Qui consultu sui regni Pontificumque procerumque concilium Parisiis cogi decimo septimo Kalendas Novembris præcepit, ac præfatum Berengarium, ut aut sua dicta Patrum authoritate firmaret, multis sibi obnitentibus, aut si ea defendere nequiret, in Catholicam, cui obviare non posset, fidem prudenter transiret, interesse tantorum cœtui Patrum imperavit. Indicta die convenere Præsules aliique clerici; sed Berengarius malæ conscientiæ perculsus terrore, ut jussus erat, eo venire distulit, seque cum Brunone Andegavensi episcopo maxime continuit: quia & eodem errore ipse noscebatur involvi.

Durand. Troam. l. de corp. Chr. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Isambardus præsul Aurelianensis quosdam apices in scheda digestos in conspectu omnium & Regis, qui intererat, protulit. Et præcipiat, inquit, vestra sanctitas has literas a Berengario editas, si libet, recitari, quas ego quidem ab ipso nequaquam accepi; sed, cum eas suo cuidam familiari Paulo per veredarium dirigeret, violenter rapui. Quibus susceptis & ad recitandum traditis, omnium aures eriguntur; sed

Ibid. *Synodus Parisiens.*

Christi An. 1051. sed inter legendum multum repente fit murmur, & per singula absurdi sensus verba gravis instrepit fremitus. Itaque omnibus talis lectio, quoniam nequissima sordebat hæresi, vehementer displicuit. Damnato proinde communi sententia talium authore, damnatis ejus complicibus, cum codice Joannis Scoti, ex quo ea, quæ damnabantur, sumpta videbantur, concilio soluto, discessum est: ea conditione, ut, nisi resipisceret ejusmodi perversitatis author, cum sequacibus suis ab omni exercitu Francorum, præeuntibus clericis cum ecclesiastico apparatu, instanter quæsiti, ubicumque convenissent, eo usque obsiderentur, donec aut consentirent Catholicæ fidei, aut mortis pœnas luituri caperentur.

Ibid. Deodwinus Leodiensis antistes, cum indictam hanc a Rege synodum audiisset, sic scripsit ad regem Henricum. Fama... totam Germaniam pervasit.... qualiter Bruno Andegavensis episcopus, item Berengarius Turonensis, antiquas hæreses modernis temporibus introducendo, adstruant corpus Domini, non tam corpus esse quam umbram & figuram corporis Domini: legitima conjugia destruant, & quantum in ipsis est, baptismum parvulorum evertant, quos ad revincendum & publice confutandum.... ajunt, vos concilium advocasse.... O pia voluntas! quæ utinam effectum habere posset, ut in tanto sacrilegio convictos, absque ulla dilatione debita ultio consequeretur: sed desperamus, id fieri posse, cum Bruno existat episcopus.... Ergo majestatem tuam omnes exoratam vellemus, ut interim illorum impiam, sacrilegam & nefariam assertionem audire contemneretis, donec accepta Romanæ sedis audientia, damnandi potestatem haberetis. Quamquam hujusmodi homines nequaquam oporteat audire: neque tam est pro illis concilium advocandum, quam de illorum supplicio exquirendum. Tunc quippe hæretici audiendi fuerant, quando hæreses ipsæ & hujusmodi quæstiones, utpote quæ nondum ad unguem discussæ fuissent, in dubium venire potuerunt; ut per congressus certaminis patesceret, utra pars staret pro defensione veritatis. Quod idem nunc profecto fieri non oportet, quia creberrimis sanctorum Patrum conciliis, tum etiam venerabilium doctorum clarissimis sententiis, ita omnia sunt eliquata, ut ne minimum quidem resederit de omni fece dubitationis. „ Tum recitatis pluribus S. Leonis Papæ, Cyrilli, Ambrosii, Augustini, Basilii, Eusebii, Hilarii & Toletani concilii verbatim sententiis, ita perorat. " Quam ombrem Brunonem & Berengarium jam anathematizatos arbitramur. Quod si ita est, vere illis concilii audientia deneganda est, & cum vestris, cumque nostris episcopis, si ita vobis videtur, cum amico vestro Imperatore, cum ipso Papa, quæ vindicta in eos statuatur, deliberandum est. „

Regi Galliarum & episcopis aliter & merito visum est. Aperta licet esset hæresis Berengarii: Cum tamen maxima pars hominum ita sit comparata, ut Christianæ religionis mysteria, quæ humanam rationem superant, in dubium facile revocet, dum ei nova & intellectu faciliora proponuntur, necesse erat, ut synodi authoritate multi in veritate Catholica conservarentur, hæreticorumque fallaciis decepti, ab errore revocarentur. Præterea, de Brunone Andegavensi quamvis graves essent saltem propter silentium suspiciones, in judicium necdum fuerat vocatus, nec quidquam adversus eum postea statutum est.

Berengarium in tribus synodis Romæ, Vercellis, Parisiisque damnatum, a viris doctis ubique confutatum, & semper contumacem, rex Henricus jussit privari reditibus, quos ex canonicatu Turonensi hactenus perceperat. Hæreticorum more ille temporalis emolumenti jacturam gravius tulit, quam tot sententias excommunicationis, dataque ad Richardum abbatem epistola, injuriam sibi factam a Rege conquestus est. Vellem, inquit, verbum..... Regi aliquod pro me faceretis, si forte humanitatis... atque Christianitatis reputatione aliqua munificentia compensaret damnum, quod is clerico ecclesiæ suæ injustissime intulit..... si non facit, me tamen præsto habet.... ut satisfaciam secundum scripturas illi, & quibus velit: injustissime damnatum Scotum Joannem; injustissime assertum Paschasium in concilio Vercellensi: perverse & regio auditu indignissime exposuisse illi clericos Carnotenses..... sententiam de Eucharistia, quam in scriptura habent glorioſæ memoriæ Fulberti episcopi: quæ est B. Augustini. Sic hæretici episcopos & doctores accusant injustitiæ & ignorantiæ, & spernunt judicium Ecclesiæ, cujus authoritatem respuunt ut tyrannicam, dum ipsimet superbissimam exercent tyrannidem: cum enim hominum pars maxima sacras linguas ignoret, & eruditionis sit expers, ac proinde scripturarum verum sensum per se cognoscere non valeat, hæreseon duces, Ecclesiæ se substituentes, scripturarum veram interpretationem sibi vindicant, sectatoresque suos palam aliter sentire non patiuntur; sed excommunicant. Christi An. 1051.

Concil. tom. 6. ed. Hard. & tom. 9. Lab. XXXIX. Interea in Hispaniis reflorebat status ecclesiarum. Ferdinandus magnus Castellæ & Leonis rex, & Sancia regina ejus uxor ad restaurationem Christianitatis, in iis præsertim locis, ex quibus Saracenos expulerant, fecerunt concilium in castro Coyaca, in diœcesi Ovetensi, cui præsentes adfuere cum novem episcopis & totius regni optimatibus, æra 1088. id est, anno millesimo quinquagesimo. Edidere tredecim canones, quorum aliqui ad res civiles pertinent. Secundus sic habet: " Ut omnes abbates se & fratres suos, & monasteria, & abbatissæ se & moniales suas & monasteria secundum B. Benedicti regant statuta, & ipsi abbates & abbatissæ cum suis congregationibus & cœnobiis sint obedientes, & per omnia subditi suis episcopis. „ Tertius presbyterorum & diaconorum vestes in sacrificio easdem reeenset, quales nunc habent, ipsisque gestationem armorum & cohabitationem cum fœminis prohibet; jubet, ut coronas apertas habeant, barbas radant, & vestimentum competens & unius coloris habeant. Igitur vestes nigræ necdum in usu communi erant. Quartus. " Ut archidiaconi & presbyteri, sicut sacri canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, incestuosos, fures, homicidas, maleficos.... & si pœnitere noluerint, separentur ab Ecclesia & a communione. „ Sextus. Ut omnes Christiani die sabbati advesperascente ad ecclesiam concurrant, & Dominica, Matutina, Missas & omnes horas audiant, opus servile non exerceant, nec sectentur itinera... „ Undecimus. Ut Christiani per omnes sextas ferias jejunent. Duodecimus. " Ut, si quilibet homo pro qualicumque culpa ad ecclesiam confugerit, non sit ausus aliquis eum inde violenter abstrahere, nec persequi infra dextros ecclesiæ, qui sunt triginta passus; sed sublato mortis periculo & corporis deturpatione, faciat quod lex Gothica jubet. Qui aliter fecerit, anathema sit, & solvat episcopo mille solidos purissimi argenti. „ *Coyacensis synodus.*

Spelman. XL. In Scotia rex Machetad Romam devotionis causa profectus, argentum spargendo distribuit, ecclesiasticasque leges redux promulgavit, quarum præcipuæ sunt: Christo initiatum ad profanum judicium non vocato: comparentem non judicato, sed ad sacros antistites remittito. Decimam partem terræ nascentium pastoribus ecclesiarum libere conferto, Deumque semper votis & oblationibus consuetis adorato. Qui Pontificis authoritatem per annum execratus contempserit, neque se interim reconciliaverit, hostis reipublicæ habetor: qui vero duobus annis in ea contumacia perseveraverit, fortunis omnibus mulctator.

Alford. annal. eccl. Anglic. ad an. 1048. In Anglia dominante Godwino comite, cujus potentiam timebat rex Edwardus, vir timidus ac animi mollioris, multa contra jus fasque fiebant. Monasteria tunc monachis viduata sunt, quorum bona invadebant sæculares, prava judicia a perversis hominibus commissa sunt. Jam a tempore regis Ethelredi cœperant abbates in Regum curiis clarius agnosci, & indies contingebat, Regum ministros, per monachos, dignitatum & prælaturarum nimium ambitiosos, variis xeniis, blanditiis & salutationibus abundantius honorari, ita ut nulla electio Prælatorum esset mere libera & canonica; sed omnes dignitates tam episcoporum quam abbatum per annulum & baculum Regis curia pro sua complacentia conferebat. Qui mos in Italia & in multis aliis provinciis invaluit: hinc prælaturæ per simoniam ex utraque parte consummatam conferebantur. Quæ res postea inter Romanos Pontifices aliosque Principes fuit magnarum dissensionum materia. Imperatores enim & Reges jus conferendi prælatis regalia, seu baronias & comitatus, annexa beneficiis relaxare nolebant, illudque jus legitimum prætendentes, etiam beneficia pro libitu conferebant. Pontifices autem simoniam abolere cum vellent, Principes ecclesiasticis regalia conferre non sinebant, eo quod sub eorum prætextu invaluisset simonia, & canonicæ tollerentur electiones.

Christi An. 1052. Wibert. in vit. S. Leon. Hand. l. 2. Metrop. Salisb.

XLI. Leo Pontifex maximus ab Andrea rege Hungariæ pro pace cum Imperatore constituenda vocatus, Ratisponam venit anno millesimo quinquagesimo secundo; sed cum ejus preces non audiisset Imperator, Hungariæ subjectionem perdidit. Papa S. Wolffgangum in numerum Sanctorum retulit, similiter & S. Erhardum. Deinde cum Imperatore multisque episcopis & Principibus Wormatiæ Domini Natalem egit: ubi, sicut dudum cœperat, Fuldensem abbatiam aliaque nonnulla loca & cœnobia, quæ S. Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore reposcens exegisset, Imperator ei pro Bamberga, Fulda aliisque in Germania locis Beneventum in Apulia dedit.

Leo Ostiens.

Witichind. l. 1. & Ditamar.

Eodem anno Gallos inter & Germanos orta est controversia de corpore S. Dionysii martyris, primi Parisiensis episcopi. Illius ea fuit occasio: Regnante in Galliis Carolo Simplice, Henricus Auceps, Germaniæ rex, cum exercitu Rhenum transierat, ut dilataret Imperium. Carolus Simplex e regno pulsus, ad eum misit legatum, qui dixit: Hoc tibi signum fidei & veritatis transmisit Carolus, protulitque de sinu suo manum martyris Dionysii, auro gemmisque inclusam. Hoc, inquit, habeto signum fœderis perpetui & amoris vicarii. Rex munus illud cum omni gratiarum actione suscipiens, prostratus, sanctas reliquias veneratus est. Monachi Ratisponenses inde corpus S. Dionysii integrum apud se repertum publicarunt, dum hoc anno S. Leo in Germania ageret. Confinxerunt præterea Leonis Papæ literas, quibus eis S. Dionysii corpus attribuit, quas esse commentitias viri docti pluribus demonstrarunt: in iis enim dicitur, causam illam diutissime ventilatam, licet mirum sit apud omnes illorum temporum scriptores de ea re silentium. Asseritur per Arnulphum Imperatorem ossa S. Dionysii in S. Emmeramni monasterium esse translata. Antiqui tamen Germaniæ scriptores dicunt, tantum manum S. Dionysii Henrico Aucupi datam, idque post Arnulphi tempora. Demum Papa dicit, se tam Imperialibus, quam Papalibus literis instructum, quæ tamen numquam visæ fuerint, & tacet de reliquiis S. Dionysii, quæ Pipini regis tempore Stephano Papæ concessæ fuere. Plura suppositionis argumenta refert Carolus Dubois libro decimo historiæ ecclesiasticæ Parisiensis, capite quinto.

Herman. contract.

Leo Papa, postquam obtinuit ab Imperatore auxilia adversus Normannos jura omnia confundentes, rediit in Italiam, Mantuæque egit quinquagesimam, ibique synodum celebrare cum tentasset, perficere non potuit, orto quippe tumultu, quidam e suis occisi sunt. Papa sanctum Christi cruorem, qui ibidem asservari dicebatur, impetrare voluit, ut transferret Romam; populus autem, ut eum retineret, in seditionem versus est. Ejus zelum Leo laudavit, & novam S. Andreæ ecclesiam licet non plane absolutam dedicavit, ac modica pretiosi thesauri particula reverenter accepta, quæ nunc in ecclesia S. Joannis Lateranensis asservatur, reliquum cum corpore S. Longini in præparatum ad id locum reposuit; quod, ne aliqua barbarorum incursione auferri contingeret, episcopus Conon post biennium rursum sub terra infra fornices abdi jussit, marmoreumque altare desuper imposuit.

Bolland. 19. Apr. in comment. præv. num. 23.

Christi An. 1053. *Romana synodus.*

XLII. Papa Romam reversus post Pascha anni millesimi quinquagesimi tertii synodum celebravit. In ea pallium Dominico Gradensi patriarchæ concessit, atque, ut crucem ante se deferret, episcopisque Venetiæ & Istriæ sic scripsit: " Judicio totius synodi hoc definitum fuit, ut nova Aquileja totius Venetiæ & Istriæ caput & Metropolis perpetuo haberetur, secundum quod evidentissima prædecessorum nostrorum adstruebant privilegia. Forojulienſis vero antistes tantummodo finibus Longobardorum esset contentus... Quod ei pro magno concessimus, quia quater jam vocatus a nobis, nec venit, nec se excusavit. Cum Gradensis, id est, novæ Aquilejæ patriarcha quinquies nostræ synodo, etiam non vocatus, interfuerit. Unde monendo mandamus & præcipimus vobis ex parte Dei & nostra, ut præfato Gradensi patriarchæ successoribusque ejus in omnibus secundum jura canonica obedientes sitis, sicut Primati vestro & Patriarchæ esse debetis. „ Itaque Aquilejensis patriarchatus in Gradensem, non vero Gradensis in Venetum tunc translatus est, ut quidam male opinantur. Hæc epistola data est indictione sexta, id est, anno millesimo quinquagesimo tertio.

Leon. P. epist. 2. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Gradensis patriarcha.

Basilicæ Vaticanæ pro luminaribus & pro ejusdem reparationibus concessit decimam oblationem. Demum ad Auximunos dedit literas, quibus prohibuit sub pœna excommunicationis, ne quis demortui episcopi domum diriperet, & multo minus incenderet, vel ecclesiæ bona vastaret; Udonem etiam primicerium sibi charissimum, successorem suum in Tullensi sede delegit, postulatoque Imperatoris consensu, consecravit. Papa post hæc cum exercitu movit adversus Normannos; sed cæsis ad internecionem ejus copiis, ipseque captus, Beneventum honorifice perductus est. Normanni vero, quos ab excommunicatione absolvere compulsus est, totam Apuliam & Calabriam aut vi vel deditione receperunt.

Christi An. 1053. Leon. P. epist. 10. S. Leon. vit. Apul. l. 2. Leo Papa pacatur.

Leo Papa, dum Beneventi detinetur, duas epistolas scripsit ad Africanos episcopos, qui inter se dissidebant: Gummitanus enim episcopus sine consensu Metropolitani Carthaginensis episcopos ordinare, & concilia provincialia indicere præsumebat. Huic obsistebant Petrus & Joannes episcopi, qui ea de re scripserunt ad S. Leonem, quibus sic rescripsit: " Decus ecclesiarum Africanarum ita conculcatum a gentibus nimium dolemus, ut modo vix quinque inveniantur episcopi, ubi olim ducenti quinque solebant per concilia plenaria computari, & ibi paucu-las oves quotidianæ occisioni deputatas remansisse, ubi quondam innumerabilis grex Domini sub numerosis arietibus exultabat alta pace: sed hæc peccatis nostris imputantes, & justitiam Creatoris collaudantes timeamus.... Recte contra Gummitanum episcopum dignitatem Carthaginensis ecclesiæ defendistis; quia sine dubio post Romanum Pontificem primus Archiepiscopus & totius Africæ maximus Metropolitanus est Carthaginensis episcopus, nec pro aliquo episcopo in tota Africa potest perdere privilegium semel susceptum a sancta Romana & Apostolica sede.... nec quicumque sit ille Gummitanus episcopus, aliquam licentiam consecrandi episcopos, vel deponendi, seu provinciale concilium convocandi habet sine consensu Carthaginensis Archiepiscopi, cujuslibet dignitatis ac potestatis sit. Tantummodo procurabit ille Gummitanus episcopus quæ ad propriam parochiam pertinent: cætera autem, sicut & alii episcopi Africani, concilio Carthaginensis episcopi aget, qui solus in Africa pallium ab Apostolica sede habere solet..... sed hoc vos non lateat, non debere præter sententiam Romani Pontificis universale concilium celebrari, aut episcopos damnari, vel deponi: quia etsi licet examinare, definitivam tamen sententiam absque consultu Romani Pontificis non licet dare. „ Eadem scripsit ad Thomam episcopum Africanum. Datæ sunt decimo sexto Kalendas Januarii, indictione septima, id est, anno millesimo quinquagesimo quarto.

Christi An. 1054. Leon. P. epist. 3. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

XLIII. Petrus Antiochenus patriarcha Leoni Papæ ibidem commoranti misit epistolam cum sua fidei confessione, ejus communionem expetens; cui Leo rescribens, postquam gratulatus est de sua erga sedem Apostolicam observantia, hæc addit: " Noveris, nos tuam promotionem taliter approbare, si non hanc neophytus, aut curialis, seu bigamus, vel pretio, vel alio quolibet modo sacris canonibus contrario obtinuisti. Sane fidem tuam, quam proprio scripto summæ & Apostolicæ sedi exposuisti, sanam & Catholicam atque orthodoxam per omnia protestamur, & sicut vere unicam & salutarem amplectimur, & tuæ dilectioni vehementer congratulantes in Domino, eamdem nostram esse devoto corde & prompto ore confitemur.„ His subjicit suam fidei professionem, in qua recipit septem priora concilia œcumenica, eorumque definitiones; octavi vero non meminit, fortassis, quia in eo de causa personali tantum agebatur. Papa Beneventi permansit usque ad mensis Martii duodecimum diem anni millesimi quinquagesimi quarti; ibique infirmatus, vocato comite Hunfrido Normanno, ab eo Capuam usque deductus est: ibi duodecim dies remoratus, accersito abbate Cassinensi sui itineris socio, Romam reversus est, instante paschali solemnitate. Imperator eodem anno, convocato apud Triburiam conventu, filium suum Henricum Germaniæ regem eligi fecit.

Ibid.

Leo Ostiens. l. 2. c. 88.

XLIV. Hisce temporibus clericorum incontinentia & simonia quantum invaluerint, S. Petri Damiani opera demonstrant, in quibus adversus hæc vitia ut plurimum invehitur, iisque remedium afferre tentat. Ejusdem generis opusculum misit ad Leonem Romanum Pontificem, quem hortatur, ut impudicos cleri-

Christi An. 1054. clericos coerceat, atque a ſacris ordinibus removeat. Ibidem duplicem eorum abuſum circa pœnitentiam ſic manifeſtat ac coarguit: " Quidam, inquit, hujus criminis veneno ſatiati, dum quaſi ad cor redeunt, ne reatus ad aliorum notitiam prodeat, inter ſe invicem confitentur, & dum hominum faciem erubeſcunt, qui reatus authores exiſtunt, ipſi judices fiunt, & indiſcretam indulgentiam, quam ſibi quiſque affectat impendi, gaudeat alteri vicaria permutatione largiri. Unde fit, ut & magnorum criminum pœnitentes ſint, & tamen nec ora jejunio pallent, nec corpora macie contabeſcunt, & dum nullo modo venter ab immoderata alimentorum perceptione reſtringitur, in ardorem conſuetæ libidinis animus turpiter inflammatur. Quo fit, ut, qui commiſſa necdum fleverat, adhuc deterius lugenda committat . . . . „ Præterea ejuſmodi luxurioſi clerici apocryphis quibuſdam canonibus confidentes, invicem ſibi leviores imponebant pœnitentias. " Sed quoniam, inquit, quædam næniæ ſacris canonibus reperiuntur admixtæ, in quibus perditi homines vana præſumptione confidunt, ex ipſis aliquas hic apponimus, ut non ſolum eas, ſed & omnes alias ſimiles, ubicumque repertæ fuerint, falſas & omnino apocryphas liquido demonſtremus. Dicitur enim inter cætera: Presbyter, non prolato monachi voto, cum puella vel meretrice peccans, annos duos & tribus quadrageſimis, ſecunda, quarta, & ſexta feria & ſabbato ſemper cum ſicco pane pœniteat: ſi cum ancilla Dei aut maſculo, addatur jejunium, id eſt, quinque annos, ſi in conſuetudine eſt; ſimiliter diaconi . . . . Et quis tam hebes, quis tam inſanus reperiri valeat, qui duorum annorum pœnitentiam deprehenſo in fornicatione presbytero idoneam credat? ſi quis enim quantulamcumque ſcientiam canonicæ authoritatis attigit, ut diſtrictiora judicia taceamus, quia lapſo in fornicatione presbytero ſaltem decem annorum pœnitentia decernatur, agnoſcit. „ His alia plura ſubjungit exempla, quæ ut diſciplinæ laxamenta ſevere reprehendit, & tamen a multis ut immodicæ auſteritatis deliramenta haberentur. Leo ei reſcribens, ejus zelum laudat & pietatem, temperamento tamen utendum putat, haud dubie propter peccantium multitudinem. Eos igitur, qui minus graviter peccarunt, vel brevi tempore, vel cum paucioribus, in ſuo gradu manere permittit; alios vero a ſuis ordinibus removeri jubet.

Petr. Damian. opuſc. 7. cap. 7. Adverſus falſam clericorum incontinentium pœnitentiam

Ibid. c. 10.

c. 11.

Ibid.

XLV. Eadem tempeſtate Græcorum ſchiſma conſummatum eſt, atque etiamnum perſeverat. Michael Cerularius patriarcha Conſtantinopolitanus & Leo Achridæ Metropolitanus in Bulgaria adverſus latinam eccleſiam ſcripſere Joanni Tranenſi epiſcopo in Apulia, qui poſtea cum Græcis colludens, a Nicolao Papa II. depoſitus eſt. Occidentales ſugillabant, quod in Azymis vivificum Deo offerrent ſacrificium, quod in fermento Chriſtum inſtituiſſe contendebant. Secundo. Judaizarent in quadrageſima, quia ſingulis quadrageſimæ ſabbatis jejunabant. Tertio, Suffocatis & ſanguine veſcerentur; demum quadrageſimæ tempore non cantarent Alleluja. Sic autem concludebant: Azyma & cuſtodias ſabbatorum projicite miſeris Judæis; ſimiliter & ſuffocata barbaris gentibus, ut fiamus puri in recta & immaculata fide, & unus grex unius paſtoris Chriſti, Hæc homo Dei, multoties ipſe agnoſcens docuiſti, & correctus iis ſcripſiſti, qui ſimilem haberent conſuetudinem . . . . Ut autem habeas ſalutem animæ tuæ, mitte principibus ſacerdotum & ſacerdotibus, & adjura, ut ſe ipſos & Dei populum corrigant. Hoc ſi feceris, rurſus tibi perfectiora ſcribam. Hæc epiſtola Trani cum fuiſſet exhibita Humberto eccleſiæ ſylvæ-candidæ epiſcopo, eam latine tranſtulit, & Papæ Leoni detulit, qui longioribus literis confutavit ejuſmodi præſumptiones. Initio quidem multa de pace diſputat, atque adverſus ejus infractores invehitur. Tum ſic eos alloquitur: " Quia tu, chariſſime, nobis, & adhuc dicende in Chriſto frater & antiſtes Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, tuque, Leo Achridane dicimini Apoſtolicam & latinam eccleſiam nova præſumptione nec auditam nec convictam palam damnaſſe, pro eo maxime, quod de azimis audeat commemorationem Dominicæ paſſionis celebrare . . . Ecce jam poſt mille ferme viginti a paſſione Salvatoris noſtri annos incipit per vos diſcere Romana Eccleſia, qualiter memoria paſſionis ejuſdem ſit recolenda: quaſi nihil ei contulerit præſentia, converſatio

Apud Baron. an. 1053.

Wibert. in vit. Leon. P.

Leon. P. epiſt. 1.

Leo Papa confutat Græcorum calumnias

& diuturna inſtitutio, ſeu qua clarificavit Deum, mors pretioſa venerabilis illius ſenis, cui ſpecialiter Chriſtus Filius Dei vivi dixit: Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis. Non ergo perpenditis, quanta impudentia dicatur, Pater, qui in cœlis eſt, abſcondiſſe a Principe Apoſtolorum Petro cultum, ſeu ritum viſibilis ſacrificii per diſpenſationem Unigeniti ſui, cui per ſemetipſum pleniſſime revelare dignatus eſt illud ineffabile arcanum inviſibilis dignitatis ejuſdem Filii ſui? & cui proprio ore Dominus ſic repromittit: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Illius capiti vos ſatagitis ſubtrahere Chriſtum Jeſum, præter quem nemo poteſt univerſali Eccleſiæ aliud ponere fundamentum. „

Christi An. 1054.

Matt. 16. c. 6.

Ibid.

" Taliter ſancta Eccleſia, ſuper petram, id eſt, Chriſtum, & ſuper petram vel Cepham filium Joannis ædificata, quia inferi portis, diſputationibus ſcilicet hæreticorum, quæ vanos ad interitum introducunt, nullatenus foret ſuperanda. Sic pollicetur ipſa veritas . . . Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Cujus promiſſionis effectum ſe precibus impetraſſe a Patre idem Filius proteſtatur, dicendo ad Petrum: Simon, ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Erit ergo quiſquam tantæ dementiæ, qui orationem illius, cujus velle eſt poſſe, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne a ſede Principis Apoſtolorum, Romana videlicet Eccleſia, tam per eumdem Petrum, quam per ſucceſſores ſuos, reprobata & convicta, atque expugnata ſunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ hactenus nec defecit, nec uſque in finem deficiet, confirmata.„ His ſubjicit errores & ſchiſmata Patriarcharum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, quæ viriliter expugnavit & ſuffocavit Romana ſedes.

Ibid.

Inde veniens ad temporalem poteſtatem ſedis Apoſtolicæ, refert Conſtantini donationem, qua Sylveſtro Papæ, ejuſque ſucceſſoribus ornamenta Imperialia, & totius Occidentis Imperium tradit atque perenniter poſſidenda concedit. Hanc autem ſuppoſititiam jam dudum cum Baronio fatentur omnes periti . . . . Infra Græcos reprehendit, quod eunuchos ad patriarchatum Conſtantinopolitanum contra canones promoverint; unde contigit, ut rumor percrebuerit, hanc ſedem tenuiſſe fœminam, cujus ſceleris enormitas id credere non permittit; ſed inde evidenter colligitur, Joanniſſæ papiſſæ fabulam necdum fuiſſe confictam, quam tamen ducentis annis ante Leonem IX. ſediſſe mediam inter Leonem IV. & Benedictum III. fingunt ejus authores. Alioquin crimen incertum, imo falſum, Græcis objicere non auſus eſſet, ſi eodem ſcelere vere Romana ſedes macularetur.

Ibid.

Infra, Latini præ Græcis quam moderate ſe gerant, ſic probat: " Ut fertur, omnes Latinorum baſilicas penes vos clauſiſtis, monachis monaſteria & abbatibus tuliſtis, donec veſtris viverent inſtitutis. Ecce in hac parte Romana Eccleſia, quanto diſcretior, moderatior, & clementior vobis eſt? ſiquidem, cum intra & extra Romam plurima Græcorum reperiantur monaſteria ſive eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur a paterna traditione, ſive ſua conſuetudine, quin potius ſuadetur & admonetur eam obſervare . . . . . Scit namque noſtra Eccleſia, quia nihil obſunt ſaluti credentium diverſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando una fides per dilectionem operans bona, quæ poteſt, uni Deo commendat omnes. „ Demum pleniorem ad eorum objecta de azymis promittit reſponſionem.

Ibid. c. 29.

Conſtantinus Monomachus Imperator veluti pacis ſequeſter Romanam inter & Græcam eccleſiam literas dedit ad Leonem Papam, ut ejus opera Germanici & Itali junctis copiis cum græco exercitu, Normannos ex Italia ejicerent. Michael Cerularius ejuſdem juſſu exhortatorias ad concordiam & unitatem Papæ ſcripſit literas, quas, priuſquam a Normanniis caperetur, recepit. Leo reſcribens eum laudat, quod eccleſiarum pacem procurare curet, hortatur, ut Romanam defendat Eccleſiam, belli ſocietatem promittit, de arrogantia Michaelis Conſtantinopolitani conqueritur. Noverit, inquit, tua claritas ſuper præſumptionibus ejus multa & intolerabilia jam dudum perveniſſe ad aures noſtras:

Leon. P. epiſt. 7.

Christi An. 1054. qualiter etiam aperta persecutione in latinam ecclesiam exardescens, anathematizare non timuit omnes, qui sacramenta attrectant ex azymis, & quod Alexandrinum & Antiochenum patriarchas antiqua dignitate sua privare contendens, contra fas & jus sibi subdere nova ambitione appetit; in quibus, si, quod absit, pertinax fuerit, pacem nostram retinere nullo modo poterit. „ Demum nuntios suos ei commendat, ut eos benigne suscipiat, audiat & remittat. Aliis literis Michaeli Cerulario gratulatus, quod Græcos Latinis conciliare studeret, de iisdem præsumptionibus eum arguit, & Christum in azymis consecrasse contendit: " Quia, inquit, qui non venerat solvere legem, sed adimplere, juxta ipsius legis præceptum, ex azymis & vino vetus Pascha adimplevit, & protinus ex azymis & vino novum, sicut aperte Lucas narrat, discipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermentum apparebat in omnibus finibus Israel, & apud quemcumque inveniebatur, peribat anima ejus de populo suo. „ Datæ sunt mense Januario, indictione septima, ac proinde anno millesimo quinquagesimo quarto. Has detulere legati Apostolici, Petrus Amalfensis Archiepiscopus, Humbertus sylvæ-candidæ episcopus, & Fridericus Romanæ Ecclesiæ diaconus & cancellarius, Godefridi Lotharingiæ & Tusciæ ducis frater, qui postea fuit Romanus Pontifex.

Wibert. vit. Leo Pap. Bolland. 19. Apr. *Mors S. Leonis Papæ IX.*

Hujusce rei exitum non vidit Leo Papa. Paucis diebus postquam Romam rediit, ejus languoris invalescente molestia, cum supremum diem sibi instare divinitus cognovisset, lectica subvectus oratorium S. Petri ingressus est. Dein delatus in vicinam episcopii domum, visitatus est frequentia fidelium; quorum pia consideratio perpendens, non diutius eum retinendum carnis ergastulo, decrevit, ut, quoniam plures episcoporum, abbatum, cæterorumque fidelium turbæ confluxerant, eis præsentibus ungeretur sacri olei liquore, quo vehementer exhilaratus, munitusque Dominici corporis & sanguinis communione migravit ad Deum, die decima Kalendas Majas anno ætatis quinquagesimo, Christi millesimo quinquagesimo quarto. Romæ sedit annis quinque, duobus mensibus, & novem diebus: temporum notam in publicis actis designavit per annos Incarnationis: quem ritum retinuere plures ejus successores: illum postea intermissum restituit Eugenius Papa IV., eumque transmisit suis successoribus, qui fere semper in suis rescriptis eam notam temporariam adhibuere.

Ejus sanctitas eximia fuit, psalterium singulis diebus recitabat, Missæque sacrificium offerebat. Quamdiu Romæ versatus est, tribus per hebdomadam diebus, a Lateranensi ecclesia ad S. Petri basilicam, privato habitu nudisque pedibus, cum duobus aut tribus clericis, psallendo & orando pergebat. Humi cubabat cilicio ad carnem indutus. Quamvis esset eruditissimus, sacra studia jugiter colebat, nec linguam græcam addiscere prope quinquagenarius dedignatus est, ut scripturam sacram græce legere ac intelligere posset, quo facilius cum Græcis ageret, eosque refelleret. Multis post obitum miraculis clarus sacris Ecclesiæ fastis adscriptus est. Ejus corpus primo juxta sepulchrum S. Gregorii Papæ in ecclesia S. Petri conditum est. Deinde propter miracula sub proprio altari, Pauli Papæ IV. jussu, die decima septima Januarii, anno millesimo sexagesimo sexto in novum templum processionali pompa delatum, sub ara ritu solemni collocatum est. Romana sedes per annum vacavit.

Humbertus Michaelem CP. confutat. Apud Baron. tom. 11. p. 680.

XLVI. Romanos legatos honorifice suscepit Constantinus Imperator. Michaelis Cerularii & Leonis literas ad Joannem Tranensem confutavit Humbertus, dum hic commoraretur: suum opus sic inscripsit: Responsio fratris Humberti ecclesiæ sylvæ-candidæ episcopi, instar dialogi ab ipso latine conscripta, & jussu Imperatoris Constantini Monomachi græce edita, sub nominibus Constantinopolitani & Romani, anno millesimo quinquagesimo quarto. Primus Michaelis Cerularii epistolam per partes proponit, alter ei respondet. Hos initialibus literis designabimus: C P. primo objicit de azymis & sabbatis. " Quæ, inquit, mystice indecenter custoditis, & Judæis communicatis. R. respondet: Alienum a charitate videri, quod, cum plurimi sint in Orientis partibus hæretici, quorum nec colloquia nec convivia, seu cum iis orare devitent, solam occidentalem ecclesiam devitent ut abominabilem, eique & primæ sedi Apostolicæ suam opinionem ingerere præsumant. Dein prolatis veteris testamenti testimoniis, quibus Deus Judæis præcipit, ut a die decima quarta primæ lunæ usque ad vigesimam primam azymis vescantur, & prohibet, ne fermentatum in domibus suis retineant, nec ullum opus faciant die sabbati, ex his recte concludit, quod Latini non judaizent, siquidem iisdem diebus azymis non vescuntur, sed fermentatum comedunt, & diebus sabbati omne opus faciunt, licet ex traditione Apostolica jejunent, sicut & in proxima feria sexta, & nihil eorum observent, quæ ibidem Judæis præscripta sunt. Immo potius Græci cum Judæis communicent, qui cum ipsis etiam in quadragesima sabbati diebus solvunt jejunium, & epulantur. Christi An. 1054.

CP. Christum in fermento consecrasse contendit, quia legitur in Evangelio, Jesus accepit panem: panis autem græce dicitur ἄρτος, artos autem interpretatur elevatus & sursum portatus a fermento & sale . . . . R. rejicit hanc arbitrariam etymologiam, siquidem azymus panis in veteri testamento dicitur ἄρτος Græci plurimum urgebant testimonium Joannis Evangelistæ, qui ait, ante diem festum Paschæ Christum lavasse pedes discipulorum, quam ceremoniam excepit institutio Eucharistiæ, & addit, quod die sequenti Judæi non introierint in prætorium Pilati, ne contaminarentur, sed ut manducarent Pascha, scilicet agnum paschalem, ut ipsi interpretabantur, qui dies primus erat azymorum, unde concludebant, Christum ante Judæos manducasse Pascha seu agnum paschalem: ac proinde ante diem azymorum, & consequenter eum consecrasse in pane fermentato. R. respondet, Evangelistas non esse sibi invicem contrarios, sed perfecte concordantes. Itaque cum dicat Matthæus: Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha. At Jesus dixit: Ite in civitatem, ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Jesus, & paraverunt Pascha. Vespere autem facto discumbebat cum discipulis suis. Quod sic confirmat Marcus. Et primo die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha . . . Et abierunt discipuli . . . & paraverunt Pascha. Vespere autem facto venit cum duodecim, & discumbentibus illis. Igitur secundum Evangelistas primo die azymorum, quo Judæi immolabant Pascha seu agnum paschalem, Jesus adimplens legem, misit duos e discipulis suis, qui Pascha præpararent, & vespere facto Christus cum discipulis Jerosolymam veniens illud comedit: eodemque die, priusquam sol occideret, lavit pedes discipulorum, ac proinde ante festum Paschæ, qui dies festus tantum decimo quinto inchoabat. Judæi vero die sequenti non introierunt Pilati prætorium, ne voluntarie contaminarentur, si in domum gentilis intrarent, & comederent Pascha, seu azymos panes, quibus vesci per septem dies tenebantur, qui dies azymorum dicebantur Pascha. Recte etiam dicitur, quod, cum Christi accusatores essent de genere sacerdotali vel Levitico, non introierint in prætorium Pilati, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha, id est, carnes boum, qui eo die sub vesperam immolabantur. Ibid. Matt. 26. Marc. 14.

Ritui græco quantum præstet Latinus, sic demonstrat Humbertus. Panis fermentatus parvo situ efficitur mucidus: quod rarissime incurrit azymus, utpote planus & solidus . . . . Occidentales a ministris sacri altaris in secretario confectum offerunt azymum, quod ex grano frumenti, & limpida lympha per ignem fuerit præparatum. Græci vero pretio fermentatum a quocumque præparatum, etiam a publicis negotiatorum tabernis emptum panem ad Dominicam mensam transferebant . . . sanctificatumque panem in calice intritum cum cochleari sumere consueverant. Quod utique Christus non fecit; sed sicut, inquit, Romana Ecclesia usque nunc observat, panem integrum benedixit, & fractum singulis particulatim distribuit, dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Quibus, postquam cœnatum est, calicem porrexit, dicens, Bibite ex eo omnes. Quem etiam morem retinet ecclesia Hierosolymitana .... Nec, quomodo Græci, habet lanceam ferream, qua scindat in modum crucis ipsam oblationem. Græcis objicientibus vetera transiisse, respondet Romanus; si vetera non proficiendo, sed Ibid.

Christi An. 1054. do, sed deficiendo transierunt; unde vobis templum, altare, sacrificium, candelabrum, cortinæ, sanctum chrisma, & thymiama, aspersionis aqua, thuribulum, & cætera sancti ministerii vasa seu ornamenta, aut vestimenta sacerdotalia? unde vobis encœnia, Pentecoste & Pascha, seu quadragesima? unde vobis Pontifices, sacerdotes & Levitæ, ac reliqui ecclesiastici gradus ex ordine. Unde primitiæ & decimæ. Postremo, unde vobis dilectio Dei & proximi ac reliqua mandata decalogi? Quia ergo secundum vos sic nova facta sunt, ut vetera omnia sint relicta, & per Christum maledicta, abjiciamus procul ab ejus ecclesia quæ supra diximus omnia.

Demum Græcorum quosdam abusus intolerandos reprehendit, scilicet conjugia presbyterorum, & quod communionem vel etiam baptismum mulieribus prægnantibus, etiam in periculo mortis denegarent, parvulos ante octavum diem non baptizarent, monachis ægrotantibus carnes comedere non permitterent.

Wibert. in vita Leon. II. Pap. Fridericus quoque diaconus & Romanæ Ecclesiæ cancellarius invective respondit quibusdam objectionibus, quas iisdem de rebus ediderat Nicetas monachus Studita, qui & Pectoratus, contra latinam ecclesiam: quem libellum titulaverat de azymo, de sabbato, & de nuptiis sacerdotum. Quæ invectio græce translata publice coram Imperatore recitata est. Uterque scribit asperius, allegatque plures authoritates apocryphas. Hic libellus sub Humberti nomine vulgo laudatur. Nicetas ab Imperatore coactus est damnare & comburere sua scripta: habitaque disputatione apud monasterium Studii in urbe Constantinopolitana, a legatis accipiens perfectam propositionum suarum solutionem, iterum sponte anathematizavit omnia dicta & facta vel tentata adversus primam & Apostolicam sedem, sicque ab eis in communionem receptus, effectus est eorum familiaris & amicus. Michaele autem Constantinopolitano episcopo præsentiam legatorum & colloquium devitante, atque in stultitia sua perseverante, præfati nuntii Domni Apostolici adierunt ecclesiam S. Sophiæ, & super obstinatione illius conquesti, clero ex more ad Missas præparato, jam hora tertia, die sabbati, excommunicationis chartam super principale altare posuerunt sub oculis præsentis cleri & populi. Inde mox egressi etiam pulverem pedum suorum excussere in testimonium illis, proclamantes: Videat Deus, & judicet. Hinc ordinatis ecclesiis Latinorum intra ipsam Constantinopolim, & anathematizatis cunctis, qui deinceps communicarent ex manu Græci Romanum sacrificium vituperantis, accepta orthodoxi Imperatoris licentia, in osculo pacis, cum donis Imperialibus S. Petro sibique collatis, alacres cœpere reverti decimo quinta Kalendas Augusti.

Ibid. XLVII. Legati post biduum nimia instantia precum Michaelis, spondentis tunc demum se conflictaturum cum eis, Imperator a Selymbria literis suis eos revocavit. Qui festinantes reversi diverterunt ad palatium Pigi. Quos Michael comperiens rediisse, quasi ad concilium conabatur adducere in ecclesiam S. Sophiæ sequenti die, ut, ostensa charta illorum, quam omnino corruperat transferendo, obruerentur ibidem a populo. Quod prudens Imperator præcavens, noluit haberi aliquod concilium, nisi & ipse præsens adesset; cumque ei in hoc omnimodis Michael contradiceret, jussit Augustus ipsos nuntios confestim arripere iter. Quod factum est. Michael dolens suas non procedere insidias, concitavit adversus Imperatorem seditionem vulgi maximam, veluti nuntiis cooperata fuerit ejus voluntas. Unde Imperator coactus, interpretes Latinorum, Paulum videlicet & filium ejus Smaragdum, cæsos & detentos Michaeli tradidit: sicque tumultus ille conquievit. Verum Imperator post nuntios Romanos directis suis, exemplar excommunicationis veracissimum a civitate Rusforum sibi remissum recepit: ac tandem Michaelem falsasse chartam legatorum comperit atque convicit. Itaqua commotus amicos & affines ipsius honoribus privatos a palatio eliminavit, contraque ipsum graves iras retinuit.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Labbe. Excommunicatoriæ chartæ exemplar est tale. "Humbertus Dei gratia cardinalis episcopus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Petrus Amalphitanorum Archiepiscopus, Fridericus diaconus & cancellarius, omnibus Catholicæ Ecclesiæ filiis. Sancta Romana prima & Apostolica sedes, ad quam tanquam ad caput sollicitudo omnium ecclesiarum specialius pertinet, ecclesiasticæ pacis & utilitatis gratia, ad hanc regiam urbem nos apocrisiarios suos facere dignata est, ut, juxta quod scriptum est, descenderemus & videremus, utrum opere completus sit clamor, qui sine intermissione ex tanta urbe conscendit ad ejus aures: aut non est ita, ut sciret. Quamobrem cognoscant ante omnia glorioси Imperatores, clerus, senatus, & populus hujus Constantinopolitanæ urbis, & omnis Ecclesiæ Catholicæ, nos hic persensisse magnum bonum, & maximum malum; nam quantum ad columnas Imperii, & ejus honoratos, atque cives sapientes, Christianissima atque orthodoxa est civitas: quantum autem ad Michaelem abusive dictum patriarcham, & ejus stultitiæ fautores, nimia zizania hæreseon quotidie seminantur in medio ejus. Quia, sicut simoniaci, donum Dei vendunt: sicut Vulesii, hospites suos castrant, & non solum ad clericatum, sed insuper ad episcopatum promovent: sicut Ariani rebaptizant in nomine sanctæ Trinitatis baptizatos, & maxime Latinos: sicut Donatistæ affirmant, excepta Græcorum ecclesia, Ecclesiam Christi, & verum sacrificium, atque baptismum ex toto mundo periisse: sicut Nicolaitæ, carnales nuptias concedunt sacri altaris ministris: sicut Severiani, maledictam dicunt legem Moysis: sicut Pneumatomachi abscederunt a symbolo Spiritus sancti processionem a Filio: sicut Manichæi, inter alia quodlibet fermentatum fatentur animatum esse: sicut Nazareni, carnalem Judæorum munditiam adeo servant, ut parvulos morientes ante octavum a nativitate diem baptizari contradicant, & mulieres in menstruo vel partu periclitantes communicare, vel si paganæ fuerint, baptizari prohibeant, & capillos capitis ac barbas nutrientes, eos, qui comas tondent, vel secundum institutionem Romanæ Ecclesiæ barbas radunt, in communione non recipiant. „

Christi An. 1053. *Formula excomm. adversus Michael Cærularium.*

Ibid. "Pro quibus erroribus, & aliis pluribus factis suis ipse Michael literis Domini nostri Leonis Papæ admonitus resipiscere contempsit. Insuper nobis nuntiis illius, causas tantorum malorum rationabiliter reprimere volentibus, præsentiam suam & colloquium denegavit, & ecclesias ad Missas agendum interdixit; sicut & prius Latinorum ecclesias clauserat, & eos Azymitas vocans, verbis atque factis ubique persecutus fuerat, in tantum, ut in filiis suis anathematizasset sedem Apostolicam, contra quam se adhuc scribit Patriarcham œcumenicum. Unde nos quidem sanctæ primæ & Apostolicæ sedis inauditam contumeliam & injuriam non ferentes, Catholicamque fidem subrui multis modis attendentes, authoritate sanctæ & individuæ Trinitatis, atque sedis Apostolicæ, cujus legatione fungimur ... anathemati, quod Dominus noster eidem Michaeli, & suis sequacibus, nisi resipiscerent, denuntiavit, ita subscripsimus: Michael abusivus patriarcha, Neophytus, nunc etiam criminibus pessimis a multis diffamatus, atque cum eo Leo Acridanus episcopus dictus, & sacellarius ipse Michaelis Constantinus, qui Latinorum sacrificium profanis conculcavit pedibus, & omnes sequaces eorum in præfatis erroribus & præsumptionibus, fiant anathema cum simoniacis ... nisi forte resipuerint. Amen.

Ibid. Altera excommunicatio ibidem facta est in præsentia Imperatoris & optimatum ejus viva voce. "Quicumque fidei sanctæ Romanæ, & Apostolicæ sedis, ejusque sacrificiis pertinaciter contradixerit, sit anathema mara natha, nec habeatur Christianus & Catholicus, sed Prozymita hæreticus. Græci non omnes hæreses modo recensitas profitebantur; sed quasdam per consequentias ex eorum dictis vel factis deductas eis imputavit.

Michaelis Cærularii scripta contra Rom. Ecclesiam. XLVIII. Michael Cerularius statim convocatis quindecim episcopis edictum promulgat adversus legatos, quos, non ab ipso Papa, sed ab Argyro regni Neapolitani præfecto missos esse contendit, eosque & libellum excommunicationis ut plenum impietatibus anathematizat. Deinde datis ad alios Patriarchas plenis mendaciorum literis, eos a communione Romanæ Ecclesiæ divellere conatus est. Et quoniam Petrum Antiochenum eadem secum de azymis sentire cognoverat ex ejus literis ad Dominicum Gradensem Archiepiscopum, in quibus affirmabat, quod Patriarcha Constantinopolitanus Latinos tanquam orthodoxos haberet, eosque ab Ecclesiæ communione minime separasset, sed improbaret, quod Christi institutionem in sacrificii oblatione non servarent, quemadmodum observabant quatuor alii

Monum. Græc. Cotel. tom. 2.

Christi An. 1053. Patriarchæ, qui in fermentato consecrabant. Itaque cum ab eodem literas accepisset, ei rescripsit. Primum quidem invehitur in legatos, quos ab Argyro sibi dudum inimico & sæpius excommunicato suppositos attulisse confictas sub nomine Papæ Leonis literas asserit, quas græce translatas cum suis ad Joannem Tranensem mittit. His subjicit.

Apud Baron. tom. 11. ad ann. 1054. Ad nostras aures pervenit, quod tua beatitudo prædictum Papam in sacris referat diptychis, nec non & idem faciant Alexandriæ & Hierosolymorum Patriarchæ; nec adduci possum, ut credam, vos tanta ignorantia detineri ..... Nosti enim, quod a sexta œcumenica synodo hucusque a sacris diptychis dempta est Papæ commemoratio a nostra sanctissima Ecclesia. Cum Vigilius Papa, qui tunc Ecclesiæ Romanæ præerat, ad synodum non veniisset, nec anathemate damnasset ea, quæ a Theodoreto adversus rectam fidem, & duodecim capitula S. Cyrilli scripta sunt, vel Ibæ epistolam ... Nec hoc solum, verum etiam, quod prædicti duo Patriarchæ non solum alios azymis vescentes recipiunt; sed etiam ipsi aliquando in azymis sacrum conficiunt sacrificium. Et nos quidem, cum non haberemus in promptu hominem, per quem de hac re illos scisciteremur, nec etiam aliis confidere volentes, rem totam tuæ sanctitati requirendam relinquimus, ut de hac re, cum omnia fuerint diligenter scrutata, humilitati nostræ singula faciat manifesta.

Ibid. Pervenit etiam ad manus nostras per Antiochiæ ducem exemplar epistolæ tuæ ad Gradensem seu Aquilejensem Patriarcham: quod cum legissem, de azymis tantum multa te dicere inveni, omissis aliis Romanorum erroribus, cum multi sint & gravissimi... Quapropter illos omnino aversari necesse est: & quæ quidem Judæorum more peragunt, talia sunt, ut error, qui illis tribuitur de azymo, & quod suffocatum comedunt & barbam radunt, & sabbata custodiunt, & comedunt immunda, monachi carnibus vescuntur ... Et quod attinet ad primam hebdomadam quadragesimæ, & aliam etiam hebdomadam quinquagesimæ, qua nos ovis tantum & lacte vescimur, carnes comedunt: sed præter hæc in sacro symbolo hanc adhibent additionem, male & pernicioſe sentientes: Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. In sacra etiam Missa illud, unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris per Spiritum sanctum, alta dicunt voce. Nuptias sacerdotum prohibent, illos videlicet, qui uxores habent, ut sacerdotii dignitatem consequantur, nullo modo permittunt, sed innuptos manere volunt eos qui sacerdotes esse cupiunt. Duo etiam fratres duas ducunt sorores. Et in sacra Missa tempore communionis alter ministrorum comedens azyma, alios amplexatur, & pacem illis largitur. Episcopi etiam annulos gestant in manibus, quasi uxores ecclesias acceperint: ad bellum etiam exeuntes manus suas sanguine coinquinant, & in conspectu suo animas occidunt, & occiduntur. Sacrum baptisma ita peragunt, ut eos, qui baptizantur, unica mersione baptizent, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti dicentes: sale etiam baptizandorum ora implent. Male etiam illud Apostolicum accipientes, modicum fermentum totam massam fermentare: ipsi vero scriptum habent: modicum fermentum totam massam corrumpit, contendentes hac modica hujus verbi immutatione tollere fermentatum. Quin imo Sanctorum reliquias illorum nonnulli non venerantur, nec sanctas etiam imagines: sanctos etiam Basilium & Chrysostomum cum reliquis Sanctis non connumerant, nec illorum doctrinam omnino recipiunt.

Ibid. Cum itaque hoc pacto vivant, & istiusmodi moribus sint educati, & quæ aperte legibus vetita & interdicta sunt, facere audeant, quomodo inter orthodoxos collocandi ab iis, qui recte sentiunt, judicabuntur? ... Qui vero ita sentientes recte facere fuerint arbitrati, eamdem cum illis sortiantur portionem. Numquam nos ipsos æmulabimur in hac ipsorum concordia & confessione ... Quod vero omnium gravissimum est, & intolerabile, & eorum amentiam satis superque declarat, illud est: Dicunt, hæc se non sic accepisse, ut ab aliis edocerentur, sed potius, ut alios ipsi docerent: forte etiam, ut persuadeant nobis sequi sua dogmata.

Ibid. Michaelis Cærularii schismaticus animus hic manifeste se prodit: Latinis vel fictos imponit errores, vel rectam fidem de processione Spiritus sancti vel pios usus imperite coarguit, eoque prætextu a totius occidentalis Ecclesiæ, & imprimis sedis Apostolicæ se separat unione, aliosque ab ea divellere nititur. Id quod ait de sacerdotibus, qui ad bella proficiscuntur, & arma pertractant, verum quidem est, sed in multis capitularibus & canonibus superius laudatis prohibitum vidimus, ac proinde minime approbatum a Romana Ecclesia. Christi An. 1054.

Petrus Antiochenus ei rescribens negat se vel alios Patriarchas Papæ nomen in sacris diptychis habere descriptum, seque ipsius ecclesiæ alumnum, ejusque jurium defensorem profitetur. Quod tamen de Vigilio imperite scripserat, Michael sic reprehendit. Quod de Vigilio perperam dicitur, cum res non ita se habeat, id quantum ignominiæ tribuat chartophylaci tuo, ipse videris. Etsi doctus est ille vir circa Rhetoricam, nondum tamen ecclesiasticarum rerum notitiam adeptus est: Vigilius enim quintæ synodi temporibus fuit, in qua de operibus Theodoreti actum est, non in sexta synodo; cum inter utramque synodum centum sexaginta novem anni interces-serint .... Tempore vero sextæ synodi Papa fuit Agatho, vir quidem venerandus, & sacrarum rerum peritus. Lege tu acta ipsius sextæ synodi, quæ legi consueverunt Dominica post exaltationem venerandæ Crucis: invenies Agathonem Papam ibi multis præconiis honoratum ... & tempore domini patriarchæ Joannis Antiocheni, Romanus Papa Joannes in sacris diptychis habebatur, & cum Constantinopolim quadraginta ab hinc annis veniissem, inveni tempore patriarchæ Sergii prædictum Papam in sacra Missa cum aliis Patriarchis relatum. Quomodo vero deinde ejus relatio & commemoratio sublata sit, & quanam de causa, ignoro ... De Papæ commemoratione cupio te diligentius indagare.

Ibid. Quoscumque vero enumeraſti Romanorum errores, percurrimus, alios quidem execrandos atque devitandos duxi, alios vero incertos & prætermittendos. Quid enim nostra interest, quod illorum sacerdotes barbam radant? Quid etiam, quod illi annulos gestent in symbolum contracti cum sancta Dei Ecclesia connunubiis? Nos etiam coronam in capite gestamus pro veneratione Principis Apostolorum Petri, super quem Dei Ecclesia est superædificata .... Quibus verbis Petrus Antiochenus se suosque schismatis & falsæ accusationis reos profitetur: si enim super Petrum ædificata est Ecclesia, qui ab eo fundamento recedunt, quomodo in corpore Ecclesiæ stabunt, quæ super illud ædificatur? Petrus sic pergit: Quod rebus vescantur immundis, & monachi carnes comedant, & nidorem suillum: invenies etiam hujusmodi res, si diligenter inquiras, a nonnullis nostrorum fieri ... Nulla enim Dei creatura est reprobanda, si cum gratiarum actione sumatur .... In leguminibus vero & oleribus nidorem suillum immiscere, hoc etiam SS. Patribus permissum est, præsertim illis, apud quos bonum oleum non reperitur.

Ibid. Sed malorum pessimum est additio in symbolo ... Illos, qui symbolo aliquid addunt, vel auferunt, anathemate damnamus. Ibidem Arianæ hæreseos insimulat baptismum sub una immersione collatum. Insinuat tamen cum Latinis mitius agendum, propter eorum barbariem, rusticitatem & imperitiam. Quæ greco fastu Latinis hic exprobrat: cum ipsimet Orientales propter suas hæreses barbaris traditi, nihil pristini decoris retinerent, ut ipse fatetur inferius. Ibidem ei suadet, ut neglectis aliis accusationibus, quæ forte falsæ sunt, saltem respectu omnium, Romano Pontifici scribens id unum exigat, ut factam symbolo additionem corrigat: cui, si consenserit, pacem & communionem cum ejus sede retineat, simulque ei transmisit exemplar latinum literarum, quas a Leone Papa receperat. Alias Michaelis literas ad patriarchas Alexandrinum & Hierosolymitanum se direxisse testatur.

Hæc, ut legenti patet, cum ejusdem Petri patriarchæ literis ad Leonem Pontificem superius recensitis parum consentiunt, præsertim circa ejus communionem, quam se ipsum suosque prædecessores semper confirmasse testatur. Sed stupenda prorsus tunc erat Græcorum levitas, qui tempori & commodis suis servientes, sententiam facillime mutantes, eadem sæpius damnaverant & approbaverant, ut evidenter constat tum ex septima & octava synodo, tum ex iis, quæ subsecuta sunt: Constantinopolitanæque sedi propter emolumenta temporalia plurimum blandiebantur.

Mi-

Christi An. 1054. Cotel. monum. Græc. t. 2.

Michael rurſus aliis literis Petrum Antiochenum alioſque Patriarchas ab omni ſtudio pacis avertit ; Conſtantinopoli geſta cum legatis Romanis maligne exponens : Abſentibus aliis Patriarchis ſe ejuſmodi impoſtores nequidem alloqui voluiſſe præfatur : ſed , inquit, per ſummam audaciam ſuper altare projecere ſcriptum , quo totam anathematizant orthodoxam Eccleſiam, quia Spiritum S. a Patre Filioque procedere , & alios eorum errores non recipit . Impium ſcriptum , ſe flammis aboleviſſe dicit , quoniam altari fuerat impoſitum ; nec tam atrocem vindicare voluiſſe injuriam propter ſcandalum, præſertim cum is , qui legationis princeps videbatur , ſcilicet Fridericus , ſe Romanæ Eccleſiæ cancellarium , Henrici Regis & Papæ cognatum diceret . Impium tamen ſcriptum , inquit , juſſu noſtri Imperatoris anathematizavimus : Hæcque vobis ſcribimus , ut rerum geſtarum facti certiores , ſi quis ad vos ab urbe Roma literas dederit , circumſpecte reſpondeatis . Demum jubet , ut ejuſmodi literarum exemplaria tranſmittat ad alios Patriarchas , quos ſuis literis hortetur, ut fidem orthodoxam ſtrenue propugnent. Sic Græcorum ſchiſma conſummatum eſt, quod nunc etiam perſeverat .

Mich. Pſell.

Conſtantinus Monomachus Imperator his non diu ſupervixit : Zoe Imperatrix jam obierat , vita ejus deſperata , cum filios non haberet, ſecreto deliberabat , quem Imperio deſtinaret . Id Theodoræ Zoes ſorori nuntiatur : hæc ſtatim cum nobiliore ſua cohorte & familia, conſcenſa nave Imperatoria, venit ad palatium , & omne ſatellitium traxit ad ſuum obſequium . Imperator , id cum audiiſſet , majori dolore afficitur , animoque abſorptus, clauſis oculis, mente & lingua delirare cœpit. Tumque paululum ſanioris mentis factus , gravius mœrens animam efflavit , die trigeſima Novembris anni 1054., cum annos 12. & menſes 6. imperaſſet. Theodora itaque Conſtantini Porphyrogeniti filia poſt ejus mortem Imperium adminiſtravit.

Herman. contract. chron.

Lambec. l. 2. Bibloth. Cæſ.

L. Hermannus Wolferadi comitis Veringenſis filius ab infantia membris omnibus contractus , unde & Contractus cognominatus eſt ; ſed omnes tunc temporis viros ſapientia & virtutibus præcellens, eodem anno in Aleshuſan prædio ſuo defunctus & ſepultus eſt, inquit ejus chronici continuator. Canonicus fuit Augienſis , brevem chronologiam ab Adamo uſque ad præſentem perduxit annum.

Octavo Kalendas Septembris ejuſdem anni , habitus eſt apud urbem Narbonam conventus decem Epiſcoporum, præſidente Domino Guifredo prædictæ urbis Archiepiſcopo: opitulante Petro Raymundi comite, & Berengario vice-comite, cum Abbatum & clericorum , ac quorumdam nobilium & ignobilium non minima multitudine , ad confirmandam pariter & cuſtodiendam treugam & pacem , & dilectionem, quam univerſalis Eccleſia inſtituit , & reformandum ejus ſtatum , qui a pravis conculcabatur hominibus. Conſtituta ſunt in eo capitula viginti novem, omnia fere ad treugam pertinentia. 2. ſic habet: " Mandamus atque confirmamus ipſam treugam Dei, quæ a nobis dudum conſtituta fuerat , nempe circa annum 1041. .... & tunc a pravis hominibus dirupta eſſe videtur : ac firmiter deinceps ab omnibus tueatur . Igitur obſecramus per Deum & monemus, ut nemo Chriſtianorum quemlibet Chriſtianum requirat ad male faciendum, ab occaſu ſolis quartæ feriæ, uſque ſecundæ feriæ illuceſcente ſole. 3. Præcipimus etiam, ut a prima Dominica Adventus Domini , uſque ad octavas tranſactas Epiphaniæ , ſive a prima Dominica, quæ eſt ante caput jejuniorum, uſque tranſactas octavas Paſchæ , ſive a Dominica ante Aſcenſionem Domini, uſque octavas Pentecoſtes expletas, & vigiliis & feſtivitatibus S. Mariæ, S. Joannis Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum, SS. Juſti & Paſtoris, S. Laurentii, S. Michaelis, & Sanctorum omnium, & S. Martini, & in jejuniis quatuor Temporum. Nemo Chriſtianorum quemlibet alium Chriſtianum lædat, neque dehoneſtare, aut deprædare præſumat. 10. Oves etiam earumque paſtores ſimiliter in treuga Dei permaneant, cunctis diebus in cunctis locis. 11. Nullus hominum deinceps Eccleſiam infringat , neque manſiones , neque aliquid ex omnibus , quæ infra triginta paſſus ſunt Eccleſiæ & erunt, violenter auferre audeat. 15. Clericis quoque & monachis, atque ſanctimonialibus, fœminis & comitibus eorum militaria arma non portantibus, aliquid ex bonis eorum nemo apprehendat, nec rapiendo auferat . 29. Si autem quislibet hominum , vel fœminarum , ab hac die & deinceps auſu temerario hujus noſtræ inſtitutionis violator extiterit, anathematis vinculo feriatur, & a ſancta Dei Eccleſia procul pellatur, & ab omni cœtu Chriſtianorum tamdiu ſeparetur , donec ad ſatisfactionem indubitanter veniat . „ Anno ſequenti viginti duo Epiſcopi convenientes apud Sanctum Ægidium in provincia Narbonenſi eamdem treugam tribus editis canonibus confirmarunt .

Christi An. 1054. *Narbonenſis ſynodus .*

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

LIBER XLV.

Nicolaus Papa II. Benedictum X. intruſum deponit , & conſtitutionem pro Romani Pontificis electione promulgat : Italiam pacificat : S. Petri patrimonia recipit , & clerum Mediolanenſem reformat , & decretum edit adverſus clericos ſimoniacos & incontinentes : quos pariter inſectantur plures ſynodi , & ſucceſſor ejus Alexander II. qui Petrum Florentinum ſimoniæ convictum deponit , diviſamque hanc eccleſiam reduxit ad unitatem . Canonicis regularibus omnem adimit proprietatem : demum homicidæ publicam imponit pœnitentiam ; illius redimendæ novus modus , illiuſque durationis nova ſupputatio inducitur . Berengarii hæreſis damnatur in ſynodo Rotomagenſi , quæ adverſus eam præſcribit fidei formulam , cui ſubſcriberent omnes ordinandi . Ejuſdem damnationem Papa confirmat in Florentina ſynodo . Berengarius ipſe ſuos errores damnat in Turonenſi ſynodo . Plures aliæ ſynodi pro reformatione morum & diſciplinæ celebrantur . Henricus IV. Imperator uxorem dimittere prohibetur ; ſimoniam palam exercet , vendens epiſcopatus & abbatias . Cadaloum jubet eligi antipapam , & protegit . Petrus Damianus , qui multum ſcripſit & laboravit pro defenſione Eccleſiæ , bis , ut ad officium rediret , ſollicitavit Cadaloum ; qui Romam occupare fruſtra tentat : non multo poſt agente S. Annone Colonienſi Archiepiſcopo damnatur ab Italiæ & Germaniæ epiſcopis , & moritur impœnitens . Godeſchalcus Sclavorum Princeps Chriſtianam religio-

nem

nem in sua ditione restituit & promovet, & propter eam occiditur. Sclavi redeunt ad idololatriam, & sæviunt in Christianos, quorum plures martyrio coronantur. Heraldus Norvvegiæ rex eosdem persequitur. Sueno vero Daniæ rex humilem agit pœnitentiam, quam ei intrepide imponit S. Guillelmus episcopus. S. Eduardus confessor & Angliæ rex migrat ad Deum. Eboracensis Archiepiscopus Cantuariensi Primati subjectus declaratur judicio episcoporum Angliæ, quod Papa confirmat. Petrus Damianus, suis operibus, legationibus, & vitæ sanctitate clarus repetit solitudinem, & pie moritur. Adamus Bremensis suam absolvit historiam ecclesiarum septentrionalium.

CHRISTI AN. 1055. Leo Ostiens. l. 2. c. 90.

I. DEfuncto sanctæ memoriæ Leone Papa, Hildebrandus tunc Romanæ Ecclesiæ subdiaconus ad Imperatorem a Romanis transmissus est, ut quoniam in Romana Ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem tamen ipse vice cleri populique Romani in Pontificem elegisset, adduceret. Quod cum Imperator fuisset assensus, & Gebehardam Aistetensem Episcopum Hildebrandus ex consilio Romanorum expetivisset, tristis super hoc Imperator effectus est: illum enim charissimum habebat, & sibi necessarium asserebat, & alios huic officio magis idoneos indicabat. Hildebrando tamen, ut alterum reciperet, nullatenus persuaderi potuit. Erat quippe hic Episcopus prudentissimus, & post Imperatorem potentior in regno & ditior. Hunc ergo Hildebrandus, invito licet Imperatore, invito etiam eodem Episcopo, Romam secum adduxit, eique Victoris nomen imponens Romanum Pontificem cunctorum assensu constituit, die cœnæ Domini, ideoque die decima tertia Aprilis, anno millesimo quinquagesimo quinto inthronizatus est. Huic quidam Diaconus toxicum in calicem misit, quem cum ipse post consecrationem levare vellet, nec posset, a Domino causam facti inquisiturus cum populo ad orationem prosternitur, statimque toxicator a dæmone arripitur. Ita causa manifestata, Dominus Papa calicem cum sanguine Dominico in quodam altari includi jussit, & pro reliquiis in perpetuum conservari. Demum cum populo tamdiu in oratione perseveravit, quousque Diaconus a dæmone liberaretur.

Victor II. Papa.

Herman. contract. Annalist. Saxo.

Legati, quos Leo Papa Constantinopolim miserat, Romam redeuntes, a Trasimundo comite detenti, & tandem rebus omnibus spoliati dimissi sunt, juxta Cassinense chronicon. Lambertus autem refert, quod Fridericus Archidiaconus reversus, ubi comperit alium Romæ sedere Pontificem, dona quidem, quæ ab Imperatore Constantino permagnifica deferebat, Romanæ Ecclesiæ consignavit, & statim se in Cassinum monasterium contulit, ibi deinceps Christo militaturus.

II. Henricus Imperator a Romanis vocatus, qui nuntiaverunt nimirum in Italia contra Rempublicam crescere potentiam Godefridi Ducis, cum exercitu movit in Italiam, & diem Paschæ Mantuæ egit, diem autem Pentecostes Florentiæ, ibique Papa coram eo synodum celebrante multa correcta sunt, constitutumque decretum de bonis Ecclesiæ non alienandis. Et quidquid ejus prædecessor adversus Berengarium statuerat, hoc sua authoritate confirmavit. Godefridus dux ei occurrens absolutus est, ne se Normannis conjungeret. Henricus anno integro intra Italiam commoratus, cuncta, quæ rei utilitas exposcere videbatur, magnifice pro loco & tempore ordinavit, atque in Germaniam reversus est. Et S. Anno creatus est Colonienſis Archiepiscopus.

Lambert Schafnab. de reb. Germ.

Florentina synodus.

Herman. contract. contin.

III. Hildebrandus adhuc subdiaconus a Victore Papa in Galliam mittitur apocrisiarius, Lugdunique synodum congregavit, in qua sex Episcopos diversis criminibus involutos ex Apostolicæ sedis authoritate deposuit: inter quos quidam erat Episcopus, qui per simoniam ad Episcopatus culmen irrepserat, accusatores suos & testes pecunia corrupit, ut sic judicium eluderet. Hildebrandus vero suspirans jussit, ut Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto diceret: Patrem quidem & Filium facile proferebat, ad Spiritum vero sanctum cum perveniſſet, mox lingua balbutiens tandem rigida manebat. Hac igitur difficultate convictus, Episcopale abdicavit officium. Hæc ab ipso Hildebrando se accepisse scribit Petrus Damianus. Hæc eadem recitat Willelmus Malburcensis, ex relatione S. Hugonis Abbatis Cluniacensis, qui eidem synodo præsens aderat.

Petr. Damian. t. 3. opusc. 19.

CHRISTI AN. 1055. & 1056.

Turonens. synodus. Berengarius suos damnat errores. Conc. t. 6. ed. Hard.

Hildebrandus alteram Turonis congregavit synodum. Berengarius accepta optione, cum se penitus defendere non posset, sub jurejurando propriam hæresim anathematizavit, & communem sanctæ Ecclesiæ fidem, veritatem corporis & Sanguinis Domini se deinceps servaturum sub eodem juramento promisit, licet postea ad eamdem hæresim redierit. Henricus Imperator in eadem synodo conquestus est, quod Ferdinandus Castellæ & Legionis rex sibi contra jura, moremque majorum, nomen Imperatoris arrogaret, petebatque ut, si a cœptis non desisteret, excommunicatione percelleretur, Hispaniaque interdicto subjiceretur. Imperatoris petitionem justam esse Patres synodi & Victor Papa judicarunt. Itaque missi legati Ferdinandum admonuerunt, ut a cœptis desisteret. Ferdinandus consultis sui regni Episcopis & proceribus, respondit se effecturum quod sedes Apostolica præcepisset.

Tolosana synodus Concil. tom. 6. ed. Hard. t. 9. Lab.

IV. Anno sequenti, nempe millesimo quinquagesimo sexto, Idibus Septembris, habita est synodus decem & octo Episcoporum apud Tolosam, jussu Victoris Papæ, qui vicarios suos direxit Rambaldum Arelatensem & Pontium Aquensem Archiepiscopos, qui cum aliis Episcopis ejus authoritate tredecim capitula adversus simoniam, in provinciis Galliæ & Hispaniæ perpetim observanda sub pœna excommunicationis ediderunt. Septimum de cœlibatu clericorum sic statuit: " Placuit quoque, Presbyteros, Diaconos, & reliquos clericos, qui Ecclesiasticos tenuerint honores, abstinere omnimodis ab uxoribus, vel reliquis mulieribus. Quod si non fecerint, honore simul & officio priventur, & a propriis Episcopis excommunicentur. „Octavum prohibet, ne laici res Ecclesiasticas usurpent. Decimum tertium sic habet: " Cum hæreticis & cum excommunicatis ullam participationem vel societatem habentem præcipue excommunicamus, nisi correctionis vel admonitionis causa, ut ad fidem redeant Catholicam. „ Berengarius vice-comes Narbonensis, eidem synodo libellum obtulit adversus Guifridum Narbonensem Episcopum, quem accusabat, centum millia solidorum dedisse, ut hanc sedem obtineret, ejusdemque Ecclesiæ vasa aurea & argentea, & quæcumque in ejus thesauro erant, vendidisse, ut fratri suo Urgellensem acquireret Episcopatum. Quid autem adversus eum fuerit decretum, non invenimus.

Lambert Schafn. de reb. Germ. Annalist. Saxo.

V. Victor Papa ab Imperatore invitatus autumnali tempore in Germaniam venit. Goslariæ ab eo perhonorifice susceptus Nativitatem S. Mariæ celebravit. Henricus inde profectus Botfeldem in Saxonia, cum multa mala tunc accidissent, his doloribus corde tenus compunctus infirmari cœpit, & perductus usque ad mortem, sapienti usus consilio, ab omnibus, quibus potuit, veniam petens, quibusdam ablata prædia restituens, cunctis, qui contra eum culpas damnabiles fecerant, relaxans, Henricum filium suum Romani Pontificis cæterorumque Principum electione Regem constituit: rebusque bene dispositis, tertio nonas Octobris anni millesimi quinquagesimi sexti vitam in Domino finivit. Ejus corpus juxta patrem suum Conradum Imperatorem Spiræ sepultum est.

Henri-

Christi An. 1056. & 1057. Henricus ejus nominis IV. post eum regni monarchiam obtinuit, per cujus insolentiam mala in terra multiplicata sunt. Sed, cum adhuc esset quinquennis, Agnes Imperatrix mater ipsius regnum sub sua cura aliquamdiu tenuit, ac sapienter & strenue rexit. Victor Papa generalem Germaniæ synodum Coloniæ celebrandam indixit, in eaque Balduinus Flandriæ comes, & Godefridus Lotharingiæ dux, eo mediante, ad gratiam Regis & pacem reducuntur, & omnes bellorum motus sedantur. Victor Papa Natale Domini cum Rege Ratisponæ celebravit, rebusque in Germania, aliisque Romani Imperii partibus, episcoporum & Principum consilio bene dispositis, incipiente anni millesimi quinquagesimi septimi quadragesima profectus, Romam Aprili mense pervenit, & die decima quarta Kalendas Maji synodum habuit in Constantiniana basilica, ubi inter cætera, Marsorum episcopatus, qui fuerat in duos divisus, antiquum in statum reformatus est, & Acto episcopus, qui tunc partem Marsicanæ diœceseos injuste occupabat, in Theatinam civitatem translatus est. Non post multos dies Tusciam petiit, ubi quinto Kalendas Augusti ad Deum migravit, cum sedisset annos duos, menses tres, & dies quindecim.

Stephan. Pap. IX. epist. 2.

Fridericus, qui post Constantinopolitanam legationem in Cassinensi monasterio vitam professus fuerat monasticam, & mense Junio electus fuerat abbas Cassinensis, & Romæ ordinatus presbyter cardinalis tituli S. Chrysogoni, hoc consternatus nuntio substitit, reditum enim parabat, & cœpit a Romanis clericis & laicis frequentari. Rogatusque, quid facto opus esset, & quam eligere deberent, quinque personas, quæ digniores essent, illis proposuit, scilicet Humbertum, sylvæ-candidæ episcopum, & episcopum Velitrensem, Perusinum, Tusculanum, & Hildebrandum subdiaconum. Sed cum Romani neminem ex eis sibi idoneum videri dicerent, eumque ad tantam sedem promovere se velle assererent, Me, inquit, non potestis agere, nisi quod permiserit Deus. Postridie summo mane convenientes eum per vim palatio eductum, eligendum ad S. Petri basilicam, quæ ad vincula dicitur, pertrahunt: ubi electione celebrata, Stephanum IX., quoniam S. Stephani Papæ celebritas ipso die Augusti secundo agebatur, appellarunt. Die vero altera illucescente, Cardinalibus omnibus cum clero populoque Romano ad eum concurrentibus, apud S. Petri basilicam, ingenti lætitia omnium, summus Pontifex consecratur.

Victori Papæ II. succedit Steph. IX. Leo Ostiens. l. 2. c. 98.

Quatuor mensibus Romæ commoratus, crebris synodis clerum urbis populumque conveniens, maximeque conjugiis clericorum, & sacerdotum, consanguineorumque copulationibus tollendis insistens, omnesque clericos Romæ, qui post interdictum Papæ Leonis incontinentes extiterant, de conventu clericorum, & choro ecclesiæ præcepit exire, quamvis relictis fœminis, per pœnitentiæ lamenta se corrigerent . . . . . & celebrandæ Missæ licentiam de cætero non sperarent. Deinde Cassinum profectus, hic usque ad diem decimum mensis Februarii anni millesimi quinquagesimi octavi commoratus est, & gravi languore detentus ad extrema perductus est. Accersitis itaque senioribus monasterii, ut, quem vellent, abbatem eligerent, mandat. Communi consensu elegere Desiderium monachum, qui post eum electus est summus Pontifex.

Ibid. Petr. Damian. opusc. 18 c. 6. Christi An. 1058. Leo Ostiens. l. 3. c. 8.

VI. Stephanus, ubi primum Romam rediit, evocavit Petrum Damianum, ut eum crearet episcopum. Petrus restitit, sed ab episcopis & ab ipso Papa compulsus est, qui cernentes nihil suis exhortationibus, nihil precibus proficere, ei intentarunt sententiam excommunicationis, si ultra resisteret. Petrus igitur, licet invitus & repugnans, sabbato quatuor temporum Martii, ordinatur episcopus Ostiensis, qui primus erat cardinalium episcoporum.

Petr. Damian. vit. c. 6. Petrus Damian. fit episcopus.

Petrus post suam ordinationem scripsit ad septem episcopos Lateranenses Ecclesiæ, sic dictos, quod Romanæ Metropolis essent suffraganei, & singuli suo ordine vice Papæ, Missarum solemnia celebrarent in ecclesia Lateranensi. Eos hortatur, ut in tam corrupto sæculo, & tanta omnium vivendi licentia, ita vitam instituant, ut eos cæteri tanquam morum exemplar intueantur, & imitandos sibi proponant; ostenditque, quanta sit sacerdotibus, & præsertim episcopis necessitas indicta probitatis, utpote cum eorum munus sit peccatorum veniam pro reliquis hominibus a Deo deprecari; quam si volunt impetrare, necesse est, ut ipsi ab omni prorsus crimine immunes se custodiant. Ibidem sic invehitur in eos, qui castra sequebantur, ut episcopatum in mercedem acciperent. " Quis eum, inquit, a muneris præstatione defendat, qui & semetipsum alienæ servitutis imperio subjungit, & insuper in diuturnæ expeditionis impensas facultatum suarum lucra profligat? Tria dicuntur munerum genera, scilicet munus a manu, munus ab obsequio, munus a lingua; siquidem munus a manu, pecunia; munus ab obsequio, obedientia subjectionis; munus a lingua, favor adulationis . . . . . Porro quisquis in dandis accipiendisve dignitatibus ecclesiasticis una duntaxat eorum, quæ prædictæ sunt, peste corrumpitur, simoniacæ hæreseos crimine teneri judicatur. „

Christi An. 1058. *Simoniæ species.*

VII. Stephanus Papa tunc etiam legatos ad Constantinopolitanum Imperatorem cum literis destinavit, Desiderium Cassinensem abbatem, Stephanum cardinalem, & Maxinardum postea sylvæ-candidæ episcopum. Sed, cum jam essent in itinere, morte Papæ audita, reversi sunt. Theodora Augusta die vigesima secunda Augusti anni millesimi quinquagesimi sexti diem extremum obierat: novem dies ante mortem, consilio eunuchorum suorum, penes quos semper fuerat rerum omnium administratio, Michaelem Stratioticum virum ad Imperium ineptum sibi successorem elegerat. Inæquali munerum militarium distributione statim milites a se alienavit. Tribuni ducesque præcipui Constantinopolim veniunt, ut majora consequantur. Cum autem par esset singulos seorsim accipere, ac munificos auspicari sermones, contra ille cunctis imbellem animum exprobrat. Omnium legationem obibat Isaacius Commenus Coloniæ natus, quem omni injuriarum atrocitate affecit. Cumque milites satisfactionem pro illo offerrent, Imperator his quoque linguam inhibuit, aliosque sprevit. Hæc prima insidiarum in illum occasio.

Psel. hist.

Commenus rebellionis caput eligitur, qui acie diligenter instructa prope urbem venit. Imperator Psellum legatum ad eum misit, ut animum illius emolliret. Commenus legatos humanissime excepit, a cœptis tamen non destitit. Interea quidam Psello nuntiarunt, ejectum solio regali Imperatorem nonnullorum senatorum insidiis, qui & habitum mutare, & ad Sophiæ sacram ædem confugere eum coegissent. Demum templi adyta temere invadentes, exinde Patriarcham Cerularium nullo negotio deduxisse, suumque fecisse ducem. Imperatori quidem dira comprecatos esse, Isaacium autem faustis verbis esse persecutos, ut qui solus Imperio ex majestate præesse posset. Venit itaque in urbem Isaacius, ubi effuso omni populo magnifice exceptus est, & sequenti die in patriarchali ecclesia coronatus est: Michel autem Imperator post annum Imperii depositus est, & paulo post vitam cum morte commutavit.

Ibid.

Isaacius Commenus fuit acris ingenii, sed arrogantis, propriæ virtuti acceptum ferens Imperium. Ecclesiasticarum rerum procurationem penes solam ecclesiam esse voluit. Cum enim ad id usque tempus magnus œconomus, & sacrorum vasorum custos ab Imperatore designari solerent, utriusque electionem Patriarchæ potestati permisit. Exhaustum a decessoribus animadvertens ærarium, acerbus fuit vectigalium publicorum exactor: officiorum donationem primus amputavit, cives plerosque possessionibus spoliavit, quin etiam ditioribus monasteriis adempta prædia reditusque publico vindicavit, relictis tantummodo sumptibus ad victum necessariis. Ad cohibendam autem episcoporum avaritiam edixit, ne quid amplius in ordinatione capiat episcopus, qui lectorem ordinat, quam unum nummum aureum, tres quando diaconum, & tres quando presbyterum ordinat. Ex his liquet, ordinationes apud Græcos non fuisse gratuitas. Simonia deinceps crescens in immensum cum schismate & hæresi hanc pessumdedit ecclesiam, adeo florentem prioribus sæculis.

Curopal.

Michael autem Cerularius benevolentia fretus Imperatoris contra ipsum elatus est, non tantum petitionibus & admonitionibus utens, si quando alicujus rei indigeret; verum si propter odiosas & frequentes postulationes aliquid non obtineret, Imperii amissionem minabatur, illud vulgare dictum proferens, furne te feci, furne te destruam. Ausus est

Ibid.

etiam

Christi An. 1058. etiam croco tincta induere calceamenta, ut solebant Imperatores, antiqui sacerdotii morem hunc asserens, & oportere his uti novum Archiepiscopum, nam inter sacerdotium & Imperium nihil vel parum interesse. Hæc audiens Imperator, iram quidem cohibuit, secreto cogitans, quomodo eum dejiceret, sequentique usus est occasione. Archangelorum die festo ad suburbana egressus est Patriarcha, ut solemni ritu, quæ ad diem festum pertinent, pro more perageret. Imperator mittit turmam militum, qui ipsum non sine ignominia e throno ereptum, ac mulo impositum usque ad littus, quod est in Blachernis, deduxerunt, lemboque impositum cum ejus patruelibus, ad Preconesum exilii locum deduci curarunt. Imperator de ejus depositione cum aliquibus Metropolitanis collocutus, aliquos misit, qui hortarentur eum, ut depositionis dedecus voluntaria abdicatione præveniret. Ille forti animo respondit, suam dignitatem se non esse dimissurum. Imperator anxius dum de ea re deliberat, Michael Cerularius, quem sua superbia perdiderat, moritur. Imperator ejus corpus in suo monasterio honorifice sepeliri præcepit. Curopalates refert ejus dextram manum benedicentis formam etiam post mortem retinuisse; quo facto perculsum Isaacium pœnituisse illius expulsionis: sed quis nescit mortui membra eum retinere situm, quem adhuc calentia naturaliter habuere, vel eis dedit curantium industria.

Psell. Hist.

Psell.

Constantinus Lichnildes protovestiarius in ejus locum suffectus est. Erat vir ille strenuus, cultæ literaturæ ac facundiæ summam arcem tenens, actiones publicas & politicas egregie callebat. Imperator, qui eum ab Imperialibus negotiis, quibus eum præfecerat Constantinus Monomachus, amoverat, jussit, ut de quibusdam accusationibus se purgaret in synodo, priusquam ordinaretur: quod ille egregie præstitit. Babylonis rex circa idem tempus Hierosolymam misit, atque ut sanctum sepulchrum occluderetur, præcepit, ac ne quisquam Christianorum in illud ulterius introiret, prohibuit. Quo comperto, Christiani, qui ex omni terrarum orbe illuc confluxerant, valde tristati sunt.

Bolland. 20. Maj. in vit. S. Wilfr.

VIII. In Occidente Stephanus Papa mandavit Desiderio Cassinensis monasterii præposito, ut omnem ejus ecclesiæ thesaurum in auro duntaxat atque argento, festinanter sibi & quam posset, occultius afferret, multo plura his se brevi redditurum esse respondens. Decreverat enim, Godefridum Lotharingiæ ducem fratrem suum apud Tusciam in colloquium vocare, atque, ut ferebatur, coronare Imperatorem, & ejus auxilio Normannos ex Italia pellere; sed ab eo allato prorsus abstinuit, divinitus quodam horrore correptus; quin etiam Cassinense monasterium magnificis muneribus donavit. Eodem tempore Hildebrandum subdiaconum misit ad Agnetem Augustam pro negotiis Ecclesiæ, & congregatis intra ecclesiam episcopis, & clero & populo Romano sub districta inhibitione constituit, ut si, antequam Hildebrandus ab Imperatrice rediret, se mori contingeret, nullus omnino Papam eligere auderet, sed usque ad illius reditum sedes Apostolica vacaret, ejus demum ordinanda consilio. Postea profectus est Florentiam, & cum per vicina vallis umbrosæ iter haberet, audita celebri fama Joannis Gualberti, nuntios ad eum misit, orans, ut ipsius conspectui se præsentare non gravaretur: sed, cum adversa valetudine gravaretur, Papa rursus misit nuntios, & jussit, ut, si aliter venire non posset, in lectica se adduci pateretur. Joannes e lecto surgens cum paululum processisset, ingens oritur tempestas; legati, cum eam divinitus contigisse crederent, sanctum virum in monasterium reducunt. Stephanus Papa IX. Florentiæ obiit, quarto Kalendas Aprilis, anno millesimo quinquagesimo octavo, ibique digno honore sepultus est. Morienti adfuit S. Hugo Cluniacensis abbas, eumque sanctis consolationibus & oratione relevavit. Ad ejus sepulchrum plurima signa Christus ostendit. Sedit menses septem, viginti septem dies.

Ostiens. l. 2. c. 100.

Ibid. c. 101.

Act. S. Gualb.

Stephani Papæ IX. mors.

IX. Ubi Romæ mors ejus innotuit, Godefridi Tusculani comitis & quorumdam factione, quos pecunia corruperat, sedem Apostolicam invasit Joannes Velitrensis episcopus, vir imperitissimus, & omnibus reclamantibus cardinalibus episcopis, & anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turmis inthronizatus est, & dictus Benedictus X.

Herman. contract. contin.

Petr. Damian.

Hildebrandus in Italiam rediens Florentiæ substitit, suisque literis Romanorum Primates conveniens, ubi eorum percepit assensum, Florentinum episcopum eligit in Romanum Pontificem. Romani Principes satisfactionem ad regem Henricum mittunt, se scilicet fidem, quam patri ejus dixissent, ei quoque, quoad possent, observaturos, eoque animo vacanti Romanæ Ecclesiæ Pontificem usque ad id tempus non subrogasse, ejusque expectare sententiam, orantque sedulo, ut, quem ipse velit, transmittat. Rex habita cum primoribus deliberatione, Gerardum Florentinum episcopum, in quem Romanorum studia consenserant, Pontificem designat. Electione celebrata, Pontifex dictus est Nicolaus II. Cum Hildebrando & cardinalibus concilium habuit, ut pro causa Joannis Velitrensis intrusi apud Sutrium synodum celebraret, ad quam episcopos Tusciæ & Lombardiæ, & ducem Godefredum & Guitbertum cancellarium convocavit. Id ubi cognovit Benedictus, sedem reliquit, & in domum propriam remeavit: Quod ut audivit Nicolaus, cum suis ut bonus pastor ad urbem accessit, atque a clero & populo honorifice susceptus, a cardinalibus in sede Apostolica collocatur, ante diem decimum octavum Januarii anni millesimi quinquagesimi noni. Transactis paucis diebus Joannes antipapa ad præsentiam Nicolai Papæ veniam petiturus accessit, & ad ejus pedes procidens violentiam se fuisse perpessum asseruit; sed invasionis crimen & perjurii non negavit. Ex propria igitur confessione digna factis recipiens, episcopalis & sacerdotalis officii depositionem incurrere meruit: sed quorumdam interventu ad communionem admissus est, in ecclesia S. Mariæ. Hic, licet fuerit antipapa & depositus, dictus est Benedictus X.: qui ineunte decimo quarto sæculo creatus est Pontifex, Benedicti XI. nomen assumpsit. Hæc ergo numerandi ratio præcedentes legitimos fuisse Pontifices nullatenus evincit.

Christi An. 1058. epist. ad Henr. Rayens. *Nicolaus II. Papa.* Leo Ostiens. l. 3. c. 12. Lambert. Schafn. chron. Nicol. P. II. act. Chronic. An. 1059.

Nicolaus Papa inthronizatus Desiderio Cassinensi abbati mandavit, ut sibi in Picenum agrum proficiscenti quamprimum occurrat. Dominica quadragesimæ paratis omnibus necessariis, iter arripiens Desiderius apud Farfense monasterium Apostolico se conjunxit, a quo amicissime susceptus, Auximas simul cum eo profectus est, ibique secundo quadragesimæ sabbato, id est, pridie Nonas Martii, cardinalis presbyter ab ipso ordinatus, sequenti die Dominica, abbas quoque consecratus est: eique per totam Campaniam, & Principatum, Apuliam quoque atque Calabriam vicem suam Papa commisit: Desiderius ex perillustri familia Beneventi Principum erat oriundus, & quamvis unicus esset filius, invitis parentibus vitam professus est monasticam.

Leo Ostiens. l. 2. c. 14.

Mense Aprili ejusdem anni, Nicolaus Papa præsedit synodo, quæ Romæ habita est in basilica Constantiniana: convenerant 113. episcopi cum abbatibus, presbyteris & diaconis. Omnibus confidentibus, Papa dixit: " Novit beatitudo vestra, dilectissimi fratres coepiscopi, defuncto piæ memoriæ Stephano prædecessore nostro, hæc Apostolica sedes quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæreseos trapezitas repetitis malleis subjacuerit: adeo ut columna Dei viventis jam jam pene videretur concussa nutare ... Quapropter instructi prædecessorum nostrorum aliorumque sanctorum Patrum authoritate, decernimus & statuimus, ut obeunte hujus Romanæ universalis Ecclesiæ Pontifice, inprimis cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes, mox clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus & populus ad consensum novæ electionis accedat, nimium præcaventes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosi viri præduces sint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. „ Ibidem se veterem electionum formam restituere testatur, nempe clerus plebe consentiente eligebat eum, quem comprovinciales episcopi cum Metropolitani judicio consecrarent. Addit, quod in Romana Ecclesia cardinales episcopi Metropolitani vice fungantur.

Romana synodus. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 9. Labbe. *Constitutio de electione R. Pontificis.*

His subjicit: " Eligatur autem de ipsius ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus: vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur, salvo debito honore & reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui futurus Imperator speratur, sicut jam ei concessimus, & successoribus illius, qui ab Apostolica sede personaliter hoc jus impetraverint. Quod si iniquorum hominum perversitas invaluerit, ut pura, sincera, atque gratuita fieri in urbe non possit electio; cardinales episcopi cum religiosis clericis, Catholicisque laicis, licet paucis, jus

Ibid.

Christi An. 1059. jus poteſtatis obtineant, eligere Apoſtolicæ ſedis Pontificem, ubi congrue viderint. Plane poſtquam electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas, vel qualiſcumque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, ut is, qui electus eſt in Apoſtolica ſede, inthronizari non valeat, electus tamen, ſicut verus Papa, obtineat authoritatem regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius .... Quod ſi quis contra hoc noſtrum decretum ſynodali ſententia promulgatum, per ſeditionem, vel præſumptionem, aut quodlibet ingenium electus, aut etiam ordinatus, ſeu inthronizatus fuerit, authoritate divina ... perpetuo anathemate cum ſuis authoribus, fautoribus, & ſequacibus, a limine ſanctæ Dei Eccleſiæ ſeparatus abjiciatur, ſicut antichriſtus. „ Huic decreto poſt Nicolaum Papam, ſubſcripſere ſeptuaginta ſex epiſcopi cum presbyteris & diaconibus, quorum primus eſt Bonifacius Albanenſis epiſcopus.

Ibid. In eadem ſynodo promulgati ſunt tredecim canones, quorum primus laudati decreti ſummam continet. Tertius ſic habet: " Ut nullus Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem. Unde etiam ipſa ſynodus ſtatuit, dicens: Quicumque ſacerdotum, diaconorum, & ſubdiaconorum poſt conſtitutum ſanctiſſimi Papæ Leonis de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei præcipimus, ut Miſſam non cantet, neque Evangelium vel epiſtolam, ac Miſſam legat; neque in presbyterio ad divina officia cum iis, qui præfatæ conſtitutioni fuerint obedientes, maneat, neque partem ab eccleſia ſuſcipiat, quouſque a nobis ſententia ſuper hujuſmodi, Deo concedente, procedat. Quartus. Præcipientes ſtatuimus, ut ii prædictorum ordinum, qui eidem prædeceſſori noſtro obedientes caſtitatem ſervaverunt, juxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent & dormiant, & quidquid eis ab eccleſiis venit, communiter habeant. Quintus. Ut decimæ & primitiæ, ſeu oblationes vivorum & mortuorum, eccleſiis Dei fideliter reddantur a laicis, & ut in diſpoſitione epiſcoporum ſint. Quas qui retinuerint, a ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparentur. Nonus. Ut per ſimoniacam hæreſim nemo ordinetur, vel promoveatur ad quodlibet eccleſiaſticum officium. Decimus. Ut cujuslibet ordinis clericos laici non judicent. „ Hos canones epiſtola encyclica comprehenſos Papa direxit ad omnes epiſcopos Catholicos.

Ibid. Decretum ſequens contra ſimoniacos in eadem ſynodo ſic promulgatum eſt. Nicolaus Papa dixit: Decretum adverſus ſimoniacos. " Erga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſervanda habendam eſſe decernimus, ſed juxta canonum ſanctiones eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe Apoſtolica authoritate ſancimus ... Et quia uſque adeo hæc venenata pernicies hactenus inolevit, ut vix quælibet eccleſia valeat reperiri, quæ hoc morbo non ſit aliqua ex parte correpta, eos, qui uſque modo gratis ſunt a ſimoniacis conſecrati, non tam cenſura juſtitiæ, quam intuitu miſericordiæ, in acceptis ordinibus manere permittimus: niſi forte alia culpa ex vita eorum contra canones in eis exiſtat .... De cætero autem, ſi quis hinc inpoſterum, ab eo, quem ſimoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permiſerit, conſecrator & conſecratus non diſparem damnationis ſententiam ſubeant, & uterque depoſitus pœnitentiam agat, & privatus propria dignitate perſiſtat. „ In fine confirmat conſtitutionem de electione Romani Pontificis.

Ibid. Berengarius damnat errores ſuos. Anonym. Cuiſſiet. Nicolaus Papa Berengario conceſſit audientiam; ſed ille, cum ſectam ſuam defendere non valeret, tandem quaſi correctus libros propriæ hæreſeos, in conſpectu Domni Apoſtolici & totius ſynodi, manu propria concremavit, & errore abnegato, Catholicam profeſſionem, quam juſſu Papæ compoſuerat Humbertus epiſcopus, ſub jurejurando pronuntiavit, eique ſubſcripſit. Hæc autem ſic habet: " Ego Berengarius indignus diaconus eccleſiæ S. Mauritii Andegavenſis, cognoſcens veram & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipue de qua hactenus infamatus ſum, quæ adſtruere conatur, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento, manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, vel fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor de ſacramento Dominicæ menſæ eamdem fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta ſynodus authoritate Evangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmavit: ſcilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter, non ſolum in ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri, jurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Evangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis, æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire ac prædicare præſumpſero, ſubjaceam canonum ſeveritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi. „ Hanc juratoriam profeſſionem Berengarii Papa Nicolaus ſtatim per diverſa tranſmiſit regna, ut omnes gratias agerent pro ejus converſione. Sed Berengarius poſt ſynodum ad proprium vomitum redire non timuit, eamque fidei profeſſionem ſcriptis impugnans, Humbertum contumeliis onerat. Expoſitione quidem indiget, quod in ea dicitur, verum corpus Chriſti in ſacramento ſenſualiter tangi, frangi, & fidelium dentibus atteri.

Christi An. 1059.

X. Guido data Imperatori pecunia Mediolanenſem archiepiſcopatum obtinuerat: cum ab omnibus ſe deſertum videret, favit clericis ſimoniacis & incontinentibus. Sed ei reſtitere Arialdus clericus, & Herlembaldus unus ex viris primariis ejuſdem civitatis, qui pro ſacerdotum caſtitate pugnans occiſus eſt, anno milleſimo ſeptuageſimo ſexto. Arialdo ſe adjunxere Landulphus alter clericus, & Nazarius laicus, qui ſtatim ad conjugium clericorum deteſtandum plures adduxere. Clerus irritatus adverſus Arialdum conſpiravit, & de eo conqueſtus eſt, tum apud epiſcopos provinciæ, tum apud Stephanum Papam: qui Guidoni mandavit, ut ſynodum provincialem cogeret. Guido illam Novarræ congregavit: ſed Arialdus & Landulphus ei intereſſe noluere: ſynodus tamen eos, licet abſentes, excommunicavit. Illi Romam profecti querelas ad Papam detulere, qui hanc excommunicationem annullavit, licet non pauci hic in eos acerbius inveherentur. Nicolaus Papa tunc accepta legatione Mediolanenſium exorantium, ut Mediolanenſis eccleſiæ contritionibus dignaretur miſereri & compati, Petrum Damiani, & Anſelmum Lucenſem epiſcopum Mediolanum miſit, ut eam eccleſiam ſimoniaca labe, & Nicolaitarum ſpurcitia infectam cum Romana conciliaret. Sed vix unus repertus eſt, qui non aut ordines emerit, aut fœda fœminarum conſuetudine uſus eſſet. Sed hortatu Petri Damiani primus omnium Guido Archiepiſcopus ſolemnibus verbis ſuper Evangelia profeſſus eſt, ſe ab hujuſmodi flagitiis temperaturum. Clerici, qui primum magnam populi ſeditionem adverſus legatos commoverant, dicentes: Non debere Ambroſianam eccleſiam Romanis legibus ſubjacere, nullumque judicandi jus Romano Pontifici in illa ſede competere, & Petro mortem comminabantur. Ille vero intrepidus pulpitum conſcendit, demonſtrat Romanæ Eccleſiæ dignitatem, quam S. Petrus fundaverat, cui Chriſtus claves regni cœlorum tradiderat, & per ſuos diſcipulos Mediolanenſem eccleſiam inſtituerat. Ejus verbis placati clerici eadem ſancte promiſerunt, ſcilicet uxores, ſeu potius concubinas quamprimum ſe dimiſſuros, nec ullum daturos deinceps pretium pro ſacris ordinibus.

Arnulph. Mediol. l. 4. c. 7. *Mediolanenſis clerus reformatur.* Nicol. Arag. in geſt. R. Pont. Petr. Damian. opuſc. 5.

Ibid. Poſtea Mediolanenſis Archiepiſcopus ante ſanctum altare præſente Lucenſi epiſcopo, juravit inter manus Petri Damiani dicens: Si hæc de ſimoniaca & Nicolaitarum hæreſi delenda, & funditus deſtruenda fideliter non obſervavero, ab omnipotenti Deo ſim excommunicatus & anathematizatus, & ab omni Chriſtianorum conſortio inveniar alienus. Similiter & vice-dominus, & cancellarius ejus, & omnes, qui aderant clerici, manus ſuas in manum Petri dederunt, & hæc eadem excommunicationis & anathematis verba dixerunt.

Ibid. His peractis, Mediolanenſis epiſcopus illico in pavimentum cum omni humilitate proſternitur, & injungi ſibi pœnitentiam pro venalitatis hujus nefando commercio deprecatur ..... ſibique permiſſus, centum annorum ſibi pœnitentiam indidit, redemptio-

Christi An. 1059. ptionemque ejus taxatam per unumquemque annum pecuniæ quantitate præfixit. Legati mox majorem ecclesiam ingressi coram clero & copioso populo, clerum, tactis sacrosanctis Evangeliis, jurare fecerunt, quod Archiepiscopus, donec viveret, in quantum posset, clericorum simoniam & incontinentiam omni studio totisque viribus sincere & fideliter extirpare contenderet. Legatis demum visum est, ut omnes illi clerici, accepta pœnitentia inter Missarum solemnia reconciliarentur, ornamenta de manu episcopi recipientes. Sed prius sequens scriptum ante altare legerunt.

Ibid. "Ego Arialdus diaconus, hac scriptura, quam manu mea scripsi, profiteor, me eamdem fidem tenere, quam sacrosancta septem concilia Evangelica & Apostolica authoritate firmarunt, & quam Romani Pontifices .... exposuerunt. Anathematizo quoque generaliter omnes hæreses .... & specialiter atque nominatim simonicam hæresim, quæ in ipsam ecclesiam conatur introducere sacrorum ordinum sive officiorum maledictam venalitatem; deinde Nicolaitarum abominabilem hæresim, quæ imprudenter latrat, sacros altaris ministros debere, vel posse licenter uti conjugibus. Unde, quia his diebus hæ duæ hæreses... gravius Ecclesiam Dei vexant & impugnant, simoniacos omnes & Nicolaitas cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuntio, jurans per sanctam Trinitatem.

Clericorum autem hæc fuit pœnitentia. Qui minus rei videbantur, quinque annorum pœnitentiam acceperunt, ita ut duabus anni quadragesimis Natalem Domini & sanctum Pascha præcedentibus, tres dies per hebdomadam jejunarunt, in pane & aqua: reliquo vero anni tempore duo dies. Eorum autem, qui gravius peccarunt, septem annorum fuit pœnitentia: & post septennium, quamdiu vixerint, sexta feria jejunabunt. Qui autem jejunare facile non potest, vel unum psalterium meditabitur per omnem hebdomadam, vel unum pauperem pascet, & lotis ejus pedibus nummum ei porriget. Clericis sic reconciliatis, decretum est, ut non omnibus redderetur officium; sed his duntaxat, qui & literis eruditi, & casti, & morum gravitate viderentur honesti: cæteris autem sufficeret, quod sanctæ Ecclesiæ per divinam gratiam essent rursus inserti, a qua eatenus fuerant divinæ sententiæ falce præcisi. Hæc est summa relationis, quam ad Hildebrandum misit Petrus Damiani, & sedis Apostolicæ correctioni humillime subjecit. Verum post legatorum discessum, Guido clericorum assiduis stimulatus querimoniis, ac pene conviciis, in pristinum statum rediit.

Nicol. Arag. in gest. R. Pont.

Petr Damian. opusc. 19. XI. Petrus Damiani circa hæc tempora, Nicolao Papæ libellum abdicationis dedit, ut deposito episcopatu ad solitariam vitam redire ei liceret. Opusculum, quod undecim capitibus constat, misit ad eumdem Pontificem, quem suppliciter obsecrat, ut sibi episcopatus onus deponere permittat. Has affert causas, quod senior sit, & idcirco quieti magis quam labori sit idoneus; quod illud laboriosum munus coactus susceperit: denique, quod propter peccata sua tam excelso honoris fastigio sit indignus. Licere autem, si ita tempus aut ratio postulet, episcopatu se abdicare, plurimis sanctorum virorum exemplis & authoritatibus comprobat. In fine Deum precatur, ut eam Pontifici mentem injiciat, qua suis votis satisfaciat. Verum Pontifex ejus petitioni non acquievit.

Idem opusc. 17. Nicolaum Papam altero opusculo, ut publicam ecclesiasticorum lasciviam, & petulantem vivendi licentiam comprimeret, adhortatus est, "Quoniam eo vivebant liberius, quia, inquit, synodali se plectendos esse sententia propter luxuriæ vitium non formidant, nostris quippe temporibus genuina quodammodo Romanæ Ecclesiæ consuetudo servatur, ut de cæteris quidem ecclesiasticæ disciplinæ studiis examen, prout dignum est, moveat; de clericorum vero libidine propter insultationem sæcularium dispensatorie conticescat. Quod certe satis correctione dignum est .... Tu autem, Domine mi venerabilis Papa, qui Christi vice fungeris .... noli pestem hanc per ignaviam ad incrementa perducere: noli connivendo, & dissimulando grassanti luxuriæ fræna laxare .... Deponantur ii, qui ecclesiasticæ castitatis non verentur fœdare munditiam, & dejecti deterreant, quos male stantes ad turpis luxuriæ contumeliam provocabant. „ Ibidem se loqui de clericis scortatoribus indicat. Stephanus enim IX. & Nicolaus II. clericos, qui concubinas duxerant post Leonis Papæ decretum, vel retinuerunt, suspenderant ab omni officio: eorum decreta superius recitavimus.

Christi An. 1059.

XII. Nicolaus Papa post Romanam synodum, profectus est in Apuliam, & synodum Melphiæ celebravit cum plurimis episcopis. Sacerdotes & clerici in ea regione se conjugio sociabant. Papa illos adesse synodo jubet, & caste vivere præcipit, presbyterorumque uxores in illis partibus exterminavit. Synodo finita pacem cum Normannorum Principibus firmavit, qui Beneventum ei restituere. Papa vero Robertum Guiscardum Apuliæ & Calabriæ ducem constituit sub jurejurando fidelitatis & annui tributi honorarii. Illius transactionis instrumentum publicum sic habet: "Ego Robertus Dei gratia & sancti Petri, dux Apuliæ & Calabriæ, & utroque subveniente futurus Siciliæ, ad confirmationem traditionis de omni terra, quam ego sub dominio meo teneo, & quam adhuc nulli ultramontanorum unquam concessi, ut teneat: promitto me annualiter pro unoquoque jugo boum pensionem, scilicet duodecim denarios Papiensis monetæ persoluturum B. Petro, & tibi Domino meo Nicolao Papæ, & omnibus successoribus tuis, aut tuis & tuorum successorum nuntiis. Hujus autem pensionariæ redditionis erit semper terminus .... sanctæ Resurrectionis die Dominico. Sub hac conditione hujus persolvendæ pensionis obligo me & omnes meos, sive hæredes, sive successores, tibi Domino meo Nicolao Papæ, & successoribus tuis. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia. „ Robertus necdum Siciliam, ut patet, sibi subjecerat, quam postea armis occupavit, ejectis Saracenis, qui per proditionem Græcis Imperatoribus hanc eripuerant.

Guillelmi Apul. poem.

Lib. cens. suum R. Pontif.

Beneventi alteram synodum Papa celebravit. Joannes monasterii S. Vincentii super Vulturni fluminis fontes siti abbas conquestus est super Albertum monachum Roffredi comitis filium, qui cellam S. Mariæ in Castanieto subripuerat suo monasterio, ibique nomen & officium abbatis usurpaverat, licet hoc ei interdixerit Leo Papa IX., quod trium episcoporum testimonio confirmavit. Albertus autem, quamvis multa diceret, nullum sibi jus astruere potuit. Leonis igitur perlectis literis, judicio totius synodi definitum est, prædictum Albertum debere nomine & officio male arrepto privari, & monasterium B. Vincentii perpetualiter investiri de prædicta cella, & omnibus ejus pertinentiis: quod & factum est: Albertus monachus nomen & officium abbatis, atque cellam, seu monasterium per virgam in manu Papæ deposuit, & quia erat anathematicus, ab omni altaris ministerio depositus, in potestate abbatis est ad corrigendum datus, & Papa Joannem abbatem S. Vincentii ex eadem S. Mariæ cella in perpetuum investivit. Huic constitutioni post Papam subscripsit Humbertus sylvæ-candidæ cardinalis episcopus, & post eum sex Archiepiscopi; in Romana vero synodo cardinales etiam diaconi ante Archiepiscopos subscripsisse reperiuntur, in editione doctissimi Patris Harduini, qui Romanæ synodi subscriptiones ex Vaticano codice depromptas ad se transmissas fuisse testatur: Quod cum antea factum non reperiamus, cardinalium honorem circa hæc tempora non parum crevisse fatendum est.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Benevent. Synodus.

Nicolaus Papa rebus sic bene constitutis, Romam reversus est; Normannorum Principes cum eo misere exercitum, cujus opera Tusculani & Nomentani summo Pontifici & Ecclesiæ Romanæ perduelles castigati, & Papæ Domino suo subditi, tyranni expugnati, exterminati prædones, qui in ditione Romani Pontificis grassabantur; Gerardi Galeriæ comitis destructa præsidia, castellaque complura: sicque libertas, pax, securitas urbi, totique ditioni ecclesiasticæ restituta est.

XIII. Isaacius Commenus eodem anno, dum venatur, fulmine percussus, equoque dejectus, ex ore spumas edens velut epilepticus devolvebatur: in parvum navigium impositus defertur in regiam, morbo per aliquot dies detentus, mortem expectabat, & idcirco ad placandum Deum pœnitentiam amplectitur, & monachum induere statuit. Mutationis vitæ propositum Patriarcha laudavit; sed Æacaterina ejus uxor nihil omisit, ut eum ab eo consilio averteret. Isaacius autem in sententia perstitit, sincereque pœnitentiam agens, præsertim de usurpato Imperio, non filiæ maritum, vel alium sibi consanguini-

Constantinus Ducas Imp.

Psell.

Christi An. 1059. guinitate proximum elegit ſibi ſucceſſorem, ſed Conſtantinum Ducam virum illuſtrem, qui optime noſſet rationes parandæ pecuniæ ad Imperii conſervationem. Cum itaque accerſitus fuiſſet, ei commendat uxorem filiamque Mariam, & pollicetur Imperium; necdum tamen inſignia dedit, ſed in promiſſis ſtetit. Convaleſcit tantiſper Imperator, ac cum videretur halitum recepiſſe, anceps animi erat: timebat enim, ne inde male ſecum poſtea ageretur, ac ſuſpectus foret. Pſellum, qui hæc ſcripſit, conſulit, qui eum ſolatur, atque in propoſito roborat, & Patriarcham advocat. Imperator rurſus morbo vexatus, eum inſanabilem reputans, comam ponit, monachi habitum induit, vocanſque Conſtantinum, ex animo ei confirmat Imperium, conſcenſaque nave ad Studii monaſterium ſecedit, cum biennium & tres menſes imperaſſet. Per tantum fere tempus in habitu monachi ſupervixit, omnem præſtans præfecto monaſterii obedientiam, ita ut janitor eſſet, & alia munia obiret: caſtiſſimus autem fuiſſe dicitur. Poſt abdicatum a patre Imperium Maria Commena cum matre in monaſterium conceſſit. Conſtantinus autem Ducas die vigeſima quinta Decembris anni milleſimi quinquageſimi noni coronatus eſt Imperator.

Philippi Francorum Regis coronatio.

XIV. Die vigeſima tertia Maji ejuſdem anni Remis, præſente Henrico patre, Philippus licet ſeptennis a Gervaſio Remenſi Archiepiſcopo Rex conſecratus eſt. Antequam epiſtola legeretur, Archiepiſcopus vertit ſe ad eum, & expoſuit ei fidem Catholicam, ſciſcitans ab eo, utrum hanc crederet & defendere vellet. Quo annuente, delata eſt ejus profeſſio, quam accipiens ipſe legit, eique ſubſcripſit. Erat autem profeſſio ejus hæc: " Ego Philippus, Deo propitiante, mox futurus rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto coram Deo & Sanctis ejus, quod unicuique veſtrum, & eccleſiis vobis commiſſis, canonicum privilegium & debitam legem, atque juſtitiam conſervabo, & defenſionem, adjuvante Domino, quantum potero, exhibebo, ſicut Rex in ſuo regno unicuique epiſcopo, & eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet, populoque nobis credito me diſpenſationem legum in ſuo jure conſiſtentem noſtra authoritate conceſſurum.„ Qua perlecta, poſuit eam in manus Archiepiſcopi, præſentibus Hugone Archiepiſcopo Veſontionenſi, & Ermenfrido epiſcopo Sedunenſi, Nicolai Papæ legatis, & viginti quatuor Galliarum epiſcopis, & viginti novem abbatibus.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

Ibid. Gervaſius Remenſis Archiepiſcopus deinde accipiens S. Remigii baculum differuit, quomodo ad eum pertineret electio Regis & conſecratio, ex quo S. Remigius Ludovicum regem baptizavit & conſecravit. Hanc poteſtatem & totius Galliæ primatum ab Hormiſda Papa data S. Remigio dixit: ſed ex apocryphis literis. Tunc annuente patre ipſius Henrico, elegit eum in Regem. Poſt eum legati Romanæ ſedis eumdem elegere, cum id ſine Papæ nutu fieri licitum eſſe diſertum ibi ſit, honoris tamen & amoris gratia. Tum ejus affuerunt legati; poſt hos Archiepiſcopi, epiſcopi, & abbates, & clerici. Poſt, Wido dux Aquitanniæ. Poſt, Hugo filius & legatus Ducis Burgundiæ. Poſt, legati Balduini Marchionis, ſeu Flandriæ comitis, & legati Godefridi Andegavenſis comitis. Deinde comites, Rodulphus Vadenſis, Herbertus Vermandenſis, Wido Ponticenſis, Willelmus Sueſſonicus, Ramaldus, Rogerus, Manaſſes, Hilduinus, Willelmus Arvernenſis, Heldebertus de illa Marchia, Folio Ecolesmenſis, vicecomes Lemovicenſis. Poſt, milites ſeu nobiles, & populi, tam majores quam minores, uno ore conſentientes laudaverunt ter proclamantes: Volumus, Fiat. Tunc fecit ipſe Philippus præceptum, ſicut anteceſſores ſui fecerunt, de rebus S. Mariæ, & de Remenſi comitatu, & de rebus S. Remigii, & de cæteris abbatiis. Quod firmavit eique ſubſcripſit. Subſcripſit etiam Archiepiſcopus: nam ibi eum conſtituit ſuum cancellarium; quam dignitatem ſuos prædeceſſores habuiſſe contendebat, & ita conſecravit eum in Regem. Demum lectum eſt privilegium, quod Gervaſio Victor Papa conceſſerat, concedens ei pallium, ex Cenomanenſi enim ſede fuerat ad Remenſem translatus. Gervaſius Regem Pariſios comitatus eſt, ſubſcripſitque fundationi S. Martini in campis. Henricus rex ejus monaſterii reparator eximius, die quarta Auguſti anni milleſimi ſexageſimi ſupremum diem explevit, cum regnaſſet annos viginti novem.

Christi An. 1060.

XV. Pridie Kalendas Februarii ejuſdem anni milleſimi ſexageſimi, præſidente Stephano cardinali presbytero, Apoſtolicæ ſedis vicario, in baſilica Reſurrectionis Dominicæ, Nicolai Papæ juſſu, Viennæ Metropolis Galliæ celebrata eſt ſynodus. Decem canones in ea promulgati ſunt adverſus ſimoniacos, & incontinentes clericos. Primus ſic habet. " Sancti Spiritus authoritate, ut credimus, in Chalcedonenſi ſynodo ſententia de ſimoniacis prolata ſic ab omnibus obſervetur; quatenus, quicumque deinceps pecunia, aut aliqua interveniente conventione ſæculari, aut quolibet modo contra canonicam cenſuram, epiſcopatum, aut abbatiam, aut archidiaconatum, ſeu archipresbyteratum, aut aliquam dignitatem eccleſiaſticam, ſive aliquem gradum, aut miniſterium, vel beneficium, quod nonniſi clericis habere SS. Patrum ſancivit authoritas, dare vel accipere, quolibet modo canonibus contrario tentaverit, & dans a proprio decidat gradu, & dignitate: & accipiens miniſterium ſuum male uſurpatum, numquam recuperaturus amittat. Sextus. Præterea, ſi quis epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, aut ſubdiaconorum, poſt cognitum interdictum Domini noſtri Papæ Nicolai, mulieri cujuslibet carnali detentus copula, a miniſterio & beneficio altaris non ceſſavit: ſive deinceps cognoſcens prælibatum Apoſtolicæ ſedis interdictum, aut mulierem, aut miniſterium eccleſiæ cum beneficio non ſtatim deſeruerit; nullam reſtitutionis in priſtino gradu veniam ſibi reſervaſſe cognoſcat. Septimus. Quicumque clericorum deinceps in armis militaverint, & beneficium & conſortium clericorum amittant. „ Nonus jubet, ut excommunicati ſint inceſti & adulteri, & qui ſua uxore dimiſſa aliam duxerit. Decimus. Ut deſertor monaſticæ religionis ſit excommunicatus, ſimiliter & abbas, qui eum pœnitentem non receperit.

Christi An. 1060. Ibid. *Vienneſis ſynodus.*

Ibid. *Turonenſis ſynodus.*

XVI. Decimo tertio Kalendas Martii ejuſdem anni, idem legatus Papæ juſſu Turonis ſynodum congregavit, in qua recepti & confirmati ſunt iidem canones: quos proinde a Papa dictatos & miſſos, & ab epiſcopis in provinciali ſynodo receptos recte colligunt periti critici. Idem Stephanus legatus literas dedit ad Archiepiſcopum Dolenſem, ut reſipiſceret, & veniret ad ſynodum Romanam Nicolai Papæ, vel ad Turonenſem a ſe habendam ante mediam quadrageſimam. Quod ſi, inquit, ad nos, nec ad Dominum meum in dictis terminis venire nolueris, vindictam abſque miſericordia ſenties eccleſiaſticæ diſtrictionis. Exemplar etiam mitto epiſtolæ hujus poteſtatis a Domino meo mihi traditæ. Cum in prædicta ſynodo Turonenſi de Joanne Dolenſi nihil ſtatutum ſit; manifeſtum eſt, quod vocatus non comparuerit.

Ibid. *Jaccetana ſynodus.*

XVII. Æra 1098. id eſt, anno milleſimo ſexageſimo Sanctius epiſcopus Aragonenſis, & Paternus Cæſar-Auguſtanus cum ſeptem aliis epiſcopis, Auſtindo Auxitano aſſidentes Jaccæ ſynodum celebrarunt. Ramirus rex præſens aderat cum filiis & regni proceribus. In ea propter bellorum tumultus depravati mores patrii in ordinem rediguntur, & perfecta inſtituta majorum revocantur. Sacra omnia pie riteque ex Catholicis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ decretis atque ſanctionibus inſtaurantur . . . Data ſacerdotibus lex, ne quo alio more quam Romano precarentur: neque Gothica, utpote peregrina, piacula exſolverentur. Eccleſiaſtica ſedes Jaccæ conſtituitur, quæ priſcis temporibus Oſcæ collata fuerat: decerniturque, ut, quando diœceſis caput ab impiorum dominatu eriperetur, illi Jaccetana ſedes ſubjiceretur, & tanquam filia parentem recte ſancteque coleret. Fines diœceſis terminantur. Paternus Cæſarauguſtanus permiſſu concilii eccleſiam ſanctarum Maſſarum Cæſarauguſtæ urbis . . . Jaccetanæ eccleſiæ contribuit. Ex eo epiſcopi, qui ad eam diem Aragoniæ cognomento uſi fuerant, Jaccetam appellantur.

Thomas Stabs. in actis Pontif. Eborac.

XVIII. Aldredus in Anglia Wigornienſis epiſcopus Kinſio demortuo in Archiepiſcopatum Eboracenſem ſucceſſit, & ſequenti anno, ſcilicet milleſimo ſexageſimo primo, Eduardi regis juſſu cum Torſtino comite Romam perrexit. Et cum a Nicolao Papa pallium peteret, ei objectum eſt, quod de minori ad majorem ſedem abſque conſenſu Papæ fuiſſet translatus, & primum epiſcopatum necdum dimiſiſſet: & pallium impetrare non potuit. Priorem

CHRISTI AN. 1060. tamen episcopatum ei Papa concessit: & sic infecto negotio abiit. Et cum jam unius diei iter feciſſet, incidit in latrones, a quibus nimis crudeliter tractatus, cæsisque suis & vulneratis, ipse spoliatus est, & conversus in urbem rediit, & totum infortunium suum coram Apostolico retulit. Itaque Papa Nicolaus super eum pietate commotus, & totius curiæ intercessione pro eo exoratus, & archiepiscopatum ei dato pallio confirmavit, & ordinandi pro se alterum ad episcopatum Wigornienſem potestatem dedit. Malmesburienſis, qui eum simoniæ accusatum scripserat, id postea retractavit.

Malmesbur. vit. S. Wlstan episc.

Bonch. l. 9. hist. provinc. Hugonem Cluniacenſem abbatem in Galliam legatum misit Nicolaus Papa, qui cum Arelatenſi Archiepiscopo, & quibusdam aliis episcopis Avinione synodum celebravit, in qua Gerardus, cognomento Caprerius, electus est episcopus Sistericenſis, & Romam missus, episcopus a Nicolao Papa consecratus est. Hunc Roma redeuntem Sistericenſes non permiserunt intrare civitatem suam, quamvis Papæ literas ad eos deferret. Ipsi enim laici & præcedentes episcopi destruxerant episcopatum, erant enim uxorati publice. Veniens igitur Forqualerium honorifice & cum magno gaudio receptus est. Gerardus canonicos Sistericenſes & Forqualerienſes separavit, & dignitates inter eos divisit, & utraque ecclesia facta est cathedralis.

Bertrand. Sistar.

CHRISTI AN. 1061. *Nicolao P. succedit Alexander II.* XIX. Nicolaus Papa duobus annis & sex mensibus in pontificatu peractis, Florentiam profectus, ibidem vivendi finem fecit, die vigesima secunda mensis Junii, anno millesimo sexagesimo primo. Sedes vacavit menses tres & dies novem. Nunquam diem prætermisit, quin pedes duodecim pauperibus ablueret. Literatus erat, & sine suspicione castus, & in erogandis eleemosynis pius. Eo mortuo ingens inter Romanos seditio de ordinando Pontifice cœpit oriri. Quidam proceres legationem ad Henricum Germaniæ regem adornant, eique coronam auream, aliaque munera & titulum Romani patriciatus offerunt. Dum hæc in urbe agerentur, Longobardorum episcopi tam simoniaci & incontinentes, quam alii facinorosi, authore Guiberto Parmenſi (constitutus hic erat cancellarius Regis, homo nequissimus) convenerunt in unum, & consimilium clericorum multitudine congregata, communiter statuerunt, ut aliunde non deberent Papam recipere, quam de paradiso Italiæ, (ita Longobardiam nominabant) & talem personam, quæ infirmitatibus eorum compateretur, & condescenderet. Quo facto, aliquos ex ipsis ad Imperatricem miserunt, qui ejus animum quibusdam verisimilibus figmentis allicerent, & sibi propitium facerent. Venientes autem ad eam suggesserunt, quod filius ejus in honorem patriciatus succedere deberet, sicut in regia dignitate. Et impudenter asserebant, quod Nicolaus Papa statuerat, ut nullus deinceps haberetur Romanus episcopus, nisi prius a Cardinalibus eligeretur, cui postea accederet consensus Regis. Itaque facinorosi & rebelles, quos ad officium reducere voluerant præcedentes Pontifices, tunc conspirarunt, ut sibi commodum haberent Pontificem, qui nec vellet, nec posset in ipsos animadvertere, censuris ecclesiasticis rebelles vi compellendo ad obsequium.

Leo Ostiens. l. 3. c. 20. Nicol. Aragon. de gest. R. Pont. Petr. Damian. opusc. 4. p. 27. Cardinales ubi primum hæc audierunt, Stephanum cardinalem presbyterum, virum honestate & gravitate conspicuum, cum literis miserunt ad aulam regiam; sed ab aulicis administratoribus non est admissus, & per quinque fere dies ad B. Petri sedis injuriam præ foribus mansit exclusus. Quod ille æquanimiter tulit: legati tamen officium implere non potuit. Clausum itaque signatumque consilium mysterii, cujus erat gerulus, retulit. Romana tamen Ecclesia in eligendo Pontifice a charitate regia non recessit; nam, quamvis in clero suo viris religiosis & sapientibus abundaret, eum, qui Regi tanquam domesticus & familiaris erat, elegit, scilicet Anselonum patria Mediolanenſem, tunc Lucenſem episcopum. Kalendis Octobris anni millesimi sexagesimi primi coronatus, dictus est Alexander II. Imminens belli civilis periculum Cardinales & alios ad hanc electionem non differendam impulit. Desiderius Casſinenſis abbas, & Robertus Normannorum princeps, Romam venerunt, ut Alexandri partes adjuvarent.

Alexander II. Papa.

Leo Ostiens. l. 3. c. 20. Imperatrix hæc cum audiisset, una cum filio tulere graviter, sine sua authoritate gesta fuisse, Cadolumque, seu Cadaloum Parmenſem episcopum a Placentino duntaxat & Vercellenſi episcopis die vigesima octava Octobris eligi faciunt, convocatisque Italiæ seu Longobardiæ episcopis, generalique conventu Basileæ habito, Henricus rex coronam auream a quibusdam Romanis proceribus ad se transmissam sibi imposuit, Romanorumque patricius appellatus est, communique omnium consilio Parmenſis episcopi electio in Romanum Pontificem confirmatur, & Honorius II. appellatur. Demum omnia Nicolai Papæ acta & decreta cassare præsumpserunt.

CHRISTI AN. 1061. *Cadalous antipapa.* Herman. contract. Petr. Damian. opusc. 4.

Petrus Damiani gravissimas ad Cadaloum scripsit literas, ut eum ad insignia usurpatæ dignitatis deponenda adhortaretur. " In multis, inquit, tibi, frater, Romana pepercit Ecclesia, frequenter a te legitimi rigoris cohibuit disciplinam, adeo ut asserant qui se interfuisse fatentur, quod in tribus jam conciliis, Papienſi scilicet, Mantuano & Florentino, perspicua in te damnationis sententia claruit. Ubique tamen sedes Apostolica materno pietatis affectu tibi clementer indulsit; sed dum illa studuerit canonum circa te coercere vigorem, tu non vereris adversus eam hostilem redhibere tyrannidem . . . Cum itaque sacerdotium tuum tanta laboret infamia, quo pacto acquiescere potuisti, ignorante Romana Ecclesia, Romanum episcopum eligi? Taceamus interim de senatu, de inferioris ordinis clero, de populo, Quid tibi de cardinalibus videtur episcopis? qui videlicet Romanum Pontificem principaliter eligunt, & quibusdam aliis prærogativis non modo quorumlibet episcoporum, sed & Patriarcharum & Primatum jura transcendunt . . . Plane si pœnitentia jure plectendus est quisquis cuilibet injuriam irrogat sacerdoti; qua tu sententia dignus es, qui illis præjudicium sacerdotibus intulisti, quorum consilio & judicio status ac disciplina debet totius Ecclesiæ Catholicæ gubernari? Et cum canonica decernat authoritas, ut vel humilis cujuscumque ecclesiæ clero liceat liberum de illo, qui sibi præferendus est, habere judicium: qua tumoris audacia tu præsumpsisti violenter illis ingerere, qui præter communem Ecclesiæ regulam, super ipsos quoque Pontifices authenticam prævalent promulgare censuram?

CHRISTI AN. 1062. Petr. Damian. ep. 20. l. 1.

Ibid.

Multum sane lætificat, quod hujusmodi te pontifices elegerunt, Placentinus videlicet & Vercellinus, qui nimirum multum petulci ac poletarii, sicut norunt disputare de specie fœminarum, sic utinam potuissent in eligendo Pontifice perspicax habere judicium . . . salva plane reverentia digna Regibus nostris, quibus utique, sive pro sexus, sive pro ætatis infirmitate subripi potuit, præter illos, quicumque te ad hoc flagitium impulerunt, filii Caiphæ, primogeniti dicendi sunt Satanæ, adjutores antichristi, adversarii veritatis. O tragœdia omnibus ante nos sæculis inaudita! ut alienus episcopus propria sede contempta, ignorante Deo, nescient Petro, nesciente Romana Ecclesia, super Romanam constituatur Ecclesiam. Et quod non fert ecclesia cujuslibet infimæ dignitatis, perferat illa quæ mater est & magistra totius ecclesiasticæ rationis . . Quot hominum millia nunc tua facta dinumerant, qui usque ad hoc tempus ea funditus ignorabant? nam præbendarum ecclesiæ tuæ damnanda commercia, aliaque longe turpiora, quæ nos erubescimus dicere, hactenus in tuo tantum narrabantur oppidulo: nunc alter ad alterum ubique omnes loquuntur. „

Petr. Damian. ep. ad Alexand. Pontif.

Cadalous his monitis adeo non resipuit, ut etiam turpius quam antea viveret, & turpissime viventibus conniveret, ut hac arte clericorum incontinentium animos sibi conciliaret. Præterea ingentem pecuniæ vim in Romanos effudit, ac plebis duces sibi devinxit, qui ei Romam venienti cum exercitu, castrum sancti Angeli ad urbis expugnationem tradiderunt, die decima quarta mensis Aprilis, anno millesimo sexagesimo secundo. Sed post aliquos dies Godefrido Tusciæ duce adveniente, sic coarctatus est, ut non sine humillimis precibus, & magnis effusis muneribus post magnam suorum stragem evaserit illæsus. Parmam fugiens, licet spoliatus, ab incœpto tamen non destitit.

Nicol. Aragon. de gest. R. Pont.

Petrus Damiani secundam Cadaloo scripsit epistolam, propinquum divinæ ultionis fulmen comminatus, nisi resipiscat. Scripsi tibi, inquit, antequam Romam cum satellitibus satanæ fuisses aggressus, denuntians & contestans, ut te a tam cruenti molimnis intentione compesceres . . nec mundum adversus Ecclesiam in bella nefaria concitares. Verum non quiescis, pecuniæ favillas per populum spargis, & per æstum cupidinis miserorum hominum corda corrumpis.

Christi An. 1062. pis. Tuam profligas eccleſiam, ut obtineas alienam. Hinc dure in ipſum invehitur, ſceleſtiſſimis hominibus nequiorem eſſe contendens. Petrus tunc ab Alexandro Papa multis precibus obtinuit, ut ad priſtinam fontis Avellani eremum ſecederet, licet epiſcopali onere eum non prorſus liberaverit. In ſolitudinem reverſus epiſtolam apologeticam ſcripſit ad Alexandrum Papam, & ad Hildebrandum, qui tunc creatus eſt Romanæ Eccleſiæ archidiaconus, & cancellarius, ſicque primarius Papæ fuit in Romanæ Eccleſiæ adminiſtratione miniſter.

Cadalous antipapa damnatus. XX. Schiſma tam nefandum brevi extinxit divina providentia; & ſalus, & pax inde orta eſt, unde maximum periculum timebatur. Henricus rex duodennis apud Trajectum Friſiæ urbem Paſcha cum matre celebrabat, quæ utebatur plurimum conſilio Henrici Auguſtenſis epiſcopi. Unde nec ſuſpicionem inceſti amoris effugere potuit propter nimiam familiaritatem. Ea res graviter Principes offendebat. S. Hanno Colonienſis Archiepiſcopus, adnitentibus quibuſdam Principibus, Henricum regem cum lancea, & aliis Imperii inſigniis ſolerter a matre ſubduxit, deduxitque Coloniam, atque, ut ſchiſma in ipſo ortu extingueret, ſynodum indixit in Germaniæ loco, qui Osborium dicitur, cui Henricus rex interfuit. Ab epiſcopis Germaniæ, & Italiæ Cadalous damnatus eſt, & Alexandri II. electio confirmata, die vigeſima ſeptima menſis Octobris, anno milleſimo ſexageſimo ſecundo, ut refert Petrus Damiani, qui tunc edidit opuſculum, quod ſic inſcripſit: Diſceptatio ſynodalis inter Regis advocatum, & Romanæ Eccleſiæ defenſorem. Cauſa eorum altercationis hæc erat: Antiqua erat conſuetudo, decretis quatuor Pontificum confirmata, ut Romanus Pontifex electus non conſecraretur, vel, ſi jam eſſet epiſcopus, non inthronizaretur, niſi prius ab Imperatore confirmaretur ejus electio. Poſtulata quidem pro Alexandri II. electione fuerat Regis confirmatio; ſed cum legatus ad audientiam non fuiſſet admiſſus, Alexander Papa ſine Regis Henrici conſenſu fuerat inthronizatus, propter rerum neceſſitatem. In hac autem diſputatione fautorum Regis objecta refellere ſibi proponit. Oſtendit primo, quinque prioribus ſæculis, ejuſmodi confirmationem numquam fuiſſe expetitam, ac proinde non eſſe abſolute neceſſariam. Secundo. Perſonale eſſe illud privilegium, quod conceſſum eſt propter temporum acerbitatem, cui proinde exigente majori neceſſitate derogari poteſt. Tertio. Miſſum a Romanis legatum, qui Regis conſenſum expoſceret; quo per injuriam non admiſſo, electores jure ſuo prudenter uſi ſunt, ut bellum civile prævenirent. " Sed abſit a nobis, inquit, ut propter hominis cujuslibet inſolentiam Rex, qui innocens eſt, quantum ad nos, rem ſuam amittat, quem authore Deo votis omnibus præſtolamus ad Imperiale faſtigium, non permittimus ob alienam culpam regiæ dignitatis incurrere detrimentum. Et rurſus. Privilegium invictiſſimo Regi noſtro, ipſi quoque defendimus, & ut ſuperplenum, & illibatum poſſideat, optamus. Porro Romana Eccleſia multo nobilius atque ſublimius, quam mater carnis, mater eſt Regis .... Et quidem liquido novimus, quia Rex, licet egregiæ indolis, tamen adhuc puer eſt. Quid ergo mali fecit Romana Eccleſia, ſi filio ſuo, cum adhuc impubes eſſet, cum adhuc tutela egeret, ipſa tutoris officium ſubiit, & jus, quod illi competebat, implevit? Præſertim, cum virum Regi chariſſimum multis aliis prætulerit. „

Herman. chron.

Lambert. chron.

Petri Damiani diſceptatio ſynodalis. Opuſc. 4.

Demum ſic concludit: " Amodo igitur dilectiſſimi .... utraque pars in hoc uno ſtudio conſpiremus laborantes, ut ſummum ſacerdotium, & Romanum ſimul confœderetur Imperium: quatenus humanum genus, quod per hos duos apices in utraque ſubſtantia regitur, nullis, quod abſit, partibus ... reſcindatur: ſicque mundi vertices in perpetuæ charitatis unione occurrant, ut inferiora membra per eorum diſcordiam non reſiliant. Et quatenus ab uno mediatore Dei, & hominum hæc duo, regnum ſcilicet, & ſacerdotium, divino ſint conflata myſterio: ita ſublimes iſtæ duæ perſonæ tanta ſibimet unanimitate jungantur, ut quodam mutuæ charitatis glutino, & Rex in Romano Pontifice, & Romanus Pontifex inveniatur in Rege: ſalvo ſcilicet ſuo privilegio Papæ, quod nemo præter eum uſurpare permittitur. Cæterum, & ipſe delinquentes, cum cauſa dictaverit, forenſi lege coerceat: & Pontifex cum ſuis epiſcopis ſuper animarum ſtatu prolata ſacrorum canonum authoritate decernat. „ Exactior critica in eo opere deſideratur. Petrus ut legitimam laudat Conſtantini donationem, aliaque profert, quæ cum hiſtoriæ veritate non congruunt.

Ibid.

Christi An. 1062.

Petrus Damianus aliud opuſculum contra Philargiam, & munerum cupiditatem compoſuit. Cardinales epiſcopos hortatur, ut illud vitium ab univerſa Eccleſia, & ſacerdotum mentibus exterminare conentur, quandoquidem omnes fere clades, & ærumnæ, quibus tunc Chriſtiana Reſpublica premebatur, ex avaritiæ fonte derivarentur: imprimis in luxum epiſcoporum invehitur.

Petri Damian. opuſ. 31.

XXI. Petrus Damianus circa idem tempus, Alexandri Papæ juſſu, ſcripſit vitam SS. Rodulphi, & Dominici monachorum, qui proximis diebus objerant; eidem Pontifici illam nuncupavit. De priori jam egimus. Dominicus vero, quia, cum eſſet clericus, a parentibus ejus epiſcopo data eſt hircinæ pellis aluta, ut fieret presbyter, perterritus in eremo Luceoli induit monachum, & donec vixit, ſacroſancti altaris miniſterium uſurpare non præſumpſit, & virgo uſque ad obitum perſeveravit ſub hac regula, ut fratres vinum numquam biberent, numquam adipe alimenta condirent, unum Dominica die, & quinta feria pulmentum ſumerent, & quinque aliis hebdomadæ diebus in pane, & aqua jejunium continuarent, orationi vacantes, & manuum operibus inſiſtentes jejunium continuum obſervarent; excepta Dominica die poſt veſperam, tunc cibum ſumentes habebant loquendi licentiam. Nudis pedibus ambulabant, in cellulis jugiter morabantur. Poſt aliquod tempus B. Petri Damiani factus eſt diſcipulus. Hanc autem, inquit, vitæ conſuetudinem habebat, ut vix dies ulla præteriret, quin duo pſalteria modulando, utraque manu ſcopis armata nudum corpus allideret. Quadrageſimæ vero temporibus, per dies ſingulos, dum ſe ſcoparum tunſionibus afficeret, ut minus tria pſalteria meditando perſolvebat. Centum autem annorum pœnitentiam ſic explebat. Cum trium ſcoparum millia unum pœnitentiæ annum regulariter expleant: decem autem pſalmorum modulatio mille ſcopas admittat; qui igitur centum quinquaginta pſalmos pſalterii ſic ſe flagellando recitabat, quinque annorum pœnitentiam abſolvebat: ac conſequenter, qui viginti pſalteria cum diſciplina decantabat, centum annorum pœnitentiam peragebat. Dominicus autem in ea pleroſque ſuperabat, quippe qui utraque manu infatigabiliter corpus percutiebat. Ejuſmodi vero pœnitentiam ſex diebus facile conſummabat; & quamvis loricam ferream ſuper nudum corpus indueret, centies per ſingulos quindenos pſalmos genua flectebat. Senex, & languoribus contabeſcens de conſueta auſteritate nihil remiſit: & tamen, cum aliquando ab eo inquiſiiſſet Petrus, quibus tunc ſe vitæ legibus ageret: reſpondit, ſe carnaliter vivere. Requiſitus, utrum ovis, vel piſcibus, vel caſeo, vel pomis veſceretur, negavit. Inſtanti Petro, unde igitur remiſſius vivis? reſpondit, feniculo cum pane libenter veſcor. Habebat uberem lacrymarum gratiam, ſed alternam. Cum enim recluſus, ſub diſtricto ſe ſilentio reprimebat, mox, ut voluerit, flebat affluenter; at ſi colloquio frequentaretur, fletum ſe amiſiſſe conquerebatur.

Vita ſancti Dominici Loricati. Apud Petr. Damian. p. 209.

Aliquantis ante obitum annis quaſi novum ſupplicii genus inveniens, virgarum ſcopas in corrigiarum ſcuticas vertit: ſemelque guſtato, quia duriores ſunt, in his verberandi conſuetudinem poſuit .... Patiebatur gravedinem ſtomachi, crebris inſuper capitis doloribus cruciabatur. Itaque propoſuit, ad purgandum ſtomachum antidoti ſumere poculum. Sexta igitur feria per continuum diem, vix deſiit, vel pſallendis pſalmis inſiſtere, vel corrigiarum ſe ictibus flagellare. Nocte vero ſopore depoſito ſuſcepit antidotum; ſed ſtomachi dolor inde crevit. Poſt decurſum nocturnæ ſynaxis officium, & matutinos hymnos, ſanctum Deo reddidit ſpiritum, pridie Idus Octobris. Invenerunt fratres alteram loricam lateribus ejus ſindonis more ſubſtratam. Ex hac ejus vita publicam pœnitentiam tunc perſeveraſſe certo colligimus, ſed ejus regulas ac canones aliter ac veteres interpretabantur. Adultero, exempli cauſa, viginti annorum pœnitentiam injungebant canones, eamque pro reatuum multitudine non multiplicabant veteres. Poſterioribus autem hiſce ſæculis, ſi quis quinquaginta adulteria commiſiſſet, mille annorum pœnitentiæ debitor reputabatur; quam

Ibid.

Christi An. 1062. pro anguſtia vitæ cum exſolvere non poſſet, pœnarum fiebat commutatio, ita ut eam vel ingentibus eleemoſynis, vel pſalmorum cantu, & crebra flagellatione ſuppleret. Ex his autem intelligimus, quid ſit mille annorum indulgentia, ſcilicet pœnæ mox expoſitæ relaxatio: non abſoluta quidem, ſed impoſitis aliis pœnis minoribus, oblatiſque Deo in compenſationem ſuperabundantibus Sanctorum ſatisfactionibus, ut ejus miſericordia, intuitu, & virtute paſſionum Chriſti, ex quibus omnis noſtra ſatisfactio ſuum valorem trahit, hanc pœnam cum culpa relaxaret.

Petr. Damian. l. 5. epiſt. 8.

Illud pœnitentiæ genus ut novum, & ſacris canonibus contrarium plures improbabant, quos datis ad clericos Florentinos literis redarguit Petrus Damiani. " Quod de monachici ordinis exercitiis ſcripſi, & ſcoparum præcipue diſciplinis, monachus monacho ſpecialiter miſi, nec laicorum vel clericorum notitiæ prodenda mandavi . . . ſed teſtes mihi ſunt fratres, hoc me apicibus tradidiſſe, quod ipſi quotidie ſatagunt operibus exercere . . . Sed ecce, inquiunt, nova pœnitentia, & tranſactis tot ſæculis inaudita, ſi hoc ſemel admittitur . . . . Omnes ſacri canones deſtruuntur, antiquorum Patrum præcepta depereunt. Quæ profecto verba a charitate ſunt aliena. Numquid Chriſtus, Apoſtoli, & Martyres flagellis cæſi ſunt, & verbera ſunt experti? An eamdem, quam, & a multis interdum Deus exigit, ab ultro offerentibus pœnitentiam ſuſcipere recuſabit? Sed forte dicturus eſt Sanctos non a ſe, ſed ab aliis cæſos fuiſſe. Reſpondet: Chriſtum igitur fruſtra præcepiſſe, ut crucem feramus, cum jam deſint crucifixores, ſi crucem ultronea mortificatione non feramus . . . . Præterea, inquit, ſicut non temeritatis arguendus eſt qui non modo ſacerdotali præcepto, ſed & ſponte jejunat; ita quoque non fruſtra laborare cenſendus eſt, qui ſe non alienis duntaxat, ſed & propriis manibus ſe afficiendo caſtigat . . . Quod ſi nova non eſſe facienda dicatur: Numquid ſanctorum Patrum vita jure conſpuitur, quæ alios per ogdoadas, pentadecadas in vepribus ſtando, alios de ſole in ſolem rigidas ulnas in aera ſuſpendendo, alios in defoſſis ſpecubus jugiter latitando reatus ſui pœnitentiam peregiſſe teſtatur? Numquid, & B. Macarius digne ridebitur, qui, dum ſe minimum quid admiſiſſe pœnituit, acutiſſimis culicum roſtris per ſex menſes membra ſua nudus expoſuit . . . . Quia igitur hæc, & alia multa pœnitentiæ genera ſacris non reperiuntur inſerta canonibus, numquid penitus execranda ſunt, & Patrum ſanctionibus perhibenda ſunt eſſe contraria? . . . . . Quid mirum, ſi caro, quæ nos in exilium læta dejecit, verſa vice ad patriam afflicta reducit: & per hoc idem, cui dudum noxie conſentiendo peccavimus, idipſum nunc caſtigando ſalubriter emendemus. Nonnulli tamen recentiores, ultro ſuſceptas flagellationes improbantes, ſugillant Damianum ut ineptum garrulum: nec advertunt, quod ipſam etiam condemnent Eccleſiam, quæ varia monachorum inſtituta recipit, quorum regulas approbavit ſedes Apoſtolica; quibus tamen præſcribitur, ut fratres ſe propriis manibus ſæpius flagellis verberent. Corporis quidem caſtigationem Doctore S. Paulo laudavere veteres, ſed omnes ejus modos nec præſcripſere, nec improbavere. Caſſinenſes illud pœnitentiæ genus amplexi ſunt, quorum exemplo invaluit in aliis monaſteriis, & paſſim ubique receptum eſt, paucis contradicentibus. In quibuſdam aliis opuſculis quædam laudanda refert pietatis exercitia, ſed ea quibuſdam veſtit circumſtantiis improbandis, ac confirmat apocryphis hiſtoriis, vel incertis.

Petr. Damian. opuſc. 33.

Norvergicæ eccleſiæ miſer ſtatus

XXII. Haraldus Norvergiæ rex iterim crudelitate ſua tyrannorum exceſſit furores. Multæ eccleſiæ per illum dirutæ, multi Chriſtiani necati ſunt per ſupplicia. Multis clarus victoriis Orchadas inſulas ſuæ ditioni ſubjecerat: cruentum igitur imperium uſque ad Islandiam extendit, propter avaritiam, & crudelitatem omnibus inviſus, & maleficis ſerviens artibus. Videns autem miracula, quæ quotidie fiebant ad ſepulchrum S. Olafi fratris ſui, nihil his compunctus, oblationes fidelium, quæ ibidem fiebant, corradens, militibus diſperſit. Adalbertus Bremenſis Archiepiſcopus zelo Dei tactus, legatos ad eum direxit, tyrannicas ejus præſumptiones increpans literis, ſpiritaliter vero admonens de oblationibus, quas non liceret in uſus cedere laicorum. Conqueſtus eſt etiam de epiſcopis, quos, ſe contempto, in Gallia, vel in Anglia ordinari fecit. His ad iram commotus Haraldus, legatos abire præcepit: clamitans, ſe neſcire, quis eſſet Archiepiſcopus, aut potens in Norvergia, niſi ſolus Haraldus.

Adam. l. 3. c. 10.

Christi An. 1062.

Adalbertus querelas ſuas detulit ad Alexandrum II., qui literis Haraldum hortatus eſt, ut Bremenſi Archiepiſcopo ſedis Apoſtolicæ vicario debitam ſubjectionis reverentiam ipſe cum ſuis epiſcopis exhiberet: Suenonem Danorum regem, qui conſanguineæ ſuæ nupſerat, admonitionibus ſuis, & denunciata excommunicatione, niſi eam dimitteret, graviter offenderat Adalbertus, qui propter multas eccleſiæ ſuæ utilitates cum eo redire in gratiam conſtituit. Rex equidem Pontificiis literis inductus, eam dimiſerat; ſed aſſumptis aliis uxoribus, plures concubinas ſuperinduxerat. Adalbertus diſſimulandum ratus ipſum adit, & beneficiis, & conviviis demeretur, ac ſibi conciliat. De multis rebus eccleſiaſticis ibi diſponitur, de pace Chriſtianorum, de converſione paganorum conſulitur. Adalbertus cum gaudio domum reverſus perſuaſit Cæſari, ut evocaretur rex Danorum in Saxoniam, & uterque perpetuam iniret amicitiam. Cujus fœderis beneficio multum lucri ſuſcepit ejus eccleſia: & legatio Borealium nationum, rege Suenone, proſperis ſemper aucta eſt incrementis. Alexandri II. extat ad eumdem Suenonem epiſtola, qua debitum cenſum ſic exigit: Prudentiam tuam admonemus, ut cenſum regni tui, quem prædeceſſores tui ſanctæ Apoſtolicæ eccleſiæ perſolvere ſoliti ſunt, nobis, & ſucceſſoribus noſtris tranſmittere ſtudeat, ita tamen, ut non ſicut oblatio in altari ponatur, ſed ut tam nobis, quam ſucceſſoribus noſtris, ut certius approbetur, præſentialiter offeratur.

Alexand. Pap. II. epiſt. 2.

Adam. l. 3. c. 23.

Alexand. p. ep. 3.

Trans Albiam etiam in Sclavonia refloruit religio Chriſtiana. Godeſcalcus Sclavorum princeps, ad ulciſcendam patris mortem, ejurata fide multos Chriſtianos in Saxonia interfecerat; ſed poſtquam a Bernardo duce captus, liber propter prudentiam, & fortitudinem dimiſſus eſt, accepta in uxorem filia regis Danorum, Sclavos perdomuit, & reduxit ad cultum Chriſtianum, a quo defecerant; ipſis exemplo præierat, Deo reconciliatus, & religioſus: Sclavonia ſacerdotibus, & eccleſiis plena fuit. Hamburgenſem eccleſiam ut matrem colebat, ad quam ſolvendorum cauſa votorum ſolitus erat frequenter venire. In Sclavonia ulteriori nemo unquam ſurrexit potentior, ac tam fervidus Chriſtianæ religionis propagator. Omnes paganos ad Chriſti unitatem cogere diſpoſuit, cum fere tertiam partem convertiſſet eorum, qui prius ſub avo ejus relapſi ſunt ad paganiſmum. Igitur omnes populi Sclavorum, qui ad Hamburgenſem reſpiciunt diœceſim, ſub illo Principe Chriſtianam fidem devote coluerunt, & ſacerdotes libere agebant in his, quæ ad Deum pertinent. Godeſcalcus autem Princeps tanto ſtudio religionis arſit, ut oblitus ordinis ſui, frequenter in eccleſia ſermonem exhortationis ad populum fecerit, ea quæ myſtice ab epiſcopis dicebantur, vel ſacerdotibus, ipſe Sclavicis verbis redderet clariora. Infinitus erat numerus eorum, qui quotidie convertebantur. Tunc per ſingulas urbes cœnobia fiebant ſanctorum virorum canonice viventium, item monachorum, & ſanctimonialium. In Magnapoli, quæ eſt civitas Obotritorum, tres erant congregationes Deo ſervientium. Adalbertus plures ad eum miſit epiſcopos, & presbyteros, qui hos populos erudirent ac excolerent, ipſumque hortatus eſt, ut in tam ſancto propoſito perſeveraret.

Adam. l. 3. c. 11.

Florentinorum ſchiſma.

XXIII. Turbulentior adhuc erat in Italia Eccleſiæ ſtatus. Magnum in eccleſia Florentina ſchiſma conflatum eſt, diſſidentibus ab epiſcopo monachis, inter quos primum authoritatis locum tenebat Joannes Gualbertus ordinis vallis-umbroſæ fundator in Hetruria. Vir beatus Petrum epiſcopum Florentinum, ſimoniæ reum cum ſuis fratribus aſſerebat. Re ipſa Theuzo epiſcopi parens a quibuſdam interrogatus, ſi quid pro eo epiſcopatu obtinendo dediſſet, cum eſſet homo ſimpliciſſimus, ſe Regi ter mille libras dediſſe, faſſus eſt; ideoque Gualbertus cum ſuis ab eo ſacramenta non eſſe percipienda dictitabat. Inde vero vehemens orta eſt contentio, aliis epiſcopum, qui a ſimoniæ labe ſe alienum aſſerebat, defendentibus; aliis monachos laudantibus, quod illud vitium tanta libertate deteſtarentur. Interea multi, dum baptizarentur, chriſmate non ungebantur, & multi etiam ſine ſacramento Euchariſtiæ

Vita S. Joann. Gualb. Act. SS. Bened. ſæcul. 6. p. 2.

mo-

Christi An. 1062. Petr. Damian. opuſc. 30.

moriebantur, quippe nec ab Epiſcopo, nec ab iis, quos ordinaverat, ſacramenta recipi poſſe palam docebant monachi. Alexander Papa his auditis legatum miſit Petrum Damiani, qui partes diſſidentes conciliare conatus eſt, populum adhortans, ut ab Epiſcopi communione non recederet, priuſquam de ejus ſcelere conſtaret, & in canonico judicio damnaretur; ſed nihil obtinuit: imo jam apud multos male audire cœpit, quaſi faveret ſimoniacorum hæreſi. Nicolaus enim Papa II. in Romana ſynodo ſtatuerat, ut, qui deinceps a ſimoniacis ſe ordinari paterentur, ſacrum miniſterium nullo modo attingere præſumerent.

Ibid.

Petrus Damiani, qui cum prædicto Petro Florentino communicaverat, cum in ſuſpicionem hæreſeos ſe vocari comperiſſet, Florentinis civibus ſcripſit libellum apologeticum, eos tamen graviter incuſans, quod Epiſcopi ſui, cujus crimen necdum probaretur, communionem averſarentur, invalidaque dicerent ſacramenta, quæ ipſe conferret. Primo quidem damnat & anathematizat ſimoniacos tanquam hæreticos: ſed & per eos, inquit, exhibita ſacramenta contemnimus. Hæc me vivis vocibus proferentem frequenter audiviſtis. Sic ergo ego & vos de ſimoniacis, eorumque reprobandis inpoſterum conſecrationibus una ſententia utique congruimus: cur adhuc invicem litigamus? Eſt plane ſuper Epiſcopo veſtro quæſtio: quem videlicet nonnulli veſtrum opinantur venaliter irrepſiſſe: nonnulli vero gratis & per oſtium introiſſe, conſtantis animi libertate confirmant .... Et quis ego ſum, qui inter hos compugnantium globos ſignum manus mittam, & tam ferale ſcelus homini, antequam canoniee probetur, adſcribam ... Synodus annualiter imminet, ſedes Apoſtolica cunctis adeuntibus patet. Romanam ergo pulſet Eccleſiam quiſquis ſe juſtam adverſus Epiſcopum habere calumniam ſperat ... Erubeſcat ergo fabricator quiſque mendacii, qui, dum me vidit in cauſa nutantis controverſiæ non leviter judicantem, imprudenter elatrat ſimoniacæ hæreſeos exiſtere defenſorem. Inferius Spiritum ſanctum per impoſitionem manus ſimoniacæ dari S. Gregorii Papæ authoritate confirmat, quod veriſſimum eſt, ac proinde validæ ſunt ſimoniacorum ordinationes: illicitæ tamen, quia ſub ea pœna prohibitæ, ut, qui a noto ſimoniaco ſuſciperet ordines ſacros, omni miniſterio privaretur. Hinc etiam, ut ibidem ait, canonum authoritas a peſtilentioribus hæreticis baptizatos prohibet iterum baptizari. Hinc demum invehitur in monachos, qui dicebant ab hujuſmodi ſacerdotibus, nec chriſma confici, nec poſſe ſolemnia celebrari: unde contigerat, ut in tribus plebibus ſine conſperſione chriſmatis baptizarentur catechumeni. Quod ita reprehendit, ut nullum eſſe ejuſmodi baptiſmum male opinari videatur.

Vit. S. Gualb.

Dum hæc igitur contentio per dies multos inter clerum & populum haberetur, Petrus Epiſcopus hanc monachorum morte ſedare voluit. Itaque miſſa multitudine peditum & equitum, nocturno tempore, juſſit S. Salvii cœnobium igne comburi, & monachos ibi repertos interfici. Joannem Gualbertum illic exiſtimavit tunc inveniri, ſed pridie receſſerat. Milites ingreſſi Eccleſiam, monachos divinum officium celebrantes mactare cœperunt: tres tantum tamen graviſſime vulnerati recenſentur. Demum altaria evertunt & omnia deprædantur, & monaſterio ignem injiciunt, & monachos adhuc in cantu perſeverantes nudatos & ſemivivos relinquunt. Multi de clero & populo, qui prius Epiſcopo favebant, videntes hanc ejus impietatem, deinceps monachis facti ſunt adjutores, condemnantes ejus pravitatem. Omnes ſequenti die ad cœnobium venerunt, & neceſſaria fideliter obtulerunt. Felicem ſe quiſque credebat, ſi fuſum eorum ſanguinem pannis ſuis poſſet extergere, cupientes, illum pro reliquiis ſecum habere.

Ibid.

B. Joannes Gualbertus audiens quod acciderat, amore martyrii flagrans, venit ad S. Salvium, collaudans fratres de iis, quæ paſſi fuerant, & dolens, quod eidem perſecutioni non interfuiſſet. Monachi quidam tempore ſynodi Romam profecti, conſtanter & publice Petrum ſimoniacum proclamaverunt, ignem ſe profitentes intrare ad ſcelus ipſius probandum. Alexander Papa hanc probationem non admiſit, & Petrum necdum accuſatum deponere noluit, ei quippe favebant Epiſcopi, monachis vero Hildebrandus.

Papa Romæ ſynodum centum & amplius Epiſcoporum celebravit, anno milleſimo ſexageſimo tertio, ac duodecim canones ante quatuor annos in alia Romana ſynodo editos ſedente Nicolao Papa, innovavit, atque confirmavit. Eorum quartus canonicis regularibus adimit omnem bonorum proprietatem, quam in ſuis capitularibus eis reliquerat Ludovicus Pius. Sic autem habet: " Præcipientes ſtatuimus, ut hi prædictorum ordinum clerici, qui iisdem prædeceſſoribus noſtris obedientes, caſtitatem ſervaverint, juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad Apoſtolicam communem vitam ſummopere pervenite ſtudeant. „ Clerici, qui deinceps juxta hunc canonem communem egere vitam, dicti ſunt canonici regulares. Christi An. 1063. *Romana ſynodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Labbè.

Petrus Damiani illud inſtitutum non parum promovit: opuſculum enim edidit adverſus clericos regulares proprietarios. Imprimis in eo S. Auguſtini authoritate confirmat, clericos regulares juxta primævum inſtitutum, nihil habere proprium, Pontificemque maximum hortatur, ut, quod ratio & jura exigunt, id etiam clericos facere ſua authoritate compellat. Petr. Damian. opuſc. 24. Aug. ſermon. de morib. cler.

Extat etiam fragmentum, quod occaſione hujus ſchiſmatis Alexandrum Papam ad clerum & populum Florentinum miſiſſe conjiciunt critici: ſic autem habet: " Juxta Chalcedonenſis tenorem concilii, monachis quamvis religioſis, ad normam S. Benedicti, intra clauſtrum morari præcipimus: vicos, caſtella, civitates peragrare prohibemus: niſi forte quis de ſuæ animæ ſalute ſollicitus, ut eorum habitum aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere voluerit. „ Manifeſtum eſt autem, ejuſmodi decretum & ſimilia non ſpectare religioſos viros, quibus ſacramentorum adminiſtrationem & verbi prædicationem conceſſere ſummi Pontifices. Concil. tom. 6. ed. Hard. p. mſ.

Ibid.

XXIV. Hugo Cluniacenſis Abbas, qui Romam pro rebus Eccleſiæ ſuæ venerat, querelas ad hanc ſynodum detulit. Drogo Matiſconenſis Eccleſiæ Epiſcopus, clericorum ſuorum ſuaſione pellectus, ſuper monaſterium Cluniacenſe jus poteſtatis ſibi contra ſedis Apoſtolicæ privilegia vindicare conatus eſt. Vallatus cuneis militum ad B. Majoli Baſilicam uſque pervenit: ſed reſiſtentium obſtaculo intrare non potuit. His fuſius expoſitis obtinuit, ut Petrus Damianus ad ſubveniendum monaſterio deſtinaretur. Is ergo venit in Galliam, Papæ ſequentes literas deferens ad Archiepiſcopos. " Huic vicem noſtro pleno jure commiſimus, ut, quidquid in illis partibus, Deo auxiliante ſtatuerit, ita ratum teneatur & firmum, ac ſi ſpecialis noſtri examinis fuerit ſententia promulgatum. Quapropter venerabilem veſtram ſanctitatem fraterna charitate monemus, & inſuper Apoſtolica authoritate vobis præcipimus, ut talem tantumque virum, tanquam noſtram perſonam, digna ſtudeatis devotione ſuſcipere, ejuſque ſententiis ac judiciis, propter B. Petri Apoſtolorum Principis reverentiam humiliter obedire. „ Ejuſmodi legationibus Cardinalium Romanorum dignitas multum cœpit incrementi. Alexand. P. epiſt. 21.

Petrus apud Cabilonenſem civitatem ſynodum congregavit: nonnulla, quæ perperam videbantur præſumpta, canonicæ ſanctionis vigore correxit, quæ potuit, juxta Eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam ſervanda conſtituit, cauſamque Cluniacenſis monaſterii optimo fine concluſit. Nam in conſpectu totius concilii lectum eſt Willelmi comitis, primi loci fundatoris, monimentum, ubi præter Romanum Pontificem, nullum jus in eo, nullum dominium cuicumque relinquit Eccleſiæ. Lecta quoque ſedis Apoſtolicæ multorum Pontificum privilegia, de tuitione, munitione, ac perpetua ejuſdem monaſterii libertate. Inquiſiti ſunt omnes Epiſcopi, ſi privilegia, quæ audierant, rata decernerent. Omnes ea uno ore laudaverunt, atque, ut perpetuo ſervanda atque illibata permaneant, communi judicio decreverunt. Ipſe quoque Matiſconenſis inquiritur, qui privilegia rata & perpetuo jure ſervanda profeſſus eſt. Et quia in iiſdem ſub anathemate prohibitum erat, ne cui Epiſcoporum liceat in præfati cœnobii monachos excommunicationis proferre ſententiam. Et quia Matiſconenſis Epiſcopus eam ſub hac conditione protulerat: Si qui ſunt mei juris in illo monaſterio, illos excommunico, licet ſe privilegia igno- *Cabilonenſis ſynodus.*

Christi An. 1063. rasse affirmaret, sancitum est, ut, manu sua super sanctis Evangeliis superposita, sic juraret: Eo die, quo Cluniacum commotus adveni, non in contemptu sedis Apostolicæ hoc egi, & privilegiorum tenorem tunc ad liquidum non cognovi: sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia. Idem jurarunt quatuor ejus clerici. Illico Matisconensis Episcopus pavimento prostratus, veniam petiit, seque peccasse confessus, pœnitentiam in pane & aqua jejunaturus accepit. Postera die petente eodem Episcopo cum clericis, lectum est privilegium Matisconensi Ecclesiæ concessum ab Agapito Papa: sed quia nihil pene continebat, præter ea, quæ omnibus Ecclesiis concedi solent, judicarunt Episcopi sine causa lectum esse, quod monasterii privilegiis nihil detraheret. Itaque perpetua monasterii libertate firmata, omnis inter Episcopum & Abbatem controversia sopita est.

Alexand. P. epist. 21. Reginaldum, qui S. Medardi monasterium in urbe Suessionensi simoniace invaserat, in eadem synodo damnavit Petrus Damianus, quod tamen ille retinuit. Alexander autem Papa, confirmata ejus sententia, literis conquestus est apud Gervasium Remensem Archiepiscopum, ejusque suffraganeos, quod prædictum Reginaldum cœnobio penitus non eliminassent, & dispersis monachis, nullum regrediendi solatium præbuissent. Quapropter Reginaldum anathematizat, ejusque consentaneos, ipsumque monasterium, quamdiu in eo manserit, interdicit, eisque mandat, ut idem faciant.

Alexand. P. epist. 22. Hardericus Aurelianensis Episcopus simoniæ pariter accusatus in eadem synodo, Petrum Damianum fraudulenter decepit perjurio, evocatusque Romam, ut causam diceret, venire neglexit. Itaque Papa Senonensem Archiepiscopum literis admonuit, ut eum authoritate Apostolica excommunicaret, Gervasiumque Remensem aliis literis hortatus est, ut Senonensi Archiepiscopo in damnatione Harderici se socium & adjutorem adhiberet, simulque ei gratias agit, quod in ejectione Carnotensis Episcopi, a se propter simoniam damnati, se promptum sollicitumque ostenderit: quodque, ut alter dignus & idoneus eidem Ecclesiæ canonice substitueretur, Philippo Francorum Regi consilium dederit: cui, ut dignas super hoc grates rependat, eum invitat. Petrus Damiani his gestis, vix ante quintum diem Kalendas Novembris, ad fontis Avellani monasterium reversus est.

Rotomagensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. *Eucharistiæ veritas.* XXV. Berengarius autem hæresiarcha, licet jam tertio suam hæresim abjuraverit, eamdem per discipulos suos clam disseminabat . . . Mauritius Rotomagensis Archiepiscopus, ut clerum suum ab ea præservaret, synodum provincialem celebravit, anno millesimo sexagesimo tertio. In ea fidei formula circa Eucharistiam edita est, quam deinceps ordinandi palam profiterentur. Sic autem habet: " Corde credimus, & ore profitemur, panem in mensa Dominica propositum, panem tantummodo esse ante consecrationem: sed in ipsa consecratione ineffabili potentia divinitatis converti in naturam & substantiam carnis; carnis vero non ullius alterius, sed illius, quæ concepta est de Spiritu sancto, nata ex Maria Virgine; quæ etiam propter nos, & propter nostram salutem flagellis cæsa, & in ligno suspensa jacuit in sepulchro, tertia die resurrexit a mortuis, & sedet ad dexteram Dei Patris. Similiter vinum, quod aqua mixtum in calice sanctificandum proponitur, vere & essentialiter converti in eum sanguinem, qui per lanceam militis de vulnere Dominici lateris in redemptionem mundi feliciter emanavit. Anathematizamus autem contra hanc sanctam & Apostolicam fidem superbe atque hæretice sentientes, & impia temeritate garrientes. „

Chifflet. Anonym. Alexander Papa literis suis Berengarium præmonuit, ut a secta sua cessaret, nec amplius sanctam Ecclesiam scandalizaret. Ille autem ab incœpto desistere noluit, hocque ipsum eidem Papæ literis suis remandare non timuit.

Lambert Schafn. decret. Germ. *Fuldensis Abbatis & monasterii calamitas.* XXVI. In Germania Henricus Rex, dum natalem Domini ejusdem anni Goslariæ celebraret, grave scandalum exortum est in Ecclesia, cujus hæc fuit occasio. Antiqua erat consuetudo, ut in conventu Episcoporum Fuldensis Abbas Archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Hecelo Hildensheimensis Episcopus causabatur neminem sibi intra diœcesim suam post Archiepiscopum debere præferri, animatus ad hoc & opum gloria, qua suos antecessores longe superabat, & temporis oppurtunitate, quia Rege in puerilibus annis constituto, singuli, quod sibi animus ingessisset, facere impune poterant. Dum igitur ad vesperam sellæ Episcoporum locarentur, inter camerarios Episcopi & Abbatis gravis concertatio oborta est: & primo jurgiis & pugnis res gesta est, citoque ad gladios prorupissent, nisi Ottonis Ducis Bajoariæ, qui causam abbatis tuebatur, authoritas intercessisset. Rex Pentecosten ibidem celebrat. Dum ad vespertinalem synaxim Episcopi conveniissent, rursus de positione sellarum tumultus exoritur. Hildensheimensis Episcopus acceptæ prius contumeliæ memor, Ecbertum comitem cum expeditis militibus post altare occuluerat. Hi, audito tumultuantium camerariorum strepitu, ocyus advolant, Fuldenses pugnis & fustibus cædunt, & de sacrario facile proturbant. Illi vero rursus armati irrumpunt in Ecclesiam, atque in medio chori psallentiumque fratrum manus conserunt, remque gladiis gerunt. Pugna atrox committitur, & pro canticis spiritualibus vociferatus adhortantium & ululatus morientium exauditur; passimque per Ecclesiam sanguinis currunt flumina. Hildensheimensis Episcopus occupato editiori loco, suos, ut fortiter præliarentur, hortabatur, & ne loci religione ab armis terrerentur, suæ authoritatis & promissionis titulum obtendebat. Multi utrimque vulnerati & occisi sunt. Rex inter hæc vociferans, & sub obtentu Regiæ majestatis populum adjurans, non audiebatur. Tandem monitus a suis, ut vitæ propriæ pugna excedens consuleret, vix inter constipatam arctius multitudinem eluctatus, in palatium se recepit. Fuldenses ab adversariis, qui parati venerant, fusi & de Ecclesia expulsi sunt; sed accurrentibus aliis sociis, qui se cum iis conjunxere, in atrio Ecclesiæ aciem instruunt, ut progredientes alios adoriantur; sed nox prælium diremit.

Christi An. 1063.

Postero die severissima habita quæstione, Ecbertus comes, qui Regis patruelis erat, favore prævaluit, & totum accusationis pondus in Abbatem versum est, qui tanta bellici apparatus pompa instructus eo venisset. Episcopus Fuldenses omnes etiam in prælio mortuos excommunicavit. Abbas grandi pecunia depositionem redemit, eaque sic exhaustæ sunt illius monasterii opes, quæ hactenus fuerant florentissimæ, ut vix prioris opulentiæ monimenta reperirentur. Abbas Fuldam reversus, acerbiori rerum asperitate excipitur. Fratres Fuldenses nimis austerum ejus ingenium offenderat. Invidiam auxit, prædia Ecclesiæ militibus improbe erogando, & victualia fratrum priorum Abbatum liberalitate statuta minuendo: murmurabant de his quotidie, ne si immature vulgaretur querimonia, Regis & Principum favor eum tueretur. At ubi nuncius acceptæ cladis Fuldam venit, fremere omnes, & se vicissim hortari, ut tantam temporis opportunitatem non negligerent, & se suumque monasterium liberarent ab acerbissimo non patre, sed hoste, qui Fuldense nomen ludibrio sic exposuisset. Abbas inops consilii ad infimas preces convertitur, ut tantæ suæ calamitati parcerent: adempta se duplo redditurum pollicetur; sed plures placare non potuit. Itaque monasterio egressi properant ad regiam, ut accusent Abbatem suum. Et ne rei tam atrocis novitas Regis animum percelleret, unum e suis citato equo præmittunt, qui literas ad Regem perferat, quibus eum, qua necessitate ad hæc extrema experienda coacti sint, edoceant. His perlectis, omnes horror perculit: mirabantur, viros religiosos tanti flagitii potuisse reperiri, ut privatas injurias pessimo exemplo ulciscerentur, nec filii patris in tanta calamitate misererentur. Placuit igitur omnibus, hoc facinus insigni exemplo vindicari. Ibid.

Rex usus consilio Colonensis Archiepiscopi, & Ottonis Ducis Bajoariorum, præcepit, ut bajulus literarum cum tribus seditionis authoribus per diversa monasteria in custodia habendi mitterentur; ad compescendam vero cæteram multitudinem Abbas militari manu uteretur. Sic sine tumultu Fuldam reducti, reditum Abbatis extra monasterium adhibitis custodibus expectare jussi sunt. Adhibito consilio, placuit rebelles laicorum lege judicandos. Abbas duos ex iis, presbyterum & diaconum, publice virgis cæsos & attonsos jussit expelli: reliquos quatuordecim multis plagis maceratos per diversa monasteria dimisit. De singulis tamen non pro modo culpæ, sed pro natalium suorum claritate Ibid.

vel

vel obſcuritate mitius vel atrocius ſumptum eſt ſupplicium.

Christi An. 1063. Ibid.

Adalbertus Bremenſis Archiepiſcopus Regi obſequendo & aſſentando ita eum ſibi devinxit, ut cæteris epiſcopis poſthabitis, totus in eum inclinaretur, & ipſe in regno pene monarchiam uſurpare videretur. Secundas poſt eum partes agebat Werenherus comes, juvenis tam ingenio quam ætate ferox. Ab his epiſcopatus & abbatiæ, ab his quidquid eccleſiaſticarum, quidquid ſæcularium dignitatum eſt, emebatur: nec alia cuiquam licet induſtrio atque egregio viro ſpes adipiſcendi honoris ullius erat, quam ut hos prius ingenti profuſione pecuniarum redemiſſet. Ab epiſcopis quidem & ducibus metu magis quam religione temperabant: in abbates vero tota libertate graſſabantur, illud præſeferentes, nihil minus Regem in hos juris ac poteſtatis habere, quam in villicos ſuos. Monaſteriorum prædia ſuis fautoribus diſtribuebant, & crebra regalium ſervitiorum exactione uſque ad feces ultimas exhauriebant. Deinde monaſteria inter ſe partiebantur: Bremenſis duas occupat abbatias, Laurenſem, & Corbejenſem, quarum abbates, qua vi qua dolo ejicere tentavit, & ne videretur invidioſum, Regi perſuadet, ut Colonienſi & Moguntino Archiepiſcopo, & quibuſdam ducibus aliquas det abbatias.

Petr. Damian. l. 7. epiſt. 10.

XXVII. Cadalous antipapa interea, licet damnatus, partes ſuas promovebat, Gothfridum Tuſciæ ducem ſibi demeruit, qui eum hoſpitio excepit, licet prius Roma excedere compuliſſet. Id ubi primum cognovit Petrus Damiani, illum literis ſuis coarguit, hortaturque, ut culpam agnoſcat, & lacrymis deleat, iterumque in gratiam Alexandri Papæ redeat. Et quoniam inter miniſtros Henrici regis Germaniæ fautores habebat Cadalous, Regem literis hortatus eſt, ut redacto in ordinem Cadaloo, ſchiſmati finem imponeret, Eccleſiæque pacem pro officio reſtitueret, ſiquidem hanc ei curam Deus impoſuerit. " Utraque dignitas, inquit, & regalis ſcilicet & ſacerdotalis, ſicut principaliter in Chriſto ſibimet invicem ſingularis ſacramenti veritate connectitur, ſic in Chriſtiano populo mutuo quodam ſibi fœdere copulatur, utraque videlicet alternæ invicem utilitatis eſt indiga, dum & ſacerdotium regni tuitione protegitur, & regnum ſacerdotalis officii ſanctitate fulcitur. Rex enim præcingitur gladio, ut hoſtibus Eccleſiæ munitus occurrat; ſacerdos orationum vacat excubiis, ut Regi & populo Deum placabilem reddat. Ille ſub lance juſtitiæ negotia debet terrena dirimere; iſte fluenta cœleſtis eloquii debet ſitientibus propinare. Ille conſtitutus eſt, ut nocentes atque ſceleſtos legalium ſanctionum cenſura coerceat; iſte ad hoc ordinatus eſt, ut per claves Eccleſiæ, quas accepit, alios zelo canonici vigoris aſtringat, alios per manſuetudinem eccleſiaſticæ pietatis abſolvat. „ Annonem Colonienſem Archiepiſcopum, cujus opera jam damnatus fuerat Cadalous, literis exoravit, ut pro ea, qua valebat apud Regem gratia, procuraret ſynodum generalem, quæ ſchiſmati finem imponeret.

Sacerdotalis & regiæ dignitatis varia officia.

Idem l. 3. epiſt. 6.

Christi An. 1064.

XXVIII. Anno ſequenti Colonienſis a Rege delegatus Romam venit, benigne exceptus Alexandrum Papam modeſte ſic allocutus eſt: Qua ratione frater Alexander, abſque conſenſu mei Regis recepiſti papatum? a multis temporibus namque id a Regibus obtentum eſt, & incipiens a Romanorum patriciis & Imperatoribus nominavit eos, quorum conſenſu plurimi Romani Pontifices fuerant conſecrati. Hildebrandus diaconus cum cardinalibus epiſcopis ſic ei reſpondit: Firmiſſime tene & nullatenus dubites, quod in electione Romanorum Pontificum, juxta SS. Patrum canonicas ſanctiones, Regibus nihil penitus conceſſum eſt, & prolatis pluribus Patrum decretis, & præcipue Nicolai Papæ decreto, cui centum & tredecim epiſcopi ſubſcripſerant. Poſt multas & varias altercationes Colonienſis Papam rogavit, ut ſynodum in Lombardia celebrare dignaretur, & legitimam demonſtrare ſuam electionem. Quod licet a Romani Pontificis dignitate videretur alienum, conſiderata tamen temporis malitia, conſenſit, & ſynodum Mantuæ celebrandam indicavit. Petrum Damiani huic intereſſe voluit, eumque literis Romam evocavit. Petrus ſenectutem excuſans, ei Mantuæ præſto futurum promiſit, ſimulque tranſmiſit exemplar epiſtolæ ſuæ ad Annonem Colonienſem, de qua nimis iracunde ei ſcripſerat Hildebrandus.

Nicol. Ang. de geſt. R. Pont.

Alexander Papa cum epiſcopis & cardinalibus ſtatuto tempore, ſcilicet anno milleſimo ſexageſimo quarto, dies & menſis ignorantur, Mantuam venit. Lombardiæ epiſcopi, præter Cadaloum Parmenſem, quem tamen Colonienſis adeſſe præceperat, ſed remordente conſcientia ſe abſentaverat, pariter convenerunt. Alexander in ſynodo cauſam ſuæ electionis ita diſerte rationibus manifeſtis comprobavit, ſeque de omnibus malitioſe objectis purgavit ſufficienter, adeo ut epiſcopos Lombardiæ hactenus ejus adverſarios, ſibi benevolos reddiderit atque ſubjectos: ſedato itaque per Dei gratiam Imperii & Eccleſiæ ſcandalo, ſolutaque ſynodo, Romam rediit Alexander.

Christi An. 1064. Ibid. *Mantuana ſynodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

Cadalous elapſo menſe, collecta rurſus pecunia, Romam occupare occulte tentavit, pecuniamque Romanis militibus erogans, capitaneorum favore, de nocte Leoninam civitatem intravit, & B. Petri eccleſiam occupare præſumpſit. Mane autem facto, cum in urbe rumores ejuſmodi perſonarent, & populus ad eccleſiam B. Petri confluëret: Cadaloi milites tantus timor invaſit, ut, eo derelicto, fugerent univerſi, atque in abditis locis ſe occultarent. Cencius præfecti filius, vir nequiſſimus, Cadaloo tunc aſtitit, eumque in caſtellum S. Angeli recipiens, juramentum ipſi & defenſionem præſtitit, ibique per duos annos ab Alexandri Papæ militibus obſeſſus, & calamitatibus afflictus, triginta libris argenti a Cencio ſe redemit, & cum duobus ſociis inops & egens, inter oratores diſcedens occulte ad burgum Barreti non ſine multa confuſione pervenit: paucos poſt dies peſſimam mortem incurrit, poſtquam veniam ab Alexandro Papa condigna ſatisfactione præſtita impetraſſet, ut teſtantur Nicolaus Cardinalis, Leo Oſtienſis, & author libri cenſuum: ac proinde Lambertus contrarium aſſerens non videtur audiendus. Hugo Cardinalis, qui Cadaloo ſemper adhæſerat, veniam pariter poſtulavit & obtinuit. Henricus vero Ravennenſis Archiepiſcopus in ſchiſmate perſeveravit.

Ibid.

XXIX. Germaniæ plures epiſcopi, quos inter eminebant Sigefridus Muguntinus & Guntherus Bambergenſis Archiepiſcopus, devotionis cauſa Hieroſolymam profecti ſunt; ſed peragrata Lycia, dum barbaris opes ſuas inconſultius oſtentant, magnum vitæ diſcrimen adiere, in tugurio per triduum ſolemnitatis paſchalis a Saracenis latronibus obſeſſi, quorum numerus ad duodecim millia creſcens, eos continua obſeſſione fatigabat, cum aliunde fame graviſſime urgerentur: rebus omnibus deſtituti, deditionem parant, barbarorum duces pertrahunt ad colloquium, orantque, ut omnibus, quæ haberent, ſublatis, ſe nudos abire permitterent. Illi vero etiam ſe vitam eis erepturos inſolentius comminantur: quapropter captivi detenti, vinculiſque ligati, ſuorum telis objiciuntur, & ſic eorum retardatur impetus. Demum alii barbari pecunia conducti in epiſcoporum auxilium advolant, quorum adventu cognito diffugere Saraceni. Epiſcopi accepto ab iiſdem præſidio ſalvi Hieroſolymam pervenerunt, luſtratiſque locis ſacris, ingentem pecuniæ vim largiti ſunt ad reparandas eccleſias, quas deſtruxerant Saraceni. Guntherus Bambergenſis, dum patriam repetit, in Hungaria diem ſupremum obiit decimo Kalendas Auguſti anni milleſimi ſexageſimi quinti, vitæ innocentia & morum temperantia clarior, quam immenſis opibus eloquentia, egregiaque partium corporis præſtantia, qua cæteris eminebat.

Lambert.

Christi An. 1065.

XXX. Ravennæ circa idem tempus inceſtuoſorum hæreſis excitata eſt a quibuſdam juriſconſultis, qui Florentinis conſulentibus reſcripſerant: ſeptimam generationem canonica authoritate præfixam ſic debere intelligi, ut numeratis ex uno generis latere quatuor gradibus, atque ex alio tribus, jure jam matrimonium poſſe contrahi videretur. Id confirmabant authoritate Juſtiniani Imperatoris, qui in ſuis inſtitutis ait: Sed nec neptem fratris vel ſororis ducere quis poteſt, quamvis in quarto gradu ſit. Ex his inferebant, ſi neptis fratris mei quarto jam a me gradu dividitur, conſequenter filius meus quinto, & ſic deinceps: Itaque, ut refert Alexander Papa, ejuſmodi juriſconſulti affirmabant, quod germani fratres & ſorores inter ſe ſint in ſecunda generatione, filii eorum vel filiæ in quarta: nepotes vero vel neptes eorum in ſexta. Leges quædam civiles pro ſucceſſionibus ſic numerant. At canones diverſam pro matrimoniis ineunt ſupputationem, fra-

Inceſtuoſorum hæreſis. Petri Damiani ep. ad Joan. Cæſenn.

Alexand. epiſt. 38.

Christi An. 1065. fratresque & sorores in primo gradu esse dicuntur, eorum filii & filiæ in secundo, nepotes vero & neptes eorum in tertio. Atque eo modo, secundum canones, illi sunt in eodem gradu, qui totidem generationibus a communi capite descendunt. Contra leges tot gradus numerant, quot sunt personæ ab eodem parente progenitæ.

Petrus Damiani hunc errorem confutavit, adductis variis authoritatibus, quarum aliquæ sunt apocryphæ: Sed hanc diversam gradus consanguinitatis rationem aperte demonstrat ex epistola S. Gregorii Papæ, qui consultus a sancto Augustino Anglorum Apostolo, in quota generatione fideles conjungi debeant, sic rescripsit: Quædam terrena lex in Romana republica permittit, ut sive fratris & sororis, sive duorum fratrum, vel duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experientia didicimus, ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut in tertia vel quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi conjungi debeat. Nam a secunda debent omnimodo abstinere. Ecce, hic aperte monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari: ac proinde fieri non potest, ut ipsi fratres non sint in prima.

Sinodus Romana de incestuosis. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab. & Alexand. P. ep. 38.

Ad sedem Apostolicam perlata est hæc quæstio. Quid autem in ea causa gestum sit, sic refert Alexander papa. "Nos in synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis episcopis & clericis, atque judicibus diversarum provinciarum; denique diu ventilatis legibus & canonibus, invenimus, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum facta est mentio, nisi ut hæreditas ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur, quod usque ad quartam generationem a consanguineorum nuptiis sit abstinendum .... Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam: idcirco curavit Imperator in singulis personis singulos præfigere gradus. Quia vero nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas ... „ Deinde determinatis consanguinitatis gradibus, ut superius ex ipso retulimus, sic statuit in sua ad episcopos, clericos & judices Italiæ epistola decretali, quæ synodi gesta & definitionem continet. "Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos authoritate monemus, fratres & filii, ut omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodum SS. Patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos Ecclesiæ per longa tempora olim computasse monstratur. Nam si quis perversa & obstinata mente a recto tramite Apostolicæ sedis deviare voluerit, & aliter quam nos in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, primum pro sua temeritate cœlesti pœna plectetur: postmodum vero gladio perpetui anathematis se noverit jugulandum. Papa idem decretum Neapolitanis clericis, & episcopis Venetensi & Basileensi literis intimavit.

Alexand. P. ep. 27. in fragm. epist.

Hæc autem admonitio cum non sufficeret, & nullus, præsertim ex iis, qui lucrosum sortiti erant conjugium, vel filios haberent, consanguineam, cui contra leges nupserat, dimitteret. Si vero his contraria evenerint, atque uxoria calamitate quis percellatur, tunc vir falsæ consanguinitatis lineam texebat, & inaudita proavorum nomina per multa argumenta confingebat, atque simul quosdam jam mortuos in hujus allegationis testimonium advocabat, & solvebat matrimonium. Quapropter eodem anno Papa alterum congregavit concilium, ubi omnes incestuosi juxta canonum decreta, ecclesiastica sunt communione privati; sed contempta excommunicatione, in incestuoso permansere conjugio.

Petr. Damian. opusc. 12. c. 29.

Petri Damian. l. 1. ep. 12. *Excommunicationum usus moderatus.*

XXXI. Excommunicationes frequentiores earum induxisse contemptum in suis ad eumdem Alexandrum Papam literis testatur Petrus Damiani. "Cunctis, inquit, fere decretalibus paginis anathema subjungitur. Quam id sit humanæ saluti immane periculum, & infinite patens vorago labentium, ac pernicies animarum, clementiæ vestræ pietas non ignorat ..... Porro nec B. Gregorius, vel cæteri Patres, qui diversis temporibus in Apostolicæ sedis regimine floruerunt, hunc morem in suis reperiuntur observasse decretis, & vix eorum aliquando statutis anathema subnectitur, nisi cum Catholicæ fidei clausula terminatur. Quamobrem si vestræ sanctæ prudentiæ placet, hunc morem de cætero a decretalibus paginis amoveri præcipiat .... & alicujus alterius ultionis calculum, in earum transgressione præfigat. „ Christi An. 1065.

Ibid.

Alterum abusum ibidem sic reprehendit: "Illud etiam, inquit, quod dicitur, non licere cujuslibet ecclesiæ filium ad majorem ecclesiam proprii reatus episcopi, & quæque sunt corrigenda deferre, nimis absonum, & prorsus ecclesiasticæ disciplinæ probatur adversum. Num cui melius dicitur, quod deliquit episcopus, quam illi, qui magistri officio fungitur: & ideo inter fratres reliquos præeminet, ut quod aliis non licet, ipse solus per propriæ sedis privilegium errata corrigat sacerdotum. Quis enim est arrogantiæ tumor .... ut liceat episcopum per fas & nefas ad propriæ voluntatis arbitrium vivere: & quod insolenter excessum est, a subjectis suis dedignetur audire .... Excludatur ab ecclesiastica disciplina perniciosæ consuetudinis regula; tollatur hæc subterfugii versuta calliditas: ut is, qui tam perversis audacis superbiæ allegationibus utitur, immunitatem commissi piaculi lucretur. Justis ergo querelis liber pateat aditus, liceat apud Primatem ecclesiam conqueri, qui se a suo Pontifice viderit prægravari.

XXXII. In Saxonia exorta est adversus Christianos persecutio. Sclavi rebelles, septimo Idus Junii Godescalcum principem, dum conversioni & saluti gentis vigilantissime instaret, interficiunt cum presbytero Eppone, qui super altare immolatus est, & multi tam laici quam clerici, diversa pro Christo pertulerunt supplicia. Ansuerus monachus, cum multis aliis apud Rasceburgum lapidatus est, Idibus Julii. Joannes episcopus senex, natione Scotus, cum cæteris Christianis Meckelenburgi captus, servabatur ad triumphum. Ille pro confessione Christi fustibus cæsus, deinde per singulas civitates Sclavorum ductus ad ludibrium, cum a Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus corpus ejus in platea projectum est, caput ejus barbari conto præfigentes in titulum victoriæ Deo suo Radigasto immolaverunt. Hæc in Metropoli Sclavorum Rethre gesta sunt, quarto Idus Novembris. Sclavi victores totam Hamburgensem provinciam ferro & igne demoliti sunt: Sturmarii & Holsati fere omnes vel occisi, vel in captivitatem ducti: castrum Amenburgum funditus eversum est, atque in derisionem Salvatoris nostri cruces ab iis truncatæ sunt. Sleswich civitas Transalbianorum ex improviso barbarorum incursu funditus excisa est. Demum omnes Sclavi facta conspiratione generali ad paganismum tertio relapsi sunt, iis occisis, qui in fide perstiterunt. Hæc perturbatio, anno Christi millesimo sexagesimo sexto, consummata est.

Bolland. 7. Junii. Martyres in Sarmatia. Helmold. Christi An. 1066.

XXXIII. S. Eduardus Angliæ rex divinitus admonitus sibi instare mortem, ad eam se comparavit, vitamque pie semper actam statuit multo pietatis opere concludere. Jam Westmonasterienſe cœnobium & templum magnificentissimum absolverat: Nativitatis Domini die curiam suam in eo tenuit, & die SS. Innocentium in honorem S. Petri cum gloria magna dedicari fecit, eique magna donaria & privilegia contulit. Illud absolvit ab episcopali jurisdictione juxta decreta summorum Pontificum, azilique jus attribuit. Hoc decretum sua subscriptione confirmarunt omnes episcopi & optimates; sed inter hujus dedicationis festa solemnia, & antea Rex gravi infirmitate correptus est. Ingruente morbo lecto decubuit. Willelmum Normanniæ ducem, & suum consanguineum, designavit successorem, & mortem suam per aliquot dies celari prohibuit, ne orationum quoque suffragia differrentur, sicque senex & plenus dierum & bonorum operum migravit ad Deum, anno millesimo sexagesimo sexto, cum regnasset viginti tribus annis, mensibus sex, & diebus viginti septem. Pridie Nonas Januarii, in eo desiere reges Anglo-Saxones, qui annos sexcentos viginti Angliæ fuerant dominati. Postridie in Westmonasterienſi cœnobio, uti jusserat, more regio sepultus est: ab omnibus, qui tunc affuere, plangebatur amarissime.

S. Eduardi regis mors Alford. annal. eccl. Anglic.

Sanctus Rex, ut spiritum exhalavit, in ipso cadavere cœlestis cujusdam corporis species se omnium oculis obtulit; facies admirabili rubore suffusa, totumque corpus instar nivis candescens omnibus apparuit. Ad ejus tumulum mox sanitatum beneficia variis languentibus, diversisque morbis generibus indulta sunt. Quæ tam frequentia & certa fuerunt, ut

S. Eduardi regis virtutes. Ibid.

CHRISTI AN. 1066. ut Guillelmus rex, qui Haroldum ducem regni invaſorem profligavit, ſepulchrum ipſius theca auro argentoque undique fulgenti ornaverit: virginitatem integram illibatamque in matrimonio conſervavit, uxoremque ſuam Eadgidam facile ad commune virginitatis propoſitum ſancta adhortatione pellexit. Ab exilio revocatus ad regnum, ad tantam gloriam provectus, nihil factus eſt animo elatiore; quin potius ſe magis ad omnem humilitatem abjecerit. Acceſſit ad humilitatem aliarum omnium virtutum conſociatio: ſumma juſtitia & æquitate jus judiciumque moderabatur, abſque perſonarum acceptione. Ab ira, gula, cæteriſque vitiis longe remotiſſimus, mira in Deum divinaque omnia pietate propendebat: & ut domeſticis æqualem ſe quodammodo, populo gratum, Dei ſacerdotibus humilem ſe præbuit. Monaſteria delapſa vel inſtauravit, vel de novo erexit. Antiquas Catholicorum Principum leges tam pro regno quam Eccleſia quadraginta annis ſopitas excitavit, auxit, atque confirmavit. Hinc dictæ ſunt leges regis Eduardi, quas etiam poſtea Guillelmus baſtardus filius Roberti Normanniæ ducis, ejus ſucceſſor, omnibus obſervandas, quibuſdam additis, tradidit. Triginta ſex annis poſt ejus obitum, cum ejus corpus de terra elevaretur, integrum, incorruptum & flexile cum veſtibus recentibus repertum eſt. Sexaginta annis ab obitu in Sanctorum numerum relatus eſt. Illius ad quintum Januarii ſic meminit Romanum martyrologium. In Anglia ſancti Eduardi regis, virtute caſtitatis & gloria miraculorum inſignis.

Ibid. Guillelmus Normanniæ dux, cum ab Alexandro Papa benedictum vexillum accepiſſet, tertio Kalendas Octobris cum ingenti claſſe transfretavit in Angliam, & ſecundo Idus Octobris ingenti prælio commiſſo, vicit & occidit Haroldum ducem, qui contra juratam ſibi fidem regnum occupaverat. Et die Natalis Domini Adelredus Eboracenſis epiſcopus in baſilica S. Petri, quæ Weſtmonaſterium nuncupatur, in præſentia Præſulum, & abbatum & procerum, eum Angliæ regem conſecravit, & diadema regium capiti ejus impoſuit. Guillelmus rex in gratiarum actionem S. Martini monaſterium regie fundavit atque dotavit, ac intra tres menſes pacavit Angliam. Inde religio, ſcientiæ & artes plurimum floruere in Anglia, cujus Reges fuere potentiſſimi.

Lambert. Schaffn. de reb. Germ. XXXIV. Germaniæ epiſcopi & Principes conjunctis ſtudiis coegere regem Henricum, ut Adalbertum Bremenſem Archiepiſcopum, qui ſummam rerum adminiſtrationem ad ſe pertraxerat, contumelioſe cum omnibus ſuæ tyrannidis fautoribus ex curte regia ejiceret, ſicque rerum publicarum adminiſtratio ad epiſcopos rediit, ut ſinguli ſuis vicibus quid Regi, quid reipublicæ facto opus eſſet, præviderent. Rex Trajecti dum Paſcha celebrat, Eberhardus Trevirorum Archiepiſcopus, poſtquam in ſabbato ſancto tantæ diei myſterium populo ſolemniter exhibuiſſet, regreſſus in ſacrarium, caput in ſinum archidiaconi reclinavit, & ſpiritum exhalavit. Epiſcopatum ejus per interventum Colonienſis Archiepiſcopi ſuſcepit Cuno, ſeu Conradus præpoſitus Colonienſis. Trevirorum clerus & populus graviter & indigne nimis tulit, quod ipſi in ejus electionem admiſſi non eſſent, ſeque viciſſim hortabantur, ut inſignem hanc contumeliam inſigni exemplo eluerent. Erat tunc major domus eccleſiæ Trevirorum Diodericus comes, adoleſcens natura & ætate ferox. Quo die epiſcopus urbem ingreſſurus ſperabatur, is cum ingentibus copiis illi proceſſit obviam, & priuſquam in hoſpitium progrederetur, ſuper eum irruens, paucos reſiſtere tentantes occidit, cæteroſque inopino terrore perculſos facile fudit & fugavit, opes ampliſſimas, quas adduxerat, diripuit, epiſcopumque captum tradidit carnificibus, qui illum de altiſſima rupe præcipitarunt, Kalendis Junii; & cum adhuc illæſus eſſet, gladio transverberatus eſt. Ejus corpus a viris religioſis collectum in monaſterio Dolejenſi ſepultum eſt. Ejus ſepulchrum miraculis divinitus illuſtratum ferunt. Vto, concordante in electionem clero & populo, ei ſucceſſit in epiſcopatum. Ipſe comes pœnitentiam agens, ac Jeroſolymam pergens vitam finivit. Omnes ejus conſanguinei mala morte perierunt.

Annaliſt. Saxo. Ibid. Reginbertus Miſnenſis epiſcopus eodem anno milleſimo ſexageſimo ſexto obiit, cui Craft præpoſitus Goslarienſis ſucceſſit; ſed, dum ſuſcepto epiſcopatu Goslariam veniſſet, poſt refectionem in cubiculum, ubi theſauros ſuos, quorum nimis erat amator, nullo conſcio infoderat, quaſi paululum requieſcere volens ſeſe incluſit; cumque jam die vergente in veſperam præter modum ſomno indulgere videretur, cubicularii oſtium pulſare cœperunt: ſed nec pulſantibus nec vociferantibus ullum dabatur reſponſum: itaque foribus effractis irrumpentes eum invenerunt fractis cervicibus, colore tetro, exanimem, theſauris ſuis miſerabilem in modum incubantem. Epiſcopatum pro eo ſuſcepit Benno Goslarienſis eccleſiæ canonicus. CHRISTI AN. 1066.

XXXV. Eadem ætate ſanctitate floruit S. Theobaldus eremita, in territorio Senonenſi ex nobiliſſimis parentibus oriundus. Adoleſcens, amore ſolitudinis & vitæ perfectioris, relictis omnibus receſſit in Germaniam, comite Waltero Comite; ibique voluntariam paupertatem ſuſtinentes, pro Chriſti amore, multo labore victum ſibi quæritabant. Deinde in multis regionibus peregrinantur. Aliquando patri ad ſe venienti cum occurriſſet, fugit; quem pater multum conteſtatus, quod eum a ſancto propoſito revocare nollet, vix obtinuit, ut paululum ſubſiſteret; ſed nihil ab eo etiam eleemoſynæ titulo recipere voluit: & ſtatim receſſit. Ejus autem ſocius paululum ſubſiſtens, indicavit patri, ut filio pſalterium perquireret, quo ſolo indigeret; quod lætus dedit. Act. SS. Bened. ſæcul. 6. part. 2. *S. Theobaldus eremita.*

Ibid. Theobaldus receſſit in ſolitarium locum, circa fines Italiæ, qui Salligena dicebatur, ibique, concedente loci domino, parvum extruxit tugurium, in eoque vitam angelicam actitare inchoavit; primum quidem pane hordeaceo & aqua, deinde ſolis fructibus, herbis, earumque radicibus, multis vixit annis, ſemper uſus cilicio: ſed biennio expleto, ſocius ejus Walterius in ſancta religione naturæ ſolvit debitum. Theobaldi vero ſanctitatis fama cum ubique vulgaretur, divina diſpoſitione actum eſt, ut proficientibus meritis omnes eccleſiaſticos gradus uſque ad presbyteratum in Vincentiana eccleſia adipiſceretur.

Ibid. Uvilla mater ejus, cum a viro ſuo Arnulpho filii ſui famam inclytam audiiſſet, ad eum cum multa nobilitate venit; ſed ab eo rurſus divelli non potuit; amor Chriſti in ea vicit amorem ſæculi, & ſoli Deo cum filio ſervitura adhæſit, & quæ magnam in mundo poſſederat prædiorum multitudinem, unius brevis cellulæ ſolitudinem Deo famulatura elegit. Theobaldus non multo poſt vulneribus corporis obſitus fuit, nec tamen a propoſiti rigore jejunii potuit flecti. Ingraveſcente vulnerum valetudine proximam ſuam mortem prædixit: re ipſa anno duodecimo a primo ejus egreſſu e domo paterna cœpit omnino deficere. Petro abbati matrem commendavit, & filios ſuos ſpirituales, viaticoque Dominici corporis accepto, poſt longam & duram agoniam ſpiritum Deo reddidit, Kalendis Julii, quo die colitur in Eccleſia. In vita & poſt mortem miraculis claruit.

S. Arialdus Martyr. XXXVI. S. Arialdus diaconus Mediolanenſis, cum decem annos viriliter decertaſſet adverſus ſimoniacos, & presbyteros conjugatos illius Metropolis, martyrii palmam obtinuit. Proditione captus eſt juſſu Guidonis Archiepiſcopi Mediolanenſis, & trans lacum ductus ad necem, Archiepiſcopi neptis, ne forte a ſatellitibus occultatus morti ſubtraheretur, miſit duos clericos, ut illum interficerent; qui, cum navigio veniſſent, inquirunt, ubinam ſit Arialdus? Quem cum eminus vinctum vidiſſent, evaginatis gladiis in eum irruunt, unus auriculam dextram, alter ſiniſtram arripit, clamantes: Dic furcifer, ſi Guido dominus noſter eſt vere Archiepiſcopus? Ille reſpondit, Nec eſt: nec fuit unquam, quia in ipſo non eſt opus epiſcopi. Tunc utramque aurem amputant. Ille vero oculis in cœlum elevatis, ait: Gratias tibi ago, Chriſte, quia hodie inter tuos Martyres me dignatus es connumerare. Iterum interrogatus, ſi Guido eſt vere Archiepiſcopus? idem reſpondit. Quapropter naſus ipſius cum labio ſuperiore eſt abſciſſus, deinde ambo oculi effoſſi ſunt. Poſtea dexteram detruncant manum, dicentes: Hæc eſt, quæ faciebat epiſtolas Romam directas. Dehinc virilia radicitus amputant, dicentes: Prædicator caſtitatis hactenus fuiſti, & hinc tu caſtus eris. Demum ſub gutture linguam extrahunt, dicentes: Modo ſileat, quæ clericorum familiam conturbavit atque diſperſit. Et ſic illa ſancta anima carne ſoluta eſt, quarto Kalendas Julii. Ejus corpus in profundiorem lacus voraginem projectum eſt; ſed poſt decem menſes ad ripam divinitus ejectum, integrum fuit inventum. Ejus vit.

B. An-

Christi An. 1067. Ibid.

B. Andreas abbas congregationis Vallumbrosæ ejus discipulus, & laboriosæ prædicationis socius, & ejus vitæ author, multis aliis fidelibus adjuvantibus, ejus corpus honorifice Mediolanum perduxit, & deposuit in ecclesia S. Ambrosii, funus deducente Herlembaldo viro nobilissimo, cum multis militibus, Deumque testatur, fragrantiam ex ipsis digitis, quibus sanctum corpus tetigerat, emanare sensisse, qualem numquam alibi senserat. Congregata est etiam die Pentecostes plebis multitudo, sicque cum magna gloria ad S. Celsi monasterium deducitur, ibique sepulturæ traditur.

Herlembaldus ad Papam de præsenti negotio consulendum Romam profectus est, excommunicationisque literas detulit Guidoni Archiepiscopo, qui dignitatem suam abdicavit, eamque facta conventione Gothefredo, qui ei erat a secretis, resignavit. Qui, cum jam pridem labore multo sibi Regis conciliasset affectum, recenti pacto ab eodem est adeptus Præsulatum. Verumtamen a civibus reprobatus, nullis in locis episcopatus vel ad hospitium recipitur, ipsis etiam invisus factus agricolis. Hunc Papa statim canonice damnavit, judiciique sui literas misit Mediolanensibus. Interea Guido divulgabat, se Gothefredi delusum insidiis, qui, cum amissum resumere vellet episcopatum, cum Herlembaldo fœdera sociavit, venientsque cum illo Mediolanum, non ad urbem, ut voluit, sed ad sancti Celsi monasterium ducitur, ibique commendatus multis custodibus resedit inglorius, ut illic justas pariter ac salutares peccatorum suorum pœnas lueret.

Concil. tom. 6. ed Hard. tom. 9. Lab.

Alexander Papa, ut tantis malis efficax afferret remedium, Mainardum sanctæ Rufinæ episcopum Humbertique succesforem, & Joannem presbyterum cardinalem legatos suos misit Mediolanum, qui die primo mensis Augusti anni millesimi sexagesimi septimi, sequentes constitutiones Apostolicas promulgarunt: " Apostolica authoritate statuentes præcipimus . . . . . ut nullus in universa hujus ecclesiæ parochia monachus abbas per pretium quocumque modo conventum seu monasterium accipiat. Canonicus etiam nec nisi gratis ordinetur. Ex nulla quoque ecclesiastici ordinis benedictione, vel ex ecclesiarum consecrationibus, vel chrismatis datione quidquam muneris a quoquam per aliquam conventionem detur aut accipiatur. Presbyter, diaconus, ac subdiaconus fœminam ad fornicandum palam retinens, donec in culpa manserit, nec officium faciat, nec ecclesiæ beneficium habeat. Qui vero non retinet, & eventu ex humana conditione ceciderit: postquam manifestum veraciter fuerit, suspendatur ab officio tantum, donec per pœnitentiam satisfecerit. Statuimus insuper, neminem prædictorum graduum clericum ex suspicione damnari . . . Ne autem aliqua lædendi eos occasio pro relictis eorum fœminis fiat, statuimus, ut cum illis in una domo non maneant, nec manducent, nec bibant, nec sine tribus vel duobus idoneis testibus simul loquantur, & hæc servantes nullam pro eis calumniam patiantur . . . Nullum clericorum pro cujusquam peccati culpa . . in judicio laicorum amodo esse permittimus, sed modis omnibus in perpetuum prohibemus. Si quis laicus.. clericos in potestate sua habet, cum primum sciverit in veritate, aliquem ex eis vel fœminam retinere, vel in fornicationis crimen casu cecidisse, statim per se vel per suum nuntium hoc studeat indicare Archiepiscopo, & hujus ecclesiæ ordinariis, quibus cura ista commissa fuerit; qui, si ei interdixerint officium, ipse laicus postmodum obdurato interdicat tantum officium; si vero Archiepiscopus, vel sui ordinarii, postquam audierint, hoc neglexerint; ipse laicus extunc in sua potestate, nec officium facere, nec beneficium alicui ex illis permittat tenere, donec culpam deferat, & digne Domino per pœnitentiam satisfaciat . . . . ipsum autem beneficium ad ipsius ecclesiæ vel ministrantium illi opus & utilitatem servetur . . . vel alter ejus loco constituatur.

Constitutiones Apostolicæ pro ecclesia Mediolanensi.

Ibid.

Constituimus etiam, ut nullus laicus alicui ex illis, qui lapsi fuerint, ullam in prædiolis, aut in aliquibus bonis suis, vel sæculari beneficio violentiam inferat, nihilque de suis nisi ecclesiasticum tollat beneficium. Similiter ut nullus laicus a clerico in aliquo gradu ecclesiastico benedicendo quidquam muneris exigat vel accipiat . . . Inviolabili quoque constitutione judicamus fore in perpetuum firmum, ut hujus sedis Antistes semel aut bis per omnes plebes, quicumque eas teneat, ad consignandum, & Christianitatem secundum canones perquirendum vadat: nullusque laicus vel clericus in hoc ei resistat, sed devote ei in his, quæ Domini sunt, obediat & ministret. Integram quoque habeat in omnem suum clerum judicandi ac distringendi potestatem. Omnes autem clericos & laicos, qui contra simoniacos & incontinentes . . . ne hæc mala fierent, operam darent, juraverunt, & per hoc incendia, deprædationes, sanguinum effusiones, multasque injustas violentias fecerunt, omnimodo prohibemus, ne hæc ulterius faciant, sed semetipsos custodiendo, & pro his, qui ea non servant, Archiepiscopo suo & ordinariis hujus ecclesiæ, suffraganeisque episcopis, quod canonicum est, suggerendo, & cum bono animo supplicando, in his operam tribuant.

Christi An. 1067.

Ibid.

Si quis ex his omnibus, qui pro officio & potestate ecclesiastica mandata hæc agere debet, & potest, ea studiose & fideliter perficere neglexerit aut noluerit, Archiepiscopus quidem, de suo centum libras denariorum persolvat; & si contempserit, donec emendet, proprio officio abstineat. Clericus autem vel laicus pro ordinis ac dignitatis suæ qualitate ac potestate tali mulctetur damno, ut, si quidem de ordine Capitaneorum fuerit, viginti denariorum libras, vassorum autem decem, negotiatorum quinque, reliquorum vero pro possibilitate componat ad utilitatem hujus ecclesiæ. ,, En primum exemplum pœnæ pecuniariæ, quam laicis imposuerit potestas ecclesiastica in foro exteriore. Demum sic concludit: Si quis hæc non observaverit, & transgressor factus emendare contempserit, incurrat æternæ maledictionis & anathematis vinculum.

Florentinæ schisma extinctum. An. 1068. Bened. Sæcul. 6. P. 2.

XXXVII. Florentiæ, cum schisma quotidie cresceret in immensum, tanta persecutio facta est adversus clerum partis Catholicæ, ut archipresbyter aliique plures confugerent ad Septimense cœnobium; quibus benigne susceptis subsidium pro posse ferebat Joannes Gualbertus. Dux autem Gottyfredus ita parti Petri episcopi favebat, ut minaretur interimere monachos & clericos ei adversantes. Iisdem diebus Papa Florentiam venit, jamque ligna præparata erant ad accendendum ignem, quem ingredi monachi cupiebant, ut probarent, Petrum esse simoniacum. Quod examen Papa recipere renuit, indiscussaque lite discessit. Quid autem postea gestum sit, sic in suis ad Papam literis exponunt Florentini. Quadam die omnes Florentinæ civitatis clerici una congregati, cœpimus tam de clericis expulsis, quam de nobis ante Petrum conqueri, quia bona pars civium nos hæreticos acclamabat . . . eumque rogamus, ut tam nos, quam se ipsum ab hac infamia liberet, dicentes: Ecce nos, si te mundum senseris, & nobis jusseris, Dei pro te judicium subire non dubitamus; aut si probationem, quam hic monachi & Romæ facere voluerunt, recipere vis, eos obnixe rogamus. Petrus autem neutrum se recipere respondit. Quin etiam edictum a præside per legatos suos impetravit, ut, quicumque clericorum vel laicorum se ut episcopum non coleret, suoque imperio non obediret, vinctus ad præsidem traheretur; si vero quis de civitate fugeret, ejus possessiones fisco addicerentur. Hinc factum, ut clerici, qui ad S. Petri oratorium confugerant, cum se simoniaco episcopo obedire non posse respondissent, illos extra immunitatem oratorii ejecerunt. Hinc publicus totius civitatis luctus, quasi ejecto sancto Petro, Simon magus introduceretur.

Ibid.

His ejulatibus & doloribus permoti nos clerici, qui Petro hactenus faveramus, seramus ecclesias, campanas non tangimus, non psalmos, non Missas canimus: & quosdam nostrum mittimus ad monachos, qui septimo in monasterio S. Salvatoris degunt, orantes veritatem cognoscere, cognitamque tenere promittentes. Utrimque fide data atque confirmata, statuitur dies, qua dubietatem perdidimus. Præmissis precibus, quarta feria primæ hebdomadæ Quadragesimæ constituitur, eaque illucescente, quemdam nostrum ad Petrum episcopum mittimus, qui ei dixit: Si verum est, quod de te dicunt monachi, fatere veritatem, & te converte ad Deum; si te noscis innocentem, nobiscum venire dignare. Petrus respondit: Nec ego illuc venio, neque te, si tu me diligis, ire volo. Missus dixit: Volo videre judicium Dei . . . Congregatis igitur omnibus clericis & laicis promiscui sexus & ætatis ad tria millia ad septimum monasterium, sic dictum, quod

Christi An. 1068.

septem

Christi An. 1068. ſeptem milliaribus ab urbe diſtaret. Monachi nos interrogant. Cur veniſtis? Reſpondimus, ut copioſo probetur igne quod de Petro epiſcopo dicitis, & ſimoniacam hæreſim abominabimur. Fiunt ſtatim duæ lignorum ſtrues longæ decem pedibus, & quinque latæ, & quatuor altæ, & juxta ſe in longitudine poſitæ inter utraſque unius brachii ſemita relinquitur, & ipſa ſtrata ſiccis lignis.

Ibid. Probatio per ignem. Interea fiunt ſupplicationes. Monachus ignem intraturus eligitur, qui abbatis juſſu Miſſam celebraturus ad altare procedit . . . . . Ut ventum eſt ad Agnus Dei, quatuor monachi, unus imaginem Chriſti crucifixi, alter aquam ſanctificatam, tertius duodecim cereos, quartus thuribulum thure plenum bajulantes, procedunt ad lignorum pyras ſuccendendum . . . . Et dum ab omnibus oratur Petrus monachus, & presbyter, perceptis ſalutis myſteriis, exutaque caſula, crucem Chriſti portans, cum abbatibus, & monachis litanias faciendo, ad ſtrues accenſas appropinquat . . . . Abbas eligitur voce clamoſus, qui populo aperte legit orationem, in qua conditio petitionis ad Deum continebatur, eam cunctis collaudantibus, alter abbas dixit: Viri fratres, & ſorores, pro ſalute veſtrarum animarum, teſte Deo, hoc facimus, ut deinceps a ſimoniaca lepra, quæ fere jam totum ſordidat mundum, caveatis. His expletis, cum utrique rogi ex majore parte ſe in flammivomos vertiſſent carbones, & media ſemita prunarum copia plena æſtuaret, monachus ſacerdos, juſſu abbatis, flentibus fere tribus millibus, hanc orationem cum magna voce fudit: Domine Jeſu Chriſte, vera lux omnium in te credentium, tuam miſericordiam peto, tuam clementiam exoro, ut ſi Petrus, qui Florentinus epiſcopus dicitur, interventu pecuniæ, quod eſt ſimoniaca hæreſis, Florentinam ſedem arripuit, nunc tu, Fili æterni Patris, ſalus mea, in hoc tremendo judicio, ad adjuvandum me feſtina, & me illæſum ſine aliqua combuſtionis macula mirabiliter conſerva, ſicut quondam illæſos ſalvaſti tres pueros in camino ignis ardentis: Qui cum æterno Patre tuo & Spiritu ſancto omnia cooperaris, & vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Cum omnes reſpondiſſent, Amen: pacis oſculum fratribus dedit, & accepit.

Ibid. Interrogamus: Quamdiu vultis ipſum in igne manere. Reſponſum eſt ab omnibus. Sufficit eum ſolemni gravitate, pedetentim ignem flammaſque tranſire. Tunc ipſe ſacerdos contra ignis ardorem ſalutare ſignum faciens, crucemque Chriſti bajulans, intrepidus, cum quadam celebritate gravitatis, illæſus in corpore, illæſus in omnibus, quæ ſecum portabat, in virtute Jeſu Chriſti mirabiliter ignem pertranſiit. Flammæ tamen undique concurrentes albam quaſi byſſinam intrabant, & implendo inflabant, ſed naturæ ſuæ immemores, nihil uſtionis inferre poterant, pili quoque pedum ejus inter flammoſos carbones immittebantur, eorum nulli ignis ardore lædebantur. Flammæ quoque inter capillos ſurgentes intrabant, ſed nec ſummitatem alicujus retorquere valebant.

Ibid. Egreſſus ex igne, dum vellet focum repedare, capitur a populo, deoſculantur pedes ejus præ deſiderio. Laus Deo ab omnibus præ gaudio flendo cantatur. Hanc relationem ſic concluſere Florentini: Per Chriſtum beatitudinem veſtram oramus, cujus vicarium tam in cœlis quam in terris vos eſſe deſideramus: Dignamini plebi longa peſte demolitæ conſilium, & defenſionis auxilium impendere . . . . & nos oves Chriſti B. Petro, tibique vice ejus commiſſas, contra ſimoniacos præliando de captivitate liberare. His cognitis, Alexander Papa Petrum Florentinum ſimoniacum ab omni epiſcopali officio deponere curavit. Monachus autem, qui per ignem tranſierat illæſus, ex tam mirabili eventu dictus eſt, Petrus Igneus . . . Bulgarus comes rogavit S. Joannem Gualbertum, ut prædictum Petrum monaſterio Fiſicleuſi præficeret abbatem, cujus petitionibus annuit. Deinde creatus eſt cardinalis, & epiſcopus Albanenſis.

XXXVIII. Alexander Papa poſt hæc Hugonem Candidum legatum ſuum miſit in Galliam, & Hiſpaniam. Sanchius Ramirus Aragonum rex eum evocavit in Leirenſe monaſterium, eoque præſente ſynodum celebravit anno milleſimo ſexageſimo octavo. Actum eſt primo de privilegiis ejuſdem abbatiæ, pro quorum confirmatione Romam miſſus eſt Sanchius illius abbas, & Pampelonenſis Archiepiſcopus. Secundo. De mutandis ſacrorum cæremoniis, Romanum ſcilicet officium Gothico ſubſtituendo, quod tunc decretum videtur; ſed tamen nonniſi poſt tres annos perfici potuit, propter populi antiquis ſuis ritibus addicti pertinaciam. Legatus inde Barcinonam venit, ejus comitatui præerat Raymundus Berengarii, qui ſuum optans decorare dominium coram Hugone, & ſuis plurimis magnatibus eorumque conſilio, & aſſenſu, quædam inſtituit jura, quæ Uſatici nuncupati ſunt, mandavitque, ut iis conſtitutionibus omnes comitatus ſub Barcinonenſis comitatus imperio regerentur. Idem legatus Gerundam convocatis epiſcopis, Dei treugam confirmavit, excommunicationiſque pœnam adverſus ejus infractores conſtituit. Christi An. 1068. Concil. tom. 6. ed. Hard. Apud Pagi ad an. 1068.

Hugo legatus eodem anno tranſiens in Galliam, apud Auſciam Metropolim tenuit concilium cum Auſtindo Archiepiſcopo, & omnibus ſuffraganeis epiſcopis, & abbatibus, & magnatibus univerſæ Gaſconiæ: decreveruntque, ut omnes eccleſiæ ejus provinciæ ſemper quartam partem decimæ ſuis ſedibus redderent, exceptis eccleſiis, quæ abbatiæ S. Orientii ſubjacerent, quarum privilegia, & immunitates propter honorem S. Orientii confeſſoris, & celeberrimi quondam Auſcenſis Archiepiſcopi confirmata ſunt. Sanctus Auſtindus die 25. Septembris in ſua colitur eccleſia. Ibid. *Auſcenſis ſynodus.*

Legatus Toloſæ poſtea ſynodum celebravit cum undecim epiſcopis, ibique ſimoniacæ hæreſeos non tantum ſtipites, verum etiam radices funditus exterminaverunt. Lectorenſi eccleſiæ bona, quæ monaſterio fuerant attributa, reſtituta ſunt, & monaſterium ut antea converſum in epiſcopatum, ea ratione, ut Raymundus epiſcopus locum propriæ ſedis in monaſterio poneret, & monachos ibi morantes ſecundum regulam S. Benedicti vivere, ut abbas, conſtringeret, & ſi ad alia vellent ire, nulli denegaret, & clericos regulariter viventes ibidem poneret. Huic decreto primus poſt legatum ſubſcripſit. Ibid. *Toloſana ſynodus.*

XXXIX. Eccleſiæ, & Imperii ſtatus in Germania plurimum turbari cœpit, ob pudendam Henrici regis incontinentiam. Hic, cum ſui juris eſſe cœpiſſet, Bertham Marchionis Italiæ filiam duxit uxorem, & quorumdam perverſorum conſilio caſtella conſtruxit in Saxonia, & Thuringia, quæ res multorum malorum cauſa fuit. Adalberti Bremenſis conſiliis depravatus, qui, ut refert annaliſta Saxo, ei dicebat: Fac omnia, quæ placent animæ tuæ, hoc ſolum obſervans, ut in die mortis tuæ in recta fide inveniaris. Qua doctrina Rex confortatus ibat per libidinum præcipitia, binas vel ternas ſimul concubinas habebat. Inſuper cujuſcumque filiam vel uxorem juvenem ac formoſam audierat, ſi ſeduci non poterat, violenter adduci præcipiebat, expletaque cupidine aliquibus de ſuis famulis has dabat uxores, ita ut nobiles mulieres ſervili conjugio dehoneſtaret. Uxorem vero ſuam ſic habebat exoſam, ut modis omnibus eam a ſe ſeparare quæreret. Familiarium cuidam illius concubitum petere præcepit, magnum præmium promittens, ſi eo potiretur. Illa cito viri conſilium intellexit, & primo velut indignata negavit, ſed iſtanti promiſit. Rex omnia edoctus ad cubiculum cum adultero pergit, ſperans eam deprehenſam legaliter abjicere; vel, quod magis volebat, occidere. Cavens autem, ne adultero intromiſſo excluderetur, Regina januam aperiente prior irrupit, quem illa cognoſcens, & adultero foris relicto, includens, ſolum cum ſuis virginibus ſcamnis, & baculis verberans, ſemianimem reliquit. Fili meretricis, inclamans, unde tibi audacia, ut Reginæ, quæ fortiſſimum habet maritum, ſperares adulteria? & ſic eum de cubiculo ejecit. Ille ream non auſus confiteri, aliam ægritudinem ſimulans jacebat. Qui, poſtquam convaluit, antiqua flagitia non deſeruit; quin & ſororem ſuam unicam Deo conſecratam, per vim ipſe detinens, alteri proſtituit. Annaliſt. Saxo.

Infandiora perpetravit homicidia: mortem pati cogebatur quiſquis unum contra ejus voluntatem verbum dixerat, vel conſilium aliquod non placere ſibi geſtu oſtenderat. Nec prius oſtendebat iram, quam incauto faceret auferri vitam. Fama fuit, quod adoleſcentem ſibi familiarem manu ſua quaſi jocando interfecerit, quo furtim ſepulto, quaſi pœnitens ad Archiepiſcopum Adalbertum venerit, atque ab eo ſine ſatisfactione indulgentiam perceperit. Omnibus his nefarium illud addidit, quod epiſcopos ſtatueret, non pro qualitate meritorum, ſed ſi quis majo- Ibid.

Christi An. 1068. majorem pecuniam dederit, vel major flagitiorum ejus adulator fuerit, hic dignior episcopatu fuit; sed si alius plus illo daret, vel magis ejus facinora laudaret, priorem ut simoniacum deponi, & hunc quasi sanctum, consecrari faciebat. Unde contigit, multas civitates habere duos episcopos, quorum neuter episcopatu dignus esset.

Christi An. 1069. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab. Wormatiæ conventum generalem celebrans, post Pentecosten anni millesimi sexagesimi noni, idem Rex cum Sigefrido Moguntino Archiepiscopo secreto egit, ut ejus matrimonium cum Bertha dissolveret; promittit, si in ea re opem sibi ferret, se ei deinceps dicto obtemperantem fore; insuper Thuringos etiam armis coacturum, ut decimas ei in perpetuum persolvant. Annuente episcopo, & pactione utrimque firmata: Rex ad publicam refert sibi cum uxore non convenire, nullum ei crimen, quo repudium mereretur, afferre, sed se, incertum quo facto, vel Dei judicio, nullam cum ea maritalis operis copiam habere. Proinde per Deum orare, ut se male ominata compede absolvant, patianturque dissidium fieri, ut illa sibi, & ipse ei, si ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat. Et sub jurejurando confirmavit, quod eam incontaminatam illibatoque virginis pudore conservaverit. Fœda res, & regia majestate nimium abhorrens visa est omnibus, qui aderant. Huic tamen palam obsistere nullus audebat: episcopus quoque, quantum poterat, salva verecundia, causam Regis tuebatur. Itaque cunctis decernentibus, synodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ, proxima post festum S. Michaelis hebdomada.

Interea Regina Loresheim mittitur. Rex vero collectis maximis copiis, exercitum duxit adversus Dedi Marchionem Saxonicum, qui Turingos ad armorum societatem sollicitabat, quos Rex Archiepiscopum adjuvando in exigendis decimationibus a se multum averterat. Moguntinus vero Regem instigabat, ut eos bello atrocissime persequeretur. Thuringi vero legationem ad Regem miserunt, affirmantes, se nihil adversus eum moliri, paratos, se potius publicum hostem expugnare, si decimationum leges priorum Regum, & episcoporum indulgentia sibi statutas, ratas inviolatasque pateretur. Rex benigne respondit, auxiliumque suum, si in fide permanerent, sperare jussit: præcepit etiam, sed facile & contemptim, ut decimas darent, ne Archiepiscopum offenderet.

Ibid. Sigefridus vero Moguntinus sequentem ad Alexandrum Papam dedit epistolam: " Filius vester Henricus rex ante paucos dies conjugem suam voluit dimittere, quam legitimis sponsalibus, publicis nuptiis, & sacramento sibi firmatam sociavit, nullam interponens dissidii culpam vel causam; cui nos consilio magnatum in faciem restitimus . . . . & sine metu gladii imminentis, eum, si vestra præcederet authoritas, a sinu, & communione Ecclesiæ nos segregaturos prædiximus. Ille vero retulit, ea de causa ab ea se velle separari, quia non posset ei tam naturali quam maritali coitus fœdere copulari. Quod inquisitum cum & ipsa fateretur, nos ipsa rei magnitudo nimia dubietate turbavit; super qua re vestrum Apostolatum velut divinum consulimus oraculum . . . . vestræ sanctitatis erit, quid super tanta re facto opus sit, decernere . . . . . & responsalia mittere . . . . Fratres nostri condixerunt, ut concilium, quod tanto negotio competeret, in urbe nostra congregaretur . . . . . Nos vero totius negotii terminum ad vestræ expectationem sententiæ suspendimus, postulantes sanctitatem vestram . . . . . ut de latere vestro personas cum scriptis vestræ authoritatis ad examen, & judicium totius rei mittere dignemini. „

Ibid. Papa re ipsa delegavit Petrum Damiani, quem Rex, dum ipse Moguntiam properaret, hic adventum suum præstolari comperit, ut dissidium prohibeat, & episcopo Moguntino Apostolicæ animadversionis sententiam mitteret, quod tam nefariæ separationis se authorem promiserit. Secretis igitur aliorum admonitionibus ejus prævaricationem cognoverat. Rex his consternatus in Saxoniam regredi volebat: vix ægre amicorum consilio superatus, ne Principes regni frustraretur, quos magna frequentia Moguntiæ sibi occurrere jussisset, Francofurtum abiit, ibique eos, qui Moguntiæ convenerant, stato die adesse jussit. Quo dum frequentes venissent, Petrus Damianus mandata Romani Pontificis exposuit, & Regem hortatus, ut, si minus legibus humanis terreretur, parceret saltem famæ, & existimationi propriæ, ne tam fœdi exempli veneno commacularet populum Christianum. Demum si non flecteretur consiliis, se necessario vim ecclesiasticam adhibiturum, & canonum lege scelus prohibiturum, suisque manibus numquam Imperatorem consecrandum, qui tam pestilenti exemplo fidem Christianam prodidisset. Christi An. 1069.

Ibid. Principes ajebant, æqua censere Romanum Pontificem, eumque per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ suæ: præterea, ne Reginæ parentibus causam defectionis daret . . . . His rationibus magis fractus, quam inflexus: si id, inquit, fixum est vobis, & obstinatum, feram, ut potero, onus, quod deponere non valeo. Et annuit quidem, ut in regni consortium Regina revocaretur; ipse tamen, ut conspectum ejus vitaret, subsequentibus vix quadraginta militibus in Saxoniam concitus rediit. Regina eum cum cætera multitudine, & regni insignibus paulatim subsecuta est. Cum autem ad eum Goslariam venisset, satis benigne eam suscepit, sed mox ad ingenium rediit, & statuit deinceps, communicato ei solum Reginæ nomine, eam habere quasi non haberet.

Christi An. 1070. Lambert. Schafn. de reb. Germ. Sigefridus Moguntinus, Anno Colonienſis, & Hermannus Bambergenſis epiſcopus anno ſequenti milleſimo ſeptuageſimo, ab Alexandro Papa evocati Romam venerunt. Bambergenſis epiſcopus accuſatus, quod per ſimoniam, data pecunia, epiſcopatum invaſiſſet, multa & pretioſa munera Papæ dedit, & ſic eum placavit, ut pallium, & alia archiepiſcopatus inſignia pro benedictione perciperet. Moguntinus Archiepiſcopus ultro ſe epiſcopatu abdicare cupiebat; ſed Romani Pontificis authoritate, & amicorum maturioribus conſiliis vix, & ægre abductus eſt a ſententia. Omnes in communi acerbe objurgati, quod ſacros ordines per ſimoniam venderent, & ementibus indifferenter communicarent, & manus imponerent. Tandem accepto ab eis jurejurando, quod hæc ulterius facturi non eſſent, in ſua cum pace dimiſſi ſunt.

Lambertus Schafnaburgenſis monachus Hirſfeldenſis, licet author coævus hæc referens cum aliis male confundit S. Annonem Colonienſem, quem ejus ſumma ſanctitas alienum a tantis ſceleribus oſtendit. Præterea vitæ ejus author ei coæqualis refert, hunc quidem tum Romam profectum eſſe, ſed propter varias eccleſiæ ſuæ utilitates, atque ut Sanctorum reliquias acciperet. Recepit ſancti Cæſarii brachium, quod in eccleſia S. Georgii Coloniæ collocavit, SS. vero Thebæorum reliquias, quas rediens ab Adelaide Imperatrice accepit, in monaſterio Sigebergenſi depoſuit, pro quo petiit, & obtinuit a Papa ſequens privilegium: " Quod a nobis, dilecte frater, expetis, ex officio ſuſcepto . . . . . univerſis debemus eccleſiis. At mihi tecum, dilecte frater, aliter agendum eſt, quippe apud virum religioſum, & revera tam operibus quam nomine epiſcopum. Itaque ex parte Domini noſtri Jeſu Chriſti . . . . . confirmamus, & corroboramus abbatiam illam in perpetuum. Deinde prohibet, ne quis etiam Rex de bonis ejus uſurpet vel imminuat, & monachis permittit liberam abbatis electionem. Itane Papa laudaſſet ſimoniacum, quem modo graviter objurgaſſet. Alexand. P. epiſt. 9.

XL. Guillelmus Angliæ rex multa prudenter, & clementer inſtituit. Dei treugam, & jus azili eccleſiis confirmavit, juſſitque, ut S. Petri denarium ſolveretur; de quo ſic ei ſcripſerat Alexander Papa: Ut bene noſti, donec Angli fideles erant, piæ devotionis reſpectu ad cognitionem religionis annuam penſionem ſedi Apoſtolicæ exhibebant: ex qua pars Romano Pontifici, pars eccleſiæ S. Mariæ, quæ vocatur Schola Anglorum, in uſum fratrum deferebatur. Rex poſtea ſervitutis jugum Anglis devictis impoſuit, eorumque veteres conſuetudines immutavit, & multis exactionibus aggravavit: Anglorum res undique turbari cernens Edgarus S. Eduardi nepos, nave conſcenſa cum matre Agatha, & ſoribus, in Hungariam reverti conabatur: ſed orta tempeſtate in Scotia applicare compellitur. Malcolmus Scotiæ rex Margaritham Edgari ſororem expetiit uxorem, & accepit, ex eaque ſex filios ſuſcepit. Hæc poſtmodum morum bonitate, vitæ ſanctitate, inſigni erga pauperes, & eccleſias liberalitate claruit, atque in ſanctarum viduarum numerum relata Alexand. P. epiſt. 8. Orderic. & Ingulph.

relata eſt; & Clemens Papa X. eam Scotiæ patronam declaravit. Christi An. 1070. Orderic.

Alexander Papa ex ipſius Guillelmi regis petitione tres ei legavit vicarios, Ermenfredum Sedunorum pontificem, & Petrum & Joannem presbyteros, qui rurſus ei coronam regni in urbe Guenta ſolemniter impoſuerunt, ipſa die Dominicæ Reſurrectionis anni milleſimi ſeptuageſimi, & magnam ſynodum in octava Paſchæ Winthoniæ celebravere runt, jubente & præſente rege Willelmo. Stigandus Doroberniæ Archiepiſcopus in ea degradatur, tribus de cauſis, ſcilicet epiſcopatum Wintonienſem cum archiepiſcopatu injuſte poſſidebat, & vivente Roberto Archiepiſcopo, non ſolum archiepiſcopatum ſumpſit, ſed etiam ejus pallio in Miſſarum celebratione aliquamdiu uſus eſt. Demum a Benedicto antipapa ſimoniaco pallium acceperat. Incluſus in carcere vitam miſere finiit. Ejus quoque frater Agelmarus Eſſanglorum epiſcopus degradatus eſt, cum quibuſdam abbatibus & Stigandi ſuffraganeis, qui indigni erant pontificatu propter vitam criminoſam, curæ paſtoralis inſcitiam: operam dante Rege, ut quamplures ex Anglis ſuis privarentur honoribus, in quorum loco ſuæ gentis perſonas ſubrogaret. In ea quoque ſynodo, dum cæteri trepidi ne ſuis dignitatibus privarentur, S. Wlſtanus Wigornienſis epiſcopus poſſeſſiones quamplures ſui epiſcopatus, ab Aldredo Archiepiſcopo, dum e Wigornienſi eccleſia ad Eboracenſem transferretur, retentas, quæ poſtea, eo defuncto, in poteſtatem regiam devenerant, conſtanter reclamabat; ſed cum Eboracenſis eccleſia paſtorem non haberet, judicatum eſt, ut ipſa querela ſic remaneret, dum conſtitueretur Archiepiſcopus, qui reſpondere poſſet. Concil. tom. 6. ed. Hard. Wintoniensis synodus. Alexand. Pagit. S.

Die vero Penteçoſtes Rex apud Windlesboram Thomæ Bajocenſi canonico Eboracenſis eccleſiæ archiepiſcopatum, & Valcellino capellano ſuo Wintonienſis eccleſiæ præſulatum dedit; ambo erant genere Normanni. Sequenti die ſynodum tenuit Hermenfredus legatus; Joanne & Petro Romam reverſis, Angelricus Suth-Saxonum pontifex in ea non canonice degradatur, quem Rex ſine culpa in cuſtodiam poſuit: abbates etiam quamplures ſunt depoſiti: Rex capellanis ſuis, Alfracto orientalium Anglorum præſulatum, & Stigando Suth-Saxonum dedit epiſcopatum: nonnullis etiam Normannis monachis abbatias dedit. Ibid.

XLI. Cantuarienſis cathedra, depoſito Stigando, decreta eſt Lanfranco Cadomenſium abbati, Regis & omnium optimatum ejus benevolenti electione. Hic ex nobili parentela ortus, Papiæ in ſcholis liberalium artium ſtuduit, & ſæcularium legum peritiam fervidus edidicit: ſed amor veræ ſapientiæ cordi ejus illuxit, repentinoque animi contemptu arripiens religionis profeſſionem, jugo regulari ſe ſubdidit, cœnobiumque Beccenſe in Normannia ob loci ſitum & paupertatem elegit, in quo cuncta ſapienter ordinavit, dum ſevera mitique diſciplina regeret fratrum collegium, ibique cum ſumma laude literas docuit. Eum Ermenfredus epiſcopus Papæ legatus & a Rege miſſus ad regimen pontificale invitavit, & in concilio epiſcoporum & abbatum Normanniæ petitionem eccleſiæ Dei denunciavit. Ille autem perturbatur, tam grave onus ſibi extimuit, & inducias ad deliberandum petiit. Abbas Herluinus imperat, cui obſecundare velut Chriſto ſolebat. Regina cum filio Principis precatur. Nec tamen annuit præcipiti ſententia, obedientiam offendere cavet. Mœſtus ergo trans mare ſe excuſatum vadit. Rex eum reverenter ſuſcepit, & excuſatione reluctantem majeſtate pulchre pugnans devicit. Anno itaque milleſimo ſeptuageſimo Cantuarienſis Archiepiſcopus quarto Kalendas Septembris conſecratus eſt. Lanfranc. Cantuar. Archiepiſc.

Thomas Eboracenſis antiſtes electus, Cantuariam a Lanfranco ſacrandus advenit. A quo cum Lanfrancus ſcriptam de obedientia ſua profeſſionem cum adjectione jurisjurandi pro more expoſceret, Thomas reſpondit: ſe id numquam facturum, niſi prius ſcriptas de hac re authoritates legeret, quibus id juſte & rationabiliter ſine ſuæ eccleſiæ præjudicio facere deberet. Novus enim homo, & Angliæ conſuetudinis penitus expers, verbis adulatorum plus æquo fidem adhibebat. Lanfrancus in præſentia paucorum epiſcoporum, qui ad eum pro hac conſecratione venerant, quod poſtulabat, oſtendit. At ille aſpernatus omnia, non ſacratus abſceſſit. Malmeſb. de Pontif. l. 1. Eboracensis Archiepisc. subjectus Cantuar.

Quod Rex audiens, graviter accepit. Lanfrancus autem poſt aliquot dies Regem adiens, redditis rationibus ejus animum mitigavit. Angli, qui rem noverant, aſſertionibus ejus per omnia conſtantiſſime teſtimonium perhibebant. Itaque regio edicto, communique omnium decreto ſtatutum eſt: Ad præſens debere Thomam ad matrem totius regni Eccleſiam redire, profeſſionem ſcribere, ſcriptam legere, lectam inter examinandum in præſentia epiſcoporum Lanfranco porrigere, in qua præcepto quidem ejus in omnibus, quæ ad Chriſtianæ religionis cultum pertinent, ſe obtemperaturum abſolute promittebat: ſucceſſoribus vero ejus non ita, niſi prius vel coram, vel in epiſcopali concilio competens ei ratio redderetur, qua ſuos anteceſſores Dorobernenſis eccleſiæ primatibus id feciſſe, & facere debuiſſe, evidentiſſime comprobaretur. Igitur rediens, quæ juſſa ſunt, implevit, & ſacratus abſceſſit. Lanfrancus non poſt multos dies ab univerſis Angliæ regni epiſcopis, qui diverſis temporibus ab aliis Archiepiſcopis, vel a Papa, tempore Stigandi, ſacrati ſunt, profeſſiones petiit & accepit. Christi An. 1070.

Eodem anno Londini ſynodum omnium epiſcoporum habuit: in ea decretum eſt, ut aliquot ſedes epiſcopales, quæ in oppidulis ac pagis antea fuerant, in urbibus collocarentur. Quo factum eſt, ut Bathonia, Lincolnia, Sarisberia, Exonia, Ceſtria, atque Cicæſtria urbes hujuſmodi novo epiſcoporum domicilio nobilitatæ ſint. Huic ſynodo adfuit Wlſtanus Wigornienſis epiſcopus, vir, etſi literarum neſciens, ſanctitate tamen vitæ clariſſimus: hunc Lanfrancus ut imperitum & nimis ſimplicem ea dignitate privavit. Wlſtanus coactus indumenta pontificalia deponere, divino animi ardore repente inflammatus Regi dixit: Melior te his me ornavit, cui & reddam: atque ad ſepulchrum S. Eduardi, cujus beneficio epiſcopus factus fuerat, profectus, & veſtitu inſigni ſeſe exuens, baculum ita alte in lapide monumenti infixit, ut nulla vi extrahi poſſet. Quo miraculo Rex & Lanfrancus territi, magnopere virum ſanctum oraverunt, ut, reſumptis inſignibus, ſuo potiretur honore. Wlſtanus in alio conventu recepit eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones, quas ab Eboracenſi Archiepiſcopo repetebat. Wlſtanus, inquit Malmesburienſis, non ita hebes in literis, ut putabatur: cætera ſciebat præter fabulas Poetarum, & tortiles ſyllogiſmos dialecticorum, quæ nec noſſet, nec noſſe dignaretur. Cæterum probe doctus poterat ſermonem quemlibet elegantem extemporaliter facere, auditorum lacrymas, gaudia cœli, & pœnas inferni proponendo movere, perſuadere docendo, quod vellet, dum quadraret avitæ doctrinæ, nec aliter vivebat, quam docebat. *Londinensis synodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

XLII. Anno ſequenti, ſeu milleſimo ſeptuageſimo primo, Lanfrancus cum Thoma Eboracenſi Romam profectus, honorifice a Papa ſuſceptus eſt, & unum pallium ab altari, more Romano, accepit: alterum vero in ſignum ſui amoris, cum quo Miſſam celebrare ſolebat, Alexander Papa ſua manu ei porrexit. Erat tunc temporis Lanfrancus, in doctrina & mundi ſapientia famoſiſſimus, ſalutanti Papæ cum dignanter aſſurreXiſſet, profeſſus eſt, hanc venerationem non ſe illius archiepiſcopatui, ſed magiſterio literarum deferre, ejus quippe fuerat diſcipulus. Deinde illum hortatus eſt, ut more omnium Archiepiſcoporum, S. Petri vicarii veſtigiis advolveretur. Lanfrancus ſe ad pedes ejus humiliat, ſed mox ad oſculum ejus erigitur. Lanfrancus ſequenti die Thomam Eboracenſem & Remigium Lincolnenſem, qui cum eo venerant, accuſavit, quod non jure promoti fuerint ad epiſcopatum. Objecit primo, quod ſacri canones filios presbyterorum a ſacrorum ordinum promotione removeant; alteri, quod facta conventione illum a Willelmo rege emerit, officio ſcilicet, quod ei in Angliam properanti multiplicibus impenſis deſervierat. Illi cum ſatisfacere non poſſent, redditis baculis & annulis, ad petendam miſericordiam converſi ſunt. Eorum precibus Lanfrancus ſeſe medium injiciens, eos multarum rerum ſcientia fultos, novo Regi in novi regni diſpoſitionibus neceſſarios multis præſtare eloquenter oſtendit. Quibus auditis, Pontifex ſummus converſus ad eum, ait: Tu vides, pater es patriæ illius, ac proinde tua conſideret induſtria, quid expediat. Virgæ paſtorales, quas reddiderunt, ecce, hic ſunt, accipe illas, atque diſpenſa, prout utilius Chriſtianitati regionis illius agnoſcere poteris. At ille ſuſceptis illis, in Christi An. 1071. Malmeſbur. de Pontif. l. 1. Edmer. l. 1.

CHRISTI AN. 1071. præsentia Papæ, utrumque revestivit, cuique sua virga reddita.

Malmesbur. l. 3. Utrumque laudat Malmesburiensis: Thomas annis triginta in eo honore permansit, omni vita integer, liberalitate successores suos contristavit, ut qui magnam episcopalium terrarum partem in clericorum usum distraxerit: clerum sufficientem opibus & literis adunavit: ecclesiam a fundamento inchoatam consummavit: cœlibatum ejus numquam sinister rumor aspersit: Philosophis antiquis scientia comparandus: nec elatus sermone, sed vultu comis, moribus dulcis: multa ecclesiastica composuit carmina. Remigium vero natura sic compegisse videbatur, ut sciretur, beatissimum ingenium in miserrimo corpore habitare posse. Re ipsa virtutum & miraculorum gloria illustris cum Sanctis in Anglicano martyrologio numeratur.

Lambert Schafn. de reb. Germ. Thomas vicissim quæstionem movit de primatu Dorovernensis ecclesiæ, cui parem in honore dicebat Eboracensem, ita ut, qui prior fuisset ordinatus, alterum præcederet: contenditque episcopos Lincolnensem, Wigornensem, Lichfeldensem, suis antecessoribus fuisse subjectos. Lanfrancus rem ita non esse modeste respondit, asserens, Gregorianam constitutionem, non de Cantuariensi ecclesia, sed de Londoniensi & Eboracensi esse prolatam. Multis hinc inde prolatis, decrevit Alexander Papa, oportere causam hanc in Anglia omnium episcoporum & abbatum testimonio & judicio definiri.

XLIII. In Germania Carolus Magdeburgensis canonicus Rumoldo Constantiensi episcopo suffectus fuerat, sed cum pro libitu magis, quam ex ratione, etiam priusquam consecraretur, rem gereret, indignantes clerici a communione ejus se abstinere cœperunt propter simoniam, per quam episcopatum usurpasse dicebatur: id quoque ei crimini dantes, quod plerosque ecclesiæ thesauros furtive abstuliisset. Qua accusatione Romam perlata, Papa præcepit Archiepiscopo Moguntino, ne eum consecraret, donec causa diligentius ventilaretur. Carolus autem assiduis proclamationibus pro ordinatione sua sedem Apostolicam appellabat, cui Constantienses clerici semper obluctabantur: Alexander Papa, cum ei molesti essent, Sigefrido Moguntino scripsit, præcipiens, ut Colonienſem Archiepiscopum invitaret, & convocatis fratribus concilium celebraret, in quo hæc causa discuteretur, electusque episcopus aut reus criminis a dignitate rejiceretur, aut innocens canonice consecraretur. Moguntinus pro mense Augusto synodum indixit. Henricus rex ea de causa Sigefrido graviter succensus est, namque propter amicitiam Caroli & multa ejus servitia, idcirco munera sua ei rata manere volebat. Itaque indicta expeditione synodi celebrationem impedivit, & Carolum ad Papam direxit, qui discussa causa eum consecraret. Quapropter Sigefridus Papam literis exoravit, ne eum consecraret: ne Rex putaret, quod odio magis, quam justa causa eum consecrare noluerit. Si ergo, inquit, a vobis discussus, innocens fuerit inventus, remittite eum mihi & meis fratribus consecrandum.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

Ibid. *Moguntina synodus.* Alexander Papa instituit, ut Moguntina synodus de Caroli causa judicium ferret. Igitur die decima quinta Augusti, anno millesimo septuagesimo primo, Moguntiæ celebrata est synodus, cui præsedit Sigebertus ejusdem urbis Archiepiscopus, assidentibus Archiepiscopis Gebehardo Salisburgensi, & Udone Trevirensi, cum novem aliis episcopis & pluribus abbatibus. Aderant & legati reliquorum suffraganeorum epistolas ferentes, quibus excusati haberentur: prima sessio habita est die festo dormitionis sanctæ Mariæ. Pauca pro tempore tractant de qualitate instantis negotii, & solvunt synodum propter celebranda tantæ celebritatis officia, crastino maturius redituri in idipsum.

Ibid. Sequenti die cum iterum in unum convenissent... Quod cuique sacerdoti in sua diœcesi venit in dubium, rationabili disciplina deducunt ad remedium, & prout res postulabat, unumquodque terminatum est synodali judicio: de Constantiensi episcopo, interveniente Principis mandato, in sequentem diem procrastinatur. Tertia die sacerdotes Regem adeunt, eumque de salute animæ suæ, de pace ecclesiarum, deque statu regni spirituali disciplina conveniunt, proponentes ei de scripturis congrua doctrinæ salutaris exempla, quibus animus ejus adhuc cereus & docilis formaretur ad similia: docentes, solium regni ejus nullatenus posse stabiliri, nisi firmetur justitia & observatione mandatorum Dei. Summus dominorum Dominus ita mitigavit eum ad verba sanctæ exhortationis, ut nulla sacerdotes insolenti læderet responsione: multum tamen se excusans, in hoc suæ potestatis dono nullam se exercuisse venalitatem. Si quid autem cum domesticis suis propter opem intercessionis, ipso ignorante, pepigerit, hoc ipse viderit .... Post hæc cum episcopis venit in concilium: electus Constantiensis ejusque clerici admittuntur ad audiendum. Regularis prælatus Constantiensis ecclesiæ cum fratribus protulit libellum accusationis, quod per pecuniam invasisset hanc sedem, eamque devastasset .... asserens hæc canonice probaturum. Carolus e contra nititur improbare personas, quod infamiæ nota essent respersæ; ac proinde neminem canonice accusare possent. Adjungit quoque, se omnia objecta purgaturum. Longa igitur altercatione disceptatum est usque in profundam noctem, atque ita conventus dirimitur. CHRISTI AN. 1071.

Ibid. In crastinum, quando sperabant episcopi ut Carolus juxta promissum se probaret innocentem, ille mente confusus, ultroneus, in se sententiam tulit, & annulum & ferulam pastoralem ei, a quo injuste acceperat, resignans, & culpam suam texit hoc pallio excusationis, quod juxta decretalia Cælestini Papæ, episcopus dari nollet invitis. Episcopi gratias agentes Deo communi decreto præcipiunt, quæ in hac synodo gesta sunt, ecclesiasticis inseri gestis .... atque ut Romano Pontifici feriatim literis inserta nuncientur, ut ejus Apostolica authoritate roborata firmentur.

Pfell. Romanus Imperator. XLIV. Græcorum schisma secum traxit Imperii ruinam. Constantinus Ducas, cum annos septem & menses sex glorioſe imperasset, e vita migravit: tres reliquit filios, Michaelem, Andronicum, & Constantinum, qui, cum essent juniores, in uxoris Eudoxiæ arbitrio omnia posuit, & Joannem fratrem suum ad Cæsaris dignitatem evectum ei dedit adjutorem, una cum Joanne Xiphilino Patriarcha: sed prius ab uxore scriptum jurejurando confirmatum exegit, quod apud Patriarcham depositum, quo se a secundis nuptiis temperaturam pollicebatur; sed post septem menses, cum Turcæ Armeniam & Cappadociam occupassent, Imperatorem eis opponendum existimans Imperatrix, Romanum Diogenem virum strenuum Constantinopolim evocat, eumque officiorum magistrum & præfectum militum creat. Deinde per eunuchum Patriarchæ denuntiat, se Bardam ejus fratrem in sponsum ac Imperatorem accepturam, si jurisjurandi syngraham redderet. Hanc ille non modo reddidit, sed evocatis sigillatim senatoribus persuasit, in eum statum devenisse rempublicam, ut necessarius esset Imperator. His peractis, Romanus multis stipatus militibus palatium occupat, Imperatricem accipit uxorem, ac renunciatur Imperator. Curopal.

Aliquibus secundis adversus Turcas decertavit præliis; sed anno millesimo septuagesimo primo ingenti prælio victus & captus est a barbaris, qui tamen eum dimisere liberum ea lege, ut daret mille & quingenta aureorum millia, & in singulos annos tributum solveret trecentorum sexaginta millium aureorum, omnesque Musulmannos in bello captos dimitteret. Michael autem Constantini Ducæ primogenitus, Joanne Cæsare, ac consobrinis adjutoribus, matrem Eudoxiam tonsam includit in monasterio, aulæ custodes ac prætorianas cohortes sibi addicit, Diogenisque suspectam habens crudelitatem, oculis privatum relegavit in monasterium, ibique paucis diebus fuit superstes. Psellus scribit, id factum insciо Michaele Imperatore, qui dictus est Parapinaces, quia prohibuit, ne mercatores annonam venderent, ipseque solus monopolium constituereт. Michael Psellus vir in humanis & divinis scientiis clarissimus, ut testantur varia ejus opuscula edita, historiam suam a Basilio & Constantino inchoatam ad Michaelem usque perduxit, necdum typis impressa prodiit; adulatorie nonulla narrat.

XLV. Alexander Papa schismatis, quod ecclesiam orientalem & occidentalem dividebat, extinguendi cupidus, ad Michaelem Imperatorem Petrum Anagnienſem episcopum misit apocrisiarium, qui Constantinopoli per annum commoratus, pacem integrare non potuit; Michael enim Imperator totus erat in potestate Michaelis Pselli schismatici acerrimi, ut

Christi An. 1072. ut constat ex ejus oratione laudatoria in Michaelem Cerularium. Itaque schisma in eodem statu remansit.

Bolland. 23. Febr. Henricus Ravennatensis Archiepiscopus, a Papa licet excommunicatus, solitas non intermisit functiones. Populus vero semper ei communicans pariter sententiam excommunicationis incurrerat. Petrus Damiani tot animabus pereuntibus condolens, Alexandrum Papam literis suppliciter obsecravit, ut eum solveret. Indignum quippe est, inquit, ut propter unius homuncionis offensam, tam innumerabilis hominum multitudo pereat, & tantum Christi laborem, pro quo pretiosum sanguinem fudit, ac tot innocentum animas miserandæ unius personæ culpa subvertat. Archiepiscopus autem necdum absolutus ad divinum evocatus est judicium. Alexander Papa Petrum Damiani misit Ravennam, ut populum rebellem reconciliaret. Quam legationem ille, licet senio confectus, libenter suscepit. Civitatem invenit adventu suo mirifice lætatam, & sui veniam commissi rogantem, quam libens ille concessit, relaxato excommunicationis vinculo.

Ibid. Christi An. 1072. Romam rediens, Faventiæ divertit ad monasterium Dei Genitricis, ubi in ægritudinem incidit, qua quotidie magis ingravescente, octavæ diei nocte, circumstantes lectum monachos rogavit, ut nocturnum cathedræ S. Petri officium exequerentur: quo finito, felicem spiritum Deo reddidit, die vigesima secunda Februarii, anno millesimo septuagesimo secundo. Ingens ex civitate vicinisque locis populi multitudo confluxit ad ejus exequias, multisque prodigiis Antistitem suum Deus venerabilem populis fecit. Faventiæ ut Sanctus colitur, & voto solemni in patronum assumptus est. Quo tempore fuit episcopus Ostiensis, quidquid supererat, in egenos affluenter effudit, duodecim pauperibus pedes perpetuo abluere, epulumque illis præbere, tota urbe pupillos ac viduas conquirere ac juvare consuevit. In cœnobio vero continua se macerabat inedia, quotidie præter dies festos jejunando in pane & aqua; etiam senio confectus, pluribus nexibus ferreis corpus astringebat, & frequenti flagellatione cruentabat. In capitulo post exhortationem e sede consurgens, de suis excessibus se accusabat, pro quibus disciplinæ judicium ex more suscipiens, geminis utrimque vapulabat verberibus.

B. Petri Damiani mors & opera. Ex operibus ejus supersunt centum octuaginta epistolæ, septuaginta quinque sermones, Sanctorum quinque vitæ, & sexaginta opuscula, cum quibusdam orationibus & hymnis. In opusculo de horis canonicis observat, Athanasii symbolum Primæ horæ psalmis addidisse modernos, ac proinde non ante initium undecimi sæculi. In trigesimo quarto opusculo sic fratres hortatur, ne a primo regulæ vigore deficiant. " Cavendum est, dilectissimi, ne nostro illo tempore sancta vita illa tepescat, sensimque imminuendo, quod absit, omnino deficiat. Novimus enim de magna olim & ardua observatione, vix jam tenues supereſſe reliquias: & sicut, quod a majoribus est omissum, non reparatur a nobis, ita, quod apud nos negligendo deperiit, nequaquam successorum nostrorum posteritas instaurabit ... sic utique rei erimus non modo nostræ negligentiæ, sed & alienæ vitæ, dum & ipsi lassescendo deficimus, & defectus causam posteris generamus. Nam cum eorum defes vita notabitur, ad nos præsto recurrent .... ut, qui fuimus præcessores in vita, simus consequenter authores in culpa .... Quamobrem dilectissimi, hoc ab ætate nostra præcidamus opprobrium, & virtutis insigne, quod a Patribus nostris accepimus, illibatum & integrum fideliter in filios transfundamus ....„ Damianus imprimis insectatus est clericos simoniacos & incontinentes, & imperitos, quorum tunc ingens erat numerus.

Tritem. de script. eccles. Tritemius sic eum laudat: Petrus Damiani ex monacho D. P. Benedicti episcopus Ostiensis, & Romanæ Ecclesiæ cardinalis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & sæcularium literarum non ignarus, ingenio mitis & acutus, eloquio placidus & compositus, & ad persuadendum satis idoneus, non minus sanctitate quam eruditione clarus & insignis effulsit: Alexander Papa eum vocat suum oculum, & Apostolicæ sedis immobile firmamentum.

Lambert. Schafn. XLVI. Adalbertus Bremensis Archiepiscopus morbo & ætate exhaustus decimo quarto Kalendas Aprilis anni millesimi septuagesimi secundi, debitum conditioni humanæ persolvit. Apostolicæ sedis legatus in septentrionalibus regionibus, fidem in his propagavit, & fovit; novem episcopos in Dania constituit, sex in Suecia, duos in Norvegia, & Slesvicensem synodum celebravit, ut multa corrigeret: episcopi quippe benedictionem vendebant: populi decimas dare nolebant, atque in gula & mulieribus enormiter excedebant: Demum Edbertus Fariensis episcopus multis criminibus involutus, ad synodum per triennium vocatus, venire contemnebat. Quapropter Alexander Papa literis apud episcopos egit, ut quamprimum celebraretur. Rex ei successorem in episcopatu constituit Liemarum optimæ spei juvenem, & liberalium artium scientia insignem; sed annitentibus regni Principibus exoravit Annonem Colonienſem Archiepiscopum, ut rerum publicarum administrationem susciperet, qui petenti diu restitit, quia homo totus in Deum suspensus, divinis quam sæcularibus negotiis implicari maluisset: superatus tamen unanimitate postulantium, privatum commodum publico postposuit. Tum primum respublica in pristinum statum dignitatemque reformari cœpit, frenaque injecta sunt vaganti usque ad id tempus licentiæ. Anno Colonienſis circa idem tempus expulsis de Salefelt canonicis, vitam illic instituit monasticam. Christi An. 1072.

Adam. l. 4 c. 42. Adamus Bremensis ecclesiæ canonicus circa hæc tempora scripsit historiam ecclesiasticam Hamburgensis & Bremensis diœceseos, vicinarumque regionum septentrionalium. Hanc exorsus ab introitu S. Willehaldi, cum Saxonia tota armis subjecta Francorum, divino cultui mancipata est, & perduxit ad tempora Liemari Archiepiscopi, cui dedicavit suum opus, sic fere trecentos complexus annos. Hujus authoris sinceritatem in scribendo maximam colligere est ex ejus epistola nuncupatoria. " Novissimis, inquit, Adalberti Archiepiscopi temporibus, cum ego Bremam venissem, audita Suenonis regis sapientia, mox ad eum venire disposui, a quo clementissime susceptus, ut omnes, magnam hujus libelli materiam ex ejus ore collegi, erat enim scientia literarum eruditus, & liberalissimus in extraneos, & ipse direxit prædicatores clericos in Suediam, Normanniam, seu Norvegiam, & circumjacentes insulas: cujus veraci narratione didici suo tempore multos ex barbaris nationibus ad Christianam fidem fuisse conversos: aliquos in Suedia & Norvegia martyrio coronatos: ex quibus Henricus quidam peregrinus, dum apud Suenones ulterius prædicaret, martyrii palmam capitis abscissione meruit. Alter Alfuardus nomine inter Normannos sancta conversatione diu ac latenter vivens, abscondi non potuit. Ille igitur, dum protegit inimicum, occisus est ab amicis: ad quorum requietionis locum magna sanitatum miracula populis declarantur. „ De reliquis historiæ partibus sic habet: " Itaque de his quæ scribo, aliqua per schedulas dispersa collegi, multa vero mutuata de historiis & privilegiis Romanorum, pleraque omnia seniorum traditione didici, testem habens veritatem, nihil de meo corde prophetavi, nihil temere definivi, sed omnia, quæ positurus sum, certis roborata testimoniis. „ *Adami Bremensis historia.*

Gramm. Sax. l. 2. XLVII. S. Guillelmus Roschildensis episcopus tunc quoque in Dania sanctitate floruit: Suenonem regem propter nimiam incontinentiam sæpe corripuit: cumque consanguineæ nupsisset, suis admonitionibus perfecit, ut eam dimitteret; sed in sequenti casu ejus virtus imprimis enituit. Sueno rex sacro circumcisionis pervigilio, solemni magnatum convivio feriatus, cum quorumdam clandestina obtrectatione parum honorate de se habitum sermonem comperisset, sequenti die mane misit, qui ipsos intra Trinitatis ædem orantes confoderent. Guillelmus episcopus templi violatione permotus, cum rem divinam pontificali more peragere deberet, Regem adventantem non tantum suscepit occurrens, sed etiam sacerdotii insignibus ornatus, a primis sacrarii liminibus baculo suo excluſit, eumque carnificem appellavit, ac parricidii pœnitentiam agere perdocuit: nec dubitavit in præsentem damnationis proferre sententiam. Regii satellites episcopo necem inferre parabant, sed Rex eos inhibuit, continuoque regiam repetiit. Deinde regia veste deposita induit obsoletam, nudatisque pedibus ad atrium templi regressus se prostravit. *S. Guillelmi episcopi fortitudo.*

Ibid. Episcopus, qui Missarum solemnia inchoaverat, dum Kyrie eleyson decantaretur, ex stipatoribus Regem supplicem foribus adesse cognoscit. Igitur clero

Christi An. 1072. conticere jusso, Regem adiens ab eo percontatur, ut quid ita se gereret? Ille crimen confitetur, ac satisfactionem promittens, sacerdotalis subsidii veniam postulat. Episcopus jacentem amplexus, excommunicatione remissa, cultum & animum regium resumere jubet, imperataque pœnitentia, cantores in occursum ejus procedere jubet, & venerabiliter exceptum ad aram usque perduxit. Rex post tres dies regio cultu ornatus inter Missæ sacra excelsam ædis partem conscendit, indictoque per præconem silentio, coram omnibus se religioni vulnus acerbum infligisse confessus est, collaudataque Antistitis indulgentia, qui tanto crimini tam repente ignoverit, pro tam cruenti imperii expiatione muneris loco Stefnicæ provinciæ dimidium ecclesiæ se conferre publicat. Episcopum autem non solum in eodem amicitiæ gradu habuit, sed etiam majoribus dignitatis incrementis donavit.

Anglicana synodus de primatu Cantuariensis Archiepiscopi. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

XLVIII. Alexander Papa eodem anno legatum in Angliam misit Hubertum Romanæ Ecclesiæ subdiaconum, qui causam ventilaret de primatu Dorobernensis episcopi super Eboracensem: ventilata est autem hæc causa prius apud Wentanam civitatem in paschali solemnitate anni millesimi septuagesimi secundi, in capella regia: postea in villa regia, quæ vocatur Winlesor, ubi finem accepit in præsentia regis Guillelmi, episcoporum & abbatum. Et tandem aliquando diversis diversarum causarum authoritatibus probatum atque ostensum est, quod Eboracensis ecclesia Cantuariensi ecclesiæ subjacere debeat, ejusque Archiepiscopi, ut Primatis totius Britanniæ, dispositionibus, in iis, quæ ad Christianam religionem pertinent, in omnibus obedire. Subjectionem vero Dunelmensis, hoc est, Lindisfarnensis episcopi, & omnium regionum a terminis Lindefeldensis episcopii, & Humbræ magni fluvii, usque ad extremos fines Scotiæ, & quidquid ex hac parte prædicti fluminis ad parochiam Eboracensis ecclesiæ jure competit, Cantuariensis Metropolitanus Eboracensi episcopo ejusque successoribus in perpetuum obtinere concessit. Ita ut, si Cantuariensis Archiepiscopus concilium cogere voluerit, ubicumque ei visum fuerit, Eboracensis Archiepiscopus sui præsentiam cum omnibus sibi subjectis episcopis ad nutum ejus exhibeat, & ejus canonicis dispositionibus obediens existat.

Ibid. Quod autem Eboracensis Archiepiscopus professionem Archiepiscopo Cantuariensi facere etiam cum sacramento debeat, Lanfrancus Dorobernensis Archiepiscopus ex antiqua antecessorum consuetudine ostendit; sed ob amorem Regis, Thomæ Archiepiscopo Eboracensi sacramentum relaxavit, scriptamque tantum professionem recepit, non præjudicans successoribus suis, qui sacramentum cum professione a successoribus Thomæ exigere voluerint. Si Archiepiscopus Cantuariensis vitam finierit, Eboracensis Archiepiscopus Doroberniam veniet, & eum, qui electus fuerit, cum cæteris præfatæ ecclesiæ episcopis in Primatem proprium jure consecrabit. Quod si Archiepiscopus Eboracensis primus obierit, is, qui ei successurus eligitur, accepto a Rege archiepiscopatus dono, Cantuariam, vel ubi Cantuariensi Archiepiscopo visum fuerit, accedet, & ab ipso ordinationem canonico more suscipiet. Huic constitutioni subscripserunt Wilielmus rex, & Mathildis regina, cruce designata, Lanfrancus Cantuariensis & Thomas Eboracensis, Archiepiscopus, & Hubertus legatus, & tredecim episcopi, & undecim abbates.

Ibid. Thomas Eboracensis sequentem emisit professionem. " Ego Thomas ordinatus jam Eboracensis ecclesiæ Metropolitanus antistes, auditis cognitisque rationibus, absolutam tibi Lanfrance Dorobernensis Archiepiscope, tuisque successoribus, de canonica obedientia professionem facio: & quidquid a te, vel ab iis juste ac canonice injunctum mihi fuerit, servaturum me esse promitto. „

Ibid. Rerum in synodo gestarum exemplaria per principales Anglorum ecclesias distributa sunt, ut futuris temporibus semper testimonium ferant. Lanfrancus unum exemplar Papæ misit cum literis, in quibus eadem paulo fusius exponit, abjectis scilicet antiquis monumentis, quibus jus suum confirmatum est. Hæc autem sunt, ecclesiastica gentis Anglorum historia, quam Eboracensis ecclesiæ presbyter & Anglorum Doctor Beda composuit. Romanorum Pontificum privilegia atque scripta. Demum petiit a Papa, ut synodi decretum confirmaret. Hildebrandus, cui pariter de ea re scripserat, respondit, necesse esse ut Romam veniret, ibique præsens Papæ privilegium acciperet. Christi An. 1072.

Lanfrancus aliis literis Papam deprecatus est, ut eum ab onere episcopatus absolveret, in quo absque ullo fere animarum fructu tum gravia mala paterentur, vitamque cœnobialem repetendi licentiam concederet, oraretque pro conservatione Regis, quo vivente, inquit, pacem qualemcumque habemus: post mortem vero ejus, nec pacem nec aliquod bonum nos habituros speramus: sed postulata non obtinuit, ac semper vixit Archiepiscopus. Alexandrum Papam rursus consuluit de duobus episcopis, qui relictis sedibus ad monasterium redire poscebant. Hermannus episcopus, inquit, qui tempore antecessoris vestri, relicto episcopatu, vitam monasticam petiit, nunc iterum facere modis omnibus petit: & nisi ego censura canonica obstitissem, jam pridem aut Regi episcopatum reddidisset, aut clam ad monasterium confugisset .... jam senili ætate prolixaque ægritudine confectus, debitam officio curam impendere ulterius non valet ..... morti proximus a mole tanti operis absolvi postulat, ut totus Deo vacet .... Lindefeldensis vero episcopus, cui apud legatos vestros de incontinentia carnis, uxor publice habita, filiique procreati testimonium perhibebant, aliisque criminibus accusatus, ad synodum tamen venire noluit. Unde legati vestri eum excommunicaverunt, Regique substituendi successorem licentiam concesserunt. In Paschæ solemnitate in curiam venit, de illatis culpis causam inire noluit, Regi in conventu episcoporum & laicorum episcopatum reddidit .... dehinc ad monasterium suum repedavit. Ego in ejus locum alium episcopum consecrare non præsumpsi, quoadusque præceptio vestra veniat. Lanfr. epist. 2. Epist. 2.

Episcopi, quos ex clericali ordine constituerat rex Willelmus, monachos, qui in nonnullis episcopatibus ab antiquo vitam agebant, inde eliminare moliti sunt, & Regem in ea re consentaneum sibi fecerunt: qua de re ad Lanfrancum sic scripsit Alexander Papa. " Accepimus a quibusdam venientibus de partibus vestris ad limina Apostolorum, quod quidam clerici associato sibi terrenæ potestatis auxilio, moliuntur de ecclesia sancti Salvatoris in Dorobernia, monachos expellere, & clericos ibi constituere .... & perficere conantur, ut in omni sede episcopali ordo monachorum extirpetur, quasi in eis non vigeat authoritas religionis. Qua de re zelo Dei compulsi scrutinium de privilegiis ecclesiarum fieri præcepimus. „ Deinde refert statuta S. Gregorii Papæ, qui Augustino præceperat, ut monachos in sede Metropolitana constitueret. His subjecit epistolam Bonifacii Papæ V., qui hæc confirmaverat, adjiciens. " Quæ decreta, si quis successorum nostrorum, Regum sive episcoporum, clericorum sive laicorum irrita facere tentaverit .... anathematis vinculo subjaceat, quoadusque pœniteat, emendationemque promittat. Unde, inquit, quia ratione dictante, quieti ecclesiarum utile esse perspeximus, præsens decretum prænominatorum Patrum confirmamus, & vice Apostolorum sub eodem anathemate eos constringimus, quicumque huic obviare contenderint. „ Monachi exinde usque ad schisma Henrici regis VIII. cathedrales ecclesias in Anglia obtinuerunt. Eadmer. l. 1. Alexand. P. ep. 30.

XLIX. Eodem anno millesimo septuagesimo secundo congregatum est concilium in Metropolitana Rotomagensis urbis sede, in basilica gloriosæ Dei Genitricis, cui Joannes ejusdem urbis Archiepiscopus præerat: aderant quinque ejus suffraganei. Post fidei professionem, viginti quatuor disciplinæ canones edidere. Primus statuit, " ut secundum statuta Patrum, chrismatis & olei, baptismatis & unctionis consecratio post Nonam fiat: utque in ipsa consecratione duodecim sacerdotes sacerdotalibus vestibus indutos secum habeat episcopus. Quintus. Ut nullus sacerdos baptizet infantem nisi jejunus, & indutus alba & stola, nisi in necessitate. Septimus. Donum Spiritus sancti ut non detur nisi jejunis, & a jejunis: neque ipsa confirmatio absque igne fiat. Octavus. Legitur in decretis Leonis Papæ, quod non passim diebus omnibus sacri ordines celebrentur: sed post diem sabbati: in ejus noctis exordio, vel die Dominico mane, his, qui consecrandi sunt, jejunis a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Nonus. Rotomagensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 9. Lab.

Ut

Christi An. 1072. Ut quatuor temporum exacta ſit obſervatio. Decimus. Depoſitione digni ſunt, qui furtim vel indebite ad ſacros ordines provehuntur. Duodecimus. Ut monachi vagi vel expulſi, itemque ſanctimoniales, ad monaſteria ſua redire compellantur. Decimus tertius. Emuntur & venduntur eccleſiæ parochianæ a laicis & clericis & monachis: quod, ne amplius fiat, interdictum. Decimus quintus. De ſacerdotibus, & levitis & ſubdiaconibus, qui fœminas ſibi uſurpaverunt, concilium Luxovienſe obſervetur, ne eccleſias per ſe, atque per ſuffraganeos regant, nec aliquid de beneficiis habeant. Decimus ſeptimus. Nullus, cujus uxor velata fuerit, ipſa vivente, unquam aliam accipiat. Decimus octavus. Si uxor viri, qui peregre profectus fuerit, alii viro nupſerit, quoadusque prioris mortis certitudinem habeat, excommunicetur, uſque ad condignam ſatisfactionem. Decimus nonus. Statutum eſt, ne hi, qui publice lapſi in criminalibus pœnis inveniuntur, citiſſime in ſacris ordinibus reſtituantur, uti præcepit S. Gregorius Papa .... Unde hoc ratum manere oportet, ut in crimine publice lapſus, ante peractam pœnitentiam in priſtino gradu nullatenus reſtituatur, niſi ſumma neceſſitate, poſt dignam longæ pœnitentiæ ſatisfactionem. Vigeſimus quartus. Juxta Patrum decreta ſtatuimus, ne generale baptiſma niſi ſabbato Paſchæ & Pentecoſtes fiat. Hoc quidem ſervato, quod parvulis, quocumque tempore, quocumque die petierint regenerationis lavacrum, non negetur. „ Joannes Rotomagenſis epiſcopus ſcripſit librum de eccleſiaſticis officiis; ſigillatim ea refert, quæ ſingulis anni diebus recitabantur. Fuſius exponit quæ in ſuo opuſculo de horis canonicis contraxit Petrus Damiani.

Lambert. Schaffn. de reb. Germ. L. Henricus Germaniæ rex ab impiis moribus non recedens, Saxoniæ Principes, quos in ſervitutem redigere tentabat, cum adverſus ſe concitaſſet, epiſcopatus & abbatias palam venales proponeret, ita ut jam non quæreretur, quis præeſſe dignus eſſet, ſed quis carius poſſet emere; & protinus emptores inveniebat, monachis inter ſe non de obſervantia regulæ, ſed quæſtibus & uſuris contendentibus. Rupertus abbas Bambergenſis, inde cognominatus Nummularius, ſordidiſſimis quæſtibus & uſuris, quas etiam privatus in monaſterio exercuerat, infinitam pecuniam conflaverat, propterea mortes epiſcoporum & abbatum anxia expectatione ſuſpiraverat. Regi centum pondo auri promiſit, ſi ejecto eximiæ ſanctitatis viro abbate Widerado, ſibi abbatia Fuldenſis traderetur, & flagitioſiſſime obtinuiſſet, niſi pauci, quibus leges eccleſiaſticæ pecunia cariores erant, in faciem Regi, ne id faceret, obſtitiſſent. Meginwardus abbas Augienſis dignitate ultro ſe abdicavit, offenſus tum infeſtatione quorumdam militum ſuorum, ſeu nobilium, qui eum gravibus contumeliis affecerant, tum importunitate Regis, qui frequentibus eum edictis urgebat, ut prædia monaſterii, quæ tam ejus, quam priorum abbatum largitione dilapidata, vix jam in uſus fratrum ſufficerent, militibus ſuis in beneficium erogaret. In ejus locum per ſimoniam protinus irrupit Rupertus abbas, annumeratis in ærarium Regis mille pondo argenti puriſſimi; ſed advocatus monaſterii, poſtquam pecuniarium hunc abbatem advenire comperit, miſſa obviam legatione denuntiavit, & ſub interminatione propriæ ſalutis, ne intra poſſeſſiones Augienſis monaſterii præſumeret accedere: alioquin ſe ei occurſurum armata manu. His ille conſternatus, primo quidem voluit rem armis experiri, ſed ejus ſociis aſſerentibus, illud ſupra vires ſuas eſſe negotium, confuſus abiit in poſſeſſiones fratris ſui. Nam & pecunias perdiderat, & Bambergenſem abbatiam jam ſuſceperat Liebertus Gorzienſis monachus: ad cujus adventum omnes fratres, quos Rupertus in uſurariæ artis diſciplinis inſtituerat, protinus diffugerunt.

Ibid. Anno Colonienſis Archiepiſcopus offenſus his, quæ plurima præter æquum & bonum fiebant in palatio, petiit a Rege vacationem deinceps a rerum publicarum adminiſtratione, cauſatus in ſenium jam vergentem ætatem. Quod Rex haud difficulter annuit, quia pravis libidinibus ſuis animadverterat eum graviter offendi, & plerumque, quantum ſalva regia dignitate poterat, pro virili portione obniti. Is ubi ſe recepit, Rex tanquam ſeveriſſimo pædagogo liberatus, ſtatim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modeſtiæ & temperantiæ frænis, ſe dedit. Montes omnes Saxoniæ & Thuringiæ caſtellis munitiſſimis implet, iiſque præſidium imponit. Quibus, cum victui neceſſaria minus ſufficerent, permiſit, ut ex proximis villis & agris hoſtili more prædas agerent, & ad ipſa caſtella comportarent. Christi An. 1072.

Verum ut impietatem ſuam quadam religionis ſpecie palliaret, Archiepiſcopum Moguntinum inſtigavit, ut Thuringiæ decimationes exigeret, auxiliumque ſuum in exigendo promittit, ea conditione, ut decimarum partem pro tanto labore tribueret. Epiſcopus ſynodum indicit in Erpherſad, ſexto Idus Martii, anno milleſimo ſeptuageſimo tertio. Rex & epiſcopus adſunt cum magno numero Sophiſtarum, qui canones pro epiſcopi voluntate interpretarentur. Aſſidebant alii quatuor epiſcopi evocati, ut, quod Rex volebat, qua poſſent ratione, obtinerent, quamquam illud improbarent. Rex armatos plurimos ſecum adduxerat, ut contradicentes militari manu coerceret. Thuringorum ſpes & fiducia potiſſimum in abbatibus Fuldenſi & Herveldenſi nitebatur, qui decimales plurimas eccleſias & prædia infinita habebant in Thuringia. Illi quidem per Deum rogarunt Archiepiſcopum, ut antiquitus tradita monaſteriis ſuis, legitima, rata, inconvulſaque manere ſineret, quæ & ſedes Apoſtolica multis ſcriptis ſibi firmaſſet, & præceſſores ejus Moguntini Pontifices numquam infringere tentaſſent. Archiepiſcopus reſpondit, præceſſores ſuos pro ſuo arbitratu Eccleſiæ Dei moderatos fuiſſe, & rudibus in fide populis multa indulſiſſe, quæ proceſſu temporis ſucceſſorum ſuorum induſtria reſecari vellent .... atque a filiis eccleſiæ leges eccleſiaſticas exigere. Proinde eſſe eis aut ab unitate eccleſiæ recedendum, aut legibus eccleſiæ æquanimiter acquieſcendum. Illi rurſus eum rogarunt, ut juxta canones, aliarumque eccleſiarum conſuetudines, ipſe decimarum quarta parte contentus, tres reliquas portiones eccleſiis, quibus antiquitus attitulatæ fuiſſent, permitteret. Archiepiſcopus reſpondit, ſe per decem annos non tantum ſuſcepiſſe laborem, ut decimas ipſis pro libitu ſuo partiendas addiceret. Christi An. 1073. Ibid. *Conciliabul. Erphordienſ.*

Duos dies tenuit hæc conteſtatio, jamque eo res vertebatur, ut Thuringi improbata ſynodo ſedem Apoſtolicam appellarent. Rex autem ſub atteſtatione divini nominis affirmabat, ſi quis id præſumpſiſſet, ſe in eum capitali ſententia animadverſurum: & omnia, quæ ejus eſſent, uſque ad internecionem diſſipaturum: Itaque Herveldenſis abbas conterritus rem conſilio Regis permiſit, quatenus, prout æquum judicaret, cauſam inter ſe & Archiepiſcopum terminaret. Diu habita deliberatione, in hanc pactionem, mediante Rege, abbas & Archiepiſcopus conſenſerunt, ut abbas in decem ſuis decimalibus eccleſiis duas partes decimarum, tertiam acciperet Archiepiſcopus. In reliquis vero ejus eccleſiis eas ex æquo dividerent; ubi vero eccleſia decimalis eſſet propria Archiepiſcopi, tota illic ei decima cederet. Præterea, ut omnes Dominicales Archiepiſcopi curtes, in quacumque eſſent parochia, ab omni penitus decimarum exactione immunes manerent. Herveldenſi abbate miſſo ſub jugum, Thuringi non ultra reſtiterunt, ſed decimas in reliquum abſque retractatione dare profeſſi ſunt. Fuldenſis abbas adhuc aliquot diebus reſtitit; ſed cum ad ſua redeundi licentiam impetrare non poſſet, niſi in communem ſententiam concederet, rerum difficultate ſuperatus, ad hanc conditionem metu Regis coactus eſt, ut in cunctis decimalibus eccleſiis ſuis ipſe partem mediam decimarum, dimidiam acciperet Archiepiſcopus: Dominicales autem curtes ſuas, ſicut Archiepiſcopus, omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet. Rex ſciens, hæc non probaturum Romanum Pontificem, ſub interminatione gratiæ ſuæ utrique abbati præcepit, ut neque per ſe ipſos, neque per nuntium, pro inſimulanda ſynodo ſedem Apoſtolicam interpellarent, atque ita omnibus, quæ intenderat, pro voluntate compoſitis, Ratiſponam contendit, ibi Paſcha celebraturus. Ibid.

LI. Alexander Papa eodem anno, & quidem die vigeſima prima menſis Aprilis, obiit, cum ſediſſet annos undecim, menſes ſex, & dies viginti duos. Simoniacam hæreſim ſatis ſtrenue deſtruxit, & miniſtris altaris cum conjugibus coire, juxta canonum ſtatuta, cum excommunicatione interdixit. Nonnulla ſapienter ab eo conſtituta in ejus literis legimus, quæ ſummatim hic recenſemus. Primo. Neque vir in monaſterio recipiendus eſt, niſi uxor illius fœmineum monaſterium elegerit, aut profeſſa continentiam *Alexandri Papæ II. mors.* Chronic. Caſſin.

CHRISTI AN. 1073. tiam habitum cum festinatione mutaverit . . . . . Tales igitur tunc sine culpa relicto sæculo sequuntur Christum, si habeant ex pari voluntate castitatis consensum . . . . Aliter enim non debemus vobis necessitatem separationis imponere. Secundo sic scribit ad Gervasium Remensem Archiepiscopum: "Te admonemus, atque præcipimus, ut Josselinum Suessionensi ecclesiæ non consecres episcopum, qui archidiaconatum simoniace obtinuisse non contentus, episcopari etiam pecunia contendit. Belluacensem autem episcopum, quem res ecclesiasticas & populum Dei atrociter disperdentem audivimus, si verum est, jubemus, ita virga sanctæ authoritatis ferias, ut cæteri exemplo corrigantur. Tertio. Publicas imponit pœnitentias, quas proinde tunc in usu fuisse constat. Insignis est imprimis, quam per septem annos imponit cuidam Theodorico, qui filium suum non sponte occiderat. "Amodo, inquit, usque ad festum S. Martini feria quarta & sexta jejunet in pane & aqua. A S. Martini festivitate usque ad Domini nativitatem, continuum agat jejunium in pane & aqua, exceptis Dominicis & quintis feriis, in quibus quadragesimali cibo vescatur. Ab octavis Theophaniæ usque ad quadragesimam quarta & sexta feria jejunet in pane & aqua, exceptis feriis principalibus, in quibus eleemosyna se redimat. In quadragesimali vero tempore continuum agendum est jejunium in pane & aqua, exceptis Dominicis. Post annum completum in toto anno duobus diebus in unaquaque hebdomada jejunet in pane & aqua; in quadragesima continuum agat jejunium in pane & aqua. Et in unoquoque anno usque ad expletum pœnitentiæ tempus eo modo jejunium agendum est, & a carne se abstineat. Post unum annum ecclesiam ei non denegamus. Post ingressum ecclesiæ tribus annis eum a communione separamus, nisi mortis fuerit timore præventus." Is pater licet non sponte filium occidisse dicatur, evidens est tamen, ejus actionem ratione alicujus circumstantiæ vere fuisse liberam & culpabilem. Quarto statuit, ut presbyter, qui caduco morbo laborat, si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione & Missarum celebratione prohibeatur . . . . . si vero convaluerit, eum sanctificare jam non interdicimus. Quinto. Cluniacensi monasterio sequens concessit privilegium. "Anathematis interdictione corroborantes decrevimus, ut nullus episcopus in illud veniat cœnobium, pro aliqua ordinatione, sive consecratione ecclesiæ, presbyterorum vel diaconorum, Missarum celebratione, nisi ab abbate ejusdem loci invitatus fuerit; sed liceat monachis ipsius loci, cujuscumque voluerint ordinationis gradum suscipere, ubicumque tibi, abbati, tuisque successoribus placuerit. Interdicimus autem sub simili anathematis promulgatione, ut idem locus sub nullius cujuscumque episcopi, vel sacerdotis deprimatur interdictionis titulo, seu excommunicationis, vel anathematis vinculo." Episcopo diœcesis hactenus reservata fuerat ordinatio, nec non excommunicandi potestas quibusdam in casibus. Sexto. Sufficit sacerdoti Missam unam in die celebrare. Septimo. Uratislao Bohemiæ duci, & de Apostolica sede bene merito, usum mitræ, laicis hactenus inconcessum, largitus est. Ex abbatibus autem, quibus mitræ usus concessus sit, nullum se inveniisse scribit Mabillonius, ante Egelsinum monasterii S. Augustini prope Cantuariam abbatem, cui Alexander II. id privilegii impertivit. Hic usus postea sub Urbano II. factus est frequentior.

Alexand. Pap. epist. 11. Epist. 17.

Gregor. Pap. VII. epist. 38.

Præfat. 1. part. 6. sæcul.

Gregorius Pap. VII. LII. Romani, dum Alexander Papa in ecclesia Salvatoris sepulturæ traderetur, in ejus locum rapiunt Hildebrandum archidiaconum, virum sacris literis eruditissimum, & in tota ecclesia tempore priorum Pontificum omni virtutum genere celeberrimum. Hugo Cardinalis, ubi omnium vota in eum conveniisse indubitanter cognovit, populum sic allocutus est: Nos episcopi cardinales unanimiter ipsum nobis & vobis in pastorem & episcopum animarum nostrarum eligimus. Et continuo universitate cleri & populi acclamante: Dominum Gregorium Papam S. Petrus elegit, indutus rubra chlamyde, sicuti moris est, & papali mitra insignitus, invitus & mœrens in B. Petri cathedra fuit inthronizatus. Postea sequens electionis decretum promulgatum est: "Regnante Domino nostro Jesu Christo, anno Incarnationis millesimo septuagesimo tertio, indictione & Luna undecima, decimo Kalendas Maji, feria secunda, die sepulturæ Alexandri bonæ memoriæ II. Papæ, ne sedes Apostolica diu lugeat, proprio destituta pastore, congregati in basilica B. Petri ad vincula, nos sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ Cardinales, clerici, acolyti, subdiaconi, diaconi, presbyteri, præsentibus venerabilibus episcopis & abbatibus, clericis & monachis, consentientibus plurimis turmis utriusque sexus, diversique ordinis acclamantibus, eligimus nobis in pastorem, & summum Pontificem virum religiosum, geminæ scientiæ prudentia pollentem, æquitatis & justitiæ præstantissimum amatorem, in adversis fortem, in prosperis temperatum, & juxta Apostoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, modestum, sobrium, castum, hospitalem, domum suam bene regentem, in gremio hujus matris Ecclesiæ a pueritia satis nobiliter educatum & doctum, atque pro vitæ merito in archidiaconatus honorem usque hodie sublimatum, Hildebrandum videlicet archidiaconum, quem amodo & usque in sempiternum & esse & dici Gregorium Papam & Apostolicum volumus & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. Acta Romæ, decimo Kalendas Maji indictione undecima."

CHRISTI AN. 10.. Elect. decret. Concil. tom. 6. ed Hard.

Altera die nuntios ad regem Henricum celeriter destinavit, per quos & electionem super se factam aperuit, & ne assensum præberet, attentius exoravit. Quod si non faceret, certum sibi esset, quod graviores & manifestos ipsius excessus nullatenus impunitos toleraret. Italiæ episcopi protinus grandi scrupulo permoveri cœperunt, ne vir vehementis ingenii & acris erga Deum fidei districtius eos pro negligentiis suis discuteret: atque ideo communibus consiliis Regem adorti orabant, ut electionem, quæ ejus injussu facta fuerat, irritam decerneret; asserentes, quod, nisi impetum hominis prævenire maturaret, malum hoc non in alium gravius, quam in ipsum Regem redundaturum esset. Rex tamen, ubi electionis veritatem cognovit, ei assensum præbuit, & statim Gregorium Vercellensem episcopum, Italici regni cancellarium, ad urbem transmisit, quatenus authoritate Regis electionem ipsam confirmaret, & consecrationi ejus interesse studeret, quod sine dilatione factum est. Nam infra octavam Pentecostes in presbyterum Hildebrandus ordinatus est, & in natali Apostolorum Petri & Pauli in Romanum Pontificem consecratus. Quæ Lambertus his superaddit, fieri non potuisse demonstrant angustiæ temporis.

Act. Vat. Lambert.

S. Joannes Gualbertus congregationis vallis-umbrosæ fundator, die duodecima Julii ejusdem anni migravit ad Deum, quo die ejus memoriam recolit Ecclesia . . . . . Multis miraculis post mortem claruit, quibus illius sanctitatem testatus est Deus. Quapropter hunc in Sanctorum numerum retulit Papa Cælestinus.

LIBER XLVI.

Gregorius Papa VII. multos episcopos vel suspendit, vel deponit, præsertim propter simoniam. Imperatores, Reges, Principes excommunicat, iisdemque depositionem comminatur: mitius tamen agit cum Willelmo Anglorum rege, ne deficeret ad schismaticos. Henrico IV. Germaniæ regi & Saxonibus præcipit, ut ab armis abstineant, dum ad eos mittat suos legatos, qui deferunt acta Romanæ synodi privantis officio schismaticos, & Regem ejusdem sceleris reum absolvunt ab excommunicatione. Henricus Papæ promittit morum emendationem, præsertim circa venditionem episcopatuum & abbatiarum: sed victis Saxonibus, promissa non servat. Papa eum severe coarguit, jubet ut captos in bello episcopos dimittat liberos; sin minus, ei denunciat excommunicationem. Henricus furens inducit plures Germaniæ & Longobardiæ episcopos, ut Papam deponant, & Wibertum eligant antipapam; & Romanos sollicitat, ut eum ejiciant. Cencius Romæ præfectus Papam captivum detinet, sed eum dimittere cogitur. Gregorius Germaniæ & Longobardiæ episcopos schismatis authores vel fautores excommunicat, uti & Henricum regem, quem & deponit, ejusque subditos absolvit a sacramento fidelitatis. Demum adversus eum Germaniæ Principes & reliquos episcopos sollicitat. Plures ab Henrico deficiunt, qui duris conditionibus redimit inducias: superatisque magnis difficultatibus venit in Italiam, & humillime Papæ satisfaciens absolvitur. Germaniæ tamen plures Principes Rudolphum regem eligunt. Gregorius inter ipsum & Henricum se judicem constituit, eosque jurare compellit, quod stabunt ejus judicio. Robertum Guiscardum sibi reconciliat, initaque belli societate, ei concedit investituram Apuliæ & Calabriæ. Plures Romæ synodos celebrat, damnat clericos simoniacos & incontinentes, prohibet investituras beneficiorum a laicis datas. Berengarium pœnitentem benigne recipit & absolvit. Berengarii discipuli in varias scinduntur opiniones. Mathildis comitissa Tusciæ Papæ partes suscipit & tuetur: & ditiones suas donat Romanæ Ecclesiæ. Gregorius Papa Henricum regem a Rudolpho victum rursus excommunicat atque deponit. Rudolphus vero iterum victor in prælio occiditur. Papa partes ejus erigere laborat, præscribitque juramentum quod Rex novus electus præstare debeat; ejusque confirmationem sibi reservat. Henricus cum exercitu Romam ingreditur, & ab antipapa coronatur Imperator. Gregorius Papa Salernum secedit, ibique moritur, ac post mortem ut sanctus honoratur. Mozarabicum ritum curaverat aboleri in Hispania, & Grandimontensem ordinem approbaverat, quem instituit S. Stephanus. Plures synodi variis in locis pro reformatione morum celebrantur, præsertim adversus clericos simoniacos & incontinentes, qui passim tumultuantur adversus episcopos. Plures sancti viri ea ætate florent. S. Stanislaus martyrio coronatur. Præcipui inter scriptores ecclesiasticos, S. Anselmus, & Guimundus episcopi.

CHRISTI I. AN. 1073. *Gothicus ritus abolitus in Hispania.*

GRegorius Papa VII. initio sui pontificatus Hugonem Candidum cardinalem legavit in Hispaniam, ut Gothicum officium penitus abrogaret. Secundo. Ut consummaret suam conventionem cum Evulo comite de tradenda ei parte Hispaniæ sub quibusdam conditionibus, quas hic explicat in sua ad principes Hispaniæ epistola: " Evulus comes de Roccio, terram illam, nempe Hispaniam, ad honorem S. Petri ingredi, & a paganorum manibus eripere cupiens, hanc concessionem ab Apostolica sede obtinuit, ut partem illam, unde paganos suo studio, & adjuncto sibi aliorum auxilio expellere posset, sub conditione inter nos factæ pactionis, ex parte S. Petri posideret . . . . . si autem aliqui ex vobis seorsim ab illo propriis copiis eamdem terram aliqua in parte intrare putaverint, decet . . . . . ut easdem S. Petro non faciant injurias, quas perfert ab infidelibus . . . . . Hoc enim neminem vestrum ignorare volumus, quoniam nisi æqua pactione persolvendi juris S. Petri in regnum animadvertere statueritis, potius vobis Apostolica authoritate, ne illuc tendatis, interdicendo, contra feremur, quam sancta & universalis mater Ecclesia, idem a filiis suis, quam ab hostibus patiendo, non jam proprietatis suæ, sed filiorum detrimento saucietur . . . ,, Data Romæ secundo Kalendas Maji, indictione undecima, id est, anno millesimo septuagesimo tertio, etiam priusquam consecratus esset. Legitimum hujusce tributi Hispanici titulum hactenus non vidimus,

Greg. p. ep. 7. l. 1. CHRISTI AN. 1073.

Christi An. 1073. mus, nec profert Baronius. Evulum comitem ab inceptis destitisse verisimillimum est, cum illius expeditionis nullum extet indicium.

Hugo legatus Galliam pertransiens sibi comites adjunxit quosdam monachos Cluniacenses; Aragoniæque episcopos apud S. Joannem Pennatensem congregavit, qui monachorum Cluniacensium opera recepere Romanum officium, abrogato jam in multis locis Mozarabico. Ea de re literas dederat ad Alphonsum Castellæ, & Sanctium Aragoniæ reges: aliis vero literis Sanctio gratias egit, quod in ditione sua Romani ordinis officium fieri studio & suis jussionibus perfecerit. Illius mutationis hanc unam affert rationem, quod Hispanica ecclesia suam originem a Romana trahat, cum qua magnam semper habuit concordiam. Mozarabicum officium in aliis Hispaniæ regnis perseveravit usque ad tempora Urbani Papæ II., nuncque in capella Toletanæ ecclesiæ ex concessione Romanorum Pontificum retinetur. Erroribus igitur non scatet, ut male quidam opinati sunt, qui tamen nullos proferunt. Philippus L'Abbe in synopsi historiæ nostrorum conciliorum, aliam ejus Papæ refert epistolam ad Sanctium Aragonensium & Pampelonensium regem, cui ejusque successoribus permittit liberam dispositionem omnium ecclesiarum, quas ipse vel successores ipsius eripient de manibus Saracenorum, vel quas ipsi in regno suo ædificabunt, sedibus duntaxat episcopalibus exceptis.

Gregor. P. ep. 63. & 64. l. 1.

II. Geraldus Ostiensis episcopus, quem idem Pontifex legatum in Galliam miserat, in Novem-Populania celebravit synodum, cujus acta perierunt. Gregorius in suis ad eumdem literis, in ea plurima negotia emersisse scribit. Addit deinde, multos ad sedem Apostolicam querelas suas detulisse, quorum alii se injuste excommunicatos, alii inordinate depositos, alii immerito interdictos conqueruntur. Nominatim autem de Guillelmo Auscitano episopo hæc subjicit .... " Hoc, consulentibus fratribus & coepiscopis nostris & cardinalibus, inter cætera nos decrevisse cognoscas, ut præfatus Ausciensis Archiepiscopus propter hoc solum, quia communicavit excommunicato, dejectioni subjacere non debeat: ita tamen, si de objectis aliis criminibus se expurgare poterit. Pontium vero Bigorritanum dictum episcopum, quem simili de causa depositum esse nuntiasti, ad nos venisse cognoscas: sed honori tuo providentes, nulla querelis ejus responsa dedimus. Attamen, quia in paribus causis paria jura tenenda sunt, fraternitati tuæ scribimus, ut .... officii sui restitutione non careat. „

Synodus in Novem. Popul. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Cabilonensis synodus.

Geraldus hoc anno aliam synodum Cabilone celebravit. In ea, cum Lancelinus episcopus simoniacus urbis Diensis depositus esset, in ejus locum Hugo Lugdunensis camerarius substitutus est. In civitate Rotomagensi monachi S. Audoeni, in ejus festivitate Joannem ejusdem urbis Archiepiscopum cum armata manu invaserunt: unde judicatum est in concilio hic congregato, præsidente Anglorum rege Willelmo, monachos hujus criminis reos, per abbatias in carceribus retrudi ad placitum Archiepiscopi, indeque plures dispersi sunt.

Gregor. P. ep. 35. l. 1.

III. Philippus inter hujus temporis Principes, qui ecclesias perversa cupiditate venundando dissipaverunt, ad summum tam detestandi facinoris cumulum perveniisse videbatur. Quod ægerrime ferebat Gregorius Papa; sed paululum placatus est adventu Alberici regis cubicularii, qui Regis nomine & vitam corrigere, & ecclesias ordinare promisit; sed promissis non stetit. Cum enim per annum vacasset ecclesia Matisconensis, Landricus Augustodunensis archidiaconus, communi cleri & populi consensu, & ipsiusmet Regis assensu electus est. Rex investituram gratis concedere noluit. Gregorius his auditis scripsit ad Rodericum Cabilonensem episcopum, virum prudentem & Regi familiarem, ut eum exhortaretur & rogaret, ut Matisconensem, aliasque ecclesias canonice concedat ordinari. " Quod si, inquit, facere noluerit, indubitanter noverit, nos hanc Ecclesiæ ruinam nequaquam diutius toleraturos, & ex authoritate BB. Apostolorum Petri & Pauli duram inobedientiæ contumaciam canonica authoritate coercituros: nam aut Rex ipse, repudiato turpi simoniacæ hæresis mercimonio, idoneas ad sacrum regimen personas promoveri permittet, aut Franci pro certo, nisi fidem Christianam abjicere maluerint, generalis anathematis mucrone percussi, illi ulterius obtemperare recusabunt. „ Imperatores & Reges non pauci præcedentibus sæculis longe graviora deliquerant, ut plurimis constat exemplis, quorum nullus pares minas sustinuit. Scripsit etiam ad Humbertum Lugdunensem Archiepiscopum: " Si Rex necessitati hujus ecclesiæ compati, neque exhortationi nostræ parere voluerit, præcipimus Apostolica authoritate, ut fraternitas tua, neque pro odio, neque gratia alicujus dimittas, quin electum Landricum episcopum vel per te, vel per suffraganeos tuos ordinare studeas .... si vero ipse hunc ordinem susceipere renuerit: volumus, ut cum episcopo suo vim ei inferas, eumque ad recipiendum episcopalem ordinem pastorali rigore constringas. „ Datæ sunt secundo Nonas Decembris, indictione duodecima, id est, anno millesimo septuagesimo tertio. Tandem Landricum Matisconensem episcopum Papa consecravit.

Christi An. 1073. Ibid. Epist. 36.

IV. S. Stephanus nobilis Arvernus circa idem tempus ordinem Grandimontensem instituit: Adolescens cum patre suo vice-comite Tierno Beneventum profectus, ad invisendum Milonem ejusdem urbis Archiepiscopum, in morbum incidit, curandusque apud Milonem a patre relictus est. Florebat tunc in Calabria Benedictinensium religiosa congregatio, quam frequenter invisebat. Eorum vitæ genus imitari cupiens Stephanus, Milone mortuo, Romam profectus est, ut ejusdem instituti congregationem apud suos colligeret. Alexander Papa, cum ejus viribus a natura delicatis diffideret, per quatuor annos fervorem ejus expertus est: verum, inquit Gregorius Papa, in diplomate quod ei concessit; " cum indesinenter a S. sede postules potestatem auspicandi conceptum ordinem monasticum, juxta regulam S. Benedicti, quam diu expertus es inter fratres de Calabria, nos nolentes extinguere spiritum, eo promptiores nunc tibi concedimus, quo majori S. Spiritus flamma accensi desideramus agrum Dominicum tam sanctis virtutum seminariis ditari. „ Illud diploma datum est Kalendis Maji, primi anni pontificatus Gregorii: id est, anno millesimo septuagesimo quarto. Hinc patet, Gregorium nonnisi a die suæ consecrationis numerare sui pontificatus annos.

Ordo Grandimont. Bolland. 8 Febr.

Christi An. 1074.

Stephanus in Galliam reversus venit ad nemorosum montem, qui quatuor leucis ab urbe Lemovica distat, & Muretum dicitur: ubi facto de virgulis parvo tugurio, trigesimum agens suæ ætatis annum, Deo in fide Catholica se serviturum spopondit: & ibidem in jejuniis & orationibus Deo serviens, annos quinquaginta complevit. Collectis quibusdam discipulis regulam præscripsit, in qua omnem esum carnium, tam sanis quam infirmis, curam ac consortium mulierum, substantiam pecorum seu animalium, proprietatem quoque terrarum extra eremi sui metas perpetuo interdixit. Innocentius IV. hanc regulam postmodum in multis laxavit.

Ibid.

V. Carthaginensis ecclesiæ parvas reliquias, quo potuit studio, fovit Gregorius Papa. Quidam fideles Carthaginenses Cyriacum Archiepiscopum suum apud Saracenos sic accusarant, & jurgiis detractionis sic laceraverant, ut inter latrones numeraretur, verberibus nudus cæderetur. Hos graviter objurgatos literis hortatus est ad pœnitentiam: sin minus, minatur illis excommunicationem. Cyriaci vero constantiam sic laudat. " Perpendimus, te duplici certamine fatigari, ut occultas Christianorum insidias patiaris, & Saracenorum persecutione non solum sustentationem humanæ fragilitatis, sed ipsam fidem perdere miserabiliter exigaris ... sed Deo gratias, quia in medio nationis pravæ, fidei tuæ constantia velut luminare quoddam omnibus adeo innotuit, ut præsentatus regiæ audientiæ potius definires diversis cruciatibus affici, quam præcipiente Rege contra sanctos canones ordinationes celebrare. „ Demum eum hortatur ad perseverantiam. Utraque data est Capuæ decimo septimo Kalendas Octobris, indictione duodecima. Cyriacum unicum tunc in tota Africa fuisse episcopum ex aliis ejus literis constat. Servandum presbyterum clerus & populus Hipponensis ad eum miserat, quem juxta eorum petitionem consecratum episcopum remisit, & per eum literas dedit ad Anzir Mauritaniæ Sitiphensis regem Saracenum, qui literis suis eum rogaverat, ut prædictum Servandum ordinaret episcopum, missis etiam ad eum muneribus, Christianos captivos dimiserat. Quapropter maximas ei agit gratias, tam suo nomine, quam Romanorum nobilium. Post hanc autem Servandi consecrationem, accepit

Africanæ ecclesiæ miser status. Gregor. P. ep. 22. & 23. l. 1.

Epist. 19. & seq. l. 3.

Christi An. 1074. accepit in tota Africa, quæ antiquitus quadringentis regebatur episcopis, ne tres quidem haberi episcopos, qui quartum ordinarent. Itaque Cyriaco scripsit: " Consulimus vobis, nempe tibi & Servando, ut aliquam personam secundum constitutionem SS. Patrum eligatis, nobisque eam literis vestris fultam mittatis, quatenus eum vobis ordinatum remittamus, sicque necessitati ecclesiarum, ut SS. canones præcipiunt, episcoporum ordinationibus succurrere valeatis, ut Christiana gens proficiat pastorali regimine. "

VI. Attigimus hæc luctuosissima tempora, quibus natum est illud inter sacerdotium & Imperium dissidium, quod nullum in tota antiquitate habet exemplum; postea vero velut hæreditarium sæpius exarsit, ac post multa schismata, in quibus Romani Pontifices & Imperatores invicem se dignitate spoliare modis omnibus allaborarunt, atque post bella plurima, in quibus Italia & Germania penitus desolatæ sanguine redundarunt, nec nisi gravi utriusque partis detrimento pax coaluit: sed quoniam de his non sine magno partium studio scripsere authores etiam coætanei, post acta publica, scilicet literas & decreta Pontificum & Imperatorum, quorum præcipua fragmenta referemus, eos sequemur authores, quos cum actis publicis conformitas magis commendat. Gregorius Papa primo sui pontificatus anno, Gottifredo Tusciæ duci gratias agens, quod literis suis de sua promotione gratulatus, quonam modo sit affectus erga Henricum regem, sic exponit. " De Rege mentem nostram & desiderium plene cognoscere potes: quod, quantum in Domino sapimus, neminem de ejus præsenti ac futura gloria, aut sollicitiorem, aut copiosiori desiderio nobis præferri credamus. Est enim hæc voluntas nostra, ut primum per nuntios nostros super his, quæ ad profectum Ecclesiæ, & honorem regiæ dignitatis suæ pertinere arbitramur, paterna eum dilectione & admonitione conveniamus. Quod si nos audierit, non aliter de ejus quam de nostra salute gaudebimus ... sin vero nobis odium, omnipotenti autem Deo, pro tanto honore sibi collato, dissimulando justitiam ejus, contemptum non ex æquo reddiderit, interminatio, quæ dicitur, Maledictus homo, qui prohibet gladium suum a sanguine, super nos, Deo providente, non superveniet. " Hæc verba, quibus nonnulli recentiores abuntur, ut ei conflent invidiam, ipsemet in aliis literis de spirituali gladio interpretatur.

Gregorius Pap. quo fuerit animo in regem Henricum. Gregor. Epist 9. l. 1.

Jerem. 45.

Epist. 39.

Saxoniam omnem ubi primum ab Henrico defecisse comperit, communem epistolam scripsit Vozelino Magdeburgensi Archiepiscopo, Burchardo Halberstadiensi episcopo, & Lætoni Marchioni, cæterisque Saxoniæ Principibus. " Verum, inquit, inter cæteras curarum anxietates, ea nos sollicitudo maxime coarctat, quod inter vos & Henricum regem, vestrum dominum, tantam discordiam esse cognovimus .... Qua de re Regi misimus exhortantes, & ex parte Apostolorum Petri & Pauli eum admonentes, ut interim sese ab armis, & omni bellorum infestatione contineat, donec tales ad eum ex Apostolica sede nuntios dirigamus, qui tantæ dissensionis causas & diligenter inquirere, & annuente Deo ad pacem & concordiam æqua valeant determinatione perducere. Atque itidem vos exoratos, & Apostolica authoritate commonitos esse volumus, ut ex vestra parte omni motione sopita, easdem pacis inducias observetis.

Romana Synodus. Concil. tom. 6. edit. Hard. VII. Sed priusquam legatos mitteret, datis literis ad episcopos Longobardiæ, Romæ synodum indixit, pro prima hebdomada quadragesimæ celebrandam, anno millesimo septuagesimo quarto. Ejus acta non habemus. Quid autem in ea statutum sit, sic in sua ad Ottonem Constantiensem epistola exponit Gregorius Papa. " Hæc necessaria tibi scribenda arbitrati sumus. Nos juxta authoritatem SS. Patrum in eadem synodo sententiam dedisse, ut hi, qui per simoniacam hæresim, hoc est, interventu pretii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum & officium promoti sunt, nullum in sancta Ecclesia ulterius ministrandi locum habeant. Illi quoque, qui ecclesias datione pecuniæ obtinent, omnino eas perdant, nec deinceps vendere vel emere alicui liceat, sed nec illi qui in crimine fornicationis jacent, Missas celebrare, aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant. Statuimus etiam, ut, si ipsi contemptores fuerint nostrarum, immo sanctorum Patrum constitutionum, populus nullo modo eorum officia recipiat: ut, qui pro timore Dei & officii dignitate non corriguntur, verecundia sæculi & objurgatione populi resipiscant. Studeat ergo fraternitas tua sic se in his nobis cooperatricem exhibere, sic crimina ista de ecclesiis tuis radicitus evellere, quatenus boni pastoris meritum apud Deum valeas obtinere. " Haud dubie eadem aliis episcopis scripsit.

Christi An. 1074.

Papa in eadem synodo excommunicavit & anathematizavit Robertum Guiscardum ducem Apuliæ & Calabriæ atque Siciliæ cum omnibus fautoribus suis, quousque resipiscerent, id est, partem Campaniæ, quam occupaverant, Apostolicæ sedi restituerent. Post hæc diversorum abbatum causæ cognitæ & dijudicatæ sunt. Pictavienſibus canonicis indultum fuit, ut eorum episcopus, decanus, vel alius aliquis prælatus, jus retineat certis diebus cantandi Missam in aliena & exempta ecclesia, sicut Romæ atque alibi in stationibus observari consueverat. Hujus synodi decreto mandatum est Hispaniarum ecclesiis, ut Romanum ordinem atque officium recipiant, prout Hispaniarum episcopi, qui præsentes erant, se facturos promiserunt. Insuper lectæ fuerunt literæ Geisæ regis Hungariæ, quibus suum erga sedem Apostolicam studium & observantiam indicabat, petens, ne adversantium hostium suorum querelis & calumniosis accusationibus ulla fides adhiberetur. Guillelmus episcopus Bellovacensis gravissima tam a suis clericis, quam laicis perpessus, pro iisdem eadem causa excommunicatis, apud Pontificem interceſſit, eosque ab excommunicatione absolvi petiit & impetravit. Canonici Lucenses ad eamdem synodum vocati sunt, ut causam redderent, cur adversus Anselmum episcopum suum conspirassent: qui de conspiratione & insidiis suo episcopo instructis convicti, juxta canones, judicio totius synodi curiæ traditi fuerunt.

Ibid.

Gregor. P. ep. 51. & seq. l. 1.

Gregorius Papa Romanæ synodi decreta per Humbertum Prænestinensem, & Geraldum Ostiensem misit ad Henricum regem, qui venientibus cum matre sua Agnete Nurembergam perrexit obviam. Nec tamen cum Rege sermonem communicare sæpius rogati consenserunt, donec secundum ecclesiasticas leges pœnitentiam profeſſus, per judicium eorum anathemate absolveretur; simoniacæ enim hæreseos propter venditas ecclesiasticas dignitates insimulatus fuerat apud sedem Apostolicam. Legati præterea petierunt, ut synodum tenere pace episcoporum sinerentur. Vehementer hoc abnuerunt omnes episcopi, tanquam inusitatum, longeque a suis rationibus alienum: nec se hujus authoritatis privilegium ulli alii præterquam Romano Pontifici unquam delaturos affirmabant. Pontificii tamen legati Francofordiensi synodo præsederant, ut de aliis taceam; sed synodi celebrationem sibi timentes episcopi tunc recusabant; Romanus quippe Pontifex intenderat, ut omnes episcopos & abbates, qui sacros ordines pretio redemissent, discussione habita deponeret: jamque hac de causa Bambergensem episcopum & alios nonnullos ab omni divino officio suspenderat, donec coram venientes inustum sibi crimen hæreseos digna satisfactione purgarent. Rex quidem id cupide volebat, odio Wormatiensis episcopi, & quorumdam aliorum, qui bello Saxonico eum offenderant, quos propter simoniam dignitatis suæ detrimenta passuros spe certissima præsumpserat: sed quia per legatos res tanta confici posse desperabatur, consulto in audientiam Romani Pontificis res delata est.

Lambert. Schafn. de reb. Germ. & Annalist. Saxo.

Lemarus Bremensis, ne fieret synodus, imprimis obstiterat, allegans vice Romani Pontificis sibi & Moguntino Archiepiscopo in Germania antiquis privilegiis esse conceſſas. Legati responderunt, hæc jura non protendi ultra obitum Pontificis, qui ea dederat, & Bremensem pro inobedientia suspenderunt ab officio sacerdotali, jusseruntque ut, rationem redditurus, se Romam pro sancti Andreæ festivitate conferret: ipsi vero magnis muneribus a Rege honorati Romam redierunt. Henricus sequentem ad Gregorium per eos direxit epistolam. " Cum regnum & sacerdotium .... vicaria sui ope semper indigeant, oportet, domine mi & pater amantissime, ut ab invicem minime dissentiant ... Namque sic, & non aliter, conservatur in vinculo perfectæ charitatis & pacis, & Christianæ concordia unitatis & ecclesiasticæ simul status religionis: sed nos, qui, Deo annuente, regni aliquamdiu jam sortimur ministerium, sacerdotio, ut opporuit, per omnia jus & honorem

Gregor. P. ep. 28. l. 2.

Prima ep. Greg. post. 29. *Henricus se reum fatetur.*

Christi An. 1074. honorem non exhibuimus legitimum : quippe nobis a Deo datæ potestatis vindicem non sine causa gladium portavimus, nec tamen in reos, ut justum fuit, judiciaria illum semper censura evaginavimus. Nunc autem divina miseratione aliquantulum compunti, & in nos reversi, peccata nostra priores vestræ indulgentissimæ paternitati nos accusando confitemur; sperantes de vobis in Domino, ut Apostolica vestra authoritate absoluti, justificari mereamur... Non solum enim nos res ecclesiasticas invasimus, verum quoque indignis quibuslibet, & simoniaco felle amaricatis, & non per ostium, sed aliunde ingredientibus ecclesias ipsas vendidimus, & non eas, ut oportuit, defendimus. At nunc, quia soli absque vestra authoritate ecclesias corrigere non possumus, super his, ut etiam de nostris omnibus, vestrum consilium & auxilium obnixe quærimus, vestrum studiosissime præceptum servaturi in omnibus. Et nunc imprimis pro ecclesia Mediolanensi, quæ nostra culpa est in errore, rogamus, ut vestra Apostolica districtione canonice corrigatur, & exinde ad cæteras corrigendas authoritatis vestræ sententia progrediatur. Nos ergo vobis in omnibus, Deo volente, non defuerimus. „

Lambert. Schafn. *Clericorum concubinar. tumultus* Gregorius datis ad episcopos Italiæ & Germaniæ literis, mandat, ut Romanæ synodi decreta publicent, atque a contubernio sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resecarent. Adversus hæc decreta protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem plane hæreticum & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Dei, quo ait: Non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere, capiat: Et Apostoli dicentis: Qui se non continet, nubat: melius est enim nubere, quam uri, violenta exactione homines vivere cogeret ritu Angelorum : & dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationis & immunditiei frena laxaret. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quam conjugium deserere. Nihilominus instabat Pontifex, assiduisque legationibus episcopos omnes socordiæ ac desidiæ arguebat: & nisi ocyus injunctum sibi negotium exequerentur, Apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Hos quippe clericos ad ordines sacros suscipiendos nemo compulerat : sed ipsimet hoc vitæ genus libere eligentes promiserant continentiam.

Ibid. Moguntinus Archiepiscopus sciens non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret, moderatius agebat cum eis. Et primo eis in dimidium annum inducias, & deliberandi copiam dedit, hortans eos: ut, quod necessario faciendum sit, sponte faciant, & tam sibi, quam Romano Pontifici necessitatem adimant aliquid in eos, quod secus sit, decernendi. Ad ultimum, synodo congregata in Erphordia, mense Octobri, pressius jam imminebat, ut relegata omni tergiversatione in præsentiarum, aut conjugium abjurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas e contra illi rationes afferebant, quibus instantis perurgentisque importunitatem eludere, sententiamque cassare niterentur. Cumque adversus Apostolicæ sedis authoritatem, qua se ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulsum obtendebat, nihil argumenta, nihil supplicationes precesque proficerent, egressi tanquam ad consultandum consilium ineunt, ut in synodum non redeant, sed injussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli etiam confusis vocibus clamitabant, melius sibi videri, ut in synodum regressi, ipsum episcopum, priusquam execrabilem adversus eos sententiam promulgaret, cathedra episcopali deturbarent, & merita morte mulctato, insigne monumentum ad posteros transmitterent, ne quis deinceps successorum ejus talem sacerdotali nomini contumeliam struere tentaret. Cum ad episcopum relatum esset, in hoc eos inclinari, misit ad eos foras, rogavitque, ut sedato pectore in synodum regrederentur: se, cum primum opportunitas accessisset, Romam missurum, & Domnum Apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententiæ austeritate deducturum.

Ibid. Postero die, admissis in adjutorium laicis, veterem de reddendis decimis querelam explicat. Thuringi factam ea de re conventionem ei suggerunt : sed frustra. Itaque efferati se foras proripiunt, ad arma conclamant, collectaque statim ingenti multitudine in synodum prorumpunt : & nisi maturius milites episcopi intercessissent, & blandiendo potius quam repugnando, quoniam viribus impares erant, ferocientis turbæ impetum inhibuissent, episcopum oppressissent. Episcopus Erphordia discedens reliquam partem anni in Helegenstat exegit : & per omnes festos dies inter sacrarum Missarum solemnia eos, qui synodum turbaverant, ad pœnitentiam sub episcopali banno evocavit. Christi An. 1074.

Altmannus Pataviensis episcopus receptis Papæ literis de clericorum continentia, eas convocato clero legit, instituit, ut synodi decretis obsequerentur ; sed cum nihil proficeret, conventum dimisit, consultis sapientioribus. In festo solemni S. Stephani, cum multi nobiles ad ecclesiam convenissent, episcopus conscenso pulpito, Papæ decreta publicavit, comminatus, se animadversurum adversus inobedientes. Tantus ortus est tumultus vociferantium, ut magnum vitæ discrimen adiisset Altmannus, nisi præsentes nobiles furentem multitudinem continuissent. Vit. apud Tegnag.

Gregorius Papa, his cognitis, Sigefredo Moguntino Archiepiscopo scripsit, se frustratum ea spe atque opinione, quam de eo conceperat. Quapropter, inquit, Apostolica authoritate religionem tuam admonemus, ut ad synodum, quam in prima septimana quadragesimæ celebraturi sumus, cum suffraganeis tuis Ottone Constantiensi, Guarnerio Strasburgensi, Henrico Spirensi, Hermanno Bambergensi, Imbrico Augustensi, Adelbero Guerzburgensi, si potes, venias. Quod si aliqua infirmitate præpeditus nequiveris, tales ad nos studeas nuntios dirigere, quorum testimonio quasi præsentiæ tuæ credere possimus . . . . . Et neque precibus, neque gratia alicujus dimittas, quin introitum & conversationem prædictorum episcoporum diligentissime inquiras, & nobis insinues. Ne igitur mireris, quod plures ex parochia tua, quam ex aliis invitavimus, cum tua amplior sit cæteris, & in ea sint quidam non laudandæ opinionis. „ Greg. P. ep. 119. l. 2.

Aliis literis aspere invectus est in Lemarum Bremensem Archiepiscopum, quod legatis suis synodum celebrare prohibuerit, quodque ab iisdem Romam vocatus venire neglexerit. " Ad hæc igitur, inquit, & quamplura etiam alia corrigenda, ad synodum, quæ proximæ quadragesimæ prima hebdomada celebrabitur, Apostolica authoritate venire tibi præcipimus. Prædictis etiam delictis nobis persuadentibus ab omni episcopali officio, donec ad nos venias, te suspendimus. „ Utraque data est secundo Nonas Decembris, indictione decima tertia, id est, anno millesimo septuagesimo quarto. Ottonem Constantiensem, qui post synodi Romanæ decreta ad se transmissa, clericis suis concubinas retinere permiserat, nominatim ad eamdem synodum evocavit, ut pro se rationem redderet. Constantiensi vero clero & populo scripsit : Apostolica authoritate præcipimus, ut, si in obduratione inobedientiæ suæ persistere voluerit vester episcopus, nullam ei obedientiam & reverentiam exhibeatis. Idem Epist. 28. Chron. Vird.

In aliis literis ad Rodolphum Sueviæ, & ad Bertulfum Carentanum duces, infectatur licentiosam episcoporum vitam, qui decretorum suorum de simoniacis & fornicariis clericis observationem negligunt. " Quapropter, inquit, ad te & ad omnes, de quorum fide & devotione confidimus, nunc convertimur, rogantes vos, ut, quidquid deinceps episcopi loquantur, aut taceant, vos officium eorum, quos aut simoniace promotos & ordinatos, aut in crimine fornicationis jacentes cognoveritis, nullatenus recipiatis : & hæc eadem adstricti per obedientiam, tam in curia Regis, quam per alia loca & conventus regni notificantes ac persuadentes, quantum potestis, tales sacrosanctis deservire mysteriis, etiam vi, si oportuerit, prohibeatis. „ Data Romæ tertio Idus Januarii indictione decima tertia, id est, anno millesimo septuagesimo quinto. Christi An. 1075. Idem Epist. 45. l. 2.

IX. Henrico regi jam literis gratias egerat, quod legatos suos benigne exceperit, qui testati sunt, eum simoniam funditus de regno suo extirpare, & inveteratum morbum fornicationis clericorum toto annisu corrigere velle. Præterea eum hortatur, ut Mediolanensi ecclesiæ jus eligendi episcopum restituat, & Sigefridum Moguntinum cum suis suffraganeis ad synodum venire curet ; ipse vero cum eis legatum mittat. Greg. I. ep. 30. l. 2. Epist. 31.

Aliam ad eumdem direxit epistolam, septimo Idus Decem-

Christi An. 1075. Initium belli sacri.

Decembris datam, qua summum suum in eum amorem testatur; & rogat, ut aures avertat ab his, qui discordiam inter se & illum seminant. Tum subdit: " Præterea indico magnitudini tuæ, quia Christiani ex partibus ultra-marinis, quorum maxima pars a paganis inaudita clade destruitur, & more pecudum quotidie occiditur, ad me humiliter miserunt, nimia compulsi miseria implorantes, ut modis, quibus possem, eis succurrerem, ne Christiana religio nostris temporibus, quod absit, omnino deperiret. Ego autem nimio dolore tactus . . . . . procuravi Christianos quosque ad hoc impellere, ut appetant, defendendo legem Christi, animam suam pro fratribus ponere . . . . . Quam admonitionem Italici, & Ultro-montani . . . . . libenter acceperunt, & jam ultra quinquaginta millia ad hoc se præparant, ut, si me possunt in hac expeditione pro duce ac pontifice habere, armata manu contra inimicos Dei volunt insurgere, & usque ad sepulchrum Domini, me ducente, pervenire. Illud etiam me ad hoc opus permaxime instigat, quod Constantinopolitana ecclesia de sancto Spiritu a nobis dissidens, concordiam Apostolicæ sedis expetat. Armeni etiam fere omnes a Catholica fide aberrant, & pene universi Orientales præstolantur, quid fides Apostoli Petri inter diversas opiniones eorum decernat . . . . sed quia magna res magno indiget consilio, & magnorum auxilio, si hoc Deus me permiserit incipere, a te quæro consilium, &, ut tibi placet, auxilium: quia, si illuc favente Deo ivero, post Deum tibi Romanam Ecclesiam relinquo, ut eam & sicut primam matrem custodias, & ejus honorem defendas. Quid tibi super his placeat, & quid prudentia tua divinitus aspirata decernat, mihi, quantocius potes, remittas. "

Christi An. 1074. Gregor. P. ep. 18. l. 1.

Ex his liquet, quam miser tunc fuerit Ecclesiæ & Imperii orientalis status, quæ magis ac magis opprimebant Saraceni. Michael Imperator tot malis compulsus Occidentalium auxilium occulte expetiit; Thomam & Nicolaum monachos ad Gregorium Papam misit, primo ejus pontificatus anno, &, ne ejus consilia cognoscerent barbari, si eos interciperent, eisdem monachis literas ad Papam deferendas dedit, quibus ei significabat, quod eorum verbis plenam fidem habere posset. Papa tamen non satis eis credens, Dominicum patriarcham Venetiæ misit ad Michaelem, qui ab ipso cognosceret, si in ea, quam literis suis, & viva monachorum voce significaret, adhuc voluntate perseveraret, atque ad effectum perducere vellet, scilicet, ut in suis ad eum literis insinuat, de innovanda inter utramque ecclesiam veteri concordia. Cætera, inquit, quæ præsentium latori secretius referenda commisimus, indubitanter potestis credere, & per eum, quidquid Majestati vestræ placuerit, secure nobis significare, scilicet, ut verisimillimum est, de belli societate & auxiliis adversus Mahumetanos.

Idem Epist. 46.

Michael haud dubie sub spe potentis auxilii promisit se pacem ecclesiæ utriusque procuraturum. Anno enim sequenti Papa Guillelmum Burgundiæ comitem admonuit, ut juxta promissionem suam ante corpus SS. Apostolorum Petri & Pauli datam, auxilio Romanæ Ecclesiæ cum exercitu veniret, aliosque Principes, si posset, belli socios sibi adjungeret, ut pacatis Normannis, inquit, transeamus Constantinopolim in adjutorium Christianorum, qui nimium afflicti creberrimis morsibus Saracenorum, inhianter flagitant, ut sibi manum nostri auxilii porrigamus. Enciclycam direxit ad omnes Christianos epistolam, qua eos hortatur, ut orientali Imperio opem ferant, quod a Saracenis multis calamitatibus afficiebatur.

Epist. 37. l. 2.

Demum alia rursus epistola, data decimo septimo Kalendas Januarii anni millesimi septuagesimi quarti, fideles omnes sollicitavit, ut quosdam ad se mitterent, qui Christianorum fidem velint defendere, & cœlesti Regi militare, ut cum eis, favente Domino, viam præparet omnibus, qui cœlestem nobilitatem defendendo ultra mare transire voluerint. Prima ejus causa belli sacri, quod post annos viginti contra Saracenos gestum est, fuit defensio religionis Christianæ, quam opprimebant. Hinc de eo bello, tamquam de vindicando Christi regno postea scripsere Romani Pontifices.

Christi An. 1073. Annalist. Saxo.

X. Interea Gebhardus Pragensis Archiepiscopus, qui & Jaromir dicebatur, cum nec precibus, nec muneribus, nec per amicos flectere potuisset fratrem suum Wratislaum Bohemiæ ducem, ut Joannem Moraviæ episcopum eliminaret, atque iterum utrumque coadunaret episcopium, ad urbem Olmucensem tanquam Joannem episcopum visitaturus venit, quem arreptum cum his, qui ad hoc facinus parati erant, capillando inhumanis injuriis affecit: Papa ducis postulatione Bernardum & Gregorium legatos misit in Bohemiam, ut de ea re cognoscerent, quibus rebellis extitit Gebhardus. Quapropter duci scripsit Gregorius Papa, ut fratrem suum hortetur, quatenus legatorum monitis obtemperet. " Si vero, inquit, facere non acquieverit, sententiam legatorum nostrorum de suspensione sui officii in eum promulgatam firmabimus, & durius contra eum, scilicet usque ad internecionem gladium Apostolicæ indignationis evaginabimus. „ Data est octavo Idus Julii anni millesimi septuagesimi tertii. Mense Decembri rursus aliis literis, postquam commendavit ejusdem ducis observantiam erga sedem Apostolicam, addit: Negotia, quæ in partibus illis ad discussionem legatorum nostrorum perlata, congrua determinatione definiri non potuerunt, sicut officii nostri cura, nemine nos rogante, compellit, ad eum, quem justitia postulaverit, finem perducere procurabimus. Porro quæ ipsi inde statuerunt, interim, donec ad nos negotia perferantur, immota manere volumus. „ Jaromirus rerum necessariarum inopia se Romam proficisci non posse dixit: Quapropter Papa post alterum mensem, datis ad eum literis, reditus episcopales ei restituit, sed non item episcopale officium. „ Præcipimus igitur, inquit, ut nullis excusationibus absentiam tuam ulterius defendens, in ramis palmarum Apostolica adire limina non prætermittas, cognoscens fratrem tuum a nobis esse commonitum, ut Joannem Moravensem episcopum itidem ad nos venire commoneat, & ex sua parte tales ad nos nuntios dirigat, quibus in nostra possimus examinatione diffinire dissensionum causas. Interim vero de possessionibus Moraviensis archiepiscopatus nihil te tangere volumus, & præcipimus. „ Eadem aliis literis Wratislao duci significavit.

Christi An. 1073. Pragensis & Moraviensis ecclesiæ separatæ. Greg. P. ep. 17. l. 1. Epist. 44.

Sigifredus Moguntinus Archiepiscopus, hujus causæ cognitionem ad se tanquam Metropolitanum pertinere contendit, Gregorioque scripsit, ut hanc sibi remitteret. Papa vero suis literis ei prohibuit, ne causam ad sedem Apostolicam delatam omnino attingeret, Wratislaoque duci hanc prohibitionem intimavit, monuitque, ut, quidquid tentaret Sigifredus, id irritum haberet: Cui decimo sexto Kalendas Maji scripsit, quid de ea re statuisset: " Frater tuus, inquit, Jaromirus Pragensis episcopus, ad Apostolorum limina veniens, conspectui nostro ea, qua oportuit, se humilitate præsentavit, & de objectis sibi quædam confitens, congruam inde satisfactionem obtulit: quædam vero denegavit, videlicet, quod ipse Joannem Moraviensem percusserit, ejusque servis capillos aut barbam eradi præceperit. Nostræ igitur dilectioni reconciliatum, & restituto sibi omni episcopali officio, ad propriam sedem cum literis nostris remisimus, commendantes eum tuæ nobilitati, ut omni inter vos odio sublato, fraterno corde eum diligas . . . . . De causa vero, quæ inter eum & Moraviensem episcopum tamdiu pertractata est, propter illius absentiam, ita statuimus, ut in futura synodo ambo episcopi aut ad nos veniant, aut tales nuntios mittant, quibus præsentibus, & causam ex utraque parte rationabiliter exponentibus, nos sine omni dilatione puram super hac re justitiæ diffinitionem inferre, & contentionem eorum decidere possimus: ubi etiam legatos tuos interesse cupimus . . . . . Terram vero, unde inter episcopos lis est, Moraviensem episcopum interim tenere decrevimus. Data Romæ, decimo sexto Kalendas Maji anni millesimi septuagesimi quarti.

Christi An. 1074. Ibid. Epist. 60. Epist. 78

Illius sententiæ executionem Wratislao duci rursus commendavit, præcipitque, ut fratrem suum cogat restituere Joanni Moravienſi quæcumque detinet. Notabile est illius epistolæ initium: " Pervenit ad nos, inquit, nuntius vester, qui magnæ fidelitatis vestræ exhibitionem nobis retulit, & quæ beato Petro sub nomine census misistis, videlicet centum marchas argenti, ad mensuram vestri ponderis, fideliter præsentavit. Quod quidem gratanter accepimus. „ Data est decimo Kalendas Octobris ejusdem anni.

Greg. P. ep. 7. l. 2.

XI. Gregorius Papa Philippo Francorum regi, qui quidem vivebat licentius, iratus, ad Franciæ episco-

Greg. P. ep. 5. l. 2.

Christi An. 1074. episcopos literas adversus eum scripsit amariores. Recensitis Galliæ calamitatibus sic subjungit. " Quarum rerum Rex vester, qui non Rex, sed tyrannus dicendus est, suadente diabolo, caput & causa est: qui omnem ætatem suam flagitiis & facinoribus polluit . . . . . subjectumque sibi populum ad omnia, quæ dici & agi nefas est, operum & studiorum suorum exemplis incitavit. Nec satis visum est ei in dispersione ecclesiarum, in adulteriis, in rapinis nefandissimis, in perjuriis, unde sæpe eum redarguimus, iram Dei meruisse, quin etiam mercatoribus, qui de multis terrarum partibus ad forum quoddam in Francia nuper convenerant . . . . . more prædonis infinitam pecuniam abstulit . . . . Vos fratres, etiam in culpa estis, qui, dum perditissimis factis ejus sacerdotali vigore non resistitis, procul dubio nequitiam illius consentiendo fovetis . . . . . Unde rogamus vos, & Apostolica authoritate monemus, ut in unum congregati, patriæ, famæ vestræ, atque saluti consulatis, ac conjunctissimis animis Regem alloquentes, de sua eum & regni confusione atque periculo commoneatis: & quam criminosa sint ejus facta atque consilia, in faciem ei ostendentes, omni exhortatione eum flectere studeatis; quatenus rapinam supradictis negotiatoribus factam emendet, quæ, nisi reddita fuerit, infinitam discordiam inter multos pariet . . . . . Quod si vos audire noluerit . . . . . Apostolicæ animadversionis gladium nequaquam eum diutius effugere posse, quasi ex ore nostro sibi notificate. Propter quod & vos Apostolica authoritate commoniti . . . . . ab ejus obsequio atque communione penitus separantes, per universam Franciam omne divinum officium publice celebrari interdicite. Quod si nec hujusmodi districtione voluerit resipiscere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin modis omnibus regnum Franciæ de ejus occupatione tentemus eripere. Sane, si in hoc tanto tamque necessario negotio tepidos vos cognoverimus . . . . . vos ipsos sicut socios & complices scelerum ejus, episcopali privatos officio pari vindictæ jaculo feriemus . . . . . Præterea multum rogamus & admonemus dilectionem vestram, quatenus Lanzelinum Belvacensem militem convenientes, ut Folcerium Carnotensem, quem ab Apostolorum liminibus revertentem cepit, nihil de bonis ejus retinens, illæsum dimittat, Apostolica authoritate commoneatis. Quod si facere contempserit, spiritualibus & sæcularibus armis eum insequi & urgere non prius desistatis, quam relicto S. Petri peregrino, etiam quid pro redemptione illius accepit, aut pepigit, simul reddere cogatis. „ Data Tiburi quarto Idus Septembris, indictione decima tertia, id est, anno millesimo septuagesimo quarto.

Dure scribit adversus Philippum regem Franc.

Epist. 18. Eadem prope post duos menses scripsit ad Guillelmum comitem Pictaviensem, hæc addens: " Si in perversitate studiorum suorum perseveraverit . . . nos in Romana synodo a corpore & communione sanctæ Ecclesiæ ipsum, & quicumque sibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, sine dubio sequestrabimus, & ejus quotidie super altare S. Petri excommunicatio confirmabitur . . . . Diu est, quod sanctæ Ecclesiæ injuriam parcendo adolescentiæ suæ dissimulavimus. Nunc autem adeo perversitas morum suorum se notabilem reddidit, ut si tantæ valetudinis, tantæque fortitudinis esset, quantum pagani Imperatores sanctis martyribus intulerunt, nos timore aliquo tot & tantas iniquitates suas nullo modo impunitas dimitteremus. „ Ejusmodi literis nihil obtinuit.

Rotomagensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. XII. Joannes Archiepiscopus Rotomagensis eodem anno synodum cum suis suffraganeis in basilica S. Mariæ celebravit. Post fidei professionem editi sunt quatuordecim canones: Primus jubet, ut omnis simoniaca hæresis funditus eradicetur. Secundus. Nullus ordinetur abbas, nisi qui prius diuturna conversatione monasticæ disciplinæ vitam assecutus fuerit. Quartus. Ne ordines acolyto usque ad sacerdotium, una die vel uno tempore tribuantur. Sextus. Nullus monachus corporali crimine publice lapsus abbas ordinetur, vel in aliquo exteriori officio præficiatur. Quod in utroque sexu servetur. Septimus. Ut regula S. Benedicti in utroque sexu incommutabiliter observetur.

Ibid. Pictavis ineunte anno millesimo septuagesimo quinto synodum habuit Girandus Papæ legatus de corpore & sanguine Domini. In ea Berengarius fere interemptus est, inquit author anonymus chronici S. Maxentii.

Christi An. 1075. Trithem. XIII. Guitmundus adhuc monachus cœnobii de cruce S. Leufredi, postmodum Aversanus episcopus in Italia, vir in divinis scripturis studiosus, & valde peritus, sæcularium quoque literarum non ignarus, scripsit adversus errores Berengarii libros tres de corporis & sanguinis Christi veritate in Eucharistia. Hujus sacramenti veritatem non solum confirmavit, sed etiam argumenta contraria satis docte destruxit. Unum est, quod in eo reprehendi solet, scilicet, quod libro secundo timuerit concedere, species sacramentales vere posse corrumpi & putrefieri, quod potuisset admittere sine ulla injuria corporis Dominici fieri. Præterea Eusebium Emissenum inter Sanctos & Patres Ecclesiæ male recenset.

Guitmundi libri tres de Eucharistia. L. B Biblioth. tom. IX. *Berengarii dispulorum diverse opiniones*

Berengarianæ hæresi id contigisse docet, quod aliis omnibus, quarum sectatores nec cum magistro suo, nec inter se conveniunt, sed in diversas scinduntur opiniones. Berengariani omnes, inquit, in hoc conveniunt, quia panis & vinum essentialiter non mutantur; sed ut extorquere a quibusdam potui, multum in hoc differunt: quod alii nihil omnino de corpore & sanguine Domini sacramentis istis inesse, sed tantummodo umbras hæc & figuras esse dicunt. Quæ nunc est Zwinglianorum hæresis. Alii vero rectis Ecclesiæ rationibus cedentes, nec tamen a stultitia recedentes, ut quasi nobiscum aliquo modo esse videantur, dicunt, ibi corpus & sanguinem Domini revera, sed latenter contineri, & ut sumi possint, quodammodo impanari. Et hanc ipsius Berengarii subtiliorem ajunt esse sententiam; nunc est Lutheranorum. Alii vero Berengario repugnantes, & quibusdam Domini verbis pauliſper offensi solebant putare, quod panis & vinum ex parte mutentur, & ex parte remaneant. Aliis vero irrationabilem istorum sensum longe horrentibus, eadem verba Domini, quibus isti moventur, non satis apte intelligentibus, videbatur, panem & vinum ex toto quidem mutari: sed cum indigni accedunt ad communicandum, carnem Domini & sanguinem iterum in panem & vinum reverti.

Ibid. Berengarius dicebat: Fas non est, Christum in partes dissipari & dentibus comminui: inde concludebat, sacramentum, quod dentibus atteritur & comminuitur, non esse vere corpus Christi. Guitmundus respondet: Nos confitemur, quia non est fas, Christum ulla quidem violentia sive dentibus per partes dissipari . . . . . Ita ergo tota hostia est corpus Christi, ut nihilominus unaquæque particula separata sit totum corpus Christi. Nec tamen tres particulæ separatæ, sunt tria corpora, sed unum corpus . . . . . Idque confirmat ex verbis præfationis Missæ Ambrosianæ, quæ cantabatur inter Epiphaniam & septuagesimam: hæc autem continet: Æterne Deus, & tibi hanc immolationis hostiam offero, quæ est salutifera, & ineffabile divinæ gratiæ sacramentum, quæ offertur a plurimis, & unum corpus Christi sancti Spiritus infusione perficitur. Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Infra laudat ejusdem Ambrosii librum de mysteriis. Berengarianis vero, qui multum ratione pugnabant, opponit hanc Augustini sententiam contra Felicianum: Hoc fides credat, intelligentia non requirat: ne aut non inventum putet incredibile, aut repertum non credat singulare. Idem Augustinus in secunda epistola ad Volusianum sic confutat eos, qui fidem rationi subjiciunt. Hic si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus, Deum aliquid posse, quod nos fateamus investigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti, est potestas facientis. Ex his liquet, quod contradictiones, quæ in his vel aliis mysteriis se deprehendisse putant novatores, sint tantum apparentes, proveniantque ex imbecillitate humani ingenii, quod divina penitus assequi non potest. Et certe, si in rebus materialibus homines ita cæcutiunt, ut patet ex summa tot opinionum diversitate; numquid intolerandæ est superbiæ, ut divina & cœlestia non credant, nisi & ea comprehendant?

Ibid. *l. 2. Aug. l. de doct. Christ.* Berengarius objiciebat Augustini verba proponentis hanc regulam, quam pro recta scripturarum interpretatione sequendam putat. Si autem flagitium aut facinus jubere, aut utilitatem & beneficentiam videtur vetare, figurata locutio est: Nisi manduca-

Christi An. 1075. ducaveritis, inquit, carnem Filii hominis & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur jubere. Figura ergo est præcipiens passioni Domini esse communicandum. Guitmundi responsio longior ad hæc pauca contrahi potest. Eucharistia est vere sacramentum, ac proinde figura, siquidem species sunt vere signum corporis & sanguinis Domini, imo & Christi corpus in Eucharistia est signum sui ipsius ut in cruce immolati. Secundo. Christi verba, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, si carnaliter accipiantur, ut Capharnaitæ intelligebant, facinus præcipiunt; putabant enim, quod Christus præciturus esset particulas quasdam de corpore suo, & daret illis ad corporalem nutritionem. Unde sacramentaliter intelligi debent: nempe quod in sacramento Christi corpus integrum, & incorruptum accipiamus ad spiritualem animæ refectionem, ut sic ejus passioni communicemus. Tertio addit, Augustinum dixisse in libro de doctrina christiana, celebrationem corporis Domini, non autem ipsum Christi corpus, esse figuram, qua monemur communicandum esse Christi passioni, siquidem illud sacrificium est memoriale passionis ejus; Christus in eo non rursus occiditur, sed pro nobis occisus repræsentatur, & Patri æterno offertur, ut fructus ejus passionis nobis applicet.

Ibid. l. 3. Aug. ex. pos. in Psal. 33. Guitmundus in libro tertio veritatem eucharistiæ probat, authoritate primo Ecclesiæ, secundo Augustini, qui explicans hæc verba scripturæ: Ferebatur in manibus suis, ait: Quomodo intelligatur in ipso David, secundum literam non invenimus. In Christo autem invenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Ex his concludit Guitmundus: si secundum literam, id est, sicut litera sonat, hoc in Christo invenitur, non igitur umbratice, non figurative, sed substantive Christi corpus erat, quod ferebatur. Tertio Ambrosii in libro de Sacramentis, sancti Leonis Papæ, sancti Cyrilli Alexandrini, sancti Gregorii Papæ, sancti Hilarii Pictavensis. Quas authoritates jam superius laudavimus.

Ibid. Impanatores impugnat ipsismet verbis Christi, qui dixit: Hoc est corpus meum. Non autem ait: In hoc latet corpus meum. Unde & Ecclesia Christi consequenter a se eosdem separat, cum in ipso canone Missæ & apostolica traditione ita orat: Quam oblationem tu Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam . . . . acceptabilemque facere digneris: ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filii tui Domini nostri Jesu Christi: Hac oratione, inquit Guitmundus, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Gregorius, cæterique omnes authores ecclesiastici istos uno ore percutiunt.

Ibid. Ephes. 2. Berengarii sectatores, & consequenter cum iis omnes sectarios convincit erroris: "Apostolus dixit: Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Apostolica igitur fides una est tantum. Istorum autem vana credulitas, dum, quod in vana opinione tenet, in altera non tenere convincitur: in affirmationem & negationem scissa, non est una. Istorum ergo credulitas non est apostolica fides: atque ideo neque vera fides. Quapropter apostolicam fidem non habentes, ab apostolica quoque Ecclesia sejuncti sunt. Contingetque illis quod Salvator ait: Omne regnum in se divisum desolabitur. Berengariani autem in se ipsis divisi sunt, ut ostendimus... Psal. 47. De catholica Ecclesia propheta prædixit: Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion. Quod de nostra Ecclesia videmus impletum. Berengariana vero portio fundatur exultatione universæ terræ. Neque enim eis vel una civitatula, vel etiam una Psal. 95. villula concessit. Idem Propheta ait: Cantate Domino omnis terra. Unde S. Augustinus in expositione hujus versiculi dicit: si omnis terra domus Dei est, qui non hæret omni terræ, ruina est, non domus. "

Ibid. L. 3. Aug. L. 7. de bapt. Demum recenset synodos & Romanos Pontifices, qui Berengarii hæresim proscripsere, ubi primum eis innotuit: unde concludit cum Augustino: "Id autem fiducia securæ vocis possumus asserere, quod in gubernatione Domini Dei nostri & Salvatoris Jesu Christi, universalis Ecclesiæ consensione roboratum est. Quapropter fides, quam de corpore & sanguine Domini semper universa Ecclesia tenuit, multis insuper conciliis generalibus roboravit, & apostolica authoritate tradidit, rectissime creditur.... sed panem & vinum altaris Domini in corpus & sanguinem Christi substantialiter commutari universalis Ecclesiæ consensione roboratum. Secura igitur voce, gubernante Deo nostro & Salvatore Jesu Christo, id a nobis asseri potest „ . . . . & infra: "Notissimum est hoc tempore, priusquam Berengarius insaniisset, hujusmodi vesanias numquam fuisse. Sed ex tempore Christi Ecclesia in Apostolis & Apostolorum discipulis fuit: sed neque postea unquam defuit. Mentiretur enim scriptura per prophetas clamans: & regni ejus non erit finis. Mentiretur Gabriel Archangelus, id ipsum beatæ Mariæ dicens. Matt. ult. Mentiretur & ipsa Veritas, quæ ait: Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Numquam igitur post Christum Ecclesia Christi esse cessavit. „ Non sunt igitur Ecclesia Christi novatores, qui Ecclesiam per orbem diffusam erroris accusant.

Christi An. 1075.

Romana synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. XIV. Gregorius Papa sexto Kalendas Martii anni millesimi septuagesimi quinti Romæ celebravit synodum, cui interfuit Archiepiscoporum, episcoporum, & abbatum multitudo. Quinque de familia Henrici regis Teutonicorum, quorum consilio ecclesiæ vendebantur, a liminibus sanctæ Ecclesiæ separavit: ita ut, si abinde usque ad Kalendas Junii Romam non venirent, & satisfacerent, excommunicati haberentur. Henricumque regem, qui emendationis promissionem miserat, admonuit, ut eos a domo, ab omni etiam familiaritate & communione sua expelleret. Philippum autem Francorum regem excommunicavit, si nuntiis Papæ ad Gallias ituris de satisfactione sua & emendatione securitatem non fecerit. Liemarum Bremensem Archiepiscopum pro inobedientia sua ab episcopali officio suspendit, & a corpore & sanguine Domini interdixit. Guarnerium seu Wernerum Strasburgensem ab episcopali & sacerdotali officio suspendit. Henricum Spirensem suspendit. Hermannum Bambergensem, si ante Pascha non venerit satisfacturus, similiter suspendit. Hi quippe simoniæ accusati, atque ad synodum vocati, non venerant. Item in Longobardia Guillelmum Papiensem & Cunibertum Taurinensem suspendit. Primus sororem suam Azoni Marchioni matrimonio conjunxerat, quam illius consanguineam esse testes affirmabant. Alter monasterio sancti Michaelis molestiam intulerat. Ambo vero ad synodum vocati non paruerant. Dionysium Placentinum deposuit. Robertum ducem Apuliæ jam anathematizatum, & Robertum de Loritello invasores bonorum sancti Petri excommunicavit.

Greg. P. ep. 33. & 35. l. 2.

Eosdem armis Italia ejicere Papa tentavit. Itaque ad Suenium regem Danorum dedit literas, quibus significat, legatos ad eum missos, ut satisfaceret de his, quæ ab Alexandro Papa petierat, imprimis pro erectione Metropolitanæ ecclesiæ; sed ob Germaniæ perturbationem esse reversos. Hortatur ut Romam legatos mittat, quibus se & regnum suum Apostolorum principi pia devotione committat, si ejus authoritate fulciri voluerit. Tum addit. "Præterea si sancta Romana mater Ecclesia contra profanos & inimicos Dei tuo auxilio in militibus & materiali gladio opus habuerit, quæ spes nobis de te habenda sit, tua legatione cognoscere cupimus. Est etiam non longe a nobis provincia quædam opulentissima juxta mare, quam viles & ignavi tenent hæretici, in qua unum de filiis tuis, si eum Apostolicæ aulæ militandum dares cum aliquanta multitudine eorum qui sibi fidi milites essent, ducem ac principem & defensorem christianitatis fieri optamus. „ Data octavo Kalendas Februarii, indictione decima tertia, id est, anno Millesimo septuagesimo quinto. Post duos menses eidem Regi de iisdem perofficiose scripsit. Suenius autem rex anno sequenti obiit, cui filius suus Haroldus successit.

Greg. P. ep. 51. & 75. l. 2.

Simeon. Dund.

Hermannum Bambergensem ejus canonici, quibus injuste ejectis monachos substituerat, apud Papam accusaverant ignorantiæ, usuræ & simoniæ, nempe quod per pecuniam episcopatum obtinuisset, & sacros ordines officiaque ecclesiastica venderet. Itaque per biennium Romam evocatus, ut de his rationem redderet, cum venire neglexisset, Papa eum jam diu suspensum excommunicavit, eique præcepit, ut clericis ecclesiam suam restitueret.

Lambert. Schafn. de reb. Ger.

Christi An. 1075. Et clero Bambergensi literis mandavit, ut se a communione illius abstinerent, contestatus quod, se vivo, pontificatum nunquam reciperet. Clerici statim episcopo denuntiant, ut quantocyus de urbe discedat, dimittatque episcopatum, quem coemisset. Legationi contumelia adjecta est. Unus e clericis animo ferox versiculum ex psalterio ei proposuit, hujus, inquiens, si mihi verbum ex verbo explicaveris, ego te cunctis criminibus absolutum, episcopatuque dignissimum pronunciabo. Ille cum dictis atrocibus responsa redderet atrociora, repente in medium procedunt legati sedis Apostolicæ, Papæ literas proferunt, ipsiusque nomine denuntiant, ut nullum deinceps pontificalis officii jus potestatemque habeat, sciatque se excommunicatum, propterea quod objectum sibi crimen simoniacæ hæreseos, toties Apostolicis literis Romam evocatus, purgare distulisset, præcipiuntque clericis Bambergensibus, ut nullum ultra ei tanquam episcopo honorem reverentiamque deferant, sed ab ejus communione se omnimodo abstineant.

Ille vero cum clericis discessum urgentibus satisfacere non posset, sed potius sancte affirmaret, quod, eo præsente, nullum divinum officium exercerent, confusus misit ad episcopum Moguntinum, cujus amicitiam multis beneficiis sibi demeruerat, rogavitque ut quam citissime veniret. Ille nihil moratus adfuit: egitque cum clericis, ut episcopo suo reconciliarentur, qui paratus esset, si vel inscius eos offendisset, illis satisfacere. Nihil illi placationis admittentes, gravissimis eum conviciis confutarunt, dicentes: justissime in eum quoque Apostolicæ excommunicationis anathema procedere debuisse, qui hominem omnibus probris infamatum sciens per simoniam episcopum ordinasset. Archiepiscopus videns quia nihil proficeret, Hermanno consilium dedit, ut Romam peteret: sed cum propius Romam accessisset, in itinere substitit, & præmittens nuncios suos cum copiosis muneribus, noto sibi artificio Papæ & cleri Romani integritatem pactione pecuniæ corrumpere molitus est. Quod ubi præter spem evenit, jam de damnatione sua securior, festinanter retrocessit, & blandis fallacibusque promissis clericorum, qui secum erant, animos lactans, ajebat se, si patriam repedare posset, ab episcopatu cessaturum, & monasticæ vitæ professione subiturum. Sed sponsionem suam non implevit. Quin etiam temeraria ulterius progressus audacia, clericos ecclesiæ suæ salutem & honorem quærentes bonis suis dispoliavit; & nisi eum regalis potentia refregisset, penitus confudisset. Hæc Henrico regi scripsit Papa Gregorius: & addit: " His excessibus diligenter consideratis, ab episcopali eum & sacerdotali officio dejecimus: Et quia Bambergensem ecclesiam molestius quam ante infestare præsumpsit, anathematis vinculo eum innodavimus, donec ecclesiasticam dignitatem illicite usurpatam deponat, & se nihilominus sedis Apostolicæ judicio repræsentet. Nunc ergo excellentissime fili, sublimitatem tuam hortamur, ut religiosorum consilio virorum eadem ecclesia secundum Deum ordinetur. „ Sigifredo Moguntino & clero Bambergensi scripsit, ut secundum sacrosancta instituta patrum summopere procurent in Bambergensi ecclesia ordinare pastorem. Hæ literæ datæ sunt decimo tertio Kalendas Augusti ejusdem anni.

Greg. P. ep. 2 & 3. l. 3.

Lambert. Hermannus, ubi in episcopatum rediit, milites diœcesis largitionibus ad partes suas pertraxit, eorumque fretus auxilio Bambergæ quatuor vel quinque hebdomadas commoratus est: præter altaris officium cætera, quæ ad exteriorem episcopi administrationem pertinebant, exercebat; reliquam vero anni partem in extrinsecis Bambergensis ecclesiæ possessionibus exegit: verum nemo, qui sanum sapiebat, cum eo communicare voluit. Henricus rex Bambergam veniens, in natali sancti Andreæ Apostoli Rupertum Goslariensem præpositum pro eo ordinari fecit episcopum, virum pessimæ æstimationis: omnium enim, quæ Rex perperam, & præter regium decorem egisset, potissimus incentor extitisse putabatur. Hermannus alium in suum locum subrogatum audiens, cum omnis spes restitutionis jam ei adempta esset, secessit in Suarsæ monasterium, ibique ab Eggeberto abbate habitum suscepit, statimque cum eo Romam profectus est. Cumque de inobedientia sua humiliter apud sedem Apostolicam pœnitentiam egisset, anathemate liberatus, sacerdotalis ministerii præter pontificalem dignitatem denuo licentiam est consecutus.

Christi An. 1075. Greg. P. ep. 4. l. 3.

XV. Gregorius Papa tertio Nonas Septembris ejusdem anni Moguntino Archiepiscopo literis præcepit, ut diligenter inquirat, an Strasburgensis episcopus simoniacæ labis sit reus, uti quorumdam relationibus id certum esse comperit, ut, si verum fuerit, Christi Ecclesia tantis sordibus emundetur; si vero falsum, ipse ab infamia liberetur. Hortatur etiam, ut concilium a se indictum non differat, ut multi suadent. Injungitque, ut de simoniaca hæresi, ac fornicatione clericorum studiose perquirat, & quidquid retro actum invenerit, legaliter puniat, & funditus resecet, ac, ne quid ulterius fiat, penitus interdicat. Sigefridus his mandatis obtemperans, synodum mense Octobri ejusdem anni, Moguntiæ congregavit, Aderat cum aliis Curiensis episcopus Apostolicæ sedis literas & mandata deferens, quibus ei sub interminatione gradus & ordinis sui præcipiebat, ut presbyteros omnes suæ diœcesis cogeret, aut in præsentiarum conjugibus renuntiare, aut se in perpetuum sacri altaris ministerio abdicare. Quod dum facere vellet, exsurgentes qui undique assidebant clerici, ita eum verbis confundebant, ita manibus & totius corporis gestu in eum insurgebant; ut se vita comite e synodo discessurum disperaret. Sic tandem rei difficultate superatus, statuit sibi deinceps tali quæstione omnino supersedendum, & Romano Pontifici relinquendum, ut causam illam, quomodo vellet, peroraret.

Moguntina Synod. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbe.

XVI. Annum hunc multis cladibus insignem, potissimum lugubrem fecit obitus sancti Annonis Colonienſis Archiepiscopi, qui post longam ægrotationem, secundo Nonas Decembris beato fine perfunctus, ad cœlestem patriam transmigravit; ut testata sunt signa & prodigia, quæ circa sepulchrum ejus Dominus ostendere dignatus est, ad confutandam impudentiam eorum, qui paulo ante vitam ejus sanctissimam livido dente carpebant. In Bambergensi ecclesia in ludo tam divinarum quam sæcularium literarum enutritus, postquam adolevit, nulla commendatione Majorum, (erat quippe loco mediocri natus) sed sola sapientiæ ac virtutis suæ prærogativa Imperatori Henrico innotuit, a quo in palatium assumptus, brevi apud eum præ omnibus clericis primum gratiæ & familiaritatis gradum obtinuit; hoc præcipue diligentibus in eo omnibus bonis, quod justi ac recti admodum tenax erat. Erat autem præter virtutes animi & morum gloriam, corporis quoque bonis ornatissimus, atque ad omne boni operis exercitium naturæ muneribus affatim instructus. Post aliquot annos adeptus est Colonienſem episcopatum; atque deinceps in omnibus tam ecclesiasticis quam reipublicæ muneribus haud imparem se acceptæ dignitati gerebat, & cunctis virtutum generibus inter cæteros regni principes conspicuus incedebat. Invictum inter tantas occupationum procellas spiritum numquam relaxabat a studio divinarum rerum: crebris jejuniis corpus suum macerabat, & in servitutem redigebat: pernoctabat plerumque in orationibus, & per ecclesias, uno tantum puero contentus comite, nudis pedibus discurrebat: & diem quidem in disponendis seu privatis seu publicis negotiis, noctem vero totam in opere Dei expendebat. Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat. Nullam intra diœcesim suam congregationem prætermisit, quam non prædiis, ædificiis, stipendiis, sua specialiter donatione auctam vita decedens relinqueret. In judicandis causis subditorum nec odio nec gratia cujusquam a vero abducebatur. Dei verbum ita magnifice differebat, ut saxeis etiam cordibus sermo ejus lacrymas excutere posse videretur, & semper ad exhortationem ejus planctu & ululatu compunctæ multitudinis tota resonaret ecclesia.

Lambert. S. Annonis vita.

Coloniæ duas congregationes clericorum ex propriis impensis instituit, unam in loco, qui dicitur ad Gradus, titulo sanctæ Mariæ: alteram foras murum, titulo sancti Georgii Martyris. Tres etiam congregationes monachorum construxit, unam in monte Sigebergo, aliam in regione Sclavorum, tertiam in regione Westphal., quas omnes augustissimis ædificiis excoluit, & exquisitissimis ecclesiæ ornamentis illustravit, & ampliſſimis prædiis locupletavit. Cumque in omnibus Teutonici regni monasteriis cerneret, illum antiquum regularis disci-

Ibid.

plinæ

Christi An. 1075. plinæ fervorem admodum refriguisse, & monachos a vita communi ad rem familiarem curam omnem studiumque convertisse, gravi tædio angebatur ejus animus. Interea contigit, ut pro causa Reipublicæ Romam pergeret, ad monasterium quoddam, cui Fructuaria nomen est, orationis causa divertit. Ibi admiratus monachorum secundum regulæ institutæ conversationem, nonnullos eorum in opere Dei probatissimos secum rediens abduxit, & eos ad tradendam suis ejusdem disciplinæ formulam in Sigebergo constituit. Quod ejus factum imitati sunt alii episcopi, novamque divini servitii scholam in suis singuli monasteriis instituerunt: adeoque brevi convaluit felicis hujus facti æmulatio. Ipse vero, dum inter eos commorabatur, ad vilissima quæque descendebat obsequia, abbati, & decanis in omnibus subditus, silentiumque ac cæteras monasterii consuetudines observabat. Dimissa administratione reipublicæ, secessit in Sigebergense monasterium, ibique in vigiliis, & jejuniis, & orationibus, & eleemosynis, quod supererat, ætatis exegit, multis tentatus incommodis, persecutionibus, & morbis gravissimis. Post mortem inter sanctos relatus est.

Ibid. Henricus rex Hildulphum Goslariensem canonicum obtulit clero, & populo Colonienſi, ut eum sibi eligerent antistitem. Illi contra summa ope nitebantur, objicientes, quod nec animi, nec corporis virtutibus quicquam tanto sacerdotio dignum prætenderet. Sic autem omnibus visus est despicabilis, ut sicubi in publico apparuisset, omnes eum inconditis clamoribus perurgerent, eumque pulvere vel lapidibus impeterent. Rex autem recolens Annonis constantiam, & invictum adversus nefarios suos conatus spiritum, consulto talem ei successorem ordinari satagebat, cujus facilitate pro libito abuti posset. Cum autem, ut eligeretur, obtinere non potuissent, Colonienses media quadragesima melius consultos ad se redire præcepit, contestatus, quod nullum, vel hunc haberent pontificem. Reipsa tunc Regis prævaluit authoritas, qui, ne vulgi seditione impediretur Hidulphi consecratio, Coloniam venit, eumque consecrari fecit a Willelmo Trajectensi episcopo.

Londoniensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbe. XXVII. Eodem anno Londoniæ in ecclesia sancti Petri celebrata est synodus . . . . . præsidente Lanfranco Cantuariensi Archiepiscopo; considentibus Thoma Eboracensi Archiepiscopo, & duodecim aliis episcopis, & pluribus abbatibus. Roffensis Ecclesia tunc pastore carebat, Lindiffarnensis episcopus canonice impeditus non interfuit. Et quia multis retro annis in Anglicano regno usus conciliorum obsoleverat, renovata sunt nonnulla, quæ antiquis noscuntur definita canonibus . . . . . Secunda die post diligentem inquisitionem concorditer statutum est, ut Eboracensis Archiepiscopus ad dexteram Dorobernensis sedeat, Londonienſis episcopus ad sinistram, Ventanus juxta Eboracensem. Secundo. Ut monachi debitum ordinem teneant.... & generaliter omnes, nisi concessa a prælatis, proprietate careant. Si quis vero aliquid proprii sine hac licentia habere post mortem deprehensus fuerit, nec signa pro eo pulsentur, nec salutaris pro ejus absolutione hostia immoletur, nec in cœmeterio sepeliatur. Tertio. Tres episcopi de villis ad urbes synodi authoritate translati sunt, scilicet Hermannus de Sciraburna ad Sariberiam, Stigandus de Seleuga ad Ciceſtrium, Petrus de Licefelde ad Cestriam; de aliis in villis adhuc degentibus dilatum est usque ad Regis audientiam, qui in transmarinis partibus tunc bella gerebat. Quarto. Ne quis in concilio loquatur præter licentiam a Metropolitano acceptam, exceptis episcopis, & abbatibus. Quinto. Ut nullus sacros ordines seu officium ecclesiasticum emat vel vendat. Sexto. Ut nullus episcopus vel abbas, seu quilibet ex clero hominem occidendum, vel membris truncandum judicet, vel judicantibus suæ authoritatis favorem commodet.

Christi An. 1076. Ibid. Wintoniensis Synodus. Lanfrancus Kalendis Aprilis anni sequentis, scilicet milleſimi septuagesimi sexti, Wentoniæ alteram synodum habuit. Decretum est, ut nullus canonicus uxorem habeat: Sacerdotes vero in villis vel in vicis habitantes, habentes uxores, non cogantur ut dimittant: non habentes interdicantur, ut habeant, & deinceps caveant episcopi, ut sacerdotes vel diaconos non præsumant ordinare, nisi prius profiteantur, ut uxores non habeant. Hæc autem forma professionis castitatis ordinandis præscripta est: Ego frater N. promitto Deo omnibusque Sanctis ejus castitatem mei, secundum canonum decreta, & secundum ordinem mihi imponendum servare; Domino præsule N. præsente. Statutum est præterea, ut nullus clericus aut monachus in episcopatu alicujus suscipiatur, absque episcopi sui literis; si quis vero monachus etiam canonice susceptus fuerit, non permittatur ecclesiis publice deservire ..... Ne aliquis clericus civilis vel rusticus de beneficiis ecclesiæ aliquod servitium reddat præter illud, quod fecit tempore regis Eduardi. Laici vero si de crimine accusati fuerint, & episcopo suo obedire noluerint, vocentur semel, & iterum, & tertio. Si post tertiam vocationem emendari noluerint, excommunicentur . . . . Nullus filiam suam vel cognatam det alicui absque benedictione sacerdotali. Si aliter fecerit, non ut legitimum conjugium, sed ut fornicatio judicabitur. Christi An. 1076.

Henrici regis cum Papa dissidium. XVIII. Luctuosa rerum conversio circa idem tempus contigit in Germania. Non pauci eventum adeo memorabilem diversimode narrant, suppressis vel immutatis quibusdam circumstantiis. Post acta publica sequemur Annalistam Saxonem, natione Germanum, authorem coævum, & Papæ non contrarium. Henricus rex post victoriam Saxonicam, perdomitis omnibus suis adversariis, emendationis suæ vota, quæ in rebus anxiis Apostolico promiserat, infregit: Atque inter cætera excommunicatos a Papa in familiaritatem denuo recepit: Saxoniam in servitutem redegit; captivorum principum bona, quæ ipsis integra manere debuerant, suis est largitus. Montium semitas, quæ ducunt in Italiam, claudi præcepit, ne rei veritas ad Apostolicum prius veniret, quam ipse per legatos ipsum in suum favorem traduceret: Deinde Romano pontifici misit legatos, eique mandavit episcopos Saxoniæ sui ordinis oblitos contra se in prælio congressos fuisse, rogavit, eos, utpote infideles, pærjuros, & belli civilis authores, a gradu sacerdotali deponi: quatenus tales, per quos Ecclesia pacata regeretur, ipse in eorum locum subrogaret. Sed fama rerum ad Apostolicum præcesserat, eique totam rei gestæ seriem indicaverat. Misit ergo Regi literas, quibus eum de multis criminibus arguebat, & ut captivos episcopos ecclesiis bonisque suis integre restitueret, & concilium in eo loco, quo venire posset Apostolicus congregaret, oravit, ubi episcopi, vel si digni essent, episcopalem perderent dignitatem, vel injuriarum, quas erant passi, canonicam acciperent satisfactionem. Quod si in his Rex sacris canonibus inobediens existeret, & excommunicatos a sua societate non repelleret, se eum anathematis gladio ab unitate Ecclesiæ abscissurum. In iisdem literis conquerebatur, quod verbis benevolum, & subjectum se profiteretur, factis autem asperrimum, & canonicis, & Apostolicis decretis se contrarium ostenderet; imprimis quod fidem fefellisset in his, quæ pro Mediolanensis Ecclesiæ reformatione promiserat, indignisque Firmanam, & Spoletanam ecclesiam dedisset. Addit de decreto, quod in Romana synodo adversus uxoratos presbyteros dederat: " Ad Patrum decreta doctrinamque si recurrimus, nihil novi, nihil adinventione nostra statuentes, sed primam, & unicam ecclesiasticæ disciplinæ regulam, & tritam Sanctorum viam relicto errore repetendam, & retractandam esse censuimus . . . . . Attamen ne hæc supra modum tibi gravia aut iniqua viderentur, per tuos fideles tibi mandavimus, ne pravæ consuetudinis mutatio te commoveret, mittentes ad nos, quos sapientes, & religiosos in regno tuo invenire posses: qui si aliqua ratione demonstrare vel adstruere possent, in quo, salvo æterni Regis honore, & sine periculo animarum nostrarum, promulgatam sanctorum Patrum possemus temperare sententiam, eorum consiliis condescenderemus. „ Annal. Saxo. p. 511. & seqq. apud Eccard. tom. 1. Gregor. P. ep. 10. l. 3.

XIX. Henricus rex correptiones Papæ dedignatus, cum suis consilium iniit, qualiter vicem redderet contumeliæ, quam illatam sibi putabat, quia Romanus Pontifex eum minatus est excommunicandum. Ut Papam abdicaret, Wormatiæ Dominica Septuagesimæ anni milleſimi septuagesimi sexti synodum convenire præcepit. Adfuit cum omnibus pœne Teutonici regni episcopis Hugo Blancus Cardinalis, quem ante paucos dies propter inconditos Annal. Sax. pag. 526. Lambert. pag. 233.

Christi An. 1076. *Conciliabul. Wormat.*

mores Papa de statione sua amoverat, deferens de vita Papæ scenicis figmentis tragœdiam: scilicet qualiter ab ineunte ætate conversatus sit; quam perverso ordine sedem Apostolicam occupaverit: quæ ante, & post episcopatum incredibilia flagitia commiserit. Hujus authoritatem tanquam divinitus sibi destinatam gratissime amplexati, sequentem sententiam promulgarunt episcopi. " Quia introitus tuus tantis perjuriis initiatus est, & Ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem tuarum novitatum periclitatur, & vitam tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de cætero ullam servaturi renuntiamus, & nulli nostrum eris Apostolicus. „ Cumque omnes Papæ damnationi nihil hæsitantes subscriberent, Adelbero Wirtzburgensis, & Herimannus Metensis episcopus aliquamdiu restiterunt, dicentes: Incongruum valde, & contra canonum scita esse, ut episcopus aliquis absens, absque generali concilio, sine legitimis, & idoneis accusatoribus, & testibus, necdum probatis criminibus, quæ objicerentur, condemnaretur: nedum Romanus Pontifex, adversus quem nec episcopi, nec Archiepiscopi cujusquam recipienda sit accusatio. Sed Willelmus Trajectensis episcopus, qui causam Regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ subscriberent; aut Regi, cui sub jurejurando fidem spopondissent, protinus renuntiarent. Rex vero, ne ullus eorum posset id postmodum negare, fecit unumquemque propria manu chartis singulis sic inscribere Papæ abdicationem. " Ego N. civitatis episcopus Hildebrando subjectionem, & obedientiam ex hac hora, & deinceps interdico, & eum Apostolicum nec habebo, nec vocabo. „ Plures mortis timore tunc subscripsere. Sed cum primum data est opportunitas, Apostolico supplices confessionis literas direxerunt, reos se profitentes, sed excusationem necessitatis obtendentes.

Annal. Saxo. pag. 526.

Ibid.

Rex per totam Italiam misit epistolas, donis, & promissis in suum favorem episcopos inclinans in tantum, ut Papam abdicarent etiam juramento. Romanos etiam plurimos pecunia corrumpens, ut Hildebrandum abjicerent, per literas oravit. Papæ etiam, ut sedem Apostolicam nomenque relinqueret, plenas contumeliis literas misit: quarum exemplar hoc est. " Henricus Dei gratia rex, universo sanctæ Romanæ Ecclesiæ clero, & populo gratiam, & salutem. Hæc fides firma, & inconcussa creditur, quæ semper, & eadem, & præsenti, & absenti servatur . . . Quam talem vos nobis servare scimus, & gratias agimus, & ut eadem perseveret, petimus, ut sicut fueritis amicis nostris amici, inimicis inimici jugiter existatis: Inter quos Hildebrandum monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus; quia hunc Ecclesiæ invasorem, & oppressorem, & Romanæ reipublicæ vel regni nostri insidiatorem deprehendimus. „ Papæ vero scripsit: " Cum hactenus ex te, quæ patris sunt, expectarem, tibique in omnibus magna fidelium nostrorum indignatione obedirem, percepi a te vicissitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ regnique nostri pernitiosissimus esset hostis. Nam cum omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa sede debebatur, superbo ausu rapuisses, longius inde progrediens regnum Italiæ pessimis artibus alienare tentasti. Nec hoc contentus, in Reverendissimos episcopos, qui nobis velut dulcissima membra uniti sunt, manum mittere non timuisti, eosque superbissimis injuriis acerbissimisque contumeliis contra divina, & humana jura, ut ipsi ajunt, exacerbasti. Quæ omnia cum ego quadam patientia dissimularem, tu hoc ignaviam existimans, in ipsum caput ausus es insurgere, mandans quæ nosti, scilicet, ut tuis verbis utar, quod aut tu morereris, aut mihi animam regnumque tolleres. Hanc inauditam contumaciam, ego non verbis, sed re confutandam judicans, generalem conventum omnium regni primatum, ipsis supplicantibus, habui, ubi cum ea, quæ hactenus metu, & reverentia tacebantur, in medium deducta fuissent, veris assertionibus illorum, quas ipsorum literis audies, palam factum est, te nullatenus in Apostolica sede posse persistere: quorum sententia, quia justa, & probabilis, coram Deo, & hominibus videbatur, ego quoque assentiens omne tibi papatus jus; quod habere visus es, abrenuntio, atque ut a sede urbis, cujus mihi patriciatus, Deo tribuente, & jurato Romanorum assensu, debetur, ut descendas, edico. „ Christi An. 1076.

Hujus epistolæ exemplar transmisit ad clerum populumque Romanum, hæc addens: Hæc est series epistolæ nostræ ad Hildebrandum monachum, quam idcirco & vobis scripsimus, ut Deo, & nobis vestra satisfaciat charitas. Exurgite igitur in eum fideliissimi, & sit primus in fide, primus in ejus damnatione. Non autem ut sanguinem ejus fundatis, dicimus, sed ut eum, si nolit descendere, cogatis, & alium communi omnium episcoporum, & vestro consilio a nobis electum in Apostolicam sedem recipiatis, qui quod iste in Ecclesia vulneraverit, curare, & velit, & possit. „ Ibid.

Alias literas falsis criminationibus plenas ad Papam direxit, hisque subjicit: " Nos quidem hæc omnia sustinuimus, dum Apostolicæ sedis honorem servare studeremus: sed tu humilitatem nostram timorem forte intellexisti: ideoque in ipsam regiam potestatem nobis a Deo concessam exsurgere non timuisti, quam te nobis auferre ausus es minari, quasi nos a te regnum acceperimus: quasi in tua, & non in DEI manu sit regnum, vel Imperium. Nos, qui ad regnum sum unctus, tetigisti, quem sanctorum Patrum traditio soli Deo judicandum docuit; nec pro aliquo crimine, nisi a fide, quod absit, exorbitaverim, deponendum asseruit; Cum etiam Julianum Apostatam prudentia sanctorum episcoporum, non sibi, sed soli Deo judicandum deponendumque commiserit . . . . . Tu ergo omnium episcoporum nostrorum judicio, & nostro damnatus descende, vindicatamque sedem Apostolicam relinque. „ Conciliabuli Wormatiensis literas depositionis ad Gregorium Papam non habemus. Ibid.

XX. Dum hæc in Germania geruntur, Papa Romæ magnum vitæ, & libertatis discrimen adiit: Cincius urbis præfectus, claritate generis, & opibus potens, multa in possessionibus Ecclesiæ Romanæ præter leges faciebat. Papa sæpius eum modeste corripuit. Sed cum nihil proficeret secreta correptio, tandem eum excommunicavit. Hinc ille majori dementia efferatus parat ultionem, cum Guiberto Ravennensi, & Roberto Guischardo consilium iniit, quomodo Gregorium Papam opprimeret. Opportuna sceleris perficiendi occasio se dedit ipso natalis pervigilio. Gregorius Papa Missarum solemnia celebrabat in ecclesia beatæ Mariæ, quæ major vocata est, aderant pauci clerici, & laici, populum enim frequentem convenire prohibuerat imbrium inundatio. Cincius hac usus opportunitate, cum jam peracta esset communio, cum armatis inopinato irruit in ecclesiam, injectaque in capillos Papæ manu, multis contumeliis affectum, de ecclesia protraxit; quin & unus militum eum in fronte gladio percussum graviter vulneravit, & priusquam vulgato per civitatem rumore populus frequens auxilio conveniret, in domum quamdam munitissimam abripuit. Sed ubi fama tam atrocis facti totam replevit urbem, undique ad arma conclamatur: Orienteque diei crepusculo Cincii domum oppugnare summa vi aggrediuntur: Et nisi ille mali, quod imminebat, haud improvidus, Papam dimittere maturasset, domum ipsam peremptis omnibus, qui in ipsa erant, evertissent. Papa interveniente, concitatæ multitudinis furor vix compressus est. Cincius cum uxore, & liberis fuga suæ saluti consuluit. Romani ejus factum graviter, & indigne nimis ferentes, eum perpetuo damnarunt exilio, & quæ ipsius erant tam intra muros, quam extra, ferro, & igne demoliti sunt. Cincius autem cum militari manu succendit & evertit omnia, quæ poterat, de possessionibus Romanæ Ecclesiæ. Lambert. p. 233. Vita Greg. P.

XXI. Gregorius tanto defunctus periculo, pro prima quadragesimæ hebdomada indixit concilium, cujus primæ sessioni cum præsideret, in ecclesia Salvatoris, quæ Constantina dicitur, Rolandus clericus Parmensis, Henrici, & episcoporum literas Papæ obtulit, & coram synodo palam recitatæ sunt. Tunc tanta fit in ecclesia commotio, ut legatus, nisi inter Apostolici pedes defensionem invenisset, membratim laniatus interiisset. Sequenti die Papa coram synodo declaravit, qua mansuetudine Regem de magnis criminibus corripuisset, utque episcopos captivos liberaret, quanta suavitate *Romana 3. Synod.* Concil. tom. 6. ed. Hard. Annal. Saxo. pag. 258. & seq.

rogas-

Christi An. 1076. Henrici Regis depoſitio.

rogaſſet, & juſſiſſet, quantamque ſuperbiæ amaritudinem recepiſſet . . . Deinde cunctis acclamantibus, ne talis contumelia remaneret inulta, omnium conſilio & conſenſu Henricum ſynodali judicio damnavit, Regiſque nomine & honore privavit, atque anathematis gladio percuſſit. Ejus depoſitionis formula cum in antiquitate non habeat exemplum, & Henricus primus inter Reges fuerit depoſitus, hanc integram hic ſubjicimus.

Ibid. " Beate Petre Apoſtolorum Princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me ſervum tuum, quem ab infantia nutriſti, & uſque ad hunc diem de manu iniquorum liberaſti . . . . Tu mihi teſtis es, & domina mea Mater Domini, & Beatus Paulus frater tuus, & omnes Sancti, quod tua ſancta Romana Eccleſia me invitum ad tua gubernacula traxit, & ego non rapinam arbitratus ſum ad ſedem tuam aſcendere; potius volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum pro gloria mundi ſæculari ingenio arripere: Et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus, credo, quod tibi placuit, & placet, ut populus Chriſtianus, ſpecialiter tibi commiſſus, mihi obediat, ſpecialiter pro vice tua mihi commiſſa; & mihi tua gratia eſt poteſtas a Deo data ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra. Hac itaque fiducia fretus, pro Eccleſiæ tuæ honore & defenſione, ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti, per tuam poteſtatem & authoritatem, Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Eccleſiam inaudita ſuperbia inſurrexit, totius regni Teutonicorum, & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos a vinculo juramenti, quod ſibi fecerunt, vel facient, abſolvo: & ut nullus ei ſicut Regi ſerviat, interdico. Dignum eſt enim, ut, qui ſtudet honorem Eccleſiæ tuæ imminuere, ipſe honorem amittat, quem videtur habere: & quia ſicut Chriſtianus contempſit obedire, nec ad Dominum rediit, quem dimiſit participando excommunicatis, meaque monita, quæ pro ſua ſalute ſibi miſi, te teſte, ſpernendo, ſeque ab Eccleſia tua, tentans eam ſcindere, ſeparando; vinculo eum anathematis vice tua alligo: & ſic eum ex fiducia tua alligo, ut ſciant gentes, & comprobent, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram Filius Dei vivi ædificavit Eccleſiam ſuam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. „

Excommunicavit etiam Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum in hunc modum: " Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum, qui conatus eſt Epiſcopos atque Abbates regni Teutonicorum, a ſancta Romana Eccleſia, videlicet ſpirituali matre ſua, ſcindere, judicio ſancti Spiritus, & authoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & a communione Corporis & Sanguinis Domini ſeparamus . . . . . Cæteros vero, qui ſua ſponte ejus ſchiſmati conſentiendo ſubſcripſerunt, & in ea iniquitate perdurare volunt, ſimiliter ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus. Illos vero, qui non ſponte conſenſerunt, uſque ad feſtivitatem ſancti Petri ſufferimus, eo quidem reſpectu, ut, ſi infra iſtum terminum idoneam aut per ſe, aut per nuntios ſuos ſatisfactionem præſentiæ noſtræ non obtulerint, Epiſcopali deinceps officio priventur. „

Concil. tom. 6. col. Hard.

Ibid. Epiſcopos quoque Longobardiæ, qui ſpreta canonica & Apoſtolica authoritate contra Beatum Petrum Apoſtolorum principem conſpirarunt, authoritate ejuſdem Beati Petri ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & a communione ſanctæ Eccleſiæ ſeparamus. Agathenſem Epiſcopum Berengarium, quia Narbonenſi Epiſcopo excommunicato communicavit, & vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicamus. Viennenſem Epiſcopum Hermannum juſte depoſitum pro ſimonia, perjuriis, ſacrilegiis, & Apoſtaſia, quia Viennenſem Eccleſiam infeſtare non deſiſtit, excommunicamus: & Eccleſiis Romanenſi, & ſancti Irenæi Lugdunenſi, quo uſque eas occupaverit, divinum interdicimus officium. Deſiderium & Romanenſis Eccleſiæ clericos, qui regulares noſtros ab ea expulerunt, & excommunicatis communicaverunt, inde, donec ſatisfaciant, excommunicamus. Abbatem ſancti Ægidii ſimiliter, & comitem ſancti Ægidii propter conſanguineam, & comitem Forenſem & Umbertum de Bellogroco propter infeſtationes Lugdunenſis Eccleſiæ: Podienſem ſimoniacum, homicidam Stephanum, a legatis noſtris excommunicatum, & Pontium Gratianopolitanum, quouſque reſipiſcat, excommunicamus: & ea, quæ Dienſis Epiſcopus in Epiſcopatu Dienſi de decimis & primitiis & Eccleſiis fecit, & cætera, quæ in legatione noſtra ſtatuit, nos quoque confirmamus. „ Hugo Dienſis Epiſcopus Papæ legatus, in ſynodis Anſana, Claramontenſi & Divionenſi, in Gallia celebratis, eoſdem cum aliis ſimoniacis jam excommunicaverat.

Christi An. 1076.

Gregorius Papa ſententiæ adverſus Henricum Regem latæ exemplar direxit ad univerſos Chriſtianos, quos hortatur ad divinam opem implorandam, ut aut impios ad pœnitentiam convertat, aut eorum conſilia reprimat. Henrici Regis legatus Roma reverſus, Trajecti, ubi tunc erat, ei indicavit, quod eſſet excommunicatus. Willelmi ipſius urbis Epiſcopi conſilio Rex excommunicationem illam vilipendit. Epiſcopus autem timens, ne, ſi populus hæc audiret, a Rege diſcederet, inter Miſſas ſermonem faciens ad populum, deriſorie, quod Rex eſſet excommunicatus, indicavit; ſed excommunicationem hanc nihil valere, quibus poterat verbis, utpote facundus homo, confirmavit; ſed mox in ipſo loco, in quo Romano Pontifici derogabat, mala valetudine corripitur, qua ingraveſcente, dum eſſet cum eo quidam homo Regis, qui jam diſceſſerat, eumque rogaret, ut ſe cum ſuo mandato remitteret ad Regem: Hoc, inquit, ei mitto mandatum, quod ipſe & ego & omnes iniquitati ejus faventes damnati ſumus in perpetuum: cumque a clericis ſuis, ne talia loqueretur, eſſet admonitus, Quid aliud, inquit, loquar, niſi quod viſibiliter intueor? Ecce enim dæmones lectum meum circumſtant, qui me, cum expiravero, rapiant. Rogo ergo vos & omnes fideles, ne, cum obiero, fatigemini faciendo ſupplicationes. In hac deſperatione defunctus eſt, & diu jacuit inſepultus, donec Papæ juſſu ſine commendationibus ſepelitur. Comperta vero legatione Papæ & excommunicatione & depoſitione Regis, qui Saxonum Principes captivos detinebant, eos gratis, Henrico neſciente, dimiſerunt.

Gregor. P. ep. 6. l. 3.

Annal. Saxo. pag. 533.

XXII. Guibertus Ravennenſis Epiſcopus Papiæ indixit ſynodum, poſt feſta Paſchalia celebrandam... Longobardiæ Epiſcopi in ea ſententiam excommunicationis adverſus Papam confirmarunt. Regni primates incerti, num deferrent huic excommunicationi, Epiſcopos quoſdam conſulunt, qui Romanum Pontificem a nemine judicari, adeoque nec excommunicari poſſe reſponderunt. Henrici Regis fautores etiam eum excommunicationi ſubjacere non poſſe contendebant, quaſi per batiſmum non factus eſſet Eccleſiæ filius, ac proinde ejus correptioni obnoxius: ſed ita opinabantur, quia Regem excommunicari, & deponi idem putabant. Ad eam falſam opinionem convellendam duas Epiſtolas ſcripſit Papa Gregorius.

Bolland. tom. 2.

Prima eſt ad Herimannum Metenſem, qui eum conſuluerat: primo dicit, eos, qui cum Henrico Rege communicant, eſſe excommunicatos, ſicut ille jam excommunicationem incurrerat communicando cum excommunicatis propter ſimoniam. Secundo probat, Regem poſſe legitime excommunicari, ſiquidem cum Chriſtus dixit Petro: Paſce oves meas, Reges non excepit. Deinde depoſitionem ab excommunicatione non ſeparans: Primo Henricum legitime depoſitum probat ex Epiſtola apocrypha S. Clementis ad Jacobum, in qua ſolius mentio fit excommunicationis: ſicut in his Apoſtoli verbis, quæ allegat, (Habentes in promptu ulciſci omnem inobedientiam . . . . Et cum hujuſmodi nec cibum capere.) Idem confirmat exemplis Zachariæ Papæ, qui Childericum Regem depoſuit; S. Gregorii Papæ, qui privilegiorum, quæ noſocomio concedit, violatores omni ſæculari etiam regia dignitate privat; Ambroſii, qui Theodoſium Imperatorem ad publicam adegit pœnitentiam; ſed de his ſuperius egimus. Addit, Paſtorum ſpiritualem potentiam regiæ præcellere, quod verum eſt, & quid ſuperiores Pontifices de utriuſque origine, diſtinctione, excellentia, & limitibus ſcripſerint, jam retulimus. His ſubjungit: " Notum ſit fraternitati tuæ, quia literis acceptis quorumdam fratrum noſtrorum præſulum & ducum, authoritate Apoſtolicæ ſedis licentiam dedimus his Epiſcopis excommunicatos a nobis abſolvere, qui non timuerunt ſe a communione Regis abſtinere.

Greg. P. ep. 2. l. 4.

2. Cor. 10.

Christi An. 1076. De ipso autem Rege omnino contradiximus, ut nullus eum præsumat absolvere, quousque illius certa pœnitentia, & sincera satisfactio nobis per idoneos testes fuerit notificata, ut simul inveniamus, qualiter, si eum divina pietas respexerit, ad honorem Dei & illius salutem eum absolvamus.

Ibid. Epistola tertia. Secunda est ad omnes Episcopos, duces, comites, & fideles, qui sunt in regno Teutonico. Ex synodi literis satis constare dicit, cur Henricus sit excommunicatus, & a regia dignitate depositus. " Sed quia, inquit, nos contra eum non movit, Deo reste, sæcularis superbia, sed sanctæ sedis & universalis Matris Ecclesiæ sollicitudo & disciplina, monemus vos in Domino Jesu, & rogamus sicut charissimos fratres, ut eum benigne, si ex toto corde ad Deum conversus fuerit, suscipiatis, & circa eum non tantum justitiam, quæ illum regnare prohibet, sed misericordiam, quæ multa delet scelera, ostendatis .... Procul ab eo removeantur pravi consiliarii, qui pro simoniaca hæresi excommunicati, non timuerunt Dominum suum propria lepra contaminare, & per diversa crimina eum seducendo, ad scindendam sanctam Ecclesiam provocavere ..... Non ultra putet sanctam Ecclesiam sibi subjectam ut ancillam, sed prælatam ut dominam .... Illud autem inter omnia ex parte S. Petri interdicimus, ut nullus eum præsumat ab excommunicatione absolvere, quousque iis, quæ prædiximus, nobis indicatis, Apostolicæ sedis consensum & iteratum responsum recipiatis .... Quod si, exigentibus multorum peccatis, quod non optamus, ex corde non fuerit ad Deum conversus, talis ad regni gubernacula inveniatur, qui ea, quæ diximus, & cætera, quæ videntur Christianæ religioni & totius Imperii saluti necessaria, secreta ac indubitabili promissione observaturum promittat: ut autem vestram electionem, si valde oportet, ut fiat authoritate Apostolica, firmemus, & novam ordinationem nostris temporibus corroboremus, sicut a sanctis nostris Patribus factum esse cognoscimus; negotium, personam & mores ejus, quantocius potestis, nobis indicate. „ Agnetem Imperatricem de novo Rege consulendam monet, siquidem ei se juramento obstrinxerant; quia, si consensum negaverit, ipse hæc vincula sua authoritate dissolvet.

Annal. Saxo. p. 529. Annalista Saxo tertiam ad eosdem refert Epistolam, qua Henricum juste excommunicatum, ex rerum in ea causa gestarum relatione ostendere sibi Papa proponit; nempe quomodo post victoriam Saxonicam, promissiones, quas legatis suis de emendatione sua fecerat, penitus infregerit, excommunicatosque in suam familiaritatem & communionem receperit, Ecclesiasque in eam, quam consueverat, confusionem traxerit, scilicet vendendo Episcopatus & Abbatias. Ipse tamen, quamvis ejus emendatione desperata, ei scripserat literas commonitorias, ut meminerit, quid, & cui, nempe Deo, promiserit. Præterea ad eum miserat tres viros religiosos, qui eum secreto monerent, ut pœnitentiam ageret. His addit, plurimis esse nota, propter quæ eum excommunicarit, & ab omni honore regni destituerit, absque spe recuperationis: hic loquitur de gestis in conciliabulo Wormatiensi, quæ nulla ratione vel exemplo defendi possunt. Demum eos hortatur, ut in fide, quam debent Deo & Ecclesiæ, permaneant, & pro Rege Deum orent, ut convertat cor ejus ad pœnitentiam; qui, si respicere voluerit, inquit, nos ad recipiendum eum ad communionem paratos inveniet.

Annal. Saxo. p. 530. XXIII. Gregorii Papæ causam multum adjuvarunt circumstantiæ temporum. Plures Episcopos & principes graviter offenderat Henricus Rex, abusus victoria Saxonica: alii ejus impietatem oderant. Quantum autem apud omnes Papæ literæ valuerint, sequentia declarabunt. Saxoniæ principes, uti diximus, a diversis exiliis reversi, populos concitant ad vindicandam pristinam libertatem, coadunatique præsidia Henrici ab omnibus castellis ejiciunt. Post hæc diem & locum determinant, ubi ad defensionem patriæ, concordiam renovaturi conveniant. Henricus autem his territus cum Moguntiam venisset, Bambergenses orta seditione urbem incenderunt. Dum Henricus & omnis populus ad ignem restinguendum festinaret, reliqui captivi sine custodibus relicti, inventa nave Rhenum trajiciunt, & festinantes in patriam venerunt. Principes ergo Saxonum simul adunati juramentis invicem datis se confirmant, & Regem, cui subjaceant, eligere deliberant, & Suevos, ut idem faciant, sollicitant, & Papam literis exorant, ut per se vel per legatum genti pene perditæ consolator adesset. Alii duces & comites Henrici tyrannidem non ferentes eis se consociant. Christi An. 1076

Plerique etiam Episcopi a Rege defecere, quos pœnitentes Papa benigne suscepit. Uto Trevirensis Roma nuper reversus nolebat communicare Moguntino & Colonienſi Episcopo, & pluribus aliis, qui apud Regem assidui erant, obtendens eos & Regem esse excommunicatos, indultamque esse tantum colloquendi cum Rege licentiam. Complures alii ejusdem anathematis authoritate compulsi paulatim se palatio subtrahebant, & ad Regem, licet crebris jussionibus evocati, redire nolebant, satius judicantes Regem, quam Deum offendere ... Illi contra fremere, minas & convicia in omnes jaculari, injustam, & idcirco nihil æstimandam esse Romani Pontificis sententiam, qua se nec canonice ad synodum evocatos, nec criminis convictos vel confessos, præcipiti furore excommunicasset; Trevirensem & alios Episcopos inveteratum adversus Regem odium novo religionis vocabulo palliare, eumque honori suo recte prospicere, si in hostes suos gladium, quem ad vindictam malorum acceperat, maturius distringat, & manifestos regni insidiatores pœnis afficiat. Henricus autem, cum plures Principes sub obtentu religionis a se defeciſſe intellexisset, eos per legationes sibi reconciliare tentavit; sed implacabile odium, quo Saxones in servitutem redigere destinarat, non remisit. Lambert. p. 237.

XXIV. Rudolphus dux Suevorum, Welpho dux Bajoariorum, Bertholdus dux Carinthiorum, Adelbero Episcopus Wirtzburgensis, Adelbertus Episcopus Wormatiensis, aliique Ulmæ habito conventu, statuerunt, ut omnes, quicumque Reipublicæ consultum vellent, decimo septimo Kalendas Novembris Triburiam convenirent: universosque per Deum ob testabantur, ut omni excusatione remota, hanc singuli communibus commodis operam impenderent. Hac expectatione suspensis & attonitis omnibus, Moguntinus Episcopus aliique plures a Rege, cujus partes hactenus acriter defenderant, defecerunt: & obsides, quos anno superiore Regi dederant aliqui Principes, sunt restituti. Statuta die Sueviæ & Saxoniæ Principes Triburiam convenere. Aderant legati sedis Apostolicæ Sigehardus Patriarcha Aquilejensis, & Altmannus Patavienſis, vir Apostolicæ conversationis, & magnarum in Christo virtutum, cui Papa vices suas in dispositione causarum Ecclesiasticarum delegaverat, & laici nonnulli, qui magnis opibus relictis ultro se ad tenuem vitam propter Deum contulerant, a Romano Pontifice missi sunt, ut palam omnibus contestarentur justis de causis excommunicatum esse Regem Henricum, & ad alium Regem eligendum Papæ authoritatis suffragium pollicerentur. Nemini eorum, qui Henrico Regi, vel simoniacis, vel presbyteris conjugatis communicassent, communicabant, priusquam publice professus pœnitentiam, per Altmannum absolveretur. Ille conventus septem dies tenuit, quibus prolata sunt quæcumque adversus bonum publicum, Principes & populos deliquisset Henricus, quomodo regnum, quod a parentibus florentissimum acceperat, intestinis cladibus infestum cruentumque reddidisset, Ecclesias, & monasteria destructa, victualia servorum Dei versa esse in stipendia militum, & ad munitiones extruendas, non quibus impetus barbarorum arceatur, sed liberæ gentis cervicibus durissimæ servitutis jugum imponatur, ejusque temeritate sacra & prophana fasque nefasque confusa esse & implicata. Tantarum calamitatum unicum superesse remedium, ut eo amoto, Rex alter crearetur. Lambert. p. 242.

Principum conspiratio adversus Henricum

Henricus Rex cum suis in villa Oppenheim se continebat: inde legatos misit, qui tentarent eos ad misericordiam flectere, pollicentes omnium offensarum emendationem. Illi ejus promissionum infidelitatem sæpius experti, timentesque, ne declinato periculo fieret deterior, diu restiterunt, jamque trajecto Rheno ei arma inferre parabant, cum ille pariter ex altera ripa Rheni eis occurrit armatus ... sollicitis omnibus in tantarum expectatione rerum, quæ ultimam cladem reipublicæ minabantur; Suevi & Saxones ad eum mittunt legatos, qui pacem ea conditione promiserunt, si omnia implere vellet, quæ ei facienda proponerent. Quod cum ille spopondisset, primo proposuerunt, ut Episcopum Wormatien- Ibid. p. 145 & Annal. Saxo.

CHRISTI AN. 1076. matienſem in ſuam urbem reſtitueret. Secundo mox literas ſcriberet, quibus fateretur, ſe injuſte afflixiſſe Saxones, ipſaſque per Italiam & Germaniam mittendas ipſorum nuntiis daret. Tertio. Cauſam integram ſe reſervare cognitioni Romani Pontificis, quem pro feſto Purificationis Auguſtam evocarent, ibique habito publico conventu omnium Principum, diſcuſſiſque utriuſque partis allegationibus, ipſe vel abdicet, vel abſolvat accuſatum. Quod ſi ante diem anniverſarium excommunicationis ſuæ, præſertim ſuo vitio, non abſolvatur, in perpetuum regnum repetere non poſſit. Demum ut excommunicatos ſtatim a ſuo contubernio amoveret, dimiſſoque exercitu, ſecedens in urbem Spirenſem cum paucis miniſtris, quos probarent Principes, vitam agat privatam, eccleſiam non ingrediens, nihilque circa publica negotia ſuo jure diſponens, regiæque dignitatis inſignia deponat uſque ad ſynodicam cauſæ ſuæ examinationem.

Ibid. Henricus has conditiones quantumvis fœdas lætus accepit, ſtatimque epiſcopos Colonienſem, Bambergenſem, Strasburgenſem, Baſileenſem, Spirenſem, Loſannenſem, Citicenſem, Oſnabrugenſem, & cum iis reliquos excommunicatos, quorum opera conſiliiſque gratiſſime utebatur, e caſtris egredi jubet, parique fide reliquas adimplet conditiones. Suevi & Saxones poſt hæc in patriam redeunt, legatoſque Romam deſtinant, qui Papam rei geſtæ ordinem edoceant, orentque, ut non dedignetur præſtare præſentiam.

Lambert. p. 145. & ſeq. XXV. Rex certo ſciens omnem ſuam in eo verti ſalutem, ut ante conſtitutum diem ab excommunicatione abſolveretur: nec ſatis tutum ſuis rationibus exiſtimans, ut expectato Romani Pontificis adventu, ſi infeſto judici, & obſtinatis accuſatoribus cauſam ſuam committeret, Papæ occurrere ſtatuit, ut quoquo modo excommunicationis abſolutionem impetrare conaretur; ea quippe impetrata, tunc cætera forent faciliora: tunc enim alloqui principes, amicorum fidem implorare, nulla deinceps vetaret religio. Paucis igitur ante natalem Domini diebus cum uxore & parvulo filio & uno comite profectus eſt, paucique admodum vix aliquid pro impenſis itineris contulere. Vis & inclementia hyemis hoc anno jugis ſolitoque aſperior inhorruerat, ut a feſtivite S. Martini Rhenus fluvius glaciali frigore conſtrictus, pene uſque ad Kalendas Aprilis pedeſtri itinere tranſmeabilis maneret, & pleriſque in locis vineta exſiccatis frigore radicibus omnino areſcerent.

Ibid. p. 247. Henricus ubi comperit fœderatorum duces omnes aditus ad Italiam cuſtodibus occupaſſe, divertit Biſantium, ibique natalem Domini celebravit, ſatis magnifice ſuſceptus ab avunculo matris ſuæ Willelmo comite. Inde progrediens obviam habuit ſocrum ſuam, ejuſque filium Amedeum, cujus hic erant poſſeſſiones ampliſſimæ: Regem quidem honorifice ſuſceperunt, tranſitum tamen nonniſi pactione provinciæ conceſſere: ſicque laborioſiſſimum, & plenum periculis iter ſæviente hyeme ingreſſus eſt; inſtans enim abſolutionis dies nullas moras patiebatur. Indigenas locorum peritos mercede conduxit: hiſque ductoribus vix tandem aliquando cum frequenti ſalutis ſuæ periculo ad campeſtria pervenit.

Ubi primum innotuit ejus adventus, certatim ad eum omnes Italiæ epiſcopi & comites confluebant, eumque ſummo cum honore ſuſcipiebant: atque intra paucos dies ad eum infinitæ multitudinis exercitus congregatus eſt: plurima enim, quæ præter leges & jura majorum ab improbis hominibus hic præſumebantur, regiæ authoritatis cenſura corrigi ſperabant. Præterea fama vulgaverat, eum veniſſe ad Papam deponendum, qui jam pridem eos ab eccleſiaſtica communione ſuſpenderat. Itaque oblatam ſibi ultionis occaſionem gratulabantur.

Ibid. p. 248. XXVI. Interea Gregorius Papa Roma egreſſus, profectionem accelerans, ſtatuto die Auguſtæ præſto eſſe ſatagebat, ducatum ei præbente Mathilde derelicta ducis Lotharingiorum Gotefridi: ſed audiens, Regem jam eſſe intra Italiam, eadem hortante in caſtellum munitiſſimum, quod Canuſium dicitur, prope Regium divertit, expectare volens, donec conſilium adventus ejus diligentius exploraret. Epiſcopi & laici, quos excommunicaverat, & Rex dimiſerat, eluſis cuſtodibus, qui cluſas cuſtodiebant, pervenientes in Italiam, Canuſium properant, veniam præſumptæ rebellionis, atque, ut ab excommunicatione abſolvantur, nudis pedibus & laneis ad carnem induti ſuppliciter poſtulant. Papa illis dixit, peccatum veraciter deflentibus non eſſe denegandam miſericordiam; ſed longam inobedientiam diuturnioris pœnitentiæ igne excoqui oportere. Quapropter, ſi eos vere facti pœniteret, æquo animo paterentur, quodcumque ſanandis vulneribus eorum adhiberet eccleſiaſticæ correptionis cauterium, ne ex facilitate indulgentiæ, culpa, quæ adverſus ſedem Apoſtolicam atrox præſumpta fuiſſet, parva videretur. Illis paratos ſe profitentibus ad omnia quæ impoſuiſſet ſufferenda, epiſcopos omnes a ſe invicem ſeparatos præcepit ſingulis cellis ſolitarios includi, nec ullum cum aliquo habere colloquium, ad veſperam autem cibi & potus mediocri menſura refici. Laicis quoque pro ætatis & virium conſideratione congruentem ſingulis indixit pœnitentiam. Ita per aliquot dies examinatos ad ſe vocavit, & leniter pro admiſſis objurgatos, & ne deinceps ſimile quid admitterent, commonitos, excommunicatione abſolvit, abeuntibuſque iterum præcepit, ne regi Henrico, donec ſedi Apoſtolicæ ſatisfeciſſet, aliquatenus communicarent, aut ei ſuam operam accommodarent.

CHRISTI AN. 1076.

Ibid. *Henricus rex Papæ ſatisfacit & abſolvitur.*

XXVII. Henricus autem Mathildem comitiſſam ad colloquium evocavit, eamque precibus & promiſſis oneratam ad Papam remiſit, & cum ea ſocrum ſuam ejuſque filium, Azzonem etiam marchionem, & abbatem Cluniacenſem, & nonnullos ex primis Italiæ principibus, obſecrans, ut excommunicatione abſolveretur, nec principibus Teutonicis temere fides haberetur .... Eorum legatione audita, Papa reſpondit: Incongruum eſſe, & ab eccleſiaſticis legibus alienum, ut abſentibus accuſatoribus cauſa accuſati ventilaretur: quin imo, ſi innocentiæ ſuæ confideret, omnis timoris ſcrupulo liberatus, ſtatuto die Auguſtam veniret; ſe illic diſcuſſis utrarumque partium allegationibus, nec gratia, nec odio, ſed juxta leges eccleſiaſticas, quam rectiſſimam poſſet, de ſingulis ſententiam laturum eſſe. Illi reſponderunt, Regem nuſquam terrarum ſubterfugere illius judicium, quem ſciat æquitatis & innocentiæ incorruptiſſimum fore vindicem, ſed urgere diem anniverſarium, quo fuiſſet excommunicatus, & principes expectare, ut, ſi ante hanc diem excommunicatione non abſolvatur, deinceps juxta palatinas leges indignus regio honore habeatur, nec ultra pro aſſerenda innocentia ſua mereatur audientiam: proinde obnixius petere, & hoc omni, quo Papa jubeat, ſatisfactionis genere paratum emereri, ut ſolo interim anathemate abſolvatur, reſponſurus ex integro, in quocumque loco Papa præcipiat, omnibus objectis criminibus, & ſententiæ ejus obſecuturum. Diu Papa reſtitit, veritus in Rege juvenilis animi inconſtantiam, & proclive, quocumque aſſentatores impuliſſent, ingenium: ſed ſuperatus importunitate perurgentium: Si veraciter, inquit, eum facti pœnitet, coronam & cætera regni inſignia in argumentum veræ pœnitudinis noſtræ poteſtatis dedat, ſeque poſt tam contumax admiſſum regio nomine & honore indignum profiteatur. Durum nimis hoc viſum eſt legatis; cumque vehementer inſiſterent, ut ſententiam temperaret, vix & ægre tandem exoratus annuit, ut cominus veniret, & culpam ſuam decretis Apoſtolicæ ſedis obediendo expiaret.

Ibid. Annal. Saxo. Venit ille, ut juſſum fuerat, & cum caſtellum illud triplici muro ſeptum eſſet, intra ſecundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu, depoſitoque cultu regio, lanea veſte indutus, nudis pedibus, jejunus mane uſque veſperam perſtitit, Romani Pontificis ſententiam præſtolando: hoc ſecundo & tertio die fecit: quarto demum in conſpectum ejus admiſſus, his conditionibus excommunicatione abſolutus eſt, ut regalem ornatum nonniſi permittente Papa reſumeret, ut excommunicatos colloquio vel convivio vitaret, ut, quocumque loco & die Papæ placeret, de omnibus, quæ ſibi objicerentur, criminibus ſatisfaceret. Demum ut nullum, qui ad Apoſtolorum limina de quibuſcumque locis tenderet, vel ipſe, vel aliquis eorum, quos cohibere poſſet, prohiberet. His ergo jurejurando firmatis, commonetur, ne Deo mentiatur, quia, ſi promiſſa non impleverit, non modo priora vincula non auferantur, ſed & alia ſtrictiora ſuperaddantur: Has tantum reconciliationis conditiones refert Annaliſta Saxo.

Alii

CHRISTI AN. 1077. Greg. P. epist. l. 4. post duodecimam. *Henrici jusjurandum.*

Alii plures & duriores recensent; sed earum nulla fit mentio in Henrici regis jurejurando, vel ei repugnant. Illius exemplar hic subjicimus: " Ego Henricus rex, de murmuratione & dissensione, quam nunc habent contra me Archiepiscopi & episcopi, duces, comites, ceterique principes regni Teutonicorum, & alii, qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa Gregorius constituerit, aut justitiam secundum judicium ejus, aut concordiam secundum consilium ejus faciam, nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit, quo transacto, ad peragendum idem paratus ero. Item, si idem Dominus Papa Gregorius ultra montes, seu ad alias partes terrarum ire voluerit, securus erit ex mei parte, & eorum, quos constringere potero, ab omni læsione vitæ & membrorum ejus, seu captione, tam ipse, quam qui in ejus conductu & comitatu fuerint, seu qui ab illo mittantur, vel ad eum, de quibuscumque terrarum partibus venerint, ineundo, & ibi morando, seu inde redeundo: neque aliquod aliud impedimentum habebit ex meo consensu, quod contra honorem suum sit: & si quis ei fecerit, cum bona fide secundum posse meum illum adjuvabo. „ Actum Canusiæ, quinto Kalendas Februarii, indictione decima quinta, id est, anno millesimo septuagesimo septimo. Henrici regis intercessores eadem pro eo jurejurando confirmarunt.

Lambertus refert, Papam tunc celebrasse Missam, cumquem sacram Eucharistiam sumpturus manu teneret, dixisse Regi: Ego a te tuisque literas accepi, quibus me insimulabas sedem Apostolicam per simoniam occupasse, & quibusdam criminibus vitam maculasse, quæ mihi secundum canones ad sacros ordines accessum obstrinxerint. Hæc licet multis idoneis testibus refellere queam, divino potius testimonio omnem scandali scrupulum tibi auferam. Ecce corpus Dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus suo me hodie judicio vel absolvat objecti criminis suspicione, si innocens sum; vel subitanea interimat morte, si reus. Post hæc terribilia verba Dominicum corpus accepit. Tum conversus ad Regem: Fac ergo, inquit, fili, quod me facere vidisti: principes Teutonici regni magnam tibi molem criminum capitalium impingunt .... si te innocentem nosti, libera compendiose ecclesiam Dei scandalo, & te ipsum longæ concertationis ambiguo, & sume hanc partem hostiæ consecratæ, ut comprobata, Deo teste, tua innocentia, obstruatur omne os adversum te iniqua garrientium. Rex autem attonitus habito cum suis consilio, respondit: quod absentibus suis accusatoribus nullam vim haberet hæc probatio, oravitque Papam, ut rem integram generali concilio reservaret. Hujus facti & plurium, quæ refert Lambertus, non meminit author vitæ Gregorii Papæ, licet satis diligens & coævus. Et quidem parum probabile videtur. Henricum enim gravium scelerum conscium noverat Papa Gregorius, eaque per pœnitentiam non diluisse, utpote quem jam ab anno excommunicasset, & licet a censuris eum absolvisset, conscientiæ reatus per pœnitentiæ sacramentum non expiatos noverat. Gregorius præterea Germaniæ principibus sancte promiserat, quod in publico Imperii conventu Henricus se judice de objectis criminibus satisfaceret; hanc autem promissionem sic infregisset, non sine gravi offensione principum, quorum auxilium adhuc ei erat necessarium. Præterea Papæ judicium in publico principum conventu non acceptarat Henricus, ut ei vel innocenti regnum restitueretur, vel reo penitus adimeretur, ut scribit Lambertus; sed quemadmodum in Henrici jurejurando Papæ tradito legitur, ut justitiam secundum judicium ejus, aut concordiam secundum consilium ejus faciat. Demum de aliis violatæ ab Henrico pacis conditionibus, quas hic author exaggerat, numquam Papa conquestus est, licet longe minora non omittat.

Vit. Greg. Pap. n. 85. apud Boland. Mensi. Majo & Annal. Saxo.

XXVIII. Paulus Bernriedensis Gregorio Papæ subæqualis in ejus vita, his, quæ hactenus diximus, recte concordat, quædam tantum contraxit: Quid postea sit actum, sic refert: Rex postquam communione recepta, sed quæstione regni dilata, solutus ab Apostolico discessit, ad solutam nequitiam redire, & simoniacis Italis excommunicatis contra sedem Apostolicam assentire non dubitavit. Cum enim ad suos reversus, cœpisset eos a convivio suo separare, tumultum fecere dicentes ei, quia, si eos, quorum sapientia & virtute regnum obtinuisset, nunc a se repelleret, Apostolicus ei nec illud reddere, nec aliud adquirere posset. His & aliis verbis ejus animus immutatus est; sed adhuc dissimulavit, sensit enim Mediolanensem populum, Thebaldi sui præsulis excommunicati societatem culpabilem jam refugere, missisque Papæ legatis solutionem imploravisse: cui legationi ego interfui, inquit Arnulphus, de præteritis satisfaciens, in futuro castigare promittens. Papa vero sapienti usus consilio, Anselmum Lucensem & Geraldum Ostiensem episcopum direxit Mediolanum, daturos veniam quibuscumque poscentibus. Ubi vero ingressi sunt urbem, lætata est civitas. Qui toto triduo, confluentibus ad hoc civibus, divina prædicantes eloquia, absolventes benedicunt universos. Theobaldus Mediolanensis Archiepiscopus excommunicatus id indigne tulit, adeo ut seditionem in populo, bellumque conaretur inferre; sed minime valuit. Henricus, qui hunc ei episcopatum dederat, nihil pro ejus restitutione tentavit. CHRISTI AN. 1077. Arnulph. l. 4. c. 13.

Gregorius autem Papa episcopos & principes Germaniæ statim de Regis absolutione literis fecit certiores. " Cum ad vos, inquit, transeundi copiam non haberemus .... Rex, supplices ad nos legatos præmittens, per omnia se satisfacturum Deo ac nobis obtulit, & ad emendationem vitæ suæ omnem se servaturum obedientiam repromisit: dummodo apud nos absolutionis & Apostolicæ benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis consultationibus differentes acriter eum de suis excessibus per omnes, qui intercurrebant, nuntios redargueremus, tandem semetipsum nihil hostile aut temerarium ostentans, ad oppidum Canusii, in quo morati sumus, cum paucis advenit, ibique triduum ante portam depositio omni regio cultu miserabiliter, utpote discalceatus, & laneis indutus, persistens, non prius cum multo fletu Apostolicæ miserationis auxilium & consolationem implorare destitit, quam omnes, qui ibi aderant, & ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem, & compassionis misericordiam movit, ut pro eo multis precibus, & lacrymis intercedentes, omnes quidem insolitam nostræ mentis duritiam mirarentur. Nunnulli vero in nobis non Apostolicæ severitatis gravitatem, sed quasi tyrannicæ feritatis crudelitatem esse clamarent. Denique instantia compunctionis ejus, & tanta omnium, qui hic aderant, supplicatione devicti, tandem eum relaxato anathematis vinculo in communionis gratiam, & sinum S. Matris Ecclesiæ excepimus, acceptis ab eo securitatibus, quæ inferius scriptæ sunt. „ Nullas autem subjicit præter ejus jusjurandum. Greg. P. ep. 12 l. 4.

Henricus non multo post callide missa legatione Papæ supplicavit, ut eum semel apud S. Joannem in Modoetia, vulgo Monza, per episcopos Papiensem & Mediolanensem, more priorum Regum, Italici regni coronam ferream recipere permitteret: vel, si nollet hoc fieri per ejusmodi episcopos, utpote excommunicatos, saltem hoc privilegium Apostolica authoritate cuilibet episcopo concederet exequendum. Sed Papa nullo modo votis ejus acquiescere voluit, ne regnum ei cum communione reddidisse videretur. Rex tunc quidem a regalibus insignibus abstinuit; sed non multo post ea admittere non timuit; sed fortassis post Rodulphi electionem. Vit. Greg. P.

Ibid. *Germaniæ & Italiæ principes conspirant adversus Henricum regem.*

XXIX. Confœderati Germaniæ principes, transacto die Purificationis, quem terminum Henrico constituerant, ut coram Papa in audientia totius regni de criminibus objectis se canonice purgaret, cum ejus versutiam, nec in ipsa reconciliatione, nec postea cessasse didicissent; mox in Suevia apud Ulmam conventu facto, deliberaverunt, ne se deinceps ab illo ludificari permitterent, generalius colloquium ad Forcheim quarto Idus Martii ad novi Regis electionem condixerunt: ad quod etiam Domini Apostolici consilium & auxilium sibi venire missa legatione postulaverunt. Quo audito, Papa ad colloquium direxit Bernardum Ecclesiæ Romanæ diaconum cardinalem, & Bernardum Massiliæ abbatem sexcentorum monachorum, qui Germaniæ principes rogarent, ut dispositionem regni usque ad adventum ejus differrent, si hoc sine periculo fieri posse putarent. Sequenti die, Manegoldus comes, vir sincerus advenit: cujus relatione Papa de novo Rege constituendo factus est certior. Itaque

Gre-

Christi An. 1077. Gregorium Romanæ Eccleſiæ diaconum ad principes deſtinat, qui eos Apoſtolica authoritate adventum ejus præſtolari compelleret, eique juſſit, ut Henricum regem prius adiret, ab eoque peteret, ſi ſecuritatem facere vellet, ut Dominus Papa pro ejus cauſa determinanda tranſiret in Germaniam: quam ſi Henricus, qui adhuc in Longobardia morabatur, negaret, ad ſe rediret, ipſumque ad eum conventum venire juxta promiſſa compelleret. Legatus cum prædicto comite ad Regem profectus eſt, eique dixit: adeſſe tempus, quo promiſſa compleret, conLambert. chron. venturos in Forcheim quarto Idus Martii Teutonici regni principes, ad componendum reipublicæ ſtatum: eo igitur juxta promiſſa conveniret, ut regnum bellis civilibus, ſe ipſum fœdiſſimæ exiſtimationis macula liberaret. Henricus reſpondit, hac primum vice ſe veniſſe in Italiam, ideoque multis & magnis reipublicæ negotiis implicitum, non poſſe tam cito infectis rebus provincia excedere, quin Italos graviter offendat. Præterea citius imminere conventum, quam ut intra tam breve tempus eo curſim venire poſſet. Itaque negata ſecuritate legatum remiſit, qui ad Papam reverſus eſt. Comes autem ad conventum properavit.

Lambert. p. 152. Henricus quidem tunc maximis difficultatibus premebatur. Epponem Citicenſem epiſcopum ad eum Papa miſerat, qui familiares ejus excommunicatione abſolveret. Cum adventus ſui cauſam Italis expoſuiſſet, vehemens adverſus eum coorta eſt indignatio, irriſoriis exclamationibus excommunicationem illius ſe nihil æſtimare, cum ipſum omnes Italiæ epiſcopi juſtis ex cauſis jam pridem excommunicaſſent, qui ſedem Apoſtolicam per ſimoniam occupaſſet, ac fœdiſſimis ſceleribus maculaſſet: nec Regi pepercere, exprobrantes, gloriæ ſuæ crimen intuliſſe non abolendum, qui homini hæretico & & probris omnibus infamato majeſtatem regiam ſubmiſerit, eaque ſubjectione reipublicæ dignitatem prodiderit, ſeque in ultionem ejus injuriæ omnes, quas potuerint, Papæ irrogaſſe injurias. Hæc Italiæ principes per populum ſerendo ingens Regi odium conflaverant. Adulta poſtremo ſeditione, una fuit omnium ſententia, ut abdicato patre, ejus filium licet impubem Regem ſibi facerent: & cum eo Romam profecti Papam alium eligerent, per quem & ipſe protinus Imperator conſecraretur, & Papæ ejus apoſtatici acta caſſarentur.

Perlato ad Henricum tam moleſtæ conſpirationis nuntio, miſit propere principes omnes, qui apud ipſum erant, ut, quacumque poſſent induſtria, efferatæ multitudinis animos mitigarent, rogantes, ne in contumeliam ſuam factum putarent quod, extrema neceſſitate compulſus, communis commodi ratione feciſſet; nec Teutonicis principibus, qui ſibi per calumniam regnum eripere machinarentur, nec Romano Pontifici, qui ad evertendum Eccleſiæ ſtatum ſpirituali gladio circumquaque fulguraret, aliter ſatisfieri potuiſſe, quam ut ante ſtatutum diem excommunicatione abſolveretur; omnem deinceps curam &. induſtriam ſe ad vindicandas ſuas & illorum injurias eſſe translaturum. Vix tandem compreſſo tumultu, plerique principes ſe clam caſtris ſubtrahentes ad ſua rediere. Cæteri quidem ira diſſimulata Regem pacifice excepere; ſed conſuetam reverentiam ei non deferebant, cumque Italiam peragraret, ut injuriam paſſis regio more juſtitiam redderet; nec civitates eum recipiebant, nec fauſtis acclamationibus ei pro more obviam procedebant; ſed in ſuburbanis locis cum exercitu commorari cogebatur, & pauca tantum alimenta miniſtrabant, appoſito ſingulis in locis præſidio, ut prædas agere volentes armata manu coercerent. Rex inſolita rerum facie territus, ſeroque pœnitens, quod inexpertæ gentis fidei temere ſe credidiſſet, gravi ſollicitudine & metu perurgebatur, nec ullum effugium inveniebat, niſi in reconciliandis, ſi qua ratione poſſet, Italorum animis. Excommunicatos igitur priores conſiliarios, quos ab ejus contubernio Papa ſubmoverat, in priſtinum familiaritatis ſuæ gradum revocat, & cum eis de publicis negotiis conſilia confert, aſſidueque in conventu principum criminabatur Romanum Pontificem, qui tantas tempeſtates concitaſſet. In reliquis Lambertus aperte ſibi contradicit, Epponem enim Citicenſem epiſcopum recenſet inter conſiliarios excommunicatos, quos Rex in familiaritatem receperat. Eumdem tamen Epponem a Papa miſſum modo dixerat, ut eos, qui Henrico ante ejus abſolutionem communicaverant, abſolveret. Christi An. 1077.

Henrico ſubſtituitur Rudolphus. Interea fœderati Germaniæ principes apud Forcheim die decimo tertio Martii convenere. Legati literas Apoſtolicas proferunt, affirmant, Papam parum de Henrici promiſſione lætatum, quandoquidem Itali eccleſiæ adverſarii plus audaciæ, quam terroris ex præſentia ejus acciperent, ut non Regis electionem uſque ad Papæ adventum differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſet. Principes tunc legatis aſſurgentes exponunt, quot contumelias & pericula ab Henrico rege pertulerint, vel deinceps reformidarent. Addunt, ejus juramentis ſe fidem habere non poſſe, numquam ſperaſſe ejus correctionem, ſe tamdiu diſtuliſſe, ne aliorum calumniis locum darent, qui correctionem ei intercluſam fortaſſe conquererentur. Hic dies in querimoniis tranſactus eſt. Vit. Gregor. P. num. 93.

In craſtinum rurſus ad hoſpitium legatorum convenientes, ajunt, periculoſiſſimum ſchiſma in toto regno futurum, niſi eo die, uti deliberaverant, novum Regem eligerent. Legati reſponderunt, optimum ſibi videri, ſi novi Regis conſtitutionem in adventum Papæ differre poſſent; cæterum regni proviſionem in arbitrio principum eſſe ſitam, qui rempublicam in manibus tenerent, ac noſſent, quid toti regno expediret . . . Principes a legatis accepta licentia conveniunt apud Sigefredum Moguntinum Archiepiſcopum, illudque inſtar principii ſtatuunt, nullius ſe ſubjectionis exhibendæ Henrico regi obnoxios, cui Papa regnum interdixerit, & omnes Chriſtianos juramento, quod ei feciſſent, abſolverit, eique poſtea communionem, non regnum, falſa correctionis promiſſione reddiderat. Papa tamen Henrici jusjurandum ſub hac ſubſcriptione receperat: Ego Henricus rex, eumque Regem appellaverat in ſuis ad eoſdem principes literis; ſed exilio, carcere, bonorum privatione prius exaſperati, Rudolphum Suevorum ducem multum renitentem regia dignitate ſublimarunt, eique ſe fidelitatis ſacramento ſubdiderunt. Ille jus omne hæreditarium repudiavit, in arbitrio principum eſſe decernens, ut poſt mortem ejus, quem digniſſimum invenirent, eligerent: hac ſapienti cautione filii vitæ conſulens, ſi in bello, quod præſagiebat, vinceretur. Archiepiſcopi Moguntinus & Magdeburgenſis cum ſuis ſuffraganeis, legatis Papæ præſentibus, & regni principibus, eum Moguntiæ regali unctione conſecrarunt. Ibid.

Rudolphus, ut ſe fidelem Romani Pontificis decretorum executorem probaret, ipſo ſuæ conſecrationis die officium diaconi ſimoniaci recipere noluit, qui ad legendum in Miſſa epiſtolam jam ſacris indutus veſtibus proceſſerat. Archiepiſcopus igitur, eo amoto, alium in ejus locum ſubſtituit. Clerici ſimoniaci & incontinentes adverſus Regem & Archiepiſcopum ſeditionem movent: cumque Rex poſt prandium in eccleſiam deſcenderet ad audiendas veſperas, plebs furens palatium & eccleſiam occupare nititur; ſed a militibus Regis compeſcitur, licet inermibus; diebus enim quadrageſimæ ſine armis procedebant. Poſt veſperas, cum populus furens ab incepto non deſiſteret, atque in mortem Regis & Archiepiſcopi conſpiraſſe videretur, principes & milites juſſu Regis arma ſumunt, atque per portam eccleſiæ, quæ magis impugnabatur, erumpunt, & licet pauci eſſent, ingentem hanc multitudinem in fugam vertunt. Rudolphus ſtatim miſſa legatione, Papæ ſuam promotionem ſignificavit. Ibid.

Gregorius hanc electionem contra pacta conventa factam, omnibus bonis odioſam fore intelligens, quandoquidem Henricus maximis negotiis detentus in Italia, & nimia temporis anguſtia coarctatus conventui intereſſe non potuerat, ut objectis ſibi criminibus ſatisfaceret: Expreſſis enim verbis ſcripſerat in jurejurando quod Papæ tradiderat, juſtitiam ſe ſuis accuſatoribus eſſe facturum infra terminum, quem Papa conſtitueret, niſi certum impedimentum ſibi obſtiterit. Itaque Gregorius eam non comprobavit, ut conſtat ex ejus ad omnes fideles epiſtola; ſic enim de ea ſcribit: " Illud admodum veſtræ dilectioni notificare non dedignamur, Deo teſte, Rodulphum, qui Rex ab ultro-montanis ordinatus eſt, non noſtro præcepto ſive conſilio regnum tunc ſuſcepiſſe: inſuper etiam nos in ſynodo decernentes firmaviſſe, niſi Archiepiſcopi & epiſcopi, qui illum ordinaverunt, hoc factum ſuum recte defendere potuiſſent, tam ipſos a dignitatibus ſuis, quam & præfatum Rodulphum a regno deponere. „ Rurſus Gregor. P. epiſt. 28. l. 9. Ep. 23. l. 4.

Christi An. 1077. sus hæc de eadem electione Bernardo diacono, & Bernardo abbati suis legatis præcepit: " Monemus vos & præcipimus, ut fulti authoritate nostri præcepti, nostraque vice, utrumque Regem, Henricum videlicet atque Rodulphum, commoneatis, quatenus viam nobis illuc, nempe in Germaniam, secure transeundi aperiant, & adjutorium atque ducatum per tales personas, de quibus vos bene confiditis, præbeant . . . . . Desideramus enim cum consilio clericorum & laicorum ejusdem regni causam inter eos discutere, & cujus parti magis ad regni gubernacula justitia favet, demonstrare . . . Hoc autem quod inter nos agitur negotium, tantæ gravitatis est, tantique periculi, ut, si a nobis fuerit aliqua occasione neglectum, non solum illis & nobis, sed etiam universali Ecclesiæ magnum & lamentabile pariat detrimentum. Quapropter si alteruter prædictorum Regum huic nostræ voluntati & deliberationi parere renuerit . . . . omnibus modis usque ad mortem, si oportet, nostra vice ei resistite: & totius regni gubernacula contradicendo, tam illum, quam omnes sibi consentientes, participatione corporis & sanguinis Domini nostri JESU Christi, & a liminibus sanctæ Ecclesiæ separate . . . . quia scelus idololatriæ incurrit qui Apostolicæ sedi obedire contemnit: & quod B. Gregorius decrevit, Reges a sua dignitate cadere, si temerario ausu præsumerent contra Apostolicæ sedis jussa venire (loquitur de privilegio, quod monasterio S. Medardi concessit Gregorius magnus.) Alteri autem, qui nostræ jussioni humiliter paruerit, convocato concilio omnium clericorum & laicorum, adjutorium in omnibus præbete, & in regia dignitate nostra vice confirmata, omnibusque episcopis, abbatibus, clericis, ac laicis in omni regno habitantibus, ut fideliter Regi obediant & deserviant, præcipite. Data Carpinetæ, secundo Kalendas Junii, indictione decima quinta; id est, anno millesimo septuagesimo septimo. Ex his liquet, quid Gregorius intenderit Rodulphi electionem permittens & non approbans, quid juris sibi attribuerit, quove fundamento.

Ibid. Ep. 24. Eadem die literas ad Germanos dedit, in quibus superiorem epistolam transcribit, significans quid suis legatis in mandatis dederit. Confœderati principes his receptis consternati, Papæ rescripsere, conquerentes, quod Henricum, quem propter illatas Apostolicæ sedi injurias deposuerant, ipsis inconsultis, excommunicatione absolverit, licet nihil eum mutasse de sententia, qua illum regno privaverit, ex literis ejus intellexerint: præsertim cum absolutio sacramenti fidelitatis, quam omnibus concesserat, cassari non possit. Ergo, inquiunt, cum jam ultra anni terminum sine rectore essemus, in locum, de quo prævaricatus ille, alius principum nostrorum electione subrogatus est. Cumque de electo nobis Rege spes magna ad refocillandum Imperium succresceret, ecce ex insperato literæ vestræ venientes, duos in uno regno Reges pronuntiant, duobus legationem decernunt. Quam regii nominis pluralitatem & regni divisionem, divisio quoque populi & studia partium subsecuta sunt. Quippe cum in epistolis vestris, illius prævaricatoris, scilicet Henrici, personam semper præponi cernerent, atque ab eo exigi, ut ducatum vobis in has partes ad causas discutiendas præberet. Cujus discussionis qualis sit modus, mirabile est in oculis nostris, scilicet ut is, qui jam synodali judicio, nulla conditione interposita, depositus est, alio in eandem dignitatem Apostolica authoritate firmato, nunc tandem ad rationem ponatur, & quod finitum est, denuo incipiatur. Saxones ista scribentes, non satis attenderant ad jusjurandum, quod ab Henrico susceperat Gregorius.

Brun. de bell. Sax. p. 146.

Gregor. P. epist. 22. l. 4. XXX. Interea Gerardus Cameracensis electus episcopus Papam adiit, eique confessus est, se post electionem suam donum episcopatus ab Henrico rege accepisse: defensionem autem proposuit, se neque decretum Papæ de prohibitione hujusmodi acceptionis, nec ipsum Henricum excommunicatum fuisse certo cognovisse, episcopatumque in manus Papæ resignavit, suamque causam ejus judicio reliquit. Illius humiliatione ad misericordiam flexus Gregorius, præsertim cum eum canonice electum, & vitam ejus laudabilem certo sciret, illum remisit ad Hugonem Diensem in Galliis suum legatum; jussitque, ut coram eo & Manasse Remensi Archiepiscopo aliisque comprovincialibus episcopis defensionem suam sacramento confirmaret. Itaque Papa scripsit Hugoni, ut concilium in partibus illis convocaret cum consensu Regis Francorum, qui si eum negaret, concilium in ecclesia Lingonensi indiceret; Thebaldus enim Campaniæ comes ei promiserat, ut si Rex legatos suos recipere nollet, ipse eos reciperet, & synodum celebrare permitteret. Monet igitur ut Rainardum Lingonensem episcopum conveniat, & communi consilio synodum instituat, evocetque Remensem Archiepiscopum cum aliis episcopis Franciæ, ibique Gerardi causam discutiat, & post acceptum ejus sacramentum illius electionem confirmet, & de ejus ordinatione statuat. Quasdam etiam alias causas ei committit, de quibus inferius. Christi An. 1077.

Tum addit: " Hoc etiam attentissime exequi studeat, ut congregatis omnibus manifesta denuntiatione interdicat, ut pro conservanda deinceps in promovendis episcopis canonica & Apostolica authoritate, nullus Metropolitanorum, aut quivis episcoporum alicui, qui a laica persona donum episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manum audeat, nisi dignitatis suæ honore officioque carere & ipse velit. Similiter etiam ut nulla potestas, aut aliqua persona de hujusmodi honoris donatione vel acceptione ulterius se intromittere debeat. Quod si præsumpserit, eadem sententia & animadversionis censura, quam B. Hadrianus Papa in octava synodo de hujusmodi præsumptoribus & sacræ authoritatis corruptoribus statuit atque firmavit, se adstrictum ac ligatum fore cognoscat. Eos autem qui post recensitam a nobis hujus decreti authoritatem investituram episcopatus per manus sæcularium dominorum & potestatum susceperunt, & qui eis manum in ordinatione imponere præsumpserunt, ad nos super hac re rationem reddituros venire Apostolica authoritate præcipias. „ Data quarto Idus Maji, indictione decima quinta. „ Ibid. Investiture prohibite.

Hadrianum Papam in octava synodo investituras prohibuisse, ex his quidam male colligunt; earum quippe nullus apud Græcos fuit usus; sed id unum interdixit, ne Imperatores, uti consueverant, Archiepiscopos & episcopos pro arbitrio ejicerent, & quoscumque vellent, ad eos gradus ecclesiasticos promoveri juberent, sic enim Ignatio Photius fuerat substitutus. Gregorius Papa septimus investituras primus interdixit. At quandonam, disputant critici. Nullum hactenus de ea re decretum reperimus: eas tamen in prædicta epistola jam damnatas asserit. Hinc nonnulli hujusmodi prohibitionis decretum, quod in actis septimæ synodi Romanæ sub Gregorio legitur, primæ vel secundæ attribuunt, quia illud cum earum actis consequenter refert Hugo Flaviniacensis abbas. Chron. Vird.

XXXI. Hugo Diensis Augustoduni concilium tenuit anno millesimo septuagesimo septimo, ubi convenerant ex Francia & Burgundia illustres viri, episcopi & clerici, abbates & monachi quamplurimi. Hugo dux Burgundiæ aderat. Actum est de multis Ecclesiæ utilitatibus. Accusatus est in eo Remensis ecclesiæ invasor simoniacus Manasses a clericis Remensibus, & suspensus est ab officio, quia vocatus ad concilium, ut se purgaret, non venit. Qui, cum canonicis accusatoribus suis redeuntibus plurimas parasset insidias, denuo domos eorum fregit, & præbendas vendidit, & bona diripuit. Inde cum Papæ literas accepisset, ut in concilio se cum sex purgaret episcopis, Romam ivit. *Augustodunensi Synod. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.*

Quinta die, quia Lugdunensis sedes, Humberto simoniaco expulso, & in locis Jurensibus monacho facto, vacabat antistite; electus est Gebuinus Lingonensis archidiaconus, vir morum probitate venustus, ut præficeretur Lugdunensi ecclesiæ. Hoc totius concilii acclamavit assensus: hoc etiam Lugdunensis ecclesiæ clericorum & laicorum, qui aderant, expetiit bonæ voluntatis affectus. Raptus igitur de altari, quo confugerat, diligentius servatur, ut die Dominico more solemni benediceretur. Rainardus Lingonensis vir nobilis & urbanæ eloquentiæ, oratione habita conquestus est de damno ecclesiæ suæ, quæ amittebat archidiaconum in ecclesiasticis & sæcularibus negotiis sibi perneccessarium. Ibid.

Verba etiam fecit de monasterio sancti Benigni Divionensis, cujus abbas obierat Adalbero, & monachis dissidentibus duplex facta fuerat electio.

Plan-

Christi An. 1077. Planxit sic laxatam in eo monasterio disciplinam regularem, ut cum prius multis Ecclesiis præsules suppeditasset, jam nullum, qui ei præesset de suis invenire posset. A legato interrogatus, quem tanto officio dignum putaret, ille priorem Casæ-Dei designavit, qui dicebatur Jarento: venerat ut de injuriis suæ Ecclesiæ illatis conquereretur. Ille vero faventibus suis monachis cum jam elaberetur, capitur & tenetur, & flens multum reducitur. Nuntius missus est ad monachos Divionenses, qui ejus electionem confirmarunt. Die Dominico decimo quinto Kalendas Octobris Papæ legatus Gebuinum consecravit in Lugdunensem Archiepiscopum; Lingonensis Episcopus Jarentum in Abbatem Divionensem.

Ibid. Alia quædam in eadem synodo gesta sunt, quæ sic in suis ad Gregorium Papam literis refert Hugo legatus: Noviomensis dictus Episcopus nobis confessus est simoniam suam, præsentibus Laudunensi & Lingonensi Episcopis. Unde etiam sacramento supra sacra Evangelia nobis firmavit, quod visis literis vestris, vel legatione vestra, Ecclesiam, quam male occupaverat, bene dimitteret, & pro posse & scire suo, ut alius juxta Deum ordinaretur, adjuvaret. Silvanectensis vero Episcopus, accepta investitura de manu Regis, ordinatus est a Remensi, cui literis vestris interdixistis, ne hujusmodi in Episcopos acciperet. Altisiodorensis infra annos ordinatus, investituram quidem de manu Regis non accepit, quamquam per familiares Regis ejus gratiam consecutus sit. Hic vocabatur Robertus, Nivernensis comitis filius, ac proinde Regi consanguinitate conjunctus. De Senonensi autem Archiepiscopo quantam contumeliam quantamve injuriam authoritati vestræ in nostra legatione intulerit, ut spero, sufficienter auditis: Burdegalensis quoque, quoniam vocatus anno præterito ad Arvernense concilium, neque venit, neque canonice se excusavit, in eodem concilio ab Episcopali officio suspensus est. Quod ille vilipendens, interdictum sibi usurpavit officium. Rursus vocatus ad Augustodunense concilium, quoniam nullam excusationem nobis misit, etiam a sacerdotio suspendimus eum. De his omnibus quid magnitudo vestra judicaverit, parvitati nostræ rogamus rescribere. Præterea summopere poscimus, ut per dominum Valentinum Episcopum, pallium nobis mittatis ad confirmandum ordinationem religiosissimi Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopi contra oblatrantes hæreticos, & de Regis indignatione adversus ordinationem Dei carnaliter gloriantes. Manassem canonicum Remensem amicum nostrum, qui Remensis Ecclesiæ male acquisitam præposituram in manu nostra dimisit, commendamus sanctitati vestræ, sicut catholicæ fidei sincerum defensorem, & dominum Brunonem ejusdem Ecclesiæ in omni honestate magistrum, quoniam digni habiti sunt ambo pro nomine JESU contumeliam pati. Persecutionem quippe a Manasse Archiepiscopo, cujus fuerant accusatores, sustinuerant. S. Bruno Cartusianorum fundator postea extitit. Manasses vero paulo post ad Remensem Archiepiscopatum promotus est.

Bolland. ex Majo in aliis Greg. P. XXXII. Gregorius Papa Romam rediens, receptis nuntiis Roberti Guiscardi Normannorum ducis, versus Apuliam post octavas Pentecostes iter arripuit, & cum ipso apud Aquinum colloquium habuit: congruaque ab eo satisfactione suscepta, prius eum a vinculo excommunicationis absolvit, & postea fidelitatem & homagium ejus recepit, postmodum vero jam assumptum in specialem B. Petri militem, de totius Apuliæ & Calabriæ ducatu per vexillum sedis Apostolicæ investivit: ac proinde cum eo fœdus iniit, ut eum strenuum haberet defensorem una cum comitissa Mathilde, quæ tunc cunctas suas ditiones, Tusciam scilicet & partem Longobardiæ, scripto donavit Romanæ Ecclesiæ. Præterea, quoties Papa ejus opera indiguit, semper adfuit, & tanquam patri vel domino sedulum exhibuit officium. Unde nec evadere potuit incesti amoris suspicionem, id passim jactantibus Regis fautoribus, & præcipue clericis incontinentibus. Sed apud omnes sanum aliquid sapientes luce clarius constabat, falsa esse quæ dicebantur. Nam Papa tam Apostolice vitam instituebat, ut nec minimam sinistri rumoris maculam conversationis ejus sublimitas admitteret: & illa, si in urbe celeberrima, atque in tanta obsequentium frequentia obscœnum aliquid perpetraret, latere non potuisset. Nonnulli ferunt Henricum Papæ propositum fuisse colloquium, ut sic eum dolo caperet; sed illud crimen nunquam ei objecit Gregorius, qui minora non negligit.

Chron. Vird.

Lambert. *Mathildis comitissa* Greg. P. *partes tuetur.*

Christi An. 1077. & 1078. XXXIII. Papa magnis omnium acclamationibus Romæ susceptus est mense Septembri. Secundo Nonas Octobris communem Epistolam direxit ad Richerium Senonensem & Richardum Bituricensem, Archiepiscopos, & ad eorum suffraganeos. "Quanta, inquit, inobedientia Rainerus dictus Aurelianensis Episcopus contra authoritatem sedis Apostolicæ se armaverit, & in quantam confusionem Ecclesiam illam perduxerit, licet vos scire non dubitamus, quosdam tamen excessuum suorum vobis dicere procuravimus. Dicitur legitimam ætatem non habens contra decreta SS. Patrum, sine idonea cleri & populi electione, Ecclesiam invasisse. Dicitur etiam quod in promotione clericorum Archidiaconatus & Abbatias per negotiationem vendendo, nullam honestatem & Dei timorem servaverit. Super hoc etiam bis & ter fraterna charitate a nobis vocatus, non solum ad nos venire neglexit, sed etiam aliquem, qui eum de objectis legitime excusaret, mittere contempsit, & a nobis interdictus, atque communione corporis & sanguinis Domini separatus, officium Episcopale celebrare non timuit: Benedictum etiam deferentem literas nostras in captione suorum, ad contemptum Apostolicæ sedis, diu affici permisit. Quapropter Apostolica authoritate vobis præcipimus, ut ad examinationem actuum suorum in locum, quem magis aptum probaveritis, conveniatis, ibique de supradictis vobis respondeat. Quod si forte in superbia sua permanens, infra quadraginta dies admonitionis venire contempserit, aut veniens de omnibus supradictis canonice se non expurgaverit; authoritate Apostolica sententiam damnationis & depositionis, sine omni spe restitutionis in eum promulgamus. Quam vos, sicut decet, per aures circumstantis populi diffundite, & Saxonem, de quo vos mihi scripsistis, in loco illius depositi subrogate. Rainerius tamen retinuit Episcopatum. Agnes Imperatrix Henrici Regis mater Romæ die decima quarta Decembris ejusdem anni vitam cum morte commutavit. Totam fere peragravit Italiam, devotissime visitans SS. Reliquias, & offerens eis pretiosa donaria, plurimasque faciens eleemosynas in urbibus & vicis, & in omnibus locis, ad quæ orationis gratia veniebat.

Pictavienses synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. Pictavienses synodus, quam post Augustodunensem indixerat Hugo legatus, die decimo quinto Januarii anni millesimi septuagesimi octavi celebrata est. De ejus gestis ad Papam Hugo sic scripsit: Francorum Rex Philippus sibi contrarius mihi misit literas, in quibus confitebatur se desiderare vocari filium meum, & cum omni honore authoritatem nostræ legationis commendabilem efficiens. Deinde comiti Pictavienses, & Episcopis sui juris misit literas, adjurans eos, & suæ majestatis ac fidelitatis reos esse instituens, si comes pateretur nos uspiam quasi concilia celebrare, Episcopi vero, si interessent, & nostris faverent decretis, in quibus nitebamur splendorem coronæ ejus obscurare & principum regni ejus (scilicet prohibendo investituras.) In hac adversitate Turonensis Archiepiscopus & Redonensis Episcopus superbe perversi, totum pæne occupaverunt concilium. Redonensis comprobatus est reus, quia priusquam esset clericus, ordinatus est in Episcopatum. Deinde cum eques esset, inimicum ab equo dejecit, ejusque socius dejectum vulnere confodit, ex quo mors subsecuta est. Nos multorum precibus inclinati, suspensum, quia suæ utilis erat Ecclesiæ, vestræ misericordiæ judicandum relinquimus. Turonensis comprobatus est ante Episcopatum decaniam emisse, & postea nullo modo canonice electus non potuit obtinere a Rege donum Episcopatus, usque dum ejus nepos per pecuniam præfatam decaniam fuerit adeptus, & militi silvam promisit, si pro Episcopatu eum juvisset. Longum est, pater, enumerare conflictus, quos Turonensis nobis intulerit ... Foribus Ecclesiæ effractis, servientes eorum, securibus armata manu, introeuntes, ita concilium magno tumultu exturbaverunt, quo fratrem Teuzonem occidissent, nisi Deus eum servasset. Ita nobis cum paucitate ac dedecore relictis, Turonensis & suffraganei ejus inordinate recesserunt.

Ibid. Altera die in Ecclesia B. Hilarii inito concilio, nulla nobis promissa satisfactione de injuria, idem exurgens tanquam leo rugiens non potuit audiri diutius: nos eum suspendimus ab officio sacerdotali: & quia sedem Apostolicam appellavit, ad eam remi-

Christi An. 1078

remisimus. Abbas Bergensis Ecclesiæ fuisse simoniacus comprobatus est & depositus. Bisontinus Archiepiscopus nec Eduensi nec Pictaviensi concilio se præsentavit, nec canonicam misit excusationem. Belvacensem pulsatum de simonia, &, quod post decretum præbendas vendiderit, judicandum vobis remisimus, & Noviomensem & Ambianensem cum suis ordinatoribus . . . Andegavensis comitis causas, sicut præcepistis, ab ipsius ore audientes, rationabiles pæne esse credidimus. Sed de absolutione ejus non præsumentes, diffinitionem hujus rei prudentiæ sanctitatis vestræ committimus . . . . Provideat vestra sanctitas, ne diutius tam opprobriose nobis improperetur, quod simoniaci, vel quicumque criminosi a nobis suspensi vel depositi, aut etiam damnati libenter currunt Romam, & ubi sentire deberent ampliorem rigorem justitiæ, inde reportant quasi misericordiam pro voluntate. „

Ibid. *Investituræ prohibitæ.*

Eidem synodo tribuuntur decem sequentes canones. " Primus. Decrevit sancta synodus, ut nullus Episcopus, Abbas, Presbyter, vel quælibet persona de clero accipiat de manu Regis, vel comitis, vel cujuslibet laicæ personæ, donum Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, vel aliquarum rerum Ecclesiasticarum: sed Episcopus a suo Metropolitano, Abbas, Presbyter, & cæteræ personæ inferiores a proprio Episcopo. Si vero laici decretis canonicis resistentes Ecclesias violenter tenere præsumpserint, ipsi excommunicentur: in Ecclesiis vero illis nullum fiat divinum officium. „ Secundus prohibet, ne quis duo beneficia etiam in diversis Ecclesiis possideat. Quartus, ut nullus Episcopus pro suis functionibus exercendis munus accipiat. Quintus " ut nullus Abbas, monachus, vel quilibet alius pœnitentias injungat, nisi quibus proprius Episcopus hanc curam dederit. „ Sextus præcipit, ut Abbates sint Presbyteri. Octavus, ut filii presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad sacros gradus non promoveantur, nisi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viventes. Prælationes vero nullatenus habeant. Nonus, " ut nullus presbyter, Diaconus vel subdiaconus concubinam habeant . . . & quicumque concubinarii sacerdotis sive per pecuniam ordinati missam scienter audierint, excommunicationi subjacere debeant. „ Decimus. Clerici arma portantes, & usurarii excommunicentur.

Investiturarum usus & origo.

XXXIV. Investiturarum controversia, quæ magnos motus in occidente excitavit, dum eas retinere contendunt Reges & Imperatores, abolere vero volunt Romani Pontifices, ut penitus innotescat; earum notionem, originem & statum hic paucis exponere juvat. Post mortem Ludovici Pii Imperatoris, provinciarum præfecti, qui duces vel comites dicebantur, provincias, quas regebant, velut hæreditario jure sensim occupaverunt in toto Imperio Francico, ita tamen, ut Regis vel Imperatoris supremum agnoscerent dominium, eisque præter homagium & juramentum fidelitatis, certa quædam obsequia persolverent. Mortuo patri filius succedebat, eique Rex sub iisdem conditionalibus regalia feuda concedebat, sicque eum investire dicebatur. Investitus autem Regi munera tunc offerebat. Episcopi procerum exemplo Episcopalem urbem cum ejus pertinentiis sibi vindicarunt, quas Reges eis indulsere sub iisdem conditionibus, vel etiam Episcopis & Abbatibus ex devotione feuda regalia tradiderunt. Inde factum est, ut cum quis in Episcopatum vel Abbatiam eligeretur, duo præterea requirerentur priusquam ordinaretur, scilicet ut Imperator vel Rex ejus electioni consensum daret: deinde regalia ei concederet, quod baculi & annuli pastoralis traditione fieri consueverat. Investiturarum usus in toto Imperio Francico hactenus perseveraverat, absque ulla Ecclesiæ vel Romanorum Pontificum reprehensione. Tres Othones, & S. Henricus, investituras sic semper dederant. Et quamvis electionum jura nonnumquam infringerent, non reclamatum est, quoniam dignissimos gratis promovebant non sine consensu Ecclesiarum.

Investiturarum malus usus canonicarum electionum libertatem sensim oppressit, nec nisi consensus umbratilis & coactus clero & populo relinquebatur. Quodque deterius est, venales fiebant Episcopatus & Abbatiæ, acceptoque grandi pretio principes ad hujusmodi sacras præfecturas homines indignissimos promovebant, & non raro sub nominibus pensionum vel munerum magna tributa Ecclesiis imponebant. Henrici IV. ætate sic invaluerat simonia, ut quinque tantum Episcopi canonice promoti in tota Germania reperirentur. Eadem lues alia quoque regna infecerat. Eorum omnium exempla multa superius retulimus. Christi An. 1078.

Hinc Romani Pontifices, ut canonicarum electionum libertatem restituerent, utque simoniæ labem ab Ecclesiæ ministris penitus removerent, investituras prohibuere, quæ tot scelerum videbantur occasio proxima. Præterea ferre non poterant, ut principes investituras darent per traditionem baculi pastoralis, qui spiritualis potestatis insigne est. Imperatores vero & Reges suis regalibus se privari non patiebantur, & jura sua repetebant, quæ amittere non possent, quin eorum reditus, authoritas, & dignitas plurimum imminueretur. Quomodo lis adeo difficilis composita sit, dicemus inferius.

S. Anselmi prima opera.

XXXV. S. Anselmus Augustæ ad Alpium radices natus, tunc prior in Beccensi cœnobio scripsit quosdam tractatus, primo de veritate, secundo de libertate arbitrii, tertio de casu diaboli, quarto de Grammatica. In eo multas quæstiones dialecticas proponit atque solvit: primum monologium appellavit. Solus enim in eo secum loquitur, & tacita consideratione quærit & invenit, & quod vera fides de Deo sentit, ratione probat, nec aliter esse posse astruit. Composuit & sextum librum subtilissimæ contemplationis, quem Prosologium nominat. Se ipsum enim aut Deum in eo alloquitur. Quidquid in priori opere de Dei existentia multis rationibus disputaverat, in eo reducit ad illud argumentum: Dei nomine intelligitur ens summe perfectum, ac proinde includens omnes perfectiones, & consequenter existentiam, quæ est perfectio: igitur necessario existit. Quod argumenti genus ut invicte concludat, unum ei addi debuisset; scilicet quod omnium perfectionum collectio nullam involvat implicantiam. Atheus enim ultro concedet, Ens summe perfectum in idea sua includere existentiam, sed contendet hanc omnium perfectionum collectionem esse impossibilem. At quærendum ab eo ut probet, perfectiones infinitas, quales esse debent in ente summe perfecto, sese invicem excludere; quod numquam evincet. Perfectiones enim non nisi ratione limitationis sibi invicem repugnant. Hoc enim ipso quod aliqua perfectio finita est, negat ulteriorem majorem perfectionem. Sed si perfectiones supponantur infinitæ, tunc sese invicem potius includunt.

Romæ Synod. Concil. tom. 6. ed Hard. tom. 10. Lab.

XXXVI. Gregorius Papa, anno millesimo septuagesimo octavo, quinto Nonas Martii, Romæ celebravit quartam synodum: aderant centum Episcopi, & plurimi Abbates, & diversorum ordinum clerici. Longobardiæ Episcopi ad eam literis evocati, promissa licet securitate non venerunt. Sequentem in eos sententiam ex synodi consensu Papa protulit. " Tebaldum Archiepiscopum Mediolanensem, & Ravennatem Guibertum, inaudita hæresi & superbia adversus hanc catholicam Ecclesiam se extollentes, ab Episcopali suspendimus & sacerdotali officio: & olim jam factum anathema super ipsos innovamus. Arnulphum Cremonensem publice convictum, & confitentem se simoniacum, ab omni Episcopali officio absque spe recuperationis deponimus: & usque ad dignam satisfactionem anathemate percutimus. Rolandum vero Tarvisiensem, qui pro adipiscendo Episcopatus honore subdolus factus legatus inter Regnum & Sacerdotium schisma facere non abhorruit, ut amodo & usque in sæculum Episcopali careat dignitate, Apostolica censura censemus: & ut nullus successorum nostrorum suæ consecrationi aliquo modo consentiat, modis omnibus prohibemus, & perpetuo eum anathemate alligamus, nisi resipuerit, & digne Deo satisfecerit. „ Successores ejusmodi prohibitionibus se teneri minime putant, ut pluribus constat exemplis. " Hugonem Cardinalem tertio ab Apostolica sede damnatum, eo quod socius factus sit hæresis Cadaloi Parmensis Episcopi, & iterum constitutus legatus sedis Apostolicæ, hæreticis & simoniacis ab Apostolica sede damnatis se conjunxit: & tertio factus apostata & hæresiarcha, schismata & divisiones in Ecclesia Dei, tentans eam scindere, fecit, ab omni Sacerdotali officio privamus; & tam ab ingressu &

hono-

Christi An. 1078. honore prædictæ eccleſiæ, quam omnium eccleſiarum, ſub perpetua & irrevocabili ſententia ſubmovemus, & uſque ad ſatisfactionem anathemate percutimus. Renovamus etiam excommunicationem a prædeceſſoribus noſtris factam ſuper Gaufredum Archiepiſcopum Narbonenſem, & abſque ulla recuperationis ſpe ab epiſcopali officio eum ſubmovemus. „

Annal. Saxo. Ibid. Rudolphi partes in Germania ſequebantur Suevi & Saxones, reliquas provincias obtinuit Henricus. Quam regni diviſionem bella inteſtina, & eccleſiarum inaudita vaſtatio ſecuta ſunt. Tot malorum invidiam ut a ſe removeret Gregorius, in eadem ſynodo ſtatuit, ut in Germaniam mitterentur legati, qui religioſos clericalis & laicalis ordinis viros convocent, cum quibus pacem juſte componant: aut veritate prægognita, cui parti magis juſtitia faveat, ad plenum addiſcere valeant, quatenus pars injuſta deſiſtat .... Præcepit, ut nulla perſona cujuſcumque potentiæ etiam Rex vel Archiepiſcopus quocumque modo legatis obſiſtere audeat. Eos vero, qui illis reſtiterint, vinculo anathematis alligat non ſolum in ſpiritu, verum etiam in corpore & omni proſperitate hujus vitæ Apoſtolica authoritate innodat, & victoriam ejus in armis aufert. Nova eſt hæc anathematis formula.

Ibid. " Excommunicamus etiam, inquit, Normannos, qui invadere terram ſancti Petri laborant: Epiſcopos, qui, acceptis noſtris literis non venerunt ad ſynodum, ab epiſcopali ſuſpendimus officio, & eos, qui coram Normannis, donec excommunicati fuerint, divinum fecerint officium .... Jubemus ut quicumque naufragum quemlibet, & bona illius invenerit, ſecure tam eum, quam omnia ſua dimittat. Ordinationes vero illorum, qui ab excommunicatis ſunt ordinati, irritas fieri cenſemus. Eos, qui excommunicatis fidelitate aut ſacramento conſtricti ſunt, Apoſtolica authoritate a ſacramento abſolvimus: & ne ſibi fidelitatem obſervent, omnibus modis prohibemus. „ Et quoniam tanta erat excommunicatorum multitudo, ut ad evitandam excommunicationem, quæ ex eorum conſortio contrahebatur, ſecedendum in ſolitudines videretur, ibidem addit: " Et quoniam multos pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus ... devicti miſecordia, anathematis ſententiam ad tempus opportune temperamus. Apoſtolica itaque authoritate anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet uxores, liberos, ſervos, ancillas, ſeu mancipia, nec non ruſticos & ſervientes, & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, ut eorum conſilio ſcelera perpetrentur, & illos, qui ignoranter excommunicatis communicant. Quicumque autem orator, ſive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non habet unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et ſi quis excommunicatis pro ſuſtentatione, non ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa, aliquid dare voluerit, fieri non prohibemus.

Gregor. P. epiſt. 15. l. 5. Decretum ſuum pro pace conſtituenda Germaniæ epiſcopis & principibus literis ſignificavit: eique ſubjecit: " Præſentium portitorem ad hoc vobis dirigimus, ut una cum venerabili fratre noſtro Udone Trevirenſi Archiepiſcopo, qui Henrico favet, & altero epiſcopo ex parte Rodulphi locum & tempus prædicti conventus ſtatuant, quatenus legati noſtri ſecurius ad vos venire, & quæ omnipotenti Deo placent, valeant perficere. „ Data Romæ, ſeptimo Idus Martii, indictione prima, id eſt, anno milleſimo ſeptuageſimo octavo. Udonem Trevirenſem aliis literis hortatus eſt, ut pro componenda pace laboret, & notificato ſuo de pace conſilio ad ſe veniat, ne legatos fruſtra & cum periculo mittat. Tum addit: Præcipimus etiam tibi ex authoritate beati Petri, ut cui juſtitia favet, tu omnino faveas, & hoc idem facere clericos & laicos, quos poteris, ex parte noſtra commoneas: Treva etiam a vobis proviſa uſque ad quindecim dies poſt conventus ſolutionem illæſa perſeveret. „

Ibid. Epiſt. 17. Id etiam in eadem ſynodo ſtatuit, de epiſcopis Franciæ & Burgundiæ, qui ab Hugone Dienſi legato ſuo ſuſpenſi ſeu damnati fuerint. Hugonem Biſuntinum, Richetium Senonenſem, Gotefridum Carnotenſem, Richardum Biturigenſem, Rodulphum Turonenſem in integrum reſtituit, dummodo de objectis coram legato ſuo ſatisfaciant. Manaſſem etiam Remenſem in gradum & officium reſtituit, quia ſupra corpus ſancti Petri juraverat, quod ad ſynodum a legato vocatus, ſi non venerit, id non egerit per ſuperbiam; promiſeritque ſe deinceps vocatum vel literis Papæ vel nuntio ſe venturum, & Romanæ Eccleſiæ judicio obtemperaturum, & Remenſis eccleſiæ bona conſervaturum.

Christi An. 1078.

XXXVII. Manaſſes poſtquam in ſedem ſuam rediit, Papæ ſcripſit: obſecro vos, ut dignitatem, quam anteceſſores veſtri meis ſervaverunt, & privilegia, quæ ſcriptis ad poſterorum memoriam reliquerunt, mihi reſervare dignemini, ne irritum ſit privilegium, quod ipſi dediſtis mihi: ſcilicet ut a vobis interpellatus reſpondeam, & legatis veſtris Romanis, non ultra-montanis ... Unde propter talium pudendas vocationes, mihi, qui totius Galliæ epiſcopos debeo convocare, liceat confidere de vobis, me ſine legatorum vocatione permanſurum, donec ad vos poſt Paſcha veniam. Gregorius eum objurgans reſcripſit, eos omnes eſſe legatos Romanos, quibus Romanus Pontifex vices ſuas committit: quod variis confirmat exemplis. His ſubjicit: " Remenſis eccleſia quodam tempore primati ſubjacuit, & ei ut magiſtro poſt Romanum Pontificem obedivit ... Nec id dicimus, ut privilegia veſtræ eccleſiæ contra rationem vel infringi velimus, vel imminui: de quibus ſuo tempore otioſis collocuturi ſumus. Sed interim dilectionem veſtram ex parte beati Petri admonemus, ut coram Dienſi epiſcopo & Cluniacenſi abbate, quibus in his vicem noſtram commiſimus, ſuper objectis omnibus ſitis reſpondere parati, legaliter ſatisfacere, canonice purificari. „ Eumdem monet, ut querelas ſuas de Viennenſi Archiepiſcopo & de aliis ad eoſdem deferat.

Gregor. P. ep. 2. l. 6.

Christi An. 1077. *Dolenſis Archiepiſcopat.* Johoneus Dolenſis in Britannia minore epiſcopus hanc ſedem per ſimoniam obtinuerat, atque in ea ſcandaloſe vixerat, accepta etiam conjuge, ex qua plures ſuſcepit filias, quibus dotes ex bonis ſuæ eccleſiæ dedit; Alanique ducis authoritate eam diu retinuerat, contemptis Nicolai Papæ ſecundi juſſionibus. Gregorius hunc depoſuit. Dolenſis clerus & populus elegere Geldovinum canonicum adhuc juniorem, & miſere Romam poſtulantes, ut eum Papa conſecraret. Gregorius hanc eccleſiam jam diu oppreſſam reformare volens, illum quamvis canonice electum, & honeſtis præditum moribus non admiſit, ob immaturam tantæ dignitati juventam, ſed ex ejus, aliorumque qui cum eo venerant, conſenſu, Ivonem abbatem ſancti Melanii, licet repugnantem, ordinavit epiſcopum Dolenſem, eique conceſſit pallium, eo quidem tenore, ut opportuno tempore nullatenus ſe exhibere recuſet ad diſcutiendam querimoniam, quam Rodulphus Turonenſis Archiepiſcopus de ſubjectione ſedis illius, & denegata ſibi obedientia, jam diu ad ſedem Apoſtolicam detulerat. " Quod ſi, inquit, ratione demonſtrante, ut ei ſubjecta eſſe debeat, apparuerit: nos quidem Turonenſi eccleſiæ jus ſuum conſervari, & debitam ſubjectionem a Dolenſi eccleſia exhiberi volumus, & Apoſtolica authoritate cenſemus; uſum tamen pallii huic ſuisque ſucceſſoribus, donec eorum introitus in vita probabilis fuerit, concedimus atque confirmamus. „ Demum hujus provinciæ epiſcopis præcipit, ut ei obediant.

Greg. P. epiſt. 4. & 5. l. 4.

Rodulphus tamen Turonenſis de ea promotione conqueſtus eſt: Papa ei reſpondit, hunc immerito conqueri, ſi quidem ejus eccleſiæ jura ſervaverit, ejuſque dignitati proviſerit: & maximum emolumentum inde perceperit eccleſia: " Cum enim, inquit, audivimus, principes illius terræ contra antiquam & peſſimam conſuetudinem ... ulterius in ordinandis epiſcopis nec dominium inveſtituræ tenere, nec pecuniæ commodum quærere velle, atque ob hoc ad Apoſtolicam miſiſſe ſedem .... devotioni eorum valde congaudendum, & petitionibus annuendum, dignum duximus ... Quapropter fraternitas tua ſine omni murmuratione diſcuſſionem & juſtam diffinitionem hujus cauſæ expectare non renuet ... neque id in longum protelabitur. „

Greg. P. epiſt. 17. l. 4. Willelmus Angliæ rex pro Johoneo depoſito interceſſit, cui Papa reſcripſit; " Cauſam hanc jam ad extremum deductam eſſe putavimus .... Attamen ne deprecationem veſtram ſine ea, qua oportet, benignitate ſuſcepiſſe videamur; legatos noſtros Hugonem Dienſem & Hubertum Romanæ eccleſiæ diaconum, & Leuzonem monachum illuc mittere decrevimus, qui cauſam diligenti inquiſitione diſcutiant, & ſi quid in ea fuerit emendandum, exequi ſtudeant.

Christi An. 1077. & 1078. ſtudeant. Nuſquam enim hoc negotium rectius aut diligentius, quam in eadem eccleſia pertractari poſſe videtur, ubi & hic & illi præſentes eſſe valeant, & veſtri etiam intereſſe fideles, qui juſtitiam plene percognitam certis aſſertionibus vobis indicare queant. Ivo Dolenſis Archiepiſcopus non multo poſt pro ejus cauſæ definitione Papam adiit, qui propter ejus competitoris abſentiam, hunc remiſit ad ſynodum provinciæ, quam convocabat Hugo legatus. Data eſt die vigeſima ſecunda Maji anni milleſimi ſeptuageſimi ſeptimi.

Chron. Magdeb. XXXVIII. Anno ſequenti duo prælia Henricum inter & Rodulphum Germaniæ reges commiſſa ſunt: in primo Rodulphi exercitus cæſus & fugatus eſt, & in fuga capti Bernardus Romanæ ſedis archidiaconus, Sigefridus Moguntinus Archiepiſcopus, & Adelbertus Wormatienſis epiſcopus. In ſecundo, quod factum eſt ſeptimo Idus Auguſti, fugati ſunt Henriciani. Wernerus Magdeburgenſis epiſcopus in fuga occiſus eſt, ejus corpus translatum eſt in monaſterium ſanctæ Mariæ, quod ipſe conſtruxerat. De tertio & quarto prælio dicemus inferius.

Romana quinta ſynodus. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Labbè. Tertio Kalendas Decembris anno milleſimo ſeptuageſimo octavo Romæ a Gregorio Papa celebrata eſt quinta ſynodus in eccleſia Salvatoris pro reſtauratione Eccleſiæ. In ea excommunicatus eſt Conſtantinopolitanus Imperator, & plures alii. Juraverunt quoque legati Henrici & Rodulphi, quiſque pro domino ſuo, quod nullis dolis colloquium legatorum ſedis Apoſtolicæ in Teutonico regno habendum impedirent. Conſtituta ſunt etiam ſequentia capitula .... " Primum: Quicumque, ... prædia eccleſiaſtica a quocumque principe vel ab eccleſiarum rectoribus invitis, vel ex pravo eorum conſenſu ſuſceperit vel ſuſcepit, niſi ea reſtituerit eccleſiis, excommunicationi ſubjaceat. Secundum. Quoniam inveſtituras eccleſiarum contra ſtatuta SS. Patrum a laicis perſonis cognovimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Eccleſia oriri ..... decernimus, ut nullus clericorum inveſtituram epiſcopatus, vel abbatiæ, vel eccleſiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicujus laicæ perſonæ ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit ..... recognoſcat, ſe uſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubjacere .... Tertium. Si quis officia eccleſiaſtica vendiderit ... ab officio ſuſpendatur. Quartum. Ordinationes, quæ interveniente pretio vel precibus vel obſequio alicujus perſonæ ea intentione impenſo, vel quæ non communi conſenſu cleri & populi ſecundum canonicas ſanctiones fiunt .... infirmas & irritas eſſe judicamus. Sextum. Decimas ... a laicis poſſideri Apoſtolica authoritate prohibemus: ſive enim ab epiſcopis vel Regibus eas acceperint, niſi eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegii crimen committere. Octavum. Ut nullus abbas decimas vel primitias, & reliqua, quæ ſecundum ſtatuta canonum ad epiſcopos pertinent, ſine authoritate Romani Pontificis, ſeu epiſcopi conſenſu, in cujus diœceſi habitat, detineat, Apoſtolica ſanctione firmamus. Undecimum. Si quis epiſcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum ſeu ſubdiaconorum, vel crimen inceſtus in ſua parochia, precibus vel pretio interveniente, conſenſerit, vel commiſſum ſibique compertum authoritate ſui officii non impugnaverit, ab officio ſuſpendatur. " Berengarius, ut ab hæreſi ſua reſipiſceret, tunc ſynodaliter convenitur, eique induciæ uſque ad proxime futuram ſynodum dantur.

Bernold.

Nicephorus Botoniates Imperator. Curopal. XXXIX. Michael Ducas Græcorum Imperator, cujus ignavia pars Orientalis Imperii in Turcarum poteſtatem venit, Imperio depoſitus, ad monaſticam vitam in Studii monaſterium tranſmiſſus eſt, cum annis ſex imperaſſet. Non multo poſt Patriarchæ & Metropolitanorum ſententia Epheſi Archiepiſcopus electus eſt; ſed cum ſemel ad hanc urbem acceſſiſſet, in Manuelis monaſterium reverſus eſt, ſuis manibus laborans, ac tandem ſub Alexio Commeno, a quo perhonorifice ſemper habitus eſt, diem clauſit extremum. Nicephorus vero Botoniates, qui jam Imperium invaſerat, renuntiatus eſt Imperator, & die tertia Aprilis anni milleſimi ſeptuageſimi octavi in æde Sophiæ coronatus a Coſma patriarcha Conſtantinopolitano, qui ante tres fere annos Xiphilino ſucceſſerat: Botoniates pudore omni poſito, calcatisque eccleſiæ legibus, Mariam Michaelis Imperatoris adhuc viventis uxorem matrimonio ſibi copulavit, quam prius cum Conſtantino filio relegaverat in monaſterium.

Christi An. 1078.

Theophilactus patria Conſtantinopolitanus, tunc Acridæ Archiepiſcopus, totiusque Bulgariæ Metropolitanus, in lectione operum S. Chryſoſtomi verſatiſſimus, Mariæ Auguſtæ hortatu commentarios in quatuor Evangelia compoſuit, & poſtea in acta Apoſtolorum, & in B. Pauli epiſtolas, & in quatuor minores Prophetas Chryſoſtomi interpretationem, ut plurimum contraxit, ejusque delibavit ſententias, ejusque breviarium jure dici poteſt. Catholicum dogma de reali ſubſtantialique præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia diſerte aſtruit in caput decimum ſextum ſancti Matthæi, & vigeſimum quartum ſancti Marci.

Christi An. 1079. Bolland. 29. Apr. XL. Hugo Burgundiæ dux & Roberti Francorum regis nepos, poſt tres adminiſtrationis annos, quibus juſtitiæ laude floruit, eccleſiisque bona reſtituit, quæ ejus prædeceſſores abſtulerant, Odoni fratri ſuo ſponte ducatum dimiſit, & ipſe pro cœleſti amore ſæculum reliquit, monachusque Cluniacenſis factus, quindecim annis Deo glorioſe militavit, ſeque ita deſpicere & humiliare ſolebat, exercens abjectiſſima quæque monaſterii officia, ut omnes viles perſonæ ſuperent, cum ſub ſe viderent principem talem ſe ſternere. Gregorius Papa de ejus receptione ſic apud Hugonem Cluniacenſem abbatem conqueſtus eſt: " Cur, frater chariſſime, non conſideras, in quanta miſeria verſetur Eccleſia? ubi ſunt qui ſe ſponte pro amore Dei opponunt periculis, reſiſtunt impiis? Ecce, qui Deum videntur timere vel amare, de bello Chriſti fugiunt .... Recepiſti ducem in Cluniacenſem quietem, & feciſti ut centum millia Chriſtianorum careant cuſtode. Quod ſi noſtra exhortatio parum apud te valuit, cur gemitus pauperum, lacrymæ viduarum, devaſtatio eccleſiarum, clamor orphanorum, dolor & murmur ſacerdotum & monachorum te non terruerunt? .... Hæc ideo dicimus, quia vix aliquis princeps bonus invenitur, quod dolemus. Monachi vero, Deo miſerante, ſacerdotes & milites, & non pauci pauperes, per diverſa loca, qui Deum timent, reperiuntur. Principes autem Deum timentes & amantes in toto Occidente, vix aliqui inveniuntur .... charitas Chriſti, quæ in te eſt, quantus mihi dolor eſſe debeat de bono principe ablato matri ſuæ, oſtendet. Quod ſi non illo pejor ſucceſſit in regimine, poſſumus habere conſolationem. „ Data eſt Romæ quarto Nonas Januarii indictione ſecunda, id eſt, anno milleſimo ſeptuageſimo nono. Odo ejus ſucceſſor, ſub quo Ciſtercienſis ordo fundatus eſt, erga monachos magnificus fuit.

Greg. P. epiſt. 17. l. 6.

Act. SS. Bened. ſæcul. 6. tom. 2. Simon Creſpejenſis comes ante duos annos prima nuptiarum nocte ſponſæ perſuaſit, ut abdicatis ſæculi deliciis, Deo ſe conſecrarent. Ipſe, cum multa bona variis locis ſacris contuliſſet, ſeceſſit in Jurenſe monaſterium, quod S. Claudii dicitur, ibique poſt aliquot annos ſancte obiit, cum duodecim monaſteria fundaſſet: ejus ſponſa in monaſterium Caſæ-Dei ſe recepit. Illius exemplo Guido comes Matiſconenſis, divino amore ſuccenſus, cum filiis ſæculum relinquens, ſeceſſit in Cluniacenſe monaſterium.

Romana ſynodus ſexta. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Labbè. XLI. Menſe Februario ejuſdem anni Gregorius Papa Romæ ſynodum celebravit in eccleſia Salvatoris, conſidentibus centum quinquaginta epiſcopis: habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti: Maxima pars panem & vinum per ſacræ orationis verba & ſacerdotis conſecrationem Spiritu ſancto inviſibiliter operante, converti ſubſtantialiter in corpus Dominicum de Vergine natum, quod & in cruce pependit; & in ſanguinem, qui de ejus latere effuſus eſt, aſſerebat, atque authoritatibus orthodoxorum Patrum, tam Græcorum, quam Latinorum, modis omnibus defendebat. Quidam vero cæcitate nimia percuſſi figuram tantum aſtruebant. Verum ubi cœpit res agi, priuſquam die tertia ventum fuerit in ſynodum, defecit contra veritatem niti pars altera. Berengarius hujus erroris magiſter poſt longo tempore dogmatizatam impietatem, erraſſe ſe coram concilio confeſſus, veniam poſtulans & orans, eam ex Apoſtolica clementia meruit, juravitque ſicut in conſequentibus continetur.

Chron. Vird.

Berengarii juramentum. " Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari per myſterium ſacræ orationis & verba noſtri Redemptoris, ſub-

Christi An. 1079. Ibid. ris ſubſtantialiter converti in veram & propriam & vivificantem carnem, & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de Virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in cruce pependit, & quod ſedet ad dextram Patris, & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere ejus effuſus eſt, non tantum per ſingnum & virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc brevi continetur, & ego legi, & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia. „

Tunc Dominus Papa ex authoritate Dei omnipotentis præcepit Berengario, ut de corpore & ſanguine Domini numquam ulterius cum aliquo diſputare vel aliquem docere præſumeret, excepta cauſa reducendi ad fidem hanc eos, qui per ejus doctrinam ab ea receſſerant. Poſtea dedit ei ſequentes literas commendatitias. " Notum vobis omnibus facimus, nos anathema feciſſe ex authoritate Dei omnibus, qui injuriam aliquam facere præſumpſerint Berengario Romanæ Eccleſiæ filio, vel in perſona vel in omni poſſeſſione ſua, vel qui eum vocabit hæreticum: quem poſt multas, quas apud nos, quantas voluimus, fecit moras, domum ſuam remittimus, & cum eo fidelem noſtrum Fulconem. „ In ea ſynodo adverſus Berengarium diſputarunt S. Bruno, qui poſtea Signiæ epiſcopus fuit, & B. Wolphemus abbas Brauvillerenſis prope Colonium adverſus ejus hæreſim ſcripſit epiſtolam.

Spicileg. tom. 2.

Ibid. Henrici regis legati tunc quoque ſequens compromiſſum jurejurando confirmarunt. Legati domini mei Regis ad vos venient infra terminum Aſcenſionis Domini . . . . . qui legatos Romanæ ſedis ſecure ducent & reducent: & dominus rex obediens erit illis in omnibus ſecundum juſtitiam & judicium illorum. Rodulphi vero regis legati ſic jurarunt: Si colloquium ex veſtro præcepto conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis ante præſentiam veſtram vel legatorum veſtrorum, dominus rex noſter Rodulphus vel ipſe veniet, vel epiſcopos & fideles ſuos mittet, paratuſque erit judicium, quod Romana Eccleſia decreverit de cauſa regni, ſubire . . . . . & ſtudebit, ut legatio veſtra pervenire ad pacem regni & concordiam poſſit. Henricus etiam Aquilejenſis Archiepiſcopus fidelitatem & obedientiam juravit Gregorio Papæ ejuſque ſucceſſoribus. Demum excommunicati ſunt ſine ſpe reſtitutionis Archiepiſcopus Narbonenſis, Tebaldus dictus Archiepiſcopus Mediolanenſis, Sigefridus dictus epiſcopus Bononienſis, Rolandus Tarviſienſis: item epiſcopi Firmanus & Camerinus. Hi omnes cum ſequacibus ſuis tam clericis, quam laicis. Gandulphus Regienſis epiſcopus ſic quoque juravit: Contra interdictum veſtrum aut veſtri legati, octo diebus non tenebo, neque aliquo inveniam ſtudio, quo veſtræ legationi reſiſtatur.

Lugdunenſis eccleſiæ primatus. Greg. P. ep. 34. l. 6.

XLII. Gregorius Papa primatum eccleſiæ Lugdunenſis eodem anno inſtituit. Gebuinus ejuſdem urbis Archiepiſcopus literis ab eo poſtulavit, ut dignitatem hanc ab ejus anteceſſoribus eccleſiæ ſuæ conceſſam confirmaret. Papa facti veritate præſuppoſita, ſic ei reſcripſit: " Inclinati precibus tuis confirmamus primatum ſuper quatuor provincias Lugdunenſis eccleſiæ, & per eam tibi tuiſque ſucceſſoribus, his tantum, qui nullo interveniente munere electi vel promoti fuerint, videlicet a manu, ab obſequio, & a lingua. A manu, ut nullum pretium prorſus a ſe vel ab aliquo tribuatur: Ab obſequio, ut nihil inde ſervitii faciat. A lingua, ut neque per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam preces effundat; ſed neque his, qui per ſæcularem poteſtatem ad hanc dignitatem pervenerint, videlicet dono vel confirmatione alicujus perſonæ, quæ ſanctæ religioni videatur obviare; ſed his nimirum hanc dignitatem concedendam eſſe ſancimus, qui pura & ſincera electione tibi ſucceſſerint . . . . . provincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunenſem, Rotomagenſem, Turonenſem, & Senonenſem. „ Data duodecimo Kalendas Maji, indictione ſecunda, id eſt, anno milleſimo ſeptuageſimo nono. Præterea ſcripſit ad Turonenſem, Rotomagenſem, & Senonenſem Archiepiſcopos, ut Lugdunenſi ſuper eos ex antiqua Patrum authoritate primati a ſe confirmato præſtent obedientiam. Lugdunenſis eccleſiæ jus ex eo probat, quod Apoſtoli, & S. Clemens, archiepiſcopatus, primatus, & patriarchatus in iis civitatibus inſtituerint, quæ majori dignitate ſæculari pollerent. Hanc vero rationem deſcripſit ex duabus falſis decretalibus ſub nomine Anacleti & Clementis.

Christi An. 1079.

Rodulphus Turonenſis huic decreto ſtatim acquievit, & Gebuino de ea re literis gratulatus eſt. Richerius vero Senonenſis huic interceſſit; ſed Urbanus Papa II. in ſynodo Claromontana Gregorii decretum confirmavit, & Senonenſem, & Rotomagenſem Archiepiſcopos, niſi Hugonem Gebuini ſucceſſorem tanquam primatem ſuum revererentur, pallii privatione mulctavit, eorumque in ſuffraganeos authoritatem ſuſpendit. Richerius damnatus abſens huic judicio refragatus eſt. Hugo Dambertum Richerii ſucceſſorem obedientiam ſibi præſtare juſſit, prohibuitque, ne provinciæ Senonenſis præſules manus ipſi imponerent, antequam id officii Lugdunenſi eccleſiæ reddidiſſet. Ivo Carnotenſis omnium nomine ei reſcripſit, rem inſolitam, & nullo jure, nullaque conſuetudine fultam ipſum poſtulare, enixeque precatur, ut permittat Dambertum conſecrari, promittens ſe ei authorem fore, ut poſt ordinationem ei reverentiam exhibeat. Hugo perſtitit, & ſuffraganei Dambertum conſecrare non auſi ſunt: Dambertus igitur Romam proficiſcitur, & abſque ulla conditione ab Urbano II. ordinatus eſt. Quid poſtea factum ſit, dicemus inferius. Lugdunenſis Archiepiſcopus primatus jure nunc fruitur.

Baluz. append. l. de primat.

Ivon. ep. 60.

XLIII. Berengarius in Gallias reverſus ad vomitum rediit, & fidei profeſſionem, quam Romæ nuper ediderat, ſcriptis impugnavit. Lanfrancus Cantuarienſis epiſcopus tunc adverſus eum ſcripſit ſuum librum de corpore & ſanguine Domini; ſiquidem in ſecundo illius capite meminit profeſſionis, quam ſub Gregorio VII. jurejurando confirmaverat: Berengario primum exprobrat ſuam perfidiam, qui Catholicam fidem in ſynodis profeſſus, clam poſtea ſuos doceat errores, fugiens publicas diſputationes, in quibus prolatis SS. Patrum codicibus, demonſtraretur eſſe falſa, vel depravata, quæ ex iis profert teſtimonia. Deinde refert fidei profeſſionem, & retractationem, quam ſub Nicolao Papa in ſynodo Romana emiſerat Berengarius, qui prima illius parte ſuppreſſa, hanc impugnaverat veluti libellum erroribus ſcatentem, quem conſcripſerat Humbertus Cardinalis, eum male vocans ineptiſſimum Burgundum. Lanfrancus hoc ejus opus confutandum ſibi proponit, Auguſtinique methodum ſecutus, Berengarii objectionibus ſuam ſubjicit reſponſionem. Berengarius ait: Errat Burgundus in ſententia vulgi, Paſchaſii & Lanfranci, minime ſupereſſe in altari poſt conſecrationem ſubſtantiam panis. Lanfrancus reſpondet: Berengarii opinionem, ubi primum innotuit, in pluribus ſynodis a Romanis Pontificibus fuiſſe damnatam ut hæreticam. Tum addit: " Cum omnes ſacerdotes, præter paucos ſchiſmaticos, hanc fidem tenere manifeſtiſſimum ſit, rectius dixiſſes: Errat Burgundus in ſententia Eccleſiæ Catholicæ; ſed non in mea, & meorum ſequacium, qui maluimus nos ab ea ſuperbe ſeparare, & contra eam ad noſtram perniciem ſchiſma facere, quam humiliter membra ejus eſſe, & communem cum ea fidem ſalubriter tenere. „ Demum Berengarium accuſat perjurii, qui nunc doceat contraria duplici fidei profeſſioni, erroriſque ſui retractationi, quas in ſynodis jurejurando confirmaverat. In ſequentibus capitulis ſophiſmata Berengarii accurata dialectica detegit atque confutat.

Lanfranci liber adverſus Bereng. Biblioth. max. tom. 18. c. 1. c. 4.

Berengarius dixerat: Per conſecrationem altaris fiunt panis & vinum ſacramentum religionis, non ut deſinant eſſe quæ erant, ſed ut ſint quæ erant, & in aliud commutentur, quod dicit B. Ambroſius in libro de ſacramentis. Lanfrancus reſpondet: " O hominem impudenter mentientem ... ſi Ambroſii libros omnes revolvas, tale quid ab Ambroſio dictum, taliterque expoſitum nuſquam reperire valebis... Accipe potius quid in libro de myſteriis ſeu initiandis dicat: volens enim oſtendere diſcrepantiam inter manna Judæorum, & ſacrificium Chriſtianorum, per hoc videlicet, quia illud umbra & figura erat, hoc vero lux & veritas, ne tantam elementorum in tantarum rerum converſionem mens credere refugeret, ſubjunxit, dicens: Quantis igitur utimur exemplis, ut probemus, hoc non eſſe, quod natura formavit: ſed quod benedictio conſecravit, majoremque vim eſſe benedictionis, quam naturæ; quia benedictione etiam natura ipſa mutatur . . . Sextum quoque de ſacramentis librum accipe,

c. 5.

Christi An. 1079. accipe, in quo opere præfatum mendacium eum dixisse mendaciter affirmasti: Sicut, inquit, verus est Dei Filius Dominus noster Jesus Christus, non per gratiam, quemadmodum cæteri homines, sed per naturam; ita vera caro ejus est, quam accipimus, & verus ejus sanguis est, quem potamus .... In quarto vero libro de sacramentis dixit .... Si igitur tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse quæ non erant; quanto magis operatorius est, ut sint, quæ erant, & in aliud commutentur. Esse quidem secundum visibilem speciem testatur, quæ erant: commutari vero secundum interiorem essentiam in naturam illarum rerum, quæ antea non erant. Hoc modo ante & post ipse exponit. Atque hinc arbitror te sumpsisse, quod superius intulisti, quodque tolerabiliter dictum, intolerabiliter exposuisti. „ In quibusdam tamen codicibus præfata sententia verbis aliis invenitur, hoc modo: Si igitur tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, quæ non erant, quanto magis operatorius, ut, quæ erant, in aliud commutentur. Quæ lectio concordat cum ea, quæ in libro de mysteriis sic reperitur: Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant?

c. 14. Berengarius dixerat: B. Augustinus in epistola ad Bonifacium, sicut, inquit, sacramentum corporis Christi secundum quemdam modum corpus Christi est .... ita sacramentum fidei fides est. Lanfrancus respondet: Quod corpus Christi sub specie panis, sit sacramentum ejusdem corporis, ut visibiliter in cruce suspensi. Idem dicit de sanguine. "Quorum alterum, inquit, dum frangitur, & in populi salutem dividitur; alterum vero effusum de calice ab ore fidelium sumitur, mors ejus in cruce, & sanguinis ejus de latere emanatio figuratur, ut docet sanctus Gregorius, dicens: Ejus quippe caro ibi sumitur, ejus sanguis non jam in manu infidelium, sed in ore fidelium funditur. Pensandum ergo est, quale sit hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra mortem unigeniti Filii semper imitatur .... Augustinus autem baptismum vocat fidei sacramentum, quia baptismus non tam corporis ablutione constat, quam fide cordis, juxta illud Apostoli: Fide mundans corda eorum. Alterum tamen significatur per alterum: nam per ablutionem ... purgatio animæ exprimitur, quam fides interior operatur, vocaturque baptismus fides secundum eam locutionis formam, qua mysterium ejus rei, cujus mysterium est, censeri nomine consuevit .... sicut ergo cœlestis panis, quæ vera Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, illius videlicet, quod palpabile, mortale est in cruce suspensum, vocaturque ipsa carnis ipsius immolatio, quæ sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio: sic sacramentum fidei, quod baptisma intelligit, fides est. „

L. 4. dialog. c. 58.

Act. 15.

c. 17. Berengarius dixerat: Quis ratione concipiat, ac per miraculum fieri posse concedat, panem frangi in Christi corpore, quod post corruptionem tota viget incorruptibilitate, & usque in tempora restitutionis omnium cœlo manet indevocabile .... Lanfrancus respondet: Quonam modo panis efficiatur caro, vinumque convertatur in sanguinem, utriusque essentialiter natura mutata, justus, qui ex fide vivit, scrutari argumentis, & concipere ratione non quærit. Mavult enim cœlestibus mysteriis fidem adhibere, ut ad fidei præmia valeat pervenire .... sic autem credimus vere salubriterque manducari in terris a digne percipientibus Dominum Jesum Christum, ut certissime teneamus, existere illum in cœlestibus incontaminatum, & illæsum. Id Ephesinæ synodi & S. Augustini authoritate confirmat.

c. 18. Propulsatis Berengarii calumniis sic exponit fidem Catholicam de Eucharistia. " Credimus terrenas substantias, quæ in mensa Dominica per sacerdotale ministerium divinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter operante superna potentia, converti in essentiam Dominici corporis, reservatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda & cruenta horrerent, & ut credentes fidei præmia ampliora perciperent; ipso tamen Dominico corpore existente in cœlestibus ad dexteram Patris, immortali, inviolato, integro, ut vere dici possit, & ipsum corpus, quod de Virgine sumptum est, nos sumere: & tamen non ipsum; ipsum quidem, quantum ad essentiam veræque naturæ proprietatem, atque virtutem; non ipsum autem, si species panis vinique speciem. Hanc fidem tenuit a priscis temporibus, & nunc tenet Ecclesia, quæ per totum diffusa orbem Catholica nominatur. „ Quod probat authoritate scripturæ, & SS. Patrum testimoniis, & quibusdam miraculis.

Christi An. 1079.

Demum sic concludit: " Si verum est quod de corpore Christi tu credis & astruis, falsum est quod ab Ecclesia ubique gentium de eadem re creditur. Omnes enim, qui Christianos se esse & dici lætantur: veram Christi carnem, verumque ejus sanguinem, utramque sumpta de Virgine, in hoc sacramento se percipere gloriantur. Interroga universos, qui latinæ linguæ, nostrarumve literarum notitiam perceperunt. Interroga Græcos, Armenos, seu cujuslibet nationis quoscumque Christianos homines; uno ore hanc fidem se testantur habere. Porro si universalis Ecclesiæ fides falsa existit; aut numquam fuit Catholica Ecclesia, aut periit. Nihil namque efficacius ad interitum animarum, quam perniciosus error; sed non fuisse aut periisse Ecclesiam, Catholicus nemo consenserit: Alioquin verum non est, quod Abrahæ Veritas promisit, dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Unde Augustinus ait in libro de agone Christiano: Nec eos audiamus, qui sanctam Ecclesiam, quæ una Catholica est, negant per orbem esse diffusam. „

c. 22.

Genes. 22.

XLIV. Eadem ætate, sanctitate, zelo religionis floruit S. Stanislaus martyr & episcopus Cracovienſis in Polonia; verbo Dei frequens insistebat, & juvabat pauperes. Boleslaum regem de crudelitate & libidine scandalosa sæpius monitum tandem excommunicavit, eaque de causa ab eo ad altare post Missæ sacrificium occisus est. Innocentius IV. Stanislaum in Sanctorum numerum retulit. Illius vitam & Poloniæ historiam decimo quinto sæculo prolixius scripsit Joannes Longinus; sed in utraque multa refert, quæ sunt dubiæ fidei, aut manifeste falsa, quæ notarunt periti critici: unum proferam exemplum: Affirmat, Stanislaum Parisiis studuisse, & sollicitatum, ut se juris canonici aut Theologiæ doctoratu insigniri pateretur: declinasse tamen conatus amicorum fasces sibi magisterii ingerentium. Doctoratus autem Theologiæ & juris canonici nondum hoc sæculo fuerat institutus, & necdum in usu erant ejusmodi promotiones.

Bolland. 7. Maii. S. Stanisl. Auctor. tyr.

XLV. Gregorius Papa Humbertum cardinalem ad Willelmum Angliæ regem misérat, ut Dolensis episcopi propter ejus scelera depositi causa rursus ad examen revocaretur, quemadmodum postulaverat; sed eidem legato in mandatis dederat, Regem admoneret, ut sibi & successoribus suis fidelitatem faceret, curaretque Romam mittere pecuniam, quam ejus antecessores mittere solebant. Rex autem ei scripsit: " Fidelitatem facere nolo, quia nec ego promisi, nec antecessores meos antecessoribus tuis id feciſſe comperio. Pecunia fere tribus annis, in Galliis me agente, negligenter collecta est: nunc me in regnum reverso, quod collectum est, per Humbertum legatum mittitur: quod reliquum est, per legatos Lanfranci Archiepiscopi transmittetur. „ Papa hanc responsionem moleste tulit, Humbertumque Romam revocans, ei scripsit: " Pecunias sine honore tributas quanti pretii habeam, tu ipse optime potuisti dudum perpendere. „ Tum jubet, Regem admoneat, ne Romanæ Ecclesiæ honorem imminuere laboret, prohibendo, ut antea, ne Romam veniant sui episcopi .... " Quapropter, inquit, præcipias, & invites tam Anglicos quam Normannicos ex utroque archiepiscopatu, ad Romanam synodum, quam in quadragesima celebraturi sumus, venire ... „ Data Romæ, nono Kalendas Octobris, indictione tertia, id est, anno millesimo septuagesimo nono. Lanfranco vero Cantuariensi episcopo, qui sæpius antea invitatus non venerat, præcepit, ut intra quatuor menses Romæ adesse procuret ... " Si, inquit, infra illud spatium ad nos non veneris, ab omni sis officio episcopali suspensus. „ Lanfrancus ei benigne respondit. Locorum distantiam nihil de ejus amore & reverentia erga ipsum imminuisse, nec impedituram, quin præceptis ejus in omnibus per omnia secundum canonum præcepta subjaceat ... Verba legationis vestræ cum vestro legato, prout melius potui, domino meo Regi suggessi, suasi, sed non persuasi.

Apud Lanfr. epist. 7. Bibliath. Max. tom. 18.

Greg. P. epist. l. 1. 7.

Ibid. Epistol. l. 9.

Lanfr. epist. 4

Daniæ,

Daniæ, Suediæ & Norvegiæ reges aliis literis hortatus est Gregorius, ut, quoniam propter longinquitatem terrarum, & maxime propter ignotas linguas, non posset ad eos mittere viros eruditos, qui eos in fidei rebus erudirent, ipsi Romam mitterent juvenes nobiles sacris legibus erudiendos, qui postea contribules suos docerent. Wratislaus Bohemiæ dux ab eo postulaverat, ut divinum officium apud suos Sclavonica lingua celebrari permitteret. Gregorius ei respondit: " Scias, nos petitioni tuæ nequaquam posse favere . . . . Unde, ne id fiat, quod a vestris imprudenter exposcitur, inhibemus, teque huic vanæ temeritati viribus totis resistere præcipimus: „ hancque affert rationem, quia Deo placuit, ut sacra scriptura quibusdam in locis esset occulta. Bohemis & Moravis id tamen indulsisse ejus antecessores vidimus. Ibidem eum redarguit, quod cum excommunicatis communicet. Henrici regis partes sequebatur dux Wratislaus. Uterque Germaniæ rex nihil hactenus prætermiserat, ut Papam literis, legationibus, promissionibus in suum favorem inclinaret.

Christi An. 1079. Greg. P. ep. 13. l. 6.

Christi An. 1080. Annal. Saxo. p. 552.

XLVI. Henricus autem anno millesimo octogesimo ineunte, cum exercitu Saxoniam invadit, reputans, quod imparatos inveniret. Aliqui ad ejus partes transiere, reliqui cum Rodulpho rege ei occurrerunt. Acriter utrimque pugnatur, sexto Kalendas Februarii; sed victores extitere Saxones. Rodulphus statim missis legatis Papam de sua victoria fecit certiorem: qui synodum congregavit. Legati Rudolphi regis & principum nomine, Papæ & synodo sequentem obtulere libellum. " Nos conquerimur Deo & vobis, quod Henricus, quem vos a regno deposuistis, idipsum regnum contra vestrum interdictum tyrannice invasit, omnia circumquaque ferro, præda, incendio devastavit. Archiepiscopos, episcopos, de episcopatibus suis impia crudelitate expulit . . . per ejus tyrannidem Werinharius Magdeburgensis episcopus occisus est: Adalbertus Wormatiensis episcopus adhuc ab eo contra sedis Apostolicæ præceptum in captione cruciatur; multa hominum millia ejus factione sunt occisa: quamplures ecclesiæ ablatis reliquiis incensæ ac penitus destructæ . . . Colloquium, quod vos pro inquirenda justitia, & pace componenda, fieri decrevistis, ex culpa Henrici & fautorum ejus remansit. Quamobrem vestram humiliter imploramus clementiam, ut nobis, immo sanctæ Dei Ecclesiæ de tam sacrilego pervasore ecclesiarum justitiam faciatis. Actum Romæ anno millesimo octuagesimo.

Romana synodus septima.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

Gregorius tunc adversus Henricum sequentem excommunicationis & depositionis sententiam protulit: " B. Petre Princeps Apostolorum, & tu B. Paule Doctor gentium, dignemini quæso aures vestras ad me inclinare. „ Tum narratis omnibus, quæ hucusque in ea causa acta erant, sic subjicit. " Henricus autem cum suis fautoribus non timens periculum inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, colloquium impediendo excommunicationem incurrit.. magnamque Christianorum multitudinem morti tradi, & ecclesias fecit dissipari, & totum pene Teutonicum regnum desolationi dedit. Quapropter . . . Henricum, quem Regem dicunt, omnesque fautores ejus excommunicationi subjicio, & anathematis vinculis alligo: & iterum regnum Teutonicorum & Italiæ interdicens ei, omnem potestatem & dignitatem illi regiam tollo; &, ut nullus Christianorum ei sicut Regi obediat, interdico: omnesque, qui ei juraverunt & jurabunt de regni dominatione, a juramenti promissione absolvo ... Ut autem Rodulphus regnum Teutonicorum regat & defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in Regem, ad vestram fidelitatem ex parte dono, largior, & concedo, omnibusque sibi fideliter adhærentibus absolutionem omnium peccatorum, nostramque benedictionem in hac vita & futura largior.

Ibid. Henricus rex excommunicatus & depositus.

Agite nunc, quæso, Patres & Principes sereniſsimi, ut omnis mundus cognoscat & intelligat, quia, si potestis in cœlo ligare & solvere, potestis in terra Imperia, regna, principatus, ducatus, marchias, comitatus, & omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuique & concedere . . . . Si enim spiritualia judicatis, quid de sæcularibus vos posse credendum est? & si Angelos dominantes omnibus superbis principibus judicabitis, quid de illorum servis facere potestis . . . . . „ Acta Romæ Nonis Martii.

Ibid.

Investituras in eadem synodo sic prohibuit: " Apostolica authoritate decernimus, ut, si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur . . . . . Insuper ei gratiam S. Petri & introitum ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiæ cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Secundo. Si quis Imperatorum, Regum, ducum, vel quilibet sæcularium potestatum aut personarum, investituram episcopatuum, vel alicujus ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se obstrictum esse sciat. „ Tertio. Sententiam depositionis & excommunicationis, jam plerumque datam in Tedaldum Mediolanensem, & Guibertum Ravennatem, & Rolandum Tarvisiensem confirmamus; & Petrum Narbonensis ecclesiæ invasorem pari sententia damnamus. Quarto. Normannis, qui Romanæ Ecclesiæ terras invadere vel deprædari præsumpserint, ecclesiæ introitum usque ad satisfactionem interdicit.

Christi An. 1080. Canones.

In eadem synodo cum post longum examen ex actis probaretur, Britanniam Turonensi ecclesiæ ut Metropolitæ suæ subjectionem & reverentiam debere, Dolensis episcopus dixit, se in patria sua reliquisse quamdam authoritatem sedis Apostolicæ. Itaque Papa legatos direxit in Britanniam, qui auditis utriusque partis rationibus, si cognoverint, Britannos authenticam sedis Apostolicæ authoritatem habere, qua Turonensis ecclesiæ jurisdictioni subtrahantur, quieti deinceps permaneant in libertate: si vero talem non habeant, sopita in æternum omni controversia, Turonensem ecclesiam Metropolim suam recognoscant, eique debitam obedientiam exhibeant, reservato Dolensi episcopo pallii usu: ita tamen, ut nullus successorum suorum aliquo in tempore ad hanc dignitatem aspiret. Data Romæ octavo Idus Martias.

Greg. P. ep. 15. l. 7.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Manasses Remensis depositus.*

XLVII. Eodem anno Lugduni habita est synodus. Manasses Remensis episcopus juxta tenorem literarum Apostolicarum ad eam se purgaturus invitatur. Legatus Hugo Viennæ substiterat pro corporis curatione. Nuntii Manassis venerunt ad eum, multis precibus & muneribus ad hoc eum flectere cupientes, & trecentas auri purissimi uncias, ejusque domesticis pretiosa donaria offerentes, insuper & celamentum, ne ulli mortalium id proderent jurare volentes, ut cum sex episcopis, quos ipse Remensis eligeret de suffraganeis suis, ei se purgare concederet, remota inquisitione infamiæ. Quod totum legatus respuit. Remensis tunc timens sibi, concilio interesse noluit. Et ideo synodali judicio est depositus, tum quia se purgare noluit, tum quia audientiam Eduensis, Pictavensis & ipsius Lugdunensis synodi subterfugit. Manasses apud Papam egit, ut ejus causa Romam evocaretur. Gregorius vero hanc sententiam in Romana synodo confirmavit, idque literis ei significavit, indulsit tamen, ut usque ad festivitatem S. Michaelis, adjunctis sibi aliquot episcopis coram legato suo Diensi episcopo se purgare posset, ea conditione, ut Manassæ & Brunoni & cæteris ejus accusatoribus, rebus suis in integrum restitutis, Remensem ecclesiam usque ad Ascensionem Domini proximam ex toto liberam desereret, & Cluniacum aut Casam Dei cum uno clerico, & duobus laicis religiose victurus secederet . . . . Quod si huic præcepto obedire contempserit, certo sciat depositionis sententiam immutabiliter permansuram, & nullam audientiam inposterum ei relinquendam. Data Romæ decimo quinto Kalendas Maji.

Greg. P. ep. 20. l. 7.

Manasses, neglecta hac diffinitione, suam retinuit ecclesiam. Itaque Papa clero populoque Remensi literis significavit Manassis excommunicationem & depositionem irrevocabilem, monuitque, ne ei communicarent, sed assentiente Diensi episcopo, alium patrem eligerent. Herbolum comitem aliis literis hortatus est, ut Manassi depositio resistat, illumque Archiepiscopum, quem pars cleri sanior elegerit, modis omnibus adjuvet. Suffraganeis quoque Remensis ecclesiæ præcepit, ne deinceps Manassi depositio episcopalem reverentiam exhibeant, a qua illos absolvit, idque subjectis sibi populis denuntient, & procurent, ut ei successor idoneus eligatur: Demum Philippum Francorum regem rogavit, ne ullum ei favorem præbeat, sed e suo conspectu repellat; jubetque, ut electionem cleri & populi Remensis

Christi An. 1081. Greg. l. ep. 17. l. 8.

Ep. 18.

Ep. 19.

Christi An. 1081. nullo studio, quo minus canonice fiat, impediat, electo vero suum impendat adjutorium. Hæ datæ sunt Kalendis Januarii anni millesimi octuagesimi primi. Manasses armata manu cum ecclesiam retinere vellet, expulsus ab omnibus ad Henricum regem profugit, atque in excommunicatione diem extremum obiit.

Concil. tom. 6. ed. Hard. XLVIII. Ubi primum Henrico regi anathema adversus se factum innotuit, infremens atrocissimis conviciis Papam infectatus est, communique fautorum ejus consilio decretum est, ut Gregorius Papa excommunicatus deponeretur. Triginta igitur episcopi cum multis optimatibus convenere apud Brixinam Noricam, & Wibertum, seu Guibertum Ravennatem Archiepiscopum in Romana synodo depositum & anathematizatum elegerunt Romanum Pontificem, imo antipapam. Mantuenses & Arentinus episcopi illum coronaverunt. Hujus conciliabuli decretum in Gregorium Papam veluti gravissimorum scelerum reum invehitur. Hæc acta sunt septimo Kalendas Julii anni millesimi octuagesimi. Id se fecisse testantur inducti legatis & literis novemdecim episcoporum, qui die Pentecostes contra eumdem Gregorium Moguntiæ fuerunt congregati. Guibertus, qui a suis dictus est Clemens III., papalibus insigniis indutus, non sine complicibus pompose intravit in Italiam.

Guibertus antipapa.

Lib. censual. c. 3.

Greg. P. ep. 23. & 25. & 26. l. 7. Gregorius, ut Henrico regi resisteret, mutato stilo pro necessitate temporum, Normannorum principum benevolis literis auxilium imploravit, & primo quidem Guillelmi regis Anglorum, cui & reginæ Mathildi per suos legatos misit literas, quibus eos magnis effert laudibus, non sine magna benevolentiæ significatione: juramentum vero fidelitatis, quod prius exigebat, supprimit . . . , Hæc scripturæ verba, quibus frequenter utebatur, & quidam invidiose traduxerunt, scilicet: Maledictus homo, qui parcit gladio suo a sanguine, sic in iis interpretatur; id est, qui doctrinam subtrahit ab occisione carnalis vitæ. Datæ sunt octavo Kalendas Maji anni millesimi octuagesimi.

Robertum Guischardum Apuliæ & Calabriæ & Siciliæ ducem, aliosque Normannos, quos antea sæpius excommunicaverat, per legatos suos & per se ipsum ad pacem sollicitavit, quam eis concessit perhonorificam. Robertus fidelitatis juramentum Apostolicæ sedi præstitit hisce conditionibus: " Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tibique adjutor ero ad tenendum, acquirendum & defendendum regalia S. Petri . . . . contra omnes homines: excepta partæ Firmanæ marchiæ, & Salerno, atque Amalphi, unde adhuc facta non est diffinitio: & adjuvabo te, ut secure teneas papatum Romanum . . . . Pensionem de terra S. Petri, quam ego teneo aut tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, ut illam annualiter habeat Romana Ecclesia. Omnes quoque ecclesias, quæ in mea persistunt dominatione, cum illarum possessionibus dimittam in tua potestate; & defensor ero illarum ad fidelitatem Romanæ Ecclesiæ. Et si tu, vel tui successores ante me ex hac vita migraveritis, secundum quod monitus fuero a melioribus cardinalibus, clericis Romanis & laicis, adjuvabo, ut Papa eligatur & ordinetur ad honorem S. Petri. „ Eadem promittit ejus successoribus. Actum in Ciprani in Campania, tertio Kalendas Julii.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

Ibid. Sequentem autem recepit investituram. " Ego Gregorius Papa investio te, Roberte dux, de terra, quam tibi concesserunt antecessores mei sanctæ memoriæ Nicolaus & Alexander. De illa autem terra, quam injuste tenes, sicut est Salernus & Amalphia, & pars marchiæ Firmanæ, nunc te patienter sustineo . . . „ Actum ut supra. Robertus dux sequentem Papæ tradidit constitutionem census annui. " Ego Robertus . . . ad recognitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego teneo proprie sub dominio meo, & quam adhuc nulli Ultra-Montanorum ita concessi, ut teneat, promitto me annuliter pro unoquoque jugo boum pensionem, duodecim scilicet denarios Papienses monetæ, persoluturum B. Petro, & tibi domino meo Gregorio Papæ, & omnibus successoribus tuis . . . sub hac vero conditione hujus persolvendæ pensionis obligo me, & meos, sive hæredes, sive successores tibi domino meo Gregorio Papæ & successoribus tuis. „

Greg. P. ep. 8. l. 8. S. Matthæi corpus hoc anno Salerni repertum est. Alphanus hujus urbis Archiepiscopus de ea re Papam literis fecit certiorem. Gregorius ei vicissim de tanto thesauro gratulatus hortatur, ut Robertum & ejus conjugem admoneat, ut tam insigni patrono debitum honorem exhibeant. Robertus in ejus honorem basilicam Salerni condidit.

Christi An. 1081.

Gregorius, ubi primum Guiberti promotionem a Germanis & Italis episcopis factam cognovit, sequentes ad Apuliæ & Calabriæ episcopos literas dedit . . . . . " Pristinam conspirationem adversus Dominum & universalem Ecclesiam conati sunt innovare, & hominem sacrilegum, & per universum Romanum orbem nefandissimis sceleribus denotatum, Wibertum Ravennatem, antichristum sibi & hæresiarcham constituere . . . . Ad hanc infamiam illos ea desperatio traxit, quod scelerum suorum veniam non potuerint impetrare, nisi judicio nostro vellent se submittere. Hos itaque . . . tanto magis vilipendimus, quanto ipsi se altiora conscendisse confidunt. „

Greg. P. ep. 5. l. 8.

Demum eos hortatur, ut in fide permaneant, Ecclesiæque suis succurrant orationibus. Aliam scripsit ad universos fideles: " Notum sit vobis, inquit, quia Normannorum principes nobis unanimiter promittunt, sicut jurati sunt, se ad defensionem Romanæ Ecclesiæ nostrique honoris contra omnes auxilium impensuros. Id ipsum quoque nobis & qui circa urbem longe lateque sunt, & in Tuscia cæterisque regionibus principes firmiter pollicentur. Unde post Kalendas Septembris, cupientes Ravennatem ecclesiam de manibus impiis eripere, partes illas armata manu petemus. Quapropter nos audaciam impiorum, qui in nos se erexerunt, pro nihilo ducentes, hortamur vos conatus illorum nobiscum contemnere, tanto de ruina eorum certiores, quanto eos ad altiora niti cernitis. „

Ibid. Epist. 7.

Rodulphi mors. Annal. Saxo.

XLIX. Sed brevi contra ejus spem magna facta est rerum conversio. Die decima quinta mensis Octobris, Henricus cum Rodulpho inter Elstrum fluvium & Gronæ paludes congressus fugatus est; sed fugiens de hostibus triumphavit. Rodulphus rex enim amputata sibi manu dextera, aliud lethale vulnus, ubi venter ad ilia descendat, suscepit. Audita vero suorum victoria, Nunc, ait, lætus patior, sive vivens, sive moriens, quidquid voluerit Deus, suosque consolatus, post aliquot horas expiravit, & Merseburgi honorifice humatus est. Eodem die in Longobardia milites comitissæ Mathildis fugantur ab exercitu pene totius Longobardiæ prope Mantuam.

Greg. P. epist. 9.

Gregorius tantis cladibus minime fractus diffluentes suas partes erigere strenue laboravit. Itaque literas dedit ad Patavienſem episcopum: " Notificamus dilectioni vestræ, pene omnes nostros fideles, audita morte Rodulphi, nos plurimum adhortari ut Henricum, cui ferme omnes Italici favent, in gratiam nostram recipiamus, adjicientes, quod, si contra nos venerit, ex vobis frustra sperandum auxilium. Mathildis filiæ nostræ milites cum ei resistere recusaverint, nisi fuerit a vobis suffragatum, quid restat, nisi ut ipsa vel coacta paci acquiescat. Quamobrem summopere niti vos oportet eam certam reddere, an ex vobis præsidium expectare firmiter debeat . . . . . Admonere etiam te volumus ducem Welphonem, ut fidelitatem B. Petro faciat . . . concesso sibi post mortem patris ejus beneficio . . . nosque certos reddere diligenter procura. Hac enim fiducia, ut Italici remoti ab Henrico nobis fideliter adhæreant, efficere credimus. Præterea admonendi sunt omnes in partibus vestris Dominum timentes, ut non aliqua gratia suadente properent eam temere personam eligere, cujus mores & cætera, quæ Regi oportet inesse, a suscipienda Christianæ religionis defensione discordent . . . Nisi enim obediens, & sanctæ Ecclesiæ humiliter devotus ac utilis fuerit, procul dubio ei sancta Ecclesia contradicet. Qua de re quid promissionis juramento Romana Ecclesia ab illo requirat, in sequenti significamus. „

Juramentum regis. Ibid.

" Ab hac hora deinceps fidelis ero per rectam fidem B. Petro, ejusque vicario Papæ Gregorio, & quodcumque mihi ipse Papa præceperit, sub his videlicet verbis (Per veram obedientiam) fideliter, sicut oportet Christianum, observabo. De ordinatione vero ecclesiarum, & de terris vel censu, quæ Constantinus Imperator, vel Carolus S. Petro dederunt, & de omnibus ecclesiis vel prædiis, quæ Apostolicæ sedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempo-

Christi An. 1081. tempore ſunt oblata vel conceſſa, & in mea ſunt vel fuerint poteſtate, ita conveniam cum Papa, ut periculum ſacrilegii, & perditionem animæ meæ non incurram, & Deo ſanctoque Petro dignum honorem, & utilitatem impendam: & eo die, quando illum primitus videbo, fideliter per manus meas, miles S. Petri, & illius efficiar. „ Ex his, ut videtur, veram ac legitimam putabat donationem ſub Conſtantini nomine jam dudum ſuppoſitam, ut fatetur Baronius, qua totum occidentale Imperium Sylveſtro, & ejus ſucceſſoribus concedere dicitur; unde conſequens erat earum provinciarum principes eſſe ſuos feudatarios, earum vero ſupremum ſibi competere dominium. Hæc autem opinio tam circa plures falſas decretales, quam circa prædictam donationem tunc communis erat.

Annaliſt. Saxo. p. 558. Eamdem ſubjectionem, & obedientiam cum pleno ſupremi dominii jure ab aliis Regibus, & principibus exigebat, ut conſtat ex multis ejus literis. Octobri menſe Ravennati clero, & populo præcepit, ut alium eligerent Archiepiſcopum: non obtemperantibus miſit Richardum clericum Romanum, quem Ravennatem Archiepiſcopum ordinaverat, ſed non receptus eſt: Guiberti quippe factio in his partibus ſemper prævaluit. Anſelmus Lucenſis epiſcopus epiſtolam ſcripſit ad Guibertum; in ea illum prævaricatorem ſuperbum nominabat, & addebat: " Ut ergo de B. Gregorio patre noſtro dicam, quod de Cornelio ſcripſit Cyprianus, factus eſt epiſcopus de Dei, & Chriſti ejus judicio, de clericorum omnium teſtimonio, de plebis ſuffragio, de ſacerdotum antiquorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet: cum locus Alexandri, ſedes Petri, vacaret, quo occupato, & de Dei voluntate atque omnium noſtrum conſenſu ordinato, quiſquis jam epiſcopus voluerit fieri, foras fiat neceſſe eſt .... & cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolus eſſe debet, factus eſt, jam non ſecundus ille, ſed nullus eſt.

Romanum officium in Hiſpania receptum. Greg. P. epiſt. 2. l. 8. L. Gregorius multis literis egerat apud Alphonſum Caſtellæ regem, ut repudiato Mozarabico officio Romanum in omni ditione ſua ſervari juberet. Quod cum non obtinuiſſet, Hugoni abbati Cluniacenſi præcepit, ut Robertum monachum ex Hiſpania revocet, qui Regi ſuaſerat, ut veterem Hiſpaniæ Liturgiam retineret, quem ideo vocat ſimoniacum, eumque ab introitu eccleſiæ, & ab omni miniſterio monaſterii ſeparat, donec redeat, & temeritatis ſuæ dignam ultionem ſuſcipiat. " Regem quoque, inquit, diligenter literis tuis intelligere facias, B. Petri indignationem, atque, ſi non reſipuerit, graviſſimam adverſum ſe & regnum ſuum ultionem provocaſſe, quod legatum Romanæ Eccleſiæ indecenter tractavit, & falſitati potius, quam veritati credidit ..... ſignificare etiam ei, nos illum, ſi culpam ſuam non correxerit, eſſe excommunicaturos, & quotquot ſunt in partibus Hiſpaniæ fideles S. Petri, ad confuſionem ſuam ſollicitaturos. Quod ſi minus præceptioni noſtræ obedirent, non gravem æſtimaremus laborem ad Hiſpaniam proficiſci, & adverſus eum, quemadmodum Chriſtianæ religionis inimicum, dura & aſpera moliri ..... Volumus etiam, ut alteram epiſtolam noſtram Regi prædicto deferri præcipias. „

Ibid. Epiſt. 3. Alphonſum regem in ea monebat, ut remotis malis conſiliariis, legati Apoſtolici ſalutaribus monitis acquieſceret, eique præcipit, ut illicitum connubium, quod cum uxoris ſuæ conſanguinea iniit, penitus reſpuat. Datæ ſunt quinto Kalendas Julii anni milleſimi octuageſimi. Rex Pontifici ſatisfecit in Burgenſi ſynodo, cui præſedit Richardus abbas Maſſilienſis, & Papæ legatus. Qua de re Alphonſo regi ſic gratias egit Gregorius: Nunc, chariſſime fili, noverit excellentia tua, illud admodum nobis placere, quod in eccleſiis regni tui, matris omnium Romanæ Eccleſiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari effeceris ..... Cæterum quod de uxore tua, & de abbatia S. Secundi poſtulaſti, competentius reſponderi per filium noſtrum Richardum legatum arbitrati ſumus. „ Demum virum bonum electum in Archiepiſcopum conſecrari vetat propter ejus imperitiam, & Regem monet, ne in terra ſua Judæos Chriſtianis dominari patiatur, eique gratias agit pro miſſis ampliſſimis muneribus.

Gregor. P. ep. 2. l. 9. Romanum officium in Caſtella receptum.

Concil. tom. 6. LI. Eodem anno Julio Bonæ nunc Lillebonæ ſub præſentia regis Willelmi celebratum eſt concilium. Aderat Willelmus Rotomagenſis epiſcopus cum cæteris epiſcopis, abbatibus, & Normanniæ principibus. Tredecim in eo editi ſunt canones. Primus jubet, ut pax, quæ trevia dicitur, firmiter teneatur, & per ſingulas parochias dictis excommunicationibus renovetur. Secundus. Ut de inceſtis matrimoniis juxta canones judicent epiſcopi. Tertius. Presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, & canonici nullam fœminam habeant; ſi quis poſt hæc habuerit, & accuſatus ſe purgare non potuerit, eccleſiam perdat irrecuperabiliter. Epiſcopos negligentiæ in coercendis ejuſmodi malis clericis accuſat ſynodus, nempe pecuniæ emendationem propter eorum fœminas exigebant; quod canone quinto prohibetur. Duodecimus. Si donatur monachis eccleſia, presbyter, qui eamdem tenet, honorifice teneat quidquid de ea habuit, antequam monachi eam haberent ..... Eo autem mortuo, abbas idoneum quærat presbyterum, & epiſcopo eum oſtendat, quem, ſi recipiendus eſt, epiſcopus recipiat ..... Quod ſi ille presbyter cum monachis vivere noluerit, tantum ei det abbas de bonis eccleſiæ, unde & bene vivere, & eccleſiæ ſervitium convenienter valeat adimplere ..... & presbyter epiſcopo ſuo ſit juſte ſubditus. Decimus tertius exponit varios caſus juriſdictionis epiſcopalis, quæ vel tunc ampliſſima permanſerat. Christi An. 1081. ed. Hard. t. 9. Lab. *Lilebonenſis ſynodus.*

Greg. P. epiſt. 5. l. 9. Hugo Dienſis epiſcopus, & Papæ legatus, ſuſpenderat epiſcopos, & abbates Normanniæ præter Rotomagenſem, quia ſynodo, ad quam eos vocaverat, Francorum regis metu præſto non fuerant. Qua de re eum reprehendit Gregorius, præcipiens, ut eos reſtituat, ne regem Angliæ, qui in ſedem Apoſtolicam præcæteris Regibus obſequentior erat, exaſperet: & jubet, ut erga omnes ejus ſubditos agat mitius. " Rex Anglorum, inquit, licet in quibuſdam non ita religioſe, ſicut optamus, ſe habeat; tamen in hoc, quod eccleſias Dei non deſtruit, neque vendit, & pacem juſtitiamque in ſubditis ſuis moderari procurat; & quia contra Apoſtolicam ſedem rogatus a quibuſdam inimicis crucis Chriſti pactum inire, conſentire noluit, presbyteros uxores, laicos decimas, quas detinebant, etiam juramento dimittere compulit, cæteris Regibus ſe ſatis probabiliorem ac magis honorandum oſtendit. „

Lanfran. epiſt. 59. Non ſine cauſa cum Willelmo rege mitius agendum cenſebat Gregorius, ſic enim cum Henrico ſocietatem inire reſpuerat, ut eum non improbaret, quemadmodum conſtat ex ſequenti Lanfranci Cantuarienſis epiſtola: " Literas tuas, inquit, legi, & quædam in eis mihi diſplicuerunt. Non probo, quod Papam Gregorium vituperas ..... quodque Clementem tot præconiis tam præpoſtere extollas .... Credo tamen, quod Imperator ſine magna ratione tantam rem non eſt aggreſſus patrare, nec ſine magno auxilio Dei tantam potuit victoriam conſummare. Non laudo, ut in Angliam venias, niſi a rege Anglorum licentiam veniendi prius accipias. Nondum enim inſula noſtra priorem refutavit, nec utrum huic obedire debeat, ſententiam promulgavit. Auditis utrimque cauſis, ſi ita contigerit, perſpicacius, quid fieri oporteat, provideri valebit. „

Annaliſt. Saxo. LII. Henricus rex, licet habito conventu epiſcoporum, & principum utriuſque partis, Saxones, & Suevi pacem, & inducias reſpuiſſent; collecto tamen ingenti exercitu, Italiam ingreſſus eſt, ineunte Martio anni milleſimi octogeſimi primi, vel ut Gregorium ſibi reconciliaret, vel ut, eo ejecto, Guibertum in ejus ſedem collocaret. Veronæ uſque ad feſtum Paſchæ ſubſtitit. Gregorius audito ejus adventu, Deſiderio Caſſinenſi abbati ſtatim ſcripſit: " Volumus te Roberti ducis animum, qualiter ſe circa Romanam Eccleſiam habeat, ejuſque voluntatem veraciter intelligere valeas, ſcilicet ſi neceſſaria nobis fuerit expeditio poſt Paſcha, an per ſe, vel filium ſuum, ſe decenter ſuccurſurum fiducialiter polliceatur: ſi vero hoc non potuerit, quot milites poſt paſchale feſtum, ut in familiari militia B. Petri ſint, ſe deſtinaturum indubitanter promittat, & nepotem ſuum ab invaſione terrarum eccleſiæ compeſcat. Ipſe vero Romæ ſynodum celebravit. In ea ſententiam depoſitionis Archiepiſcoporum Achardi Arelatenſis, & Godfredi Narbonenſis jam mortui, atque excommunicationem per Hugonem Dienſem legatum Apoſtolicum promulgatam in Avenionenſi ſynodo confirmavit: Henricum quoque, & omnes Greg. P. epiſt. 4. l. 9. *Romana Synod.* Conc. t. 6. ed. Hard.

CHRISTI AN. 1081. & omnes ejus fautores iterum excommunicavit, Anathematizavit item Ildimundum, & Landum Campanicos tyrannos, omnesque adjutores eorum. Præterea suspendit ab officio quosdam episcopos, qui ad concilium invitati, neque ipsi, neque nuntii eorum pro ipsis venerant.

Annal. Saxo. Henricus autem Romam perveniens in vigilia Pentecostes, resistente sibi Gregorio Papa cum Romanis, ante castellum S. Petri castra posuit, ubi incursionibus urbanorum per biennium sæpius infestatus parva manu multa viriliter peregit; sed ingravescente æstatis insueto fervore multos amisit milites. Nihilominus comitissæ Mathildis villas incendit, castella

Vit. S. Anselm. diruit, suorumque plurimi ab ea recesserunt. Illa tamen his infracta malis collegit exercitum pro defensione Gregorii. Cum autem nulla spes esset urbis invadendæ, Henricus Guiberto antipapa cum aliis in Tiburtina urbe ad infestandos Romanos derelicto, ipse in Longobardiam revertitur, eique natus est filius Henricus.

Annal. Saxo. Saxones interea duce Ottone vastarunt Franconiam, seu Franciam Orientalem, & cum Suevis mense Junio prope Bambergam convenientes, de constituendo Rege communiter tractaverunt, & tandem, ut Herimannum eligerent, consenserunt; sed Henrici amici ducem Ottonem multis pollicitationibus impulerunt, ut eam electionem tunc impediret; sed post quinque menses ejus equus cadens, crus ejus ita confregit, ut ex vulnere moreretur. Item inter Alemannos, & Bavaricos bellum exortum est propter quosdam limites.

CHRISTI AN. 1082. Robertus Normannorum dux promissum Papæ dare non potuit auxilium, in Græciam quippe trajecerat adversus Alexium Commenum, qui cum fratre Isaacio affectati Imperii accusatus apud Nicephorum, fugerat; sed omnes pene legiones ad suas partes attraxit, & die passionis Domini Constanti-

Chron. Cassin. Annal. Comme. nopolim occupavit, & diripuit. Nicephorus Botoniates fecessit in monasterium, ibique aliquamdiu vixit ac mortuus est. Alexius Commenus a patriarcha Cosma coronatus est Imperator, paceque cum Turcis composita, ea conditione, ut Dracontem fluvium deinceps pro suæ ditionis termino haberent, nec in fines Bithyniorum irrumperent, direptisque ecclesiarum thesauris, ut militibus stipendia daret, cum septuaginta millibus armatis movit adversus Robertum, qui licet tantum quindecim millia militum in exercitu haberet, Græcos vicit, & fugavit. Patriarcha Cosmas ecclesiarum direptionem non ferens secessit in suum monasterium. Eustrates cognomento Caridas, licet imperitus, & eunuchus, ei suffectus est. Imperator vero propter illud sacrilegium hanc cladem sibi immissam reputans, omnia se ecclesiis restituturum spopondit, earumque debitorem cum suis successoribus actu publico se constituit, diesque quadraginta jejunans in pane, & aqua, & humi cubans cum suis egit pœnitentiam.

LIII. Interea in occidentali Imperio tam in ecclesia quam in republica schisma crevit, & Saxones, & Suevi convenientes Herimannum virum præpotentem ac nobilissimum, & Luxemburgi dominum, Germaniæ regem constituerunt, quem Sige-

Annal. Saxo. fridus Moguntinus Archiepiscopus Goslariæ consecravit. Hic, sumpto Regis nomine, tam suis quam alienis cœpit in brevi despectus haberi. Henricus ejus promotione nihil territus, Italiam non reliquit, donec cæpta perficeret, sed tantum anno sequenti prævaluit.

Meldensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. Die decima quarta Kalendis Novembris ejusdem anni Walterius Meldensis episcopus obiit. Sequenti septimana Hugo Diensis concilium in eadem urbe congregavit, & Robertum ecclesiæ Resbacensis abbatem ordinavit ejusdem urbis episcopum; & quia sine præsentia, & assensu Richerii Senonensis Archiepiscopi, & ejus coepiscoporum id factum est, Robertum excommunicavit, & alium ordinavit. Hugo Diensis non multo post electus est, & ordinatus Archiepiscopus Lugdunensis.

CHRISTI AN. 1083. Henricus rex anno sequenti millesimo octogesimo tertio, cum apud sanctam Rufinam Pascha celebrasset, mox ad Romam expugnandam profectus est. Et quia se excommunicatum haberi ab Hugone Cluniacensi abbate aliisque viris religiosis pro certo cognovit, ut eos melius circumvenire posset, Ottonem episcopum Ostiensem aliosque multos, quos Romam venientes ceperat, liberos dimisit, universisque Romam visitare volentibus firmam securitatem de-

Annal. Saxo. Centius Camer. act. Pontif. dit, quam juramento publice confirmavit, atque, ut populi Romani favorem consequeretur, publice dixit, quod a Gregorio Papa coronam Imperialem vellet accipere: quod postquam divulgatum est, non mediocriter lætatus est populus Romanus, & ad vestigia Papæ lacrymabiliter accedentes, ipsum cum magna instantia exoraverunt, ut patriæ jam fere perditæ misereretur, & paterna clementia condoleret. Pontifex autem respondit: Ego versutias Regis frequenter expertus sum; sed si vult in iis, in quibus manifeste peccavit, Deo, & Ecclesiæ satisfacere, ipsum libenter absolvam, ac Imperialem ei coronam cum benedictione imponam; alioquin non debeo, nec possum in hac parte ullatenus exaudire. Cum autem Rex satisfactionem denegaret, & populus Pontifici per plures dies vehementer instaret, ut absque satisfactione Regem susciperet, & Pontifex ad eorum preces permaneret immobilis, Rex cepit popularem favorem pecunia, & terrore sui acquirere, eamque partem urbis Romæ, quæ Leonina civitas dicitur, occupavit. Tertio Nonas Junii Romanum vulgus bienni bello fatigatum, acri inedia laborabat, cum nec ipsis ad vicina oppida vel castra exire liceret, nec illi metu Henrici in urbem vellent negotiatum venire. Multi quoque fame compulsi urbem reliquerant: proinde cæteri bello remissius attenti, rem ex animo minus gerebant, & a custodiis, prout cuique licebat, sine timore negligentius aberant.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Græcorum legati tunc ad Henricum venerunt, munera multa, & magna in auro, & argento vasisque, & sericis ei deferentes, suadentesque, ut Normannis bellum indiceret. Henricus hac pecunia multos e Romanis sibi conciliavit, qui Regi viginti nobiles obsides dederunt, postulantes diem constitui, quo Papa, & omnes senatores in præsentiam ejus venirent; qui diem constituens Kalendis Novembris, ipse ad montana conscendit ineunte Julio, ibique commorans usque ad statutum tempus Romam rediit. Papa vero duodecimo Kalendas Novembris ejusdem anni in basilica Lateranensi coram episcopis differens de fidei forma, & Christianæ religionis conversatione, & de animi constantia ad præsentem pressuram necessaria, conventum in gemitus, & lacrymas compulit, sicque eum in pace dimisit. Ipse vero in castello Crescentii inclusus expectabat eventum rei. Henricus rex Natale Domini Romæ apud S. Petrum celebravit. Circa Kalendas vero Frebuarii anni millesimi octogesimi quarti in Campaniam transiens, ipsam, & magnam partem Apuliæ cepit. Post hæc per legatos Romanorum rogatus, pacificus Romam rediit, & ad portam Lateranensem castra ponens, omnes in deditionem accepit, & undecimo Kalendas Aprilis feria sexta ante diem Palmarum multis stipatus, cum magna gloria intravit, ducens secum Guibertum antipapam, qui sequenti Dominica nomen Clementis accipiens, cathedræ Petri est inthronizatus. Henricus rex cum regina Bertha Dominica Paschæ ab eo Imperiali corona, & nomine sublimatus est. Post hæc in Germaniam reversus, Augustam civitatem, ab Alemannis invasam, obsedit, & recepit: & literas dedit ad Theodoricum Virdunensem episcopum, qui ei summa familiaritate adhærebat, in quibus ea breviter refert de sua Romana expeditione, quæ superius narravimus. Sigefridus Moguntinus Archiepiscopus Henrico semper adversarius obiit in Thuringia, pro quo Wecel constituitur. Magnus principum conventus factus est in villa Gerstungun causa recuperandæ pacis inter Regem, & ipsos: sed, infecto negotio, discessum est.

Annal. Saxo. Spicileg. tom. 12. CHRISTI AN. 1084. Annal. Saxo.

LIV. Interim Robertus Normannorum dux, crebris Papæ literis evocatus, in Italiam rediit, & Gregorium Papam e castello Crescentii eductum reduxit in Lateranense palatium, qui collecta synodo sententiam anathematis in Guibertum, & Henricum & omnes eorum fautores promulgavit. Hanc ejus legati, scilicet Petrus Albanensis in Gallia, Otto episcopus Ostiensis in terra Teutonicorum usquequaque divulgarunt: sicque Romæ peractis aliquot diebus, Salernum pariter perrexerunt Papa Gregorius, & dux Robertus, qui, cum Romanos Henrico favere cognovisset, Romam diripuit. Papa vero legationem commisit Anselmo Lucensi episcopo, ut schismaticos pœnitentes atque ad ecclesiam redeuntes absolveret. Illius adhortationibus, & benedictione confirmati Catholici; quamvis numero longe inferiores,

Centius Camer. Bertholdi Presbyt. pœnit.

exerci-

Christi An. 1084. exercitum Longobardiæ comitissæ Mathildis fines invadentem internecione deleverunt, paucis e suis desideratis. Hac victoria Gregorii pars invaluit in Italia.

Gregor. P. ep. 34. l. 9. Lambertus pseudoepiscopus Tervanensis. LV. Hubertus in Gallia Tervanensis episcopus sedem abdicare compulsus, in S. Bertini monasterium se recepit. Lambertus quidam Roberti Flandriæ comitis authoritate ei suffectus est. Hugo Papæ legatus a Tervanensi clero interpellatus, eum excommunicavit in Meldensi synodo, ad quam vocatus non venerat, tum quia quinque clericos, qui ei communicare noluerant, bonis omnibus spoliavit, atque ad Romanam synodum de ejus malitia querimoniam deferre volentes detinuit: demum de ecclesia sua sine licentia fugit, canonicam volens evitare disciplinam. Lambertus legati excommunicatione contempta, se fecit ab episcopis officio suo suspensis consecrari diaconum, presbyterum & episcopum. Deinde hostiliter & armata manu, comite Roberto eum cum exercitu comitante, ecclesiæ Tervanensis portas, quas ei clerus & populus occluserat, per vim incidit atque confregit. Crucem quoque & imaginem Salvatoris libellum contradictorium ante ipsas portas clausas manu dextera sibi quasi porrigentis, sic a portis abstraxit, ut dexteram manum illi avulserit: sicque cum lanceis & gladiis evaginatis irrumpens, alios clericorum vulneravit, alios semivivos fugavit, omniumque sibi communicare nolentium domos diripuit: ipsum vero comitem in tantum seduxit, ut omnes clericos sibi obedire nolentes bonis omnibus privatos de tota terra sua ejecerit.

Greg. P. ep. 32. l. 9. Viri nobiles post aliquod tempus ecclesiæ januas pariter infringentes, eam diripuerunt, Lambertumque abstrahentes ab altari, ubi prostratus orabat, ei linguam & dexteræ manus articulos detruncarunt. Lambertus Romam profectus apud Papam de tot facinoribus conquestus est, obtulitque comitis Flandriæ literas, quibus eum commendabat & simul excusabat, affirmans, eum ignorasse & synodi convocationem & suam excommunicationem. Gregorius Papa, qui nullas de ea re literas a legatis suis acceperat, misericordia commotus eum absolvit, accepto prius ab eo juramento, quod super episcopatu Tervanensi sedis Apostolicæ vel ejus legatorum judicium subiret; Hugonique legato tunc Lugdunensi Archiepiscopo scripsit, ut associato sibi abbate Cluniacensi solertius tractet hoc negotium; &, si depositionis illius causa justa comprobatur, & peremptoria in eum data sententia cognoscitur, Lambertus ab episcopatu cessans ecclesiæ judicium ferat; sin autem se injuste depositum fuisse, vel synodalem vocationem nesciviſse defendere potuerit, integre suis rebus & dignitati restituatur, sicque deinceps objectis sibi canonice respondeat. Demum jubet, ut illos, qui eum sic male tractarunt, si satisfacere contempserint, excommunicet. Nobilibus vero præcepit sub eadem pœna, ut coram legatis suis satisfacturi se sistant. Flandriæ comiti, quid de ea re decreverat, literis significavit, eumque hortatus est, ut æquitatem utrique parti conservaret. Comes ejus epistolam sprevit, & portitorem contumeliis affecit.

Ibid. Epist. 32.

Ibid. Epist. 34.

Concil. tom. 6. ed. Hard. Causam ecclesiastic. cognito publicis laicis invadicior.

Gregorius, illa causa deinceps a legatis suis plenius cognita, deprecatorias & hortatorias comiti scripsit literas, ut Lambertum amplius non sustentaret, neque foveret, sed magis de ecclesia oppressa citius expelleret, & clericis pro justitia exulatis omnia sibi ablata restitueret, & omnia hæc mala corrigendo dignos pœnitentiæ fructus faceret; infra terminum quadraginta dierum post acceptas suas literas si obedire nollet, segregatus & excommunicatus foret a communione Ecclesiæ. Comes a cœptis non destitit, quapropter Gregorius literas direxit ad omnes Flandriæ episcopos & principes, quibus prædicta declaravit, præcepitque, ut comitem adeuntes arguant, moneantque, ut resipiscat, Lambertum repellat, clericos ejectos restituat. Quod si non paruerit, eum excommunicat, & omnes, quicumque ei postea scienter in ecclesiasticis officiis communicaverint, vel in militia sæculari servierint. Quam ultimam partem nullum ante Gregorium Papam prohibuisse legimus. Gerardus quidam anno millesimo octogesimo quarto canonice electus est Tervanensis episcopus, eamque sedem per annos quindecim administravit.

Willelmus rex

LVI. Willelmus Anglorum rex, qui jam pro ecclesiastici status reformatione multa sapienter instituerat; ecclesiastica placita circa idem tempus a causis civilibus sequenti constitutione secrevit. "Sciatis vos omnes, quod episcopales leges, quæ non secundum canonum præcepta usque ad mea tempora in regno Anglorum fuerunt, communi concilio episcoporum, abbatum & principum emendandas judicavi. Propterea mando, & regia authoritate præcipio, ut nullus episcopus vel archidiaconus de legibus episcopalibus amplius in Hundret placita teneat, nec causam, quæ ad regimen animarum pertinet, ad judicium sæcularium hominum adducat: sed quicumque secundum episcopales leges de quacumque causa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc episcopus elegerit, veniat, ibique de causa sua respondeat, & non secundum Hundret; sed secundum canones & leges episcopales rectum Deo & episcopo suo faciat: si vero aliquis per superbiam elatus, ad justitiam episcopalem venire contempserit, & noluerit, vocetur semel, secundo & tertio; quod si nec sic ad emendationem venerit, excommunicetur; &, si opus fuerit ad hoc vindicandum, fortitudo & justitia Regis adhibeatur . . . . . Hoc etiam defendo, & tota authoritate interdico, ne ullus vice-comes aut præpositus, seu minister Regis, nec aliquis laicus homo, de legibus, quæ ad episcopum pertinent, se intromittat."

Christi An. 1084. *judicia eccles. reservat episcopis.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

LVII. Germaniæ episcopi & principes anno millesimo octogesimo quinto in pluribus conventibus pro pace frustra laborarunt, dum neutra pars de jure suo nihil remittit. Utriusque partis primates ob eam controversiam discutiendam decimo tertio Kalendas Februarii, apud Peresstat Thuringiæ villam convenerant. Gebehardus Salisburgensis Archiepiscopus pro Saxonibus verba fecit. Wecilo vero Moguntinus Archiepiscopus Henrici causam egit. Salisburgensis dixit: Non eis licitum esse communicare cum excommunicatis, quos ut tales Papa literis suis denuntiavit, ejusque literas ostendit, quibus obediendum esse concluſit. Trajectensis episcopus respondit: Sententiæ vestræ nullus nostrum refragabitur; sed dominum nostrum Henricum negamus excommunicatum, quia cum eo injuste egit Apostolicus. Salisburgensis lectis canonibus contendit, nulli quamvis injuste excommunicato communicandum ante utriusque partis justam examinationem, & nisi eo reconciliato per suum excommunicatorem. Moguntinus autem legit capitulum, quo statuitur, ut nullus rebus suis spoliatus ad synodum vocetur & damnetur, quod etiam de laicis intelligendum esse dixit: unde concluſit: quod Papa non potuerit excommunicare Henricum, quem Saxones & quidam Suevi ab eo deficientes regni parte spoliarunt. Salisburgensis respondit: Hunc canonem nec universaliter verum esse, nec Henricum ab Apostolica excommunicatione defendere facile probaremus: sed de nostro periclitamur gradu, si contra summorum Pontificum decreta sedis Apostolicæ detrectaremus judicia; cum illius sit de omni judicare ecclesia, nullius autem de illa: rursusque instituit, sibi non licitum esse cum excommunicatis communicare, seque ad hunc conventum venisse tantum, ut hæc illis significaret, sicque infecto discederitur negotio. Verumtamen ad Henrici aulam plurimi confluxere.

Christi An. 1085. Annalist. Saxo. p. 564.

Ibid. p. 565.

Saxones & Thuringi sequenti die convenere, scituri, si qui vellent ab eis deficere. Accusantur Udo Hildinisheimensis episcopus, & frater ejus Conradus, & comes Theodoricus Henricum convenisse, & patriæ traditionem ei promisisse. Respondunt, se quidem cum eo fuisse collocutos, sed nullam adhuc ei subjectionem pollicitos. Quapropter ab eis obsides expetuntur, quos cum dare noluissent, Theodoricus comes a quibusdam interficitur, episcopus, ejusque frater, & eorum complices fugantur. Nec mora Udo episcopus hanc vindicaturus injuriam, ad Henricum Fritislare sibi occurrentem venit, eique subjectionem firmavit, atque ut Saxones sollicitanti mediator esse posset, sacramentum ab Henrico accepit, si Saxones ad eum converterentur, eumque paterno uti regno paterentur, numquam jus hujusmodi ipse eis infringeret, quod a tempore Caroli Magni honestissimum habuerunt. Jurarunt quoque illi ejus primates & episcopi, ut, si Henricus hoc statutum unquam postponeret, ipsi nullum ei auxilium ferrent contra Saxoniam. Episcopus mox ad sua reversus, compatriotis, quod sibi juratum est, indicavit, multosque Henrico conciliavit,

qui

Christi An. 1085. qui eumdem certatim Imperatorem salutarunt, juramentorum immemores, conspiransque omnis fere Saxonia tanto licet excommunicatum reposcit affectu, quanto prius repulit impetu. Soli reclamarunt episcopi.

Ibid. & Berthold. *Quintilineb. conventus.* Transacto statutæ pacis termino, Herimanni partis episcopi Quintilineburgi convenere. Rex Herimannus cum suis principibus eidem conventui interfuit, & Otto Ostiensis episcopus Gregorii Papæ legatus. Prolata sunt in medium decreta SS. Patrum de primatu sedis Apostolicæ, quod nulli liceat ejus judicium retractare, & de ejus judicio judicare. Quod de totius synodi publica professione laudatum & confirmatum est. Cunibertus Bambergensis clericus contendit, Romanos Pontifices hujusmodi primatum sibi adscripsisse, non aliunde concessum hæreditasse, ut nulli de eorum judicio judicare debeant. Qui, cum a tota synodo confutaretur, præcipue tamen a quodam laico convictus est per illud Evan-
Matt. 10. gelium: Non est discipulus supra magistrum.

Ibid. *Ejusdem synodi decreta.* In eadem synodo ordinatio Wecilonis Moguntini Archiepiscopi, & Sigefridi Augustensis, & Norberti Curiensis: immo omnes ordinationes & consecrationes excommunicatorum penitus irritæ judicatæ sunt, juxta decreta SS. Patrum. Item secta prædicti Wecilonis ejusque sociorum sub anathemate damnata est, quæ asserit, sæculares rebus suis spoliatos excommunicari non posse pro suis excessibus, quæque excommunicatos absque reconciliatione recipi posse contendit. Statutum præterea primo canone, ut, quicumque ab episcopo suo nec officio nec communione privato excommunicatus esset, etsi injuste, nullatenus tamen reciperetur ad communionem, nisi absolutus ecclesiastico more. Tertio. Ut presbyteri, diaconi, & subdiaconi perpetuo servarent continentiam. Quinto. Ne laici decimas sibi vindicent in proprietatem, nec etiam in beneficium, nisi concessione legitimorum possessorum. Septimo. Ne quis caseum & ova comedat in Quadragesima. Confirmata est Gebehardi Constantiensis episcopi ordinatio. Ibidem mota est quæstio de consanguinitate regis Herimanni & uxoris suæ, qui surgens synodi judicium se per omnia servaturum professus est; sed, cum deessent accusatores, canonice judicare non potuit. Demum sententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata est in Guibertum antipapam & in apostatas S. Petri, Hugonem abbam, Joannem Portuensem, Petrum cancellarium & in octo episcopos partis Henricianæ. His decretis subscripsere Herimannus rex Romanorum, Otto legatus, & per se vel legatos suos quatuordecim episcopi, quorum primus est Gebehardus Salisburgensis Archiepiscopus.

Annal. Saxo. p. 567. Conventus item Moguntiæ apud S. Albanum habitus est, cui interfuit Henricus, ubi præsentibus legatis Guiberti & Romanorum, omnes sibi rebelles episcopi deponendi judicantur. Ibi etiam communi consensu constituta est pax Dei. Non multo post substitutis ab Imperatore Henrico per parochias abdicatorum præsulibus, in locum Adalberonis Meginhardus conversatione probabili, literis etiam & ingenio atque facundia nulli pene secundus Wirceburgensium præsul ordinatur, dignus qui felicioris temporis esset episcopus. Brunonem quemdam in locum Herimanni Metensis misit, qui postea ab urbe cum dedecore & ignominia pulsus est, & Herimannus a suis revocatus est; sed circa eadem tempora vocati sunt ad divinum judicium præcipui Longobardiæ episcopi schismatici, imprimis Tedaldus Mediolanensis Archiepiscopus, cui suffectus est Anselmus III. vir Catholicus ac legitimis Romanis Pontificibus semper communione conjunctus. Christi An. 1085. Bertholdus.

LVIII. Gregorius Papa VII. octavo Kalendas Junii ejusdem anni apud Salernum moritur, & sepelitur in basilica S. Matthæi . . . . . morti proximus rogatus, ut in tanta fidelium perturbatione sibi successorem & Ecclesiæ contra Guibertum designaret ultorem, trium dedit optionem, Desiderii cardinalis & abbatis Cassinensis, Ottonis Ostiensis episcopi, & Hugonis Lugdunensis; sed duobus ultimis absentibus, suasit eligi Desiderium . . . . . Postea super his, quos excommunicaverat, requisitus, respondit: Præter Henricum regem, & Guibertum Apostolicæ sedis invasorem, & omnes principales illius personas, quæ aut consilio aut auxilio favent nequitiæ vel impietati illorum, omnes absolvo & benedico, quicumque me hanc habere specialem potestatem credunt indubitanter. Sedit annos duodecim, mensem unum, & tres dies. Gregorii Papa VII. mors. Bertin. ed. in ejus vit.

Illum laudarunt viri illius ætatis sua pietate spectabiles, & omnes prope scriptores, si paucos excipias schismaticos, quos inter maledicentissimus Benno Guiberti antipapæ pseudo-cardinalis, tot calumniis eum infectatus est, ut omnem fidem sibi penitus abrogaverit. Paulus canonicus regularis Bernriedensis in Bavaria circa annum millesimum centesimum vigesimum primum ejus vitam edidit. Marcus Antonius Columna Salernitanus Archiepiscopus hæc de eo scriptis testata reliquit: Nos ejus reliquias nulla ex parte labefactatas, pontificiisque indumentis ornatas, hoc anno, scilicet millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, qui est a tumulatione ejus fere quingentesimus, propriis oculis inspeximus, propriisque manibus contrectavimus. Ejus memoria in martyrologio Romano consignata fuit ad diem vigesimum quintum Martii, dum anno millesimo quingentesimo octogesimo quarto Gregorii X. authoritate fuit emendatum, quod retentum est in nova ejusdem martyrologii editione a Baronio annotationibus aucta. Paulus V. anno millesimo sexcentesimo nono suo brevi permisit Archiepiscopo & capitulo Salernitano, ut Gregorii VII. officium in tota sua diœcesi celebraretur. Ughel. tom. 7.

Ejus epistolas in libros novem distributas habemus, liber decimus in exemplari vacat, & duæ tantum libri undecimi supersunt. In his quædam ex falsis decretalibus ex supposititia Constantini donatione & aliis scriptis apocryphis desumpta reperiuntur. Suppositicius est libellus viginti septem articulos continens, seu propositiones nullatenus inter se cohærentes, nullaque temporis nota consignatus, & ab incerto authore Gregorii VII. dictatus male inscriptus est. Nullus author coævus vel suppar illius meminit vel adscripsit Gregorio; nullus ex ejus adversariis de illo quæstionem adversus eum movit, quod profecto præstitissent, cum in iis quædam aperte falsa sint. Demum illius in suis literis non meminit Gregorius, qui alia sua decreta laudat.

LIBER XLVII.

In Occidente ſchiſma creſcit: tres Antipapæ ſibi ſuccedunt, ſed brevi pereunt. R. Pontifices epiſcopis & abbatibus prohibent, ne inveſtituras a ſupremis Principibus accipiant, vel illis faciant hominium. Principes utrumque retinere volunt. Hinc graves diſſenſiones; præſertim in Anglia. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, dum Papæ decretis obedit, Guillelmi Rufi regis odium incurrit, qui poſt multas vexationes illum velut ad Papam conſulendum Romam ablegat; inde vetat, ne in Angliam revertatur; hinc in Anglia creſcit morum corruptio. Anſelmus in Barenſi ſynodo de proceſſione S. Spiritus docte diſputat, hancque diſputationem aliosque tractatus Theologicos edit. Henrici IV. Imperatoris ſchiſmatici adverſus patrem rebellant filii, quorum partes Papa fovet. Conradus natu major moritur in Italia, quæ eum Regem agnoverat. Henricus junior factione principum Germaniæ Rex electus patrem deponi curat, & captivum retinet. Henricus pater fugit Coloniam, & bellum renovans Leodii moritur & ſepelitur. Ejus filius patris corpus effoſſum propter excommunicationem inſepultum manere jubet. In Galliis Philippus rex Insburgen conjugem repudiat, & aliam ducit. Hinc a Papæ legatis ter excommunicatur, & toties pœnitens abſolvitur. Ivo Carnotenſis epiſcopus ejus divortio, & indignorum epiſcoporum intruſioni ſe fortiter opponit: ideoque in carcerem detruditur, & agente Papa liberatur. Rex poſt multos annos Insburgen revocat, ſicque Gallicana eccleſia propter interdictum turbata pacificatur. Urbanus Papa III. in Claromontana ſynodo, propoſitis indulgentiis, principes & populos excitat, ut Palæſtinam ab infidelium jugo liberent: hanc expeditionem ſuaſit & plurimum promovit Petrus eremita: Tres priores peregrinorum turmæ periere. Godefridus dux aliique principes, Saracenis ſæpe victis, regnum Hieroſolymitanum, & comitatus Antiochenum & Edeſſenum conſtituunt. Patriarchæ Latini Hieroſolymis & Antiochiæ, Archiepiſcopi vero & epiſcopi in aliis civitatibus cum clero inſtituuntur. Godefridus Hieroſolymorum rex eligitur: eique ſuccedit ejus frater Balduinus. Rogerius comes victis & expulſis Saracenis Siciliam occupat, illiuſque eccleſiæ ruinas reparat, reſtitutis epiſcopatibus. Plures ſynodi pro morum reformatione celebrantur. In eis treuga Dei omnibus obſervanda certis temporibus ſub excommunicatione præcipitur, & ſubdiaconis injungitur profeſſio caſtitatis. Lateranenſis ſynodus Henricum Imp. aliosque ſchiſmaticos excommunicat, & præſcribit formam juramenti obedientiæ, quod Papæ præſtabunt Archiepiſcopi. Duæ Metropolis eriguntur, Piſana & Lundenſis in Dania: Terragonenſis Metropolis reſtituitur, & epiſcopatus Atrebatenſis: Lugdunenſis primatus confirmatur: Siciliæ monarchia ſacra qualis ſit, erectionis bulla declaratur. Inſtituta Carthuſia, quam fundat S. Bruno; S. vero Robertus Ciſtercienſem ordinem. Roſcellinus in Galliis docens errores exulare cogitur. Plures viri & fœminæ illuſtres ſanctitate florent. SS. Bonizo & Themo epiſcopi martyrio coronantur. Sanctitate & doctrina inſignes habentur, uterque Anſelmus, Cantuarienſis & Lucenſis, & Bruno Herbipolenſis epiſcopi.

Christi An. 1085. Hildebr. III. Papæ.

I. DEſiderius Caſſinenſis abbas, Gregorio defuncto, cœpit agere cum epiſcopis & cardinalibus, qui in Gregorii obedientia perſiterunt, ut idoneus ei ſucceſſor eligeretur. Convenientes illi Deſiderium, ut juxta judicium Gregorii Papæ ſubveniret Eccleſiæ papatum ſuſcipiendo, inſtantiſſime flagitarunt. Ille reſpondit: Se quidem ad Eccleſiæ ſervitium eſſe paratum, ſed pontificatum recuſavit: & cum eis egit ut Jordanus princeps, & Raynulphus comes, & comitiſſa Mathildis ſollicitarentur, ut Romam ad hanc electionem canonice peragendam venirent. Jordanus princeps poſt peractos calores cum ejus rei gratia cum exercitu veniſſet in Campaniam: Deſiderius, qui cum aliquot epiſcopis eum comitabatur, eis dixit, ſe non progreſſurum ulterius, niſi promitterent, quod nullam ſuper hac re vim inferrent, nec alios inferre paterentur. Renuentibus illis, res infecta tunc remanſit, ſedes reliqua anni parte vacavit. Christi An. 1085.

Jam fere annus in tali fluctuatione tranſierat, & Guibertus cum ſuis multos ſeducebat: cum circa Paſchalem feſtivitatem epiſcopi & cardinales Romanæ Eccleſiæ Christi An. 1086. Ibid.

Christi An. 1086. Ecclesiæ Romam convenientes mandarunt Desiderio, ut una cum episcopis, qui cum ipso erant, & cum Gisulfo Salernitano principe quantocius veniret, quatenus de Romanæ Ecclesiæ ordinatione tractarent. Ille nihil de se jam suspicans Romam venit in vigiliis Pentecostes, omnesque tam clerici quam laici convenientes in diaconiam S. Luciæ Desiderium unanimiter obsecrarunt, ut Romanum pontificatum susciperet: Instantes per totam diem multis precibus & lacrymis, & pariter ad ejus genua procidentes; sed cum eum flectere non potuissent, instante nocte ad sua reversi sunt. Dominica Pentecostes, summo mane, rursus omnes ad eum convenientes, eadem cœperunt repetere; sed cum nihil proficerent, Desiderio dixerunt, ut quemcumque ipse illis consuluisset, ipsum eligerent. Ille consilio habito cum Cincio consule, designavit Ostiensem episcopum. Rursus postularunt, ut electum in Cassinensi monasterio reciperet, donec Ecclesia tranquillaretur, eumque cum suis sustentaret. Desiderius id se facturum repromisit; cumque jam de Ostiensi decernerent, unus cardinalis hanc electionem esse contra canones, nec ei se consensurum clamavit: Itaque episcopi & cardinales Desiderii duritiam stomachantes, ei vim inferre statuerunt, universique enim renitentem perducunt in ecclesiam S. Luciæ martyris, ibique eum juxta morem Ecclesiæ eligentes, Victoris ei nomen imponunt, cappam rubeam induunt, albam vero numquam ei induere potuerunt. Imperatoris autem præfectus cum aliquot militibus capitolium occupat, electoque maximas persecutiones intulit, qui post quatuor dies Romam egressus venit Ardeam, inde Terracinam, ubi pontificatus insignia dimisit: nec ullis precibus flecti potuit, ut ea resumeret: sicque Cassinum reversus est, ibique exegit annum millesimum octogesimum sextum.

S. Anselmus Lucensis. II. Decimo Kalendas Aprilis ejusdem anni Mantuæ migravit ad Deum S. Anselmus Lucensis episcopus in Tuscia, vir scientia & sanctitate clarus: maximus Gregorii Papæ VII. laudator, ejusque partes contra Henricum regem summo animi studio semper tutatus est. Apologeticum ex diversis SS. Patrum voluminibus compilavit, quibus Gregorii VII. sententiam in Henricum, & universa ejus facta & præcepta canonicis defenderet rationibus, & approbaret orthodoxis authoritatibus; sed his falsas decretales inseruit: & quandoque minus accurate disputat. Illud opus idem est ac duo ejus libri, contra Guibertum, & collecta quædam, quibus demonstratur, ecclesiæ facultates non esse in potestate Regis aut Cæsaris. Opus utrumque edidit Henricus Canisius. Initio sui pontificatus canonicos suos ad vitam regularem adducere tentavit, ut absolverentur ab excommunicatione, quam in emendis præbendis contraxerant; sed rebelles expertus, rem ad Papam detulit. Quapropter ad eos scripsit Gregorius Papa: " Omnibus, qui inter vos contra Apostolica præcepta B. Leonis Papæ canonicas pecunia adepti sunt, introitum majoris ecclesiæ, & easdem canonicas vel præbendas retinendi licentiam & potestatem ex parte omnipotentis Dei, usque ad condignam satisfactionem, interdicimus. „ Anselmus postea synodum indixit apud S. Genesium, castrum Lucensi civitati proximum. Petrus cognomento ignitus Albanensis episcopus in ea vicem Papæ gerebat, qui cum aliis episcopis conspirantes canonicos excommunicavit. Illi indignantes totam civitatem malitiose concitaverunt, & Mathildi comitissæ rebelles ad Henrici regis partes defecerunt. Hujus nefariæ conspirationis princeps fuit Petrus subdiaconus & canonicus, mente superbus, incontinens moribus, verbis procax, & fomes omnium spurcitiarum, a Guiberto antipapa creatus est Lucensis episcopus. Anselmus vero confugit ad Comitissam Mathildem, cujus conscientiam moderabatur. Papa vero literas ad Lucenses dedit, quos monet, ne cum illis canonicis communicent, neve auxilium præbeant: canonicos vero ab officiis & præbendis in perpetuum submovet. Anselmus in vita & post mortem miraculis clarus die sui obitus colitur in Ecclesia.

Act. SS. Bened. tom. 6.

Biblioth. max. Patrum tom. 18.

Greg. P. epist. 1. l. 5.

Concil. tom. 6. edit. Hard.

Christi An. 1087. III. Kalendis Aprilis anni millesimi octogesimi septimi, Dominica in ramis Palmarum, apud Capuam episcoporum congregato concilio Desiderius electus Romanus Pontifex, una cum aliis episcopis consedit. Cincius Romanus consul cum nobilibus plerisque Romanis, Jordanusque princeps Capuæ, & Rogerius dux cum omnibus fere suis optimatibus aderant.

Victor Papa ordinatur. Concil. tom. 6.

Finito concilio, rursus clerici & laici Desiderium precibus & lacrymis fatigant; sicque biduo immobilis perstitit. Tandem duce ac principe, episcopisque & cæteris fidelibus, ad ejus vestigia flentibus, victus precibus ac rationibus cessit, electionemque præteritam, crucem ac purpuram resumendo firmavit. Inde Cassinum reversus ibi Pascha celebravit. Solemnitate peracta cum Capuano ac Salernitano principe Romam perrexit, ac extra porticum S. Petri tentoria fixit. Et quia Guibertus S. Petri ecclesiam armis tenebat, instantibus militibus principis, eadem die recuperata est ecclesia. Dominica vero Ascensionem subsequente, Romanis fere omnibus trans Tiberim magna cum frequentiæ celebritate occurrentibus, Desiderius, qui dictus est Victor III., ab episcopis Ostiensi, Tusculano, Portuensi & Albanensi, cardinalibusque & episcopis, & abbatibus, assistentibus plurimis, ecclesiastico more sacratus, & in Apostolica sede locatus est, septimo Idus Maji. Post octo dies Cassinum reversus est.

Christi An. 1087. Eodem die corpus S. Nicolai Archiepiscopi de Myrrea in Barium translatum est. Translationem hanc sic describit Joannes archidiaconus Barensis ecclesiæ. Turcæ Lyciam vicinasque regiones depopulati sunt, ecclesiasque destruxerunt, & multas urbes cum civibus suis incendio tradiderunt: Myrrea Metropolis Lyciæ Turcarum dominio subacta, propriis civibus evacuata est; Barenses autem, qui cum tribus navibus Antiochiam negotii causa proficisci disposuerunt, Myrream accessere, & ab ædituo petierunt, ubi jaceret corpus S. Nicolai, promittentes ei & monachis de unaquaque puppi centum aureos solidos. Id fieri non posse responderunt monachi, siquidem ab ejus obitu, qui Constantini temporibus contigit, nullus de reliquiis ejus vel occulte furari, vel manifestis viribus rapere potuit. Barenses hæc audientes monachos comprehendunt, & marmoreum pavimentum cum ferreo malleo effringunt, & Nicolai corpus integrum extrahunt, & naves suas conscendentes Barium rediere, ubi capsella cum reliquiis commendata fuit Heliæ abbati cœnobii S. Benedicti, qui eas in ecclesia deposuit, & solemnitas translationis ejus septimo Idus Maji constituta est, & multis illustrata miraculis. S. Nicolai nomen ab eo tempore celebrius esse cœpit apud Occidentales. Robertus Francorum rex antea Parisiis ecclesiam in honorem S. Nicolai construxerat.

Ordoric. l. 7.

Hug. Lugdun. epistola contra Wib. Ravenn. IV. Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, qui diu Gregorii Papæ legatus fuerat in Galliis, indigne ferens, Victorem III. pro Romano pontificatu sibi fuisse præpositum, ad Mathildem comitissam de ejus promotione sic scripsit: " Electionem Cassinensis abbatis, antequam ego Romam venirem, factam sufficienter audistis: cui tam ego, quam cæteri fratres mei filii Romanæ Ecclesiæ pro temporis infirmitate assensum præbuimus (ac proinde fuit canonica.) Postquam autem ad montem Cassinum pervenimus, ex ejusdem familiaribus colloquiis, dum nefandissimos actus suos in auribus cardinalium jactanter recitare non erubesceret, necessario deprehendimus, quam intolerabiliter Deum in ipsius electione offenderimus. Quis enim, nisi ex ipsius ore audiisset, unquam crederet, Henrico regi fidem eum dedisse, ut de obtinenda Romani Imperii corona fideliter eum adjuvaret..... eumque ad invadendas terras S. Petri, numquam, nisi suo consilio & persuasione animaretur, Romam transiisse? Attonemque Mediolanensem cardinalem publice excommunicatum, & sine pœnitentia defunctum non solum beatum in communi nostra audientia prædicare præsumpsit; verum etiam se ipsum non in alia, nisi in qua ipse est, gloria futurum oravit. In quibus omnibus fratres nostros cardinales testes advocamus .... Quoties decreta domini sui Papæ Gregorii aperte improbavit, & postea factis destruxit. „

Ibid. " Nunc vero cum electionem totiens refutatam & ecclesiæ redditam, divina gratia libere facere sperabamus, sub occasione eligendi Romanum Pontificem, concilium in Capua, sicut illarum partium vicarius Apostolicus congregavit. Ad quod ego & abbas Massilienses, atque Archiepiscopus Aquenses ... invitati, ut communi consilio Romanum Pontificem eligeremus, veniendo obedivimus .... Cum ergo de ea re tractare disponeremus, abbas Desiderius quibusdam gestuosis repulsionibus fautores suos episcopos & principem Capuanum ad compellendum se pro-

Christi An. 1087. se provocare cœpit. Qui cum eum quasi invitum ad restitutionem sui compellerent : nos cum Ostiensi episcopo, & quibusdam aliis consilium habuimus. Postquam ergo ipse jam paratus erat insignia pontificatus resumere, & electionem etiam in ipso conventu multoties refutatam iterum in se retorquere ; Nos propositi sui mutabilitatem improbantes, nequaquam assensum præbituros diximus, nisi de quibusdam contra famam suam . . . primum canonice examinatio fieret. Quod ipse indigne ferens, neque ad examinationem venturum, neque electionem unquam susceperum se publice affirmavit . . & cœpit a nobis recedere . . . . . Cum Virmundus monachus publice exclamavit, infamem personam non debere in Romanum Pontificem eligi vel ordinari : cum constaret, eum indubitanter infamiam incurrisse, quoniam excommunicationem Gregorii Papæ per annum integrum sine canonica pœnitentia sustinuisset. Et quia nox imminebat, nobis recedentibus, remansit dux Rogerius cum eo, retento secum Ostiensi cum cæteris Romanis episcopis & cardinalibus, obtinuit ab eo, ut quidam Alfanus ambitionis reus consecraretur Salernitanus episcopus, & Desiderius tunc sibi pluvialem imposuit, aliis ignorantibus.

Hujusce narrationis falsitatem tria demonstrant. Primo. Gregorii Papæ responsio, qui Desiderium præ cæteris eligendum designaverat. Secundo. Hugo ipse fatetur, electionem ejus fuisse canonicam, eumque Romæ ab Ostiensi episcopo, & aliis, quibus illud jus competebat, fuisse consecratum. Tertio. Mathildis comitissa his nullam fidem adhibuit ; siquidem, missis ad Victorem Papam legatis, eum deprecata est, ut ejus frui alloquiis mereretur, eaque de causa Romam venerat : Victor licet æger per mare statim ad urbem se contulit, atque a comitissa & ejus exercitu devotissime suscipitur, atque in ecclesia S. Petri octo diebus commoratus est. Postmodum die festo S. Barnabæ super altare sancti Petri Missam solemniter celebrans, eadem die auxilio ejusdem comitissæ trajecto Tiberi, Romam ingreditur. Trans Tiberim urbem totam, Romanorumque partem maximam, & omnem pene nobilium cœtum, castrumque S. Angeli, & B. Petri basilicam, urbem Ostiensem ac Portuensem habebat sub ditione sua. Morabatur autem apud insulam Romæ, quæ & ipsa sui juris erat. Chron. Cassin.

Guibertus cum suis majorem partem urbis Romæ obtinebat. Apostolorum vigilia ejus milites universa ceperunt, præter S. Petri ecclesiam, quam Victoris milites strenue defenderunt ; sed sequenti nocte trans Tiberim in castrum sancti Angeli se receperunt, & S. Petri basilica in Guiberti potestatem venit, qui altare lavit, & Missam ibi peregit. Postridie cunctis ad sua redeuntibus, eadem ecclesia in jus Victoris Papæ rediit.

Annal. Saxo. pag. 568. V. Henricus rex interim Wratizlaum ducem Bohemiæ etiam Poloniæ præfecit, imponensque capiti ejus regalem circulum, jussit Egilberto Trevirensi Archiepiscopo, ut eum in sua Metropoli Praga in Regem ungeret, & diadema capiti ejus imponeret. Gebehardus Pragensis præsul ejusdem ducis frater scripta suæ antiquæ querimoniæ præsentavit, de Joanne Moravienſi episcopo, qui eodem anno de hoc sæculo migraverat. Replicavit etiam privilegium S. Adalberto prædecessori suo a Benedicto Papa & Imperatore Ottone I. confirmatum. Unde factum est, ut Wratizlaus, & frater ejus Conradus eidem Gebehardo Moraviæ parochiam reprofiterentur & redderent : cujus redintegrationis authoritatem Imperator Henricus in charta describi, & sigilli sui impressione jussit insigniri. Egilbertus autem Trevirensis Pragam veniens, decimo septimo Kalendas Julii anni millesimi octogesimi sexti, inter Missarum solemnia Wratizlao regalibus fasciis induto tam ipsi quam conjugi ejus Zanatavæ diadema imposuit, & ipse muneribus donatus rediit.

Ibid. Herimanni regis abdicatio & mors. Herimannus regis Germaniæ nomine depositio, Henrici permissione ad propria reversus, anno millesimo octogesimo septimo, post paucos dies in cujusdam castri obsidione interiit. Conradus Henrici filius a Sigewino Colonienſi Archiepiscopo consecratur in regem Germaniæ Aquisgrani. Frequens conventus principum totius regni Spiram convenit pro regno reconciliando ; sed factione quorumdam major ibi orta est discordia. Imperator cum exercitu movit in Saxoniam ; sed amicorum suorum consilio usque Herveldiam rediit. Illuc ex parte Saxonum Ecbertus marchio ad eum venit pro pace inter eos facienda ; qui, cum omne bonum de se Imperatori promitteret, exercitum dimisit Imperator. Ecbertus vero promissis non stetit, & manifestum inimicum Henrico se postmodum exhibuit. Christi An. 1087.

VI. Victor Papa eodem anno Roma egressus ad monasterium venit, sociatisque sibi episcopis & cardinalibus, ecclesiam S. Nicolai in Pica solemniter dedicavit. Mense vero Augusto synodum celebraturus cum Apuliæ & Calabriæ episcopis Beneventum perrexit. In ea præsidens ait . . . Guibertus hæresiarcha Romanam invasit ecclesiam, & oves Christi laniare non desistit. Tum recenset quæ adversus Gregorium Papam egerit, & addit : " Post ejus mortem, unanimi concordia episcopi, & cardinales, & provinciales antistites, una cum Romano clero & populo parvitatem nostram renitentem Apostolicæ sedi cum præfeciſſent, oves Christi persequi non desistit. Idcirco authoritate Dei omni illum sacerdotali officio & honore privamus, & a liminibus ecclesiæ separantes anathematis vinculo innodamus. „ *Beneventana synodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard. Pars 2.

" Nostris præterea, quos dolos machinati sunt, & quantas mihi pressuras intulerint Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, & Richardus Massilienſis abbas, qui pro fastu & ambitione sedis Apostolicæ, ad quam dudum clam inhiabant, ubi votis suis potiti non sunt, schismata in sancta Ecclesia fecerunt. Richardus quidem Romæ nostram electionem cum cardinalibus & episcopis egerat ; Hugo autem ad nos post paululum veniens, effusus vestigiis, dum obsequium nobis summo Pontifici debitum invitis exhiberet, legationem a nobis in partibus Galliarum postulaverat & acceperat. Itaque donec parvitatem nostram electioni factæ, atque a se approbatæ repugnare conspexerant, ipsi modis omnibus insistebant, ne onus nobis pro utilitate Ecclesiæ impositum abjiceremus. Ubi vero nos tandem cedere perviderunt, conceptam diu flammam clibanus exsaturatus evomuit. Quamobrem cernentes sibi fratrum omnium unanimitatem constanter obluctari, ab eorum & nostra sunt continuo communione sejuncti. Unde vobis Apostolica authoritate præcipimus, ne illis omnino communicetis, quia Romanæ Ecclesiæ communione se sponte privarunt. „ Ibid.

" Constituimus etiam, ut, si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu laicæ personæ susceperit, nullatenus episcopus vel abbas habeatur, eique introitum ecclesiæ interdicimus . . . Similiter de inferioribus gradibus ecclesiasticis constituimus... si quis principum ecclesiasticam dignitatem dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se adstrictum noverit . . . . & qui hujusmodi episcopis vel abbatibus aut clericis communicat, una excommunicationis sententia plectatur. Pœnitentia vero & communio a nemine, nisi a Catholico suscipiatur.. „ Subscripserunt omnes episcopi. Ibid.

In eadem synodo Victor Papa graviter infirmatus, post triduum peractis omnibus ad monasterium rediit, & Oderisum diaconum virum religiosum, qui tunc erat Cassinensis monasterii præpositus, abbatem constituit. Post hæc convocatis ad se episcopis & cardinalibus, monuit ac jussit, ut juxta Gregorii Papæ statutum, Ottonem Ostiensem episcopum quamprimum eligerent, Pontificemque constituerent : quem manu apprehensum cæteris episcopis tradidit, dicens : Accipite eum, & in Romana sede locate, meamque vicem in omnibus, quousque id facere possitis, habetote. Obiit die decima sexta Septembris anni millesimi octogesimi septimi, cum sedem Romanam quatuor menses & dies septem ab ordinatione tenuisset. Libros quatuor dialogorum de S. Benedicti & SS. monachorum Cassinensium miraculis composuit : tres tantum priores editi sunt, quartus nondum est repertus. Cassin. chron. *Victoris Papæ mors.* Biblioth. max. tom. 18.

VII. S. Canuti Daniæ Regis martyrium circa idem tempus contigit, sexto Idus Julii. Christianæ religioni amplificandæ multum allaboraverat, eamque invexerat in regna Curlandiæ, Sembriæ, & Estoniæ, quæ ea de causa armis sibi subjecerat ; causarum ecclesiasticarum judicium attribuerat episcopis, quorum dignitatem primariis suis ducibus æquavit, ut populorum venerationem eis conciliaret. Insistere non destitit, ut populus decimarum solutionem ecclesiis susciperet, eaque de causa a rebellantibus occisus est. Ingentem classem pro *S. Canutus rex & martyr.* Sax. Gram. l. 2.

Christi An. 1087. Angliæ recuperatione instruxerat. Olafus autem ejus frater effecit, ut milites desertis vexillis ad propria se reciperent. Rex usus hac occasione, popularibus indixit, ut pro pœna hujus defectionis decimas solverent, sicque debitam sibi mulctam pecuniariam redimerent. Dani vero perpetuo ejusmodi tributo se subjicere noluerunt. Rex, ut decimarum pensitationem eligerent, hanc mulctam dure exigi præcepit. Instigante proditore Blacco, populus in Regem arma convertit, qui, cum in Sialandiam Adelnot. fugeret, Othoniæ in basilica S. Albani per eumdem traditus, post communionem & confessionem delictorum, sacramento munitus Dominici corporis, ante aram, manibus solo tenus extensis, latere lancea percussus, mortem pro Christo passus est, miraculisque post mortem claruit. Carolus ejus filius cum matre Adela fugit in Flandriam, cujus comitatum postea adeptus sancte obiit.

Willelm. Gemmet l. 7. Malmesburg l. 3. *Willelmi Angliæ regis mors.* VIII. Willelmus Angliæ rex, apud Rotomagum quinto Idus Septembris ejusdem anni vitam præsentem finiit, cum ea, quæ Christiani sunt, executus esset in confessione & viatico. Robertum filium suum regno primogeniti jure sibi debito privavit, eo quod Philippum primum Francorum regem adversus se conciasset, eique solum Normanniæ ducatum dedit. Willelmo autem ejus fratri regnum reliquit. Illius corpus, sicut ordinaverat, Cadomum translatum est, & in ecclesia S. Stephani, quam ipse a fundamentis ædificaverat, ante majus altare inhumatum est. Henricus filiorum ejus tertius solus exequias patris prosecutus est. Annis viginti regnavit in Anglia. Morti proximus circumstantes episcopos & optimates allocutus est, recensens quæ pro regni adeptione & conservatione passus erat & gesserat, eorumque se orationibus commendavit. Demum his addidit: Thesauros meos jubeo dari ecclesiis & pauperibus: ut, quæ congesta sunt ex facinoribus, dispergantur in sanctis usibus . . . Ecclesiam Dei Matrem vestram numquam violavi; sed ubique desideranter honoravi: ecclesiasticas dignitates non venumdedi: simoniam detestatus semper refutavi: quantum in me fuit, omnium dignissimo ecclesiæ regimen commendavi: Hoc veraciter probari potest in Lanfranco Cantuariensi Archiepiscopo, hoc in Anselmo Beccensium abbate, hoc in Gerberto Fontanellensi, & Durando Troarnensi, & aliis multis regni mei doctoribus, quorum semper gaudens optabam consiliis perfrui. Novem abbatiæ monachorum, & una sanctimonialium, quæ a Patribus meis in Normannia fundatæ sunt, gloriose multarum augmento rerum, quas dedi, magnificatæ sunt. Ducatus vero mei tempore, decem & septem monachorum, sexque sanctimonialium cœnobia constructa sunt. Horum ego fui conditor, aut fundator, aut fervidus adjutor, & quæ proceres mei dederunt, gratis confirmavi .. In his, filii mei, me sequemini. Demum filios suos ad justitiam & pietatem adhortatus est. His subjecit confessionem eorum, quæ in Anglia injuste vel crudeliter egerat. Et filium suum Guillelmum statim in Angliam transmisit, datis ad Lanfrancum literis, ut eum Regem consecraret, omnesque vinctos atque in carceribus detentos, præter Odonem fratrem suum Bajocensem episcopum, procerum precibus concessit, & jussit dimitti liberos . . . omnibus autem pro Odone rursus obnixe deprecantibus, Willelmus rex, ejus sceleribus recensitis, ait: Velim, nolim, vestra fiet petitio: quia, me defuncto, vehemens subito fiet rerum mutatio: invitus concedo, ut frater meus de carcere liberetur; sed scitote, quia multis per eum mors, seu grave impedimentum incutietur.

Ibid. Ubi primum spiritum exhalavit, ab omnibus derelictum cadaver ejus sine pompa per Sequanam naucella delatum, monachi funus ejus celebrarunt, cumque deferretur ad sepulturam, Ascelinus quidam obstitit, magna voce clamans: Hæc terra fuit area domus patris mei, quam ille violenter abstulit. Hanc igitur palam reclamo: & ne corpus raptoris in hæreditate mea sepeliatur, ex parte Dei prohibeo. Episcopi, his auditis, vicinorumque testimonio comprobatis, pro loculo solius sepulturæ sexaginta solidos ei dederunt, pro reliqua vero tellure æquipollens mutuum ei promiserunt, & postea tradiderunt. Willelmus rex Deo fideique constanter inhæsit, & licet effreni interdum & militari impetu fusdeque ferretur, conscientiæ tamen moderatores placide & reverenter audiebat. Præcipue in prima adolescentia castitatem suspexit, & matrimonio addictus ita se gessit, ut pluribus annis, nullius probri suspicione notaretur. Mathildem conjugem casto amore prosecutus. Missæ quotidie assistebat, & matutinos & vespertinos hymnos audiebat. Christi An. 1087.

IX. S. Arnulphus Suessionensis episcopus circa idem tempus ad gloriam cœlestem evocatus est: hanc sedem nunquam possedit, sed inter varias tribulationes & persecutiones magna virtute & constantia salutem animarum pro esse procuravit, dissidiisque sopiendis laboravit, ea de causa in Flandriam a Papa missus est. Suessionem reversus, cum morum & disciplinæ laxationem cohibere non posset; Philippus quippe rex indignos ad episcopatus & abbatias promovebat, grassantibusque malis nullum afferebat remedium. Arnulphus igitur abdicato episcopatu rediit in suum S. Medardi monasterium, ex monacho enim factus fuerat episcopus. Post biennium, die decima quinta Julii, peractis Missarum solemniis cœpit infirmari, vigesima prima die suæ infirmitatis, cum esset vigilia gloriosæ Assumptionis Dei Genitricis Mariæ, tunc vocatis discipulis, & vicinæ ecclesiæ clericis, cum psalmis & litaniis fecit se sacro oleo perungi, dans confessionem coram omnibus, & omnium humiliter petens orationem: & Domini nomen invocans felicem dormitionem accepit: die decima quinta Augusti colitur in Ecclesia. *S. Arnulphi mors.* Bollard. 5. Aug.

Hilgotus ei suffectus est in episcopatu Suessionensi, qui synodo Compendiensi adfuit, in qua præside Raynaldo nuper creato Metropolitano Remensi probata est monasterii S. Cornelii Compendiensis ad Isaram fluvium exemptio a jurisdictione episcopi Suessionensis. Evrardus autem abbas Corbejæ depositus est.

X. Berengarius post multiplices in hæresim relapsiones tandem vere resipuit, & Catholicam fidem usque ad mortem professus est, cum post Burdegalensem synodum anno millesimo octogesimo eam amplexus fuisset, innumeris bonis, maxime autem humilitate & eleemosynis approbatus. Quin & ipse die Epiphaniorum moriens, gemituque producto, recordatus, quod miseros quondam adolescentes primo erroris calore secta sua infecerit: Hodie, inquit, in die apparitionis suæ apparebit mihi Dominus meus Jesus Christus, propter pœnitentiam, ut spero, ad gloriam, vel propter alios, ut timeo, ad pœnam. Quos enim depravaverat, convertere non potuit. In antiquo codice manuscripto S. Martini Turonensis legitur: Obiit magister Berengarius grammaticus, fidelis & vere Catholicus anno millesimo octogesimo octavo. Idem testatur Senonense chronicon. Demum canonici Turonenses quot annis ab ejus obitu, feria Paschæ tertia, conveniunt ad ejus tumulum, qui in claustro S. Cosmæ nigro lapide stratus, detrito epitaphio visitur, ubi psalmum, De profundis, pro defuncto Berengario, nulla tamen collecta adhibita, recitant. *Synodus Compendiens. Concil. tom. 4. edit. Hard. Pars 2.* Christi An. 1088. *Berengarii mors.* Malmesburg. l. 3.

XI. Romana sedes jam sex mensibus vacaverat, cum Romani & Mathildis comitissa disperfos episcopos cardinales hortati sunt, ut Romanum Pontificem eligerent. Episcopi congregati Romanos clericos & laicos fideles, & omnes Campaniæ & Apuliæ episcopos & abbates literis admonuerunt, ut prima Quadragesimæ anni millesimi octogesimi octavi hebdomada Terracinam Campaniæ oppidum venirent, & qui non possent, sententiam suam per literas vel idoneas personas mitterent. Quarta igitur feria primæ hebdomadæ quadragesimæ, id est, octavo Idus Martii, convenere apud Terracinam cum dictis episcopis & cardinalibus episcopi & abbates ex diversis regionibus numero quadraginta. Joannes episcopus Portuensis, & Benedictus Romanæ urbis præfectus omnium cardinalium & Catholicorum Romæ existentium consensum per literas attulerunt. Adfuerunt insuper ex Ultramontanis partibus legati cum Mathildis comitissæ nuntiis. Hi omnes congregati statuerunt, ut per triduum spirituale jejunium fieret, omnesque in abstinentia, orationibus, & eleemosynis vacarent, peterentque, ut persona tanto apici idonea sibi divinitus ostenderetur. Dominico die in ecclesia B. Petri Apostoli rursus convenerunt, & Ottonem episcopum Ostiensem elegerunt Romanum Pontificem, & Urbanum appellaverunt: qui cum acclamatione & invocatione sancti Spiritus, ad altare B. Petri pertrahitur, & in Pontificali solio collocatur, quarto Idus Martii. *Chron. Cassin. l. 4. Urbanus II. Pap.*

Otto

Otto in provincia Remenſi natus eſt, atque in Remenſi Eccleſia educatus ſub diſciplina S. Brunonis, qui paulo poſt Carthuſiani ordinis parens fuit: factus eſt ejuſdem Eccleſiæ canonicus; ſed abjectis ſæculi curis ſeceſſit Cluniacum, Priorque ejus monaſterii a B. Hugone inſtitutus eſt; ſed paulo poſt a Gregorio VII. Romam accerſitus, creatus eſt Oſtienſis Epiſcopus, & miſſus in Germaniam legatus, maxima dexteritate & prudentia Eccleſiæ negotia difficillimis temporibus procuravit, & multas injurias & calamitates pro ſanctæ ſedis defenſione devoravit. Urbanus Papa in Domino confiſus, ſtatim miſit legatos & Epiſtolas Francis & Græcis, aliiſque gentibus per orbem conſtitutis, ut in fide Catholica perſiſterent, & omnem preſſuram ab Eccleſia præcaverent. Solus Henricus Teutonum Princeps, ejuſque fautores Guiberto cohærebant. Angli neutri obediebant.

Urbanus poſt hæc trajecit Troynam ſeu Trajanopolim Siciliæ oppidum ad inviſendum comitem Rogerium, qui audito ejus adventu, licet Buritam obſideret, confeſtim ei venit obviam & ſimul egere de pace cum Græcis. Alexius enim Imperator, qui Latinis azymorum uſum interdixerat, concilium generale Conſtantinopoli indixerat, ut Græcorum & Latinorum diſſidium dirimeretur, Papæ vero ſexdecim menſes aſſignaverat, ut ad illud veniret; Urbanus vero, cum Romam teneret Guibertus, qui majori parti Italiæ dominabatur, eo proficiſci non poterat. Egit igitur apud Rogerium, ut operam adhiberet ad ſchiſma Græcorum extinguendum, eorumque de azymis querelas ſedandas, Alexiumque ab excommunicatione abſolvit per legatos ſuos, ut ſolus ſcribit Bertholdus.

Urbanus inde reverſus in Apuliam, anno milleſimo octogeſimo nono in civitate Melphiæ habuit ſynodum omnium Aquilejenſium, Calabrorum ac Brutiorum Epiſcoporum, ubi adfuit etiam dux Rogerius cum univerſis comitibus Apuliæ ac Calabriæ, & aliarum provinciarum: in ea ſtatutum eſt, ut ſancta treva retineretur ab omnibus ſubjectis, & editi ſunt ſexdecim canones. Primus ſimoniam prohibet, omniaque beneficia & officia Eccleſiaſtica gratis dari jubet. Quartus ſtatuit, ut nullus ante annos quindecim ſubdiaconus ordinetur; nullus ante viginti quatuor annos fiat Diaconus; nemo ante trigeſimum in presbyterum conſecretur. Septimus. "Nullus Abbas pretium exigere ab iis, qui ad converſionem veniunt, aliqua placiti occaſione præſumat. „ Octavus prohibet, ne quis clericus inveſtituras de manu laici ſuſcipere audeat. Quod ſi præſumpſerit, depoſitione mulctetur ... Undecimus. "Ne gravamen aliquod ſancta patiatur Eccleſia, nullum jus laicis in clericos eſſe volumus & cenſemus ... neque liceat laicis exactionem aliquam pro Eccleſiæ beneficiis, aut paternis materniſve facultatibus quærere. „ Exemptiones, quas clericis primum conceſſere Imperatores Catholici, multum extendit ille canon.

Duodecimus. "Eos, qui in ſubdiaconatu uxoribus vacare voluerint, ab omni ordine ſacro removemus, officio atque beneficio Eccleſiæ carere decernimus. Quod ſi ab Epiſcopo commoniti non ſe correxerint, principibus licentiam indulgemus, ut eorum fœminas mancipent ſervituti; ſi vero Epiſcopi conſenſerint eorum pravitatibus, ipſi officii interdictione mulctentur. „ Decimus tertius vetat, ne clerici pompoſis veſtibus induantur. Decimus quintus. A ſuis Epiſcopis excommunicatos ab aliis recipi magnopere prohibemus.

Quintus canon ſic habet: "Nullus laicus decimas ſuas, aut Eccleſiam, aut quidquid Eccleſiaſtici juris eſt, ſine conſenſu Epiſcopi, vel Romani conceſſione Pontificis, monaſteriis aut canonicis offerre præſumat. „ Sextus vero ſtatuit, ut nullus Abbas, nullus præpoſitus, quæ juris ſunt Eccleſiaſtici, accipere ſine Epiſcopi conceſſione præſumat. Joannes Eccleſiæ Romanæ Diaconus, & cancellarius de his ſtatutis ſic ſcripſit ad Abbatem Molismenſem: "Omnes Eccleſiarum res in manu Epiſcoporum canonica decreta conſtituunt; ſed olim principibus licuit etiam Eccleſias monaſteriis tradere. Hac vero licentia nimis laxe principes uſi ſunt, ut etiam Eccleſias monachis venderent; hoc Papa Gregorius VII. acriter prohibuit. Propter quam prohibitionem Epiſcopi monaſteria acrius ſpoliare cœperunt. Unde idem hac moderatione uti voluit in concilio antepenultimi anni ſui, ut quæcumque res, vel Eccleſiæ ante ipſum concilium a principibus datæ monaſteriis fuerant, in eorum poſſeſſione perſiſterent. Poſt hæc ... Urbanus Papa præcepit in concilio Melphitano anno milleſimo octogeſimo nono, ut, quæ uſque ad illud concilium per principes data monaſteriis fuerant, firma & integra permanerent. De cætero Abbates ab acquiſitione hujuſmodi abſtinerent. Porro per hujuſmodi temperamentum, & Abbates ab Eccleſiarum invaſionibus ceſſaverunt, & Epiſcopi non omnino ſpoliare monaſteria voluerunt. Quæ autem ſcribimus, præſentes nos vidiſſe noſcatis. „ Urbanus Papa poſtea venit in civitatem Barum, & conſecravit ibi confeſſionem, ſeu ſepulchri locum S. Nicolai, & Heliam Archiepiſcopum.

XII. Ut Germaniæ res pariter ordinaret, ſcripſit ad Guiehardum Conſtantienſem Epiſcopum, qui eum conſuluerat de variis quæſtionibus. Sic autem ei reſpondet: "Ravennatem hæreſiarcham Romanæ Eccleſiæ invaſorem cum Henrico Rege ejuſdem perverſitatis capite ab omnibus Eccleſiæ Catholicæ membris alienum & excommunicatum eſſe cenſemus. Secundo. Eos, qui armis, pecunia, conſilio aut obedientia Eccleſiaſticos maxime honores ab eis aut eorum fautoribus accipiendo, eorum nequitiæ adminiculum ſubminiſtrant, communicantes eis nos quidem non excommunicamus; ſed quia ipſi ſe eorum communione commaculant, in noſtram eos ſocietatem nequaquam ſine pœnitentiæ ultione & abſolutione recipimus ... Ipſius tamen pœnitentiæ atque abſolutionis modos ea moderatione diſcrevimus, ut quicumque ſeu ignorantia, ſeu timore, ſeu neceſſitate negotii cujuſque maximi & maxime neceſſarii eorum ſe convictu, ſalutatione, oratione, oſculove contaminaverit, cum minoris pœnitentiæ, abſolutioniſque medicina ſocietatis noſtræ participium ſortiatur: Eos vero, qui aut ſpontanee aut negligenter inciderint, ſub ea volumus coercitione ſuſcipi, ut cæteris metus incutiatur: cujus diſciplinæ moderamina tuæ providentiæ committimus. Porro de clericis, qui ab excommunicatis Epiſcopis ſunt ordinati, necdum quidem ſententiam ferimus; quia generalis mali contagium generalis ſynodi cauterio eſt comburendum. Tuæ tamen fraternitati hoc reſpondemus ad præſens, ut ab excommunicatis, quondam tamen Catholicis Epiſcopis ordinatos, ſi quidem non ſimoniace ordines ipſos acceperint: ad hoc ſi religioſior eorum vita, & doctrinæ prærogativa viſa fuerit promereri, pœnitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipſis, quos acceperint, ordinibus manere permittas: ad ſuperiores autem conſcendere non permittimus, niſi neceſſitas & utilitas maxima flagitaverit, & ipſorum ſancta converſatio promeruerit. De presbyteris, diaconis, ac ſubdiaconis, qui poſt acceptum ordinem in aliquo crimine lapſi fuerint, ſive palam, ſive clam, conſtat quidem canonum cenſura ab Eccleſiaſticis eos officiis inhiberi ... ſi quem vero, quod abſit, aut poſt acceptum aut ante acceptum officium contigerit peremptorio quolibet eorum, qui in lege morte mulctantur, ſive clam, ſive palam, occupatum crimine inveniri ... ab omni eos altaris miniſterio ſequeſtramus; ſicut enim pœnitentiam publicam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & poſt pœnitentiam ac reconciliationem, nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipiſci, vel clericos ad altiores ordines promoveri. „ Deinde ei vices ſuas committit pro tota Germania, præſertim, ut Abbates & Epiſcopos Catholicos curet promoveri, & ordinationes improbandas improbet, & roborandas roboret, & quidquid Eccleſiaſtici negotii diſponendum fuerit, communicato religioſorum virorum conſilio diſponat, uſque dum legatum ipſe mittat. Data Romæ, decimo quarto Kalendas Maji, ſcilicet anni milleſimi octogeſimi noni, ac proinde ſaltem urbis partem tenebat Urbanus.

XIII. Bernardus Toletanus Archiepiſcopus Romam venit, ut pallium & Hiſpaniarum primatum a Papa poſtularet, quem prædeceſſores ſuos habuiſſe contendit: ſiquidem multis ſynodis præfuerant hujus urbis Epiſcopi, & duodecima ſynodus Toletana eis conceſſerat, ut totius Hiſpaniæ Epiſcopos ordinarent, jus autem ordinationis ſecundum antiquam Eccleſiæ diſciplinam erat cum jurisdictione conjunctum: ita ut ordinandi jus diceret jus judicandi. Toletum regni Gothorum Metropolim per annos trecentos ſexaginta octo poſſederant Saraceni. Alphonſus VI. Caſtellæ rex hanc poſt diuturnam obſi-

Christi An. 1087 & 1089.

Orderic. l. 8.

Simeon. Dunelm.

Madater l. 4.

Melphitana ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Ibid.

Ibid.

Christi An. 1089.

Urbani P. Epiſt. 1. Concil. tom. 6. ed. Hard. Append. prima.

Toletanus primatus, Roder. l. 6. c. 23.

Christi An. 1089. obsidionem, anno millesimo octogesimo quinto, octavo Kalendas Junii expugnaverat. Decimo quinto Kalendas Januarii Episcopi & proceres totius regni ejus jussu ibi convenientes concorditer Bernardum in Archiepiscopum elegerant: Rex vero liberaliter dotavit hanc Ecclesiam, & postea Romam misit Bernardum, cui postulatum utrumque concessit Urbanus Papa sequenti decreto: "Nos miserationi supernæ respondentes, quia per tanta tempora, mariumque discrimina, a Romanæ Ecclesiæ authoritate suppliciter expetisti, authoritatem Christianam Toletanæ Ecclesiæ restituere non negamus .... Itaque benevolentia Romanæ Ecclesiæ solita, & digna Toletanæ Ecclesiæ reverentia, tum charissimi filii nostri Regis Ildephonsi precibus invitati, pallium tibi, frater venerabilis Bernarde, ex Apostolorum Petri & Pauli benedictione contradimus; plenitudinem scilicet omnis sacerdotalis dignitatis: teque, secundum quod ejusdem urbis antiquitus constat extitisse Pontifices, & in totis Hispaniarum Regnis Primatem privilegii nostri sanctione statuimus. Primatem te universi præsules Hispaniarum respicient, & ad te, si quid inter eos quæstione dignum exortum fuerit, referent; salva tamen ratione, Ecclesiæ authoritate, & Metropolitanorum privilegiis singulorum. „ Datum Anagniæ, Idibus Octobris, anno millesimo octogesimo octavo. Bernardus in patriam rediens Tolosæ synodo interfuit: Inde in Hispaniam transiens omnium Ecclesiarum curam gessit. Demum octavo Kalendas Novembris in honore B. Mariæ Virginis Toletanam Ecclesiam convocatis Episcopis dedicavit. Alphonsus Rex cum legato præcepit, ut Gallicanum officium deinceps in omnibus regni sui finibus observaretur.

Urban. P. epist. 2.

Urban. P. epist. Tarraconensis Archiepiscopus adversus illud privilegium quasi subreptitium reclamavit, contenditque, Toletanos Archiepiscopos nullam habuisse jurisdictionem in cæteris Hispaniæ partibus, quemadmodum Papa supponebat, cui rescripsit Urbanus: "Memineris ita te Archiepiscopum constitutum, ut tam tu, quam universi provinciæ Tarraconensis Episcopi Toletano tanquam primati debeatis esse subjecti; sic enim a nobis in Toletano Ecclesiæ privilegio constitutum est, quod nos omnino ratum volumus permanere. Nunc autem multo amplius, quia nostræ sollicitudinis vices in Hispania universa & Narbonensi provincia ministrandas injunximus. „ Datum Kalendis Martii anni millesimi octogesimi noni. Sequentes Pontifices hunc Archiepiscopi Toletani primatum per Hispaniarum regna confirmarunt.

Append. ad Urb. P. litt. Alphonso Regi literis illud privilegium Papa significavit, ei gratias agens, quod suis laboribus Toletanam Ecclesiam de Saracenorum jure liberasset; sed eum reprehendit, quod S. Jacobi Episcopum captum ab Episcopali dignitate deponi procurasset per Richardum, quem tunc Victor Papa sua legatione privaverat; ac mandat, ut eumdem Episcopum suæ integræ dignitati per Toletanum restituat, ipsumque Romam cum suis legatis mittat judicandum.

Annal. Saxo. p. 569. *Burchardi Episcopi cædes.*

XIV. In Germania Henrici partes invalescebant. Burchardus Halberstadensis Episcopus cum aliis Catholicis viris se prorsus ab Henrici communione sequestravit. Verum Ecbertus marchio fines Episcopi ferro & igne depopulari cœpit. Ille jam multa passus, quippe pluribus annis fuerat captivus & exul, omnia adversa æquanimiter ferenda censuit: verum pro subjectis sibi populis sollicitus pacem per legatos postulat. Ecbertus petitis dolose annuit. Conventus Goslariæ indicitur, quo Burchardus venit cum suis ministrialibus. Hartswigus quoque Magdeburgensis Archiepiscopus non paucis comitatus adfuit. Cono comes de Bichlinge cum pluribus Saxoniæ & Bavariæ optimatibus advenit, omnes ut Episcopo pro viribus assisterent. Burchardus familiarissimis suis declaravit, se jam sexagenarium militaribus ultra tumultibus non sufficere, nec cum Henricianis communicare velle. Quapropter velle se secedere in exilium. Postquam omnes recessere, sequenti die de ea re deliberaturi, repente seditiosus in civitate tumultus exoritur, & ad arma concurritur, oppressisque plurimis Burchardi Episcopi militibus, ac demum ejus domum turmatim ambiunt. Ille fugit in conclavim lapideam, & concameratam. Seditiosi parietibus januisque violenter effractis, omnes etiam inermes & pueros trucidant, ac Episcopi cubiculum diruunt. Extensis in oratione manibus in modum crucis solo tenus prosternitur, sicque lapidibus & lignis appetitur. Unus tandem cæteris crudelior hostiam Christi totis viribus lancea perfodiens, in præcordiis ejus ferrum reliquit. Interea ejus milites resumptis animis advolant, civitati ignem injiciunt, ut domini sui corpus vel exanime carnificibus suis eripiant, quod, hostibus diffugientibus, in lectica ad cœnobium Ilseneburgense perducunt, quod dudum ipse ad monasticæ religionis normam reformaverat, multis prædiis illud amplians. Burchardus adhuc spirans symbolum recitavit: dolore converso ad vitalia circa solis occasum, pluribus adstantibus monachis & clericis lacrymosa pro suis excessibus confessione publice facta, omnibusque rite peractis, septimo Idus Aprilis viam universæ carnis ingressus est, atque, uti desideraverat, ibidem in medio chori consepelitur. Herrundus Abbas eligitur Halberstadensis Episcopus. Christi An. 1089.

Augusta urbs Suevorum insidiis in cœna Domini capta, secunda feria Paschæ destruitur, & Sigefridus Episcopus schismaticus custodiæ mancipatur. Wigboldus per Welfonem ducem restitutus post paucos dies moritur. Obierunt quoque Viecelo Moguntinus, Meinhardus Wirceburgensis, inter schismaticos doctissimi, & Otto Ratisponensis, & Sigewinus Colonienses, & Herimannus Spirensis. Episcopi pro iis constituuntur Herimannus Colonienses, Richardus Moguntinus, Emehardus Wirceburgensis, Gebehardus adolescens Ratisponensis, Joannes Spirensis. Metenses expulso Brunone usurpatore impio, recepere Herimannum legitimum suum Episcopum, qui captivus in Tuscia, communione cum Henricianis libertatem suam obtinere noluerat; sed paulo post obiit. Thiemo Abbas S. Petri adversus factionem Henricianam multa egit, & magna pro Ecclesia perpessus, demum a Catholicis factus est Episcopus Salisburgensis. Ibid. p. 571.

Bonizo Sutriensis in Italia Episcopus, cum plura ærumnosaque mutasset exilia, pervenissetque Placentiam, ibi a Catholicis dictus est Episcopus, dimicansque cum iniquitate ac factiosis schismaticis, primum est carcere maceratus, postea cruciatus membris atque exoculatus, prope S. Domninum nobili est coronatus martyrio, sexto mense sui Episcopatus, die decima quarta Julii, anno millesimo octogesimo nono. Ejus sacrum corpus delatum Cremonam, ibi receptum est tumulo apud S. Laurentium. Scripsit syntagma decretorum Ecclesiasticorum ex sacra scriptura, probatisque conciliis, atque ex Pontificum Romanorum & SS. Patrum, aliorumque orthodoxorum authorum monumentis collectum, & secundum locos communes in septem libros divisum: cui procœmii loco præfixa est Epitome historica Pontificum Romanorum, a S. Petro ad Urbanum II. Ughel. tom. 6.

Schismatici magis ac magis multiplicabantur. Quapropter, cum Urbanus II. non dubitaret, quin Henricus in Italiam rediret, & Mathildem comitissam, quæ Romanam Ecclesiam protegebat, ad summas angustias redigeret, ei suasit, ut Welphonem Bavariæ Ducem sibi matrimonio copularet. Mathildis quadragenaria, & ab annis tredecim vidua, ut Romano Pontifici morem gereret, huic matrimonio consensit, servata in eo continentia. Marian. Scot.

XV. B. Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus, literarum & disciplinæ Ecclesiasticæ instaurator, eodem anno, sui Episcopatus decimo nono, quinto Kalendas Junii diem clausit extremum. Metropolim Ecclesiam igne consumptam, & adjacens monasterium reparavit, & duo nosocomia extra urbem condidit atque fundavit, Ecclesiæque suæ jura fortiter vindicavit, liberalis in pauperes extitit: plures ejus discipuli doctrina & sanctitate floruere. Bolland. 28. Maii.

Anglicanam Ecclesiam in eo strenuum perdidisse defensorem statim innotuit: Ranulphi clerici cognomento Flambardi consiliis juvenis Rex Guillelmus II. Cantuariensem invasit Ecclesiam: cuncta, quæ illius erant, per clientes suos describi præcepit, taxatoque victu monachorum inibi Deo servientium, reliqua in suum dominium redigi jussit: fecit ergo Ecclesiam Christi venalem, jus in ea dominandi illi tribuens, qui, ad detrimentum ejus, in dando pretio alium superabat... Qua de re, quæ & quot scandala, dissensiones, inordinationes ortæ sint, reminisci piget. Desæviit hæc tempestas in cunctis per Angliam constitutis Ecclesiis; quæ, Episcopis & Abbatibus decedentibus, in viduitatem ea tempestate cade- Edmer. Alford. Annal. Angl. ad an. 1089. *Guillelmus invadit bona Ecclesiastica.*

Christi An. 1089. cadebant. Et quidem ipſe primus hanc luctuoſam oppreſſionem Eccleſiæ Dei indixit. Deſtitutas ergo eccleſias ſolus in dominio ſuo tenebat, nec alium præter ſe ſubſtituere volebat, quamdiu per ſuos miniſtros aliquid, quod cujuſvis pretii duceret, ab eis extrahere poterat. Duravit autem fere per quinque annos ſuper Cantuarienſem eccleſiam hæc miſeria ſemper in pejus proficiens.

Fundatio Carthuſiæ. XVI. S. Bruno, patria Colonienſis, ac dein Remenſis canonicus, Manaſſis ejuſdem urbis Archiepiſcopi poſtea depoſiti mores corruptos peroſus, ſæculo renuntiare propoſuit, atque ad Gratianopolitanum proceſſit territorium. Ibi in arduo, & terribili montorio, ad quod difficillimum, & valde inſolens iter intenditur, ſub eo etiam præruptiſſimæ vallis vorago dehiſcit, habitare deligens, ut ſeveriora vitæ monaſticæ inſtituta ſectaretur. Nullam aliam propoſiti ſui, & ſeceſſus cauſam ipſe refert in literis ad Rodulphum Viridem Remenſem præpoſitum, & Guibertus abbas, qui eadem ætate vivebat, & de Carthuſianorum inſtituto ſcripſit. Hinc a viris doctis merito exploditur, quod nonnulli ducentis fere a morte Brunonis annis excogitarunt: ſcilicet Pariſiis, cum intereſſet funeri hominis in magna pietatis opinione demortui, qui e feretro terribili voce ſe juſto Dei judicio condemnatum eſſe declaravit, eum divino timore percuſſum tunc cum ſociis vitæ ſolitariæ ſectandæ iniiſſe propoſitum.

S. Bruno, & ſex ejus ſocii, ſcilicet Landuinus patria Lucenſis, Stephanus Burgenſis, & Stephanus Dienſis, ambo ſancti Rufi canonici, Hugo, qui dictus eſt capellanus, eo quod ſolus inter eos ſacerdotis fungeretur officio, & laici duo, Andreas, & Garinus, hic anno milleſimo octogeſimo quarto habitare cœperunt, & ſequentem vivendi modum tenuere. Eccleſia, inquit Guibertus abbas, hic eſt non longe a crepedine montis paulo ſinuatum devexum habens, in qua ſunt monachi, clauſtrum quidem ſatis idoneum pro cœnobiali conſuetudine habentes, ſed non clauſtraliter ut cæteri cohabitantes. Habent quippe ſinguli cellas per gyrum clauſtri proprias, in quibus operantur, dormiunt ac veſcuntur. Dominica die a diſpenſatore eſcas, panem ſcilicet ac legumen accipiunt, quod unicum pulmenti genus a quoque eorum apud ſe coquitur. Aquam autem tam hauſtui, quam reſiduo uſui, ex ductu fontis, qui omnium obambit cellulas, & ſingulorum per certa foramina ædiculis influit, habent. Piſce, & caſeo Dominicis, & valde feſtis diebus utuntur. Aurum, argentum, ornamenta eccleſiæ a nemine ſuſcipiunt; nihil enim ibi præter calicem argenteum. Miſſas, niſi fallor, Dominica tantum, & diebus ſolemnibus audiunt. Nuſquam pene loquuntur; nam, ſi quid peti neceſſe eſt, ſigno exigitur. Vinum, ſi quando bibant, adeo corruptum, ut nihil virium, nihil pene ſaporis utentibus afferat, vixque communi ſit unda præſtantius. Ciliciis veſtiuntur ad nudum, cæterarum veſtium multa tenuitas. Sub Priore agunt, vices autem abbatis ac proviſoris Gratianopolitanus epiſcopus vir plurimum religioſus exequitur. Cum in omnimoda paupertate ſe deprimant, ditiſſimam tamen bibliothecam coaggerant . . . . Vocatur ille locus Carthuſia, in quo terra rei frumentariæ cauſa parum ab eis colitur; verum velleribus ſuarum ovium, quas plurimas nutriunt, qualeſcumque ſuis uſibus fruges comparare ſolent . . . . Hi tanto cœptæ contemplationis fervore feruntur, ut nulla temporis longitudine a ſua inſtitutione deſiſtant. S. Bruno ſuis diſcipulis nullam regulam tradidit; ſed Guino Carthuſiæ prior tredecim annis poſt S. Brunonis mortem illius loci conſuetudines collegit, quas alia monaſteria ſequerentur. His poſtea quædam addita, alia immutata ſunt.

Guibert. invit. ſua cap. 11. Carthuſiæ inſtitutum.

Christi An. 1090. S. Brun. vita.

S. Bruno necdum ſex annos in ea ſolitudine exegerat, cum Urbanus II., qui fuerat illius diſcipulus, accivit eum per literas, ut ejus ſolatio, & conſilio in negotiis eccleſiaſticis juvaretur, graviter præcipiens, ne venire cunctaretur. Verum cum, eo recedente, ejus ſocii nullam conſolationem admitterent, nec in Carthuſia manere vellent, Bruno locum dedit Seguino abbati Caſæ-Dei, qui fuit unus ex primis donatoribus; ſed tamen id fecit, ut omnino conſtitueret reverti cum ſuis ad Carthuſiam. Itaque Romam venit anno milleſimo nonageſimo, ibique manſit per quinquennium; ſed cum tumultus, & mores curiæ ferre non poſſet, relictæ ſolitudinis, & quietis amore flagrans, contempto etiam archiepiſcopatu Rhegienſi, ad quem ipſo Papa volente electus fuerat, in Calabriæ eremum, cui Turris nomen eſt, ſeceſſit, ibique laicis, & clericis quamplurimis adunatis, ſolitariæ vitæ propoſitum per annos undecim, quibus adhuc vixit, exercuit. Ejus primi diſcipuli ejus ſuaſu redierant ad Carthuſiam, eiſque Landuinum priorem præfecerat.

Joan. Columb. in diſſert. de Carthuſ. initiis.

Christi An. 1090.

XVII. Godefridus Carnotenſis epiſcopus ſimoniæ accuſatus, diu Romæ detentus eſt; ſed cum teſtes deficerent, Gregorius Papa permiſit, ut ſe ipſum juramento purgaret, ſicque purgatus rediit ad ſuam eccleſiam: verum, cum poſtea ejus crimen innotuiſſet ſedi Apoſtolicæ, Urbanus eum Romam venire juſſit; & cum ſe purgare non poſſet, Papæ virgam paſtoralem, & annulum tradidit, indignum ſe agnoſcens, ſicque ſe abdicavit. Et cleri, & populi communi conſenſu ei ſubrogatus Ivo nobilibus natus parentibus in agro Bellovacenſi: adoleſcens literis humanioribus imbutus, atque in philoſophia verſatus, Lanfranco magiſtro Theologiæ operam dedit in Beccenſi monaſterio, quam & ipſe poſtea docuit. Cum vero Guido Bellovacenſis epiſcopus dictus fuiſſet, monaſterium in memoriam S. Quintini conſtruxit, conceſſiſque prædiis, illic canonicos inſtituit, eiſque præfecit Ivonem, qui monaſterium paternis poſſeſſionibus auxit. Tanta autem monaſterii illius, & Ivonis pietatis ac canonicæ obſervationis fama fuit, ut multa monaſteria aſcitis inde canonicis, aut ædificata aut inſtaurata fuerint, & ipſe evectus ad Carnotenſem epiſcopatum. Renitebatur quidem, ſed a clericis vis illata eſt, & regi Philippo præſentatus, ab eo virgam paſtoralem accepit: Carnotum, ubi rediit, cum clericis petentibus, & inſtantibus nullum diem ejus conſecrationi præfigere vellet Richerius Senonenſis Archiepiſcopus ejuſque Metropolita, profectus eſt ad Urbanum Papam, qui ad petitionem Carnotenſis eccleſiæ eum Capuæ conſecravit, octavo Kalendas Decembris anni milleſimi nonageſimi, idque literis clero, & plebi Carnotenſi ſignificavit, præcipiens, ut Ivonem ut verum ſuum paſtorem obedientia honorarent, & ne quis Godefrido ad epiſcopatum reinvadendum aſſenſum commodare præſumat. Extat oratio, quam Urbanus Papa in ejus conſecratione habuit. Eadem Richerio Senonenſi ſcripſit addens: " Conſecratum igitur eum, ſalva tuæ eccleſiæ obedientia, remittentes, dilectionis tuæ dulcedinem poſtulamus, ut omnis litis fomite conſopito, benignitate eum debita complectaris, & ad eccleſiæ regimen auxilium tuum ei largiaris. „

Greg. P. epiſt. 26. l. 9.

Ivo fit Carnotenſis epiſcopus.

Ivo epiſt. 8.

Epiſt. 9.

Urban. P. epiſt. 8.

Epiſt. 9.

XVIII. Tarragonenſis civitas in Hiſpania primitus fuerat Metropolis eccleſiaſtica, ſed bellis diruta, & everſa, jam per quadringentos annos Auſonenſi eccleſiæ fuerat unita, & ſubjecta Narbonenſi Archiepiſcopo. Berengarius epiſcopus Auſonenſis Romam ſe contulit ad Urbanum Papam, ut Tarraconenſis Metropolis reſtitutionem impetraret. Urbanus literas dedit ad Berengarium III. Barcinonenſem comitem, Emergardum Urgellenſem, & Bernardum Biſuldunenſem, quos hortatus eſt, ut darent operam reſtituendæ eccleſiæ Tarraconenſi, ut in ea ſedes epiſcopalis collocaretur: ſalva tamen eccleſiæ Narbonenſis juſtitia. Pollicitus eſt tamen, ſe antiquam dignitatem huic eccleſiæ reſtituturum, ſi Romani privilegii authoritate Tarraconenſem provinciam ſibi canonice vendicare non poſſet Narbonenſis Archiepiſcopus. Dalmatius Narbonenſis Romam venit, ut Tarraconenſis eccleſiæ ſubjectionem ſibi vindicaret; ſed cum non haberet privilegia ſedis Apoſtolicæ, quibus jus illud confirmare poſſet; Papa ſcripſit ad Raynerium legatum ſuum, ut, ſi Dalmatius privilegium, quod promiſerat, oſtendere non poſſet, ipſe cum comitibus, ad quos priores literæ datæ ſunt, ſtuderet reſtaurandæ eccleſiæ Tarraconenſi: Quæ reſtitutio facillime peracta eſt, cum Berengarius comes Tarraconenſem civitatem Eccleſiæ Romanæ donaſſet, ſub ea ſcilicet deliberatione, inquit Berengarius in inſtrumento illius donationis, ut ego, & mei poſteri omnes, ſicut ſupra ſcriptum eſt, teneamus hoc totum per manum, & vocem S. Petri, ejuſque vicarii Romanæ ſedis Apoſtolici, per quinquennium perſolventes ei cenſum viginti quinque librarum puriſſimi argenti ad juſtum penſum. Dalmatius cum nullum proferret reſcriptum Apoſtolicum legitimum ad jus ſuum tuendum, ſed tantum ſuppoſititiam ſub nomine Stephani Papæ V. epiſtolam, Urbanus anno milleſimo nonageſimo primo

Marc. Hiſp. l. 4.

Tarragon. Metropolis reſtituta.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Urban. P. epiſt. 7.

Christi An. 1091.

Christi An. 1091. primo jus metropolicum authoritate sua restituit ecclesiæ Tarraconensi, ad eamque transtulit Berengarium Ausonensem episcopum, eique dedit pallium: eodemque decreto Ausonensem ecclesiam univit Tarraconensi.

Legationensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

XIX. Raynerius legatus eodem anno cum Bernardo Toletano aliisque comprovincialibus episcopis, & abbatibus Legione synodum celebravit, omnibus salutarem hostiam offerentibus pro anima Garciæ Gallæciæ regis, quem in custodia inclusum viginti annis detinuerat ejus frater Alphonsus, ejusque corpus in eadem urbe sepulturæ honorificæ tradiderunt. Episcopi postea statuerunt, ut secundum regulam B. Isidori Hispalensis Archiepiscopi, ecclesiastica officia in Hispania regerentur, id est, secundum ejus ad Lanfredum Corduensem epistolam, in qua propria cujusque gradus officia describit. Mozarabicum enim ritum aboleri anno præcedente curaverat Rex Alphonsus. Statuerunt etiam, ut scriptores deinceps Gallicam literam scriberent, & prætermitterent Toletanam, seu Gothicam in ecclesiasticis officiis, ut nulla esset divisio inter ministros Ecclesiæ Dei. Petrus Compostellanus episcopus depositus est, quia neque legibus, neque auspicato huic ecclesiæ præfectus fuerat. Ut Pelagius restitueretur, impetrari non potuit: agente Raymundo Burgundo Regis genero, Papæ persuasum est, ut Dalmachius Cluniacensis monachus ei charus ecclesiæ Compostellanæ præficeretur episcopus.

Domnizo l. 2. c. 4.

XX. Henricus Germaniæ rex interim frustra habito de pace conventu, collecto ingenti exercitu, quæ Mathildis cis Alpes hæreditario jure possidebat, occupat. Hinc transgressus in Longobardiam, Mathildis exercitui audacter incurrit, initoque prælio superior evadit, occupatisque omnibus ejus trans Padum castris, Mantuam obsidione cinxit, ac post menses undecim in suam potestatem proditione redegit, pridie Paschatis anni millesimi nonagesimi primi. Romani, qui Guibertum expulerant, tunc eum rursus susceperе. Henricus vero per Herebertum Rhegii episcopum de pace cum Mathilde tractare cœpit: promittebat, se ei omnia loca occupata restituturum, dummodo Clementem in amicitiam reciperet. Plures episcopi, & abbates suadebant, ut hanc conditionem acciperet. Joannes autem eremita, vir magnæ virtutis, tunc ei in animum revocans, quod alias Gregorio VII. promiserat, se nempe ab Ecclesiæ Catholicæ obedientia non recessuram, quantavis adversitate premeretur, eique insignes victorias prædicens, eam ad bellum animavit. Henricus magis irritatus confestim Canussium castrum oppugnavit, at multis ex suis amissis, eis Padum reduxit exercitum. Mathildis sic sua castra, quæ trans Padum erant, recepit.

Synodus Beneventana. Conc. t. 6. ed. Hard.

Urbanus vero Papa quinto Kalendas Aprilis ejusdem anni, Beneventi synodum celebravit: aderant plurimi episcopi, & abbates. In ea canones quinque promulgavit. Primus sic habet: " Nullus deinceps in episcopum eligatur, nisi qui in sacris ordinibus religiose vivens inventus est; sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. „ Hos siquidem solos primitiva legitur Ecclesia habuisse. Secundus. " Capellanos, qui contra statutum numerum in curiis suis sine consensu sui episcopi militaverint, & a laicis decimas sine intermissione obtinuerint . . . . . ab officio, & beneficio interdicimus. „ Quartus. " Nullus laicus post diem cineris & cilicii, qui caput jejunii dicitur, carnibus vesci audeat . . . . A die septuagesimæ usque in octavam Paschæ, vel a die Dominici adventus usque in octavam Epiphaniæ, matrimonia nullo modo contrahantur. „ Bertholdus, Urbanum in ea sententiam anathematis super Guibertum, ejusque complices confirmasse narrat. Plurimi tunc laici utriusque sexus se cum bonis suis tradidere monasteriis tanquam servi voluntarii, ut sub eorum directione vitam exercerent religiosam, quorum pietatem Urbanus Papa laudavit.

Christi An. 1092. Anonym. in vit Henr.

Henricus anno millesimo nonagesimo secundo in Germaniam recessit, Conradumque filium suum, quem regni hæredem jam designaverat, reliquit, ut Mathildi sese opponeret. Ille vero a Mathilde persuasus, junctus inimicis patris sui, Rex ab Anselmo Mediolanensi coronatus est, Welphone Bavariæ

Berthold. chron.

duce, & Mathilde ejus conjuge annuentibus. Hinc Catholicorum in Italia arma prævaluere. Cum enim Welpho senior Bojoariæ dux copias suas cum Mathilde aliisque fœderatis junxisset, Henricum ad magnas angustias redegit, Mediolanum aliæque Longobardiæ civitates ei fideliter adhæsere. Alii referunt, Conradum a patre defeciſſe, quod ei suadens incestum cum noverca, nothum appellasset. Metensis ecclesia, Tullensis, & Virdunensis ab obedientia Egilberti excommunicati recedunt: Metenses rejecto episcopo, quem eis Henricus dare voluit, ipsi sibi canonice Catholicum pastorem elegere, eumque a Gebehardo Constantiensi episcopo, sedis Apostolicæ legato consecrari fecere. Idem legatus Welphonem in militem accepit, sicut & proprium fratrem Bertholdum Alemanniæ ducem jam dudum fecerat, cum quibus, & reliquis Alemanniæ principibus magnum conventum apud Ulmam habuit: In eo statutum est, ut Constantiensi episcopo Papæ legato secundum statuta canonum obedirent. Catholicorum rebus institutis, Urbanus Papa Romæ Natale Domini celebravit.

Christi An. 1092.

Guiberti fautores munitionem S. Angeli adhuc occupabant; sed Goffridus Vindiconensis abbas Romam veniens, Papæ pecuniam, qua Lateranum, & turrim Crescentii redimeret, contulit, sicque Lateranense palatium, & totam urbem Romam recepit; sed nonnisi post aliquot menses castrum S. Angeli seu turrim Crescentii.

Ibid.

Goffrid. epist. 8.

XXI. Ecclesiæ Gallicanæ status tunc etiam fuit turbatissimus. Ivo Carnotensis rerum hic gestarum magna pars fuit. Quid autem post suam ordinationem sibi contigerit, sic ipse refert in sua ad Urbanum Papam epistola: Richerius Senonensis Archiepiscopus cum Parisiensi, Meldensi, & Tricassino episcopis, anno millesimo nonagesimo secundo Stampis me de ordinatione, quam a vobis acceperam, accusavit, dicens, quia sic majestatem regiam offendissem; cumque conaretur, Gaufridum depositum contra decretum vestrum in statum pristinum reformare, & in me depositionis sententiam proferre, sedem Apostolicam appellavi, & decretis Apostolicis a sua præsumptione revocavi. Appellationem tamen nec persequi tentaverunt, nec plenam pacem mecum habere voluerunt. Unde necesse est, ut literas communes eis mittatis, quatenus aut plenam mecum pacem habeant, aut præsentiam vestram rationem reddituri mecum adeant . . . . Inferius addit: Si venerit ad vos quidam de ecclesia nostra pulsus propter infamiam, rogo, ne de eo quidquam statuatur, donec a vobis causa ejus audiatur. Suggero etiam paternitati vestræ, ut partibus nostris ordinetis aliquem legatum, virum boni testimonii. Necessarius enim esset & Ecclesiæ Dei, in qua quilibet, quodlibet audet, & quod audet, facit, & quod facit, impunitum transit.

Stampensis synod. Concil. tom. 6. ed. Lab.

XXII. Roscelinus Compendiensis clericus circa idem tempus mysterium Trinitatis impugnavit, docens in Deo tres personas ab invicem separatas, sicut sunt tres Angeli; ita tamen, ut una sit voluntas, & potestas; & Patrem, & Spiritum Sanctum esse incarnatum, & tres Deos vere posse dici, si usus admitteret; affirmabatque, hanc esse sententiam Lanfranci Cantuariensis Archiepiscopi, & Anselmi Beccensis abbatis. Quapropter Raynaldus Remensis episcopus indixit synodum. Anselmus vero Fulconi Belvacensi episcopo scripsit, errores ejus exponens, affirmansque, se de Trinitate non aliter sentire, quam in tribus symbolis continetur. Et certus sum, inquit, quia, quicumque horum aliquid negare voluerit, & nominatim, quicumque Roscelini blasphemiam pro veritate asseruerit, anathema sit. Lanfrancum vero vita ejus, quia de eo numquam aliquid tale sonuit, ab hoc crimine satis excusat: Fulconem orat, ut has suas literas ad synodum portet, & coram omnibus legat. Roscelinus in concilio Suessionensi abjuravit errorem suum, quem postea clam studiosissime defendit, ut refert Ivo Carnotensis, qui propter eum se vitæ periculum adiisse testatur. Quapropter eumdem literis hortatus est, ut seipsum publice retractaret: quatenus sicut multis exemplum erroris fuit, sic de cætero fiat exemplum correctionis. Petrus Abaillardus ejus errorem confutavit brevi opusculo, de quo suis amicis dixit Roscelinus, quod Gaufredum Parisiensem episcopum expectaret, ut illi quasdam in eo hæreses Abaillardum inseruisse monstraret. Abaillardus his auditis scripsit ad Gaufredum, ut se & illum convocet, atque coram viris Catholicis audiat, ut reus correctioni subjaceat. Ibidem asserit, Roscelinum a Franciæ, & Angliæ regnis ob intemperantiam arrogantiæ suæ expulsum fuisse cum sum-

Roscelini errores Concil. tom. 6. ed. Hard. tom 10. Labbè.

Ivon. Carnot. epist. 7.

Abaillard. epist. 10.

Spicileg. tom. 3.

CHRISTI AN. 1092.

ſummo dedecore. Eumdem hæreticum pluribus exagitavit Theobaldus Stampenſis clericus, in epiſtola, quam ad eum miſit confertiſſimis ſacrarum literarum teſtimoniis abundantem.

Remenſis ſynodus pro bonis eccleſiaſt. Concil. tom. 6. ed. Hard.

XXIII. Remis eodem anno celebrata eſt ſynodus pro diſpoſitione bonorum clericorum morientium. Robertus Flandriæ comes morientes clericos exhæreditabat, mittens exactores, qui poſt eorum obitum hæredes & familias ab eorum domibus pellebant. Quod inauditum ſervitutis genus clerici non valentes ſuſtinere diutius, Urbanum Papam adeuntes ejus provoluti pedibus lacrymabilem de tyranno fecerunt querimoniam: qui comitem literis hortatus eſt, ut ab ea vexatione ceſſaret. Robertus ejus literis obedire noluit, & clericorum bona per ſatellites diripuit violenter. Tunc Flandrenſes clerici ad ſynodum, quam tum Remis celebrabat Raynaldus Archiepiſcopus, miſere Papæ epiſtolam, ſuiſque literis ejus opem, cujus jurisdictioni ſubjacebant, implorarunt. Univerſo concilio condolente, præcepit Raynaldus Arnulpho S. Audomari præpoſito, & Joanni abbati S. Bertini, & Girardo abbati de Ham, & Bernardo Waranenſium præpoſito, ut cum authoritate concilii comitem Robertum convenirent, qui tunc privatam ducebat vitam, commorans in clauſtro S. Bertini cauſa continentiæ, & quadrageſimalis ſupplicationis, quatenus uſque ad Dominicam Palmarum invaſa reſtitueret, aut gladio anathematis percuſſus ſciret totam terram ſuam divino privatam officio. Quod metuens, ſic ſatisfecit pro omnibus, quæ fecerat, ut nullus ſucceſſorum illius hanc iniquitatem reſuſcitare auſus fuerit. Eodem anno obiit, & ſepultus eſt in caſtello Morinorum.

Philippi regis diſcur. Chronic. S. Petr. Viv. Spicileg. tom. 2.

XXIV. Eccleſiæ monitis dum pariter obedire detractat, magnum ſcandalum excitavit rex Philippus, qui Bertham reginam repudiavit, de qua habuit filium ſuum Ludovicum, & accepit Bertradam, quæ reliquerat virum ſuum Fulconem comitem Andegavenſem, timens, ne eam, ut duas priores uxores dimitteret. Rex autem, priuſquam nuptias celebraret, Ivonem Carnotenſem invitavit ad colloquium, obnixeque rogavit, ut in ea re eſſet ei adjutor. Cui reſpondit Ivo: Non ita oportere fieri, quoniam nondum eſſet cauſa diffinita inter ipſum & uxorem ejus. Rex teſtatus eſt, pleniter diffinitam eſſe Apoſtolica authoritate, & Archiepiſcopi Remenſis ejus ſuffraganeorum laudatione. Ivo reſpondit, ſe hoc ignorare, nec hujuſmodi nuptiis velle intereſſe, niſi Raynaldus Remenſis earum eſſet conſecrator, & ejus coepiſcopi cooperatores. Raynaldo Remenſi hæc totidem verbis ſignificavit, & addidit: " Quoniam igitur confido de religione veſtra, nihil vos de re tam periculoſa, & famæ veſtræ, & honeſtati totius regni tam pernicioſa facturos, quod non authoritate vel ratione nitatur, ſtudioſiſſime vos obſecro, ut mihi fluctuanti veritatem hujus rei aperiatis, & ſanum conſilium, licet arduum, ſuper hoc præbeatis. Malo enim perpetuo officio & nomine epiſcopi carere, quam puſillum gregem Domini mei legis prævaricatione ſcandalizare. „

Ivon. Carnot. ep. 13.

Ivon. Carnot. ep. 15.

Raynaldi Remenſis reſponſionem non habemus. Ivo vero rurſus a Rege vocatus ad has nuptias, ei literis reſpondit: " Sicut ſerenitati veſtræ dixi præſens, ita nunc ſcribo, quia huic nuptiarum ſolemnitati, ad quam me vocatis, intereſſe nec volo, nec valeo, niſi prius generalis concilii diffinitione decretum eſſe cognoſcam, inter vos & uxorem veſtram legitimum interveniſſe divortium, & cum iſta, quam ducere vultis, legitimum vos inire matrimonium: ſi autem invitatus fuiſſem ad hujus rei diſcuſſionem in eo loco, in quo cum coepiſcopis canonicas ſecure poſſem conferre ſententias . . . . libentiſſime venirem, & quod lex & juſtitia dictaret, cum facientibus facerem. Nunc vero, quia abſolute vocor, ut Pariſios cum uxore veſtra veniam, de qua neſcio, utrum poſſit eſſe uxor, propter conſcientiam meam, quam coram Deo conſervare debeo . . . . . malo cum mola aſinaria in profundum mergi, quam per me mentibus infirmorum, tanquam cæco, offendiculum poni. Nec iſta contra fidelitatem veſtram, ſed pro ſumma fidelitate dicere me arbitror: cum & hoc & animæ veſtræ magnum foret detrimentum, & coronæ regni veſtri ſummum periculum. „ Hujuſce epiſtolæ exemplar miſit ad epiſcopos, quos hortatus eſt, ut Regi libere loquantur, vel ab his nuptiis ſe ſubtrahant.

Rex cæco amore præoccupatus nihil audivit, & Bertradam publice duxit uxorem. Sylvanectenſis epiſcopus has benedixit nuptias. Ivoni perinſenſus Rex bellum indixit, Hugonique Carnutum vice-comiti mandavit, ut ſuam ulciſceretur injuriam. Ille Carnotenſis eccleſiæ bona diripuit, Ivonemque captum in caſtello detinuit. Urbanus Papa, his auditis, Raynaldum Remenſem acriter reprehendit, quod tanto ſcandalo non obſtitiſſent epiſcopi. " Te autem, inquit, noxa hæc maxime impedit: pro eo, quod Sylvanectenſis ſubjectus tibi epiſcopus, hoc publici adulterii crimen ſuo firmavit aſſenſu: cum mœchis illis benedictionis ſacerdotalis manum impoſuit. Quod etſi licite nuberent, bigamis tamen impendi ſecundum canones non liceret. Nunc igitur vobis Apoſtolica authoritate præcipimus, ut his viſis apicibus . . . . . mature convenire curetis Regem, & ex Dei & noſtra pariter & veſtra parte inſtanter commoneatis, arguatis, obſecretis, increpetis, & a tanto tamque horrendo facinore deſiſtere compellatis. Quod ſi contempſerit, & nobis & vobis neceſſitas imminebit, ut ad ulciſcendas divinæ legis injurias pro noſtri officii debito accingamur. Eamdem quoque inſtantiam pro ereptione confratris noſtri Carnotenſis epiſcopi adhibete. Quod ſi monitis veſtris, qui eum cœpit, obtemperare contempſerit, vos & ipſum excommunicationi ſubjicite, & caſtellis, in quibuſcumque eum tenuerit, & terræ ejus divinum officium interdicite: ne ſimilia deinceps in viris hujus ordinis præſumantur. „ Data ſexto Kalendas Novembris, anno milleſimo nonageſimo ſecundo.

CHRISTI AN. 1092.

Urban. P. ep. 35. append.

Ivon. Carnot. ep. 23.

Eadem ſcripſit ad omnes Galliarum epiſcopos. Hujuſmodi literarum publicationem Ivo ſuſpendit, ne populi adverſus Regem commoverentur; ſed Vidoni Regis dapifero ſcripſit: " Hæc omnia volo dicas domino noſtro Regi, & ſecundum hoc, quod apud eum inveneris, mihi facias remandari. „ Audivit primates urbis Carnotenſis ad invicem conjuraſſe, bellum ſe facturos adverſus vice-comitem, ut eum liberarent. Ille ſtatim, datis ad eos literis, id fieri prohibuit. " Decretum eſt enim mihi, inquit, non ſolum includi, vel eccleſiaſtico honore privari, ſed etiam magis mori, quam per me ſtragem hominum fieri . . . . . Recordamini, quod legitur, quia Petrus ſervabatur in carcere, oratio autem ſine intermiſſione fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo: orationibus ergo & ſeveritate eccleſiaſtica contenti eſtote: quam ſi tranſgreſſi fueritis, ſcio, quia me ulterius epiſcopum habere non vultis. „

Ivon. Carnot. ep. 20.

Atrebatenſis epiſcopatui reſtitutus. Urban. P. ep. 6. Append. Concil. tom. 6. ed. Hard.

XXV. Atrebatenſis civitas circa idem tempus recepit priſtinam ſedem epiſcopalem, quam a quingentis annis perdiderat. S. enim Vedaſtus Atrebatenſis epiſcopus a S. Remigio conſtitutus circa annum quingenteſimum ſexageſimum nonum, Cameracum ſedem tranſtulerat: indeque Atrebatenſis epiſcopatus nomen perierat. Gerardo Cameracenſi epiſcopo circa annum 1092. mortuo, Atrebatenſes quoſdam clericos delegarunt ad Urbanum Papam II., cujus partes ſequebantur, cum ad Clementem ſeu Guibertum defeciſſent Cameracenſes, poſtularuntque, ut proprium, ſicut prius, eligere concederet epiſcopum: quod ille libenter annuit: Raynaldoque Remenſi ſcripſit: " Noverit tua fraternitas, quod Atrebatenſis eccleſia una ex nobilibus eccleſiis Remenſis Metropolis fuit, & Pontifices religioſiſſimos obtinuit. Mandamus itaque tibi & præcipimus, ut illum, quem eccleſia illa canonico conſenſu cleri & populi ſibi in epiſcopum elegerit, conſecrare & eidem eccleſiæ incardinare non differas . . . ſolius enim eſt Apoſtolici epiſcopatus conjungere, & conjunctos disjungere, aut etiam novos conſtruere. Voluntatis enim noſtræ eſt Remenſis eccleſiæ olim duodecim epiſcopatuum dignitatem in priſtinum gradum revocare. „

Urban. P. ep. 4. Append.

Atrebatenſes Lambertum ſummæ ſanctitatis virum elegerunt epiſcopum, quem Raynaldus Remenſis, ne reges Philippum & Henricum offenderet, conſecrare noluit. Atrebatenſes ad Papam recurrunt, qui Raynaldo ſcripſit: " Gravamur, quod noſtræ conſtitutioni tam obſtinaciter reſtitiſti, & electum Atrebatenſis eccleſiæ conſecrare uſque hodie diſtuliſti. Tuæ igitur reverentiæ præcipimus, ut eumdem infra triginta dierum ſpatium conſecrare procures, omni formidine ſemota. Quod ſi forte occultiori conſilio adimplere nolueris, eum ad nos cum literarum tuarum adſtipulatione tranſmitte: ſi vero & hoc contempſeris, nos eum ad nos venire præcipimus conſecrationis gratiam recepturum. „ Raynaldus his acceptis

Urban. P. ep. 8. Append.

Christi An. 1092. ceptis literis Lambertum evocat, cumque Remos venisset 16. Kalendas Januarii, eum Romam mittit cum adstipulatione literarum suarum, in quibus ait, se timuisse, ne ea occasione se a Remensi ecclesia abrumperet Cameracensis, cum hæc civitas sit regni regis Henrici, quem jam dudum inimicum experitur. Lambertus, cui Papa præceperat, ne impositam sibi electionem subterfugeret, 17. Februarii Romam pervenit cum tribus legatis Atrebatensis ecclesiæ; ne autem a Guibertinis aliqua eis inferretur injuria, subsequenti sabbato Lambertus Urbanum in ecclesia S. Mariæ novæ commorantem adiit, atque ad ejus pedes se prosternens petiit absolvi ab illa electione, dicens, se non esse idoneum, præsertim pro infestatione Henrici excommunicati Imperatoris, ad cujus Imperium Cameracus pertinebat, nec non etiam pro nimia vastatione & paupertate regionis Atrebatensis ecclesiæ. Urbanus eum osculo salutans consolatus est, præcepitque Elaiberto Pisano Archiepiscopo, ut eum cum suis hospitio susciperet. Atrebatensis ecclesiæ canonici delegati Papam instanter exorarunt, ut electum suum consecrare non differret.

Ibid. Ep. 7.

Ibid. Ep. 10. Papa vero voluit, ut expectarentur legati Cameracensis ecclesiæ, quæ novum sibi episcopum elegerat: Raynaldum Remensem tertio objurgavit, affirmavitque, se daturum operam, ne ex ea re detrimentum patiatur Remensis ecclesia. " Quisquis enim ille pro Cameracensi ecclesia fuerit electus, nisi per Remensem Archiepiscopum præsumpserit ordinari, una cum ordinatore suo districtionis Apostolicæ gladio ferietur. Quamobrem tuam sollicitudinem expedit vigilanter insistere, ut utraque ecclesia cardinali, id est, titulari, non destituatur episcopo, nisi forte Cameracenses privilegium Romanæ authoritatis ostenderint, quod eis Atrebatensem subdat ecclesiam. Unde, frater, virtus tua eos præmonere procuret, quatenus in proxima quadragesima, cum Atrebatenses venerint, ipsi quoque cum ecclesiæ suæ authoritatibus nostræ se audientiæ repræsentent. Porro electionem, quam de communi filio Manasse eos generaliter fecisse significasti, confirmamus, nisi quælibet talia obvient, quæ sanctis debeant canonibus coerceri. Quod ut ad effectum veniat, Cameracenses ipsos a sacramento illo temerario, quod pro Guiberto fecerant, parati sumus absolvere, si tamen & ipsi electum suum accipere, & de temeritate illa parati fuerint secundum tuum consilium pœnitentiam exhibere. Alioquin datam in eos a fraternitate tua interdictionis sententiam confirmamus. „

Ughel. tom. 3. Urbanus Papa circa idem tempus Pisanam ecclesiam, de legitimis Romanis Pontificibus bene meritam; iis enim schismatis temporibus semper adhæserat; erat præterea ditionis comitissæ Mathildis; erexit in Metropolim, eique Corsicam insulam attribuit; ejus episcopos pro suffraganeis designavit, reservato tamen pro Lateranensi palatio quinquaginta librarum tributo: sed nonnisi post aliquot annos eo jure usa est, ut dicemus inferius.

Edmer. apud Alford. tom. 4. *S. Anselmus Cantuarienf. Archiepiscopus.* XXV. Cantuariensi ecclesiæ, quæ jam a quatuor annis vacabat, sic datus est episcopus. Hugo comes Cestrensis volens monachorum abbatiam instituere, Anselmum Beccensem abbatem venire rogavit, ut locum per monachos suos regulari observatione informaret. Ille renuit, quidam enim rumores ferebantur, quod, si iret in Angliam, fieret Archiepiscopus . . . . . Contigit interea, comitem ipsum gravi languore gravari: quod mox Anselmo mandans, magnopere precatus est, quatenus ad consulendum animæ suæ sine mora veniret: Et si timor, inquit, suscipiendi archiepiscopatus, ne veniat, eum detinet, fateor in fide mea, quoniam id, quod rumor inde jactat, nihil est. Tertio ei mandat, si non veneris, revera noveris, quia nunquam in vita æterna, in tanta requie eris, quin perpetuo doleas, te ad me non venisse. Anselmus post multam deliberationem, & sibi conscius, quam esset ab omni ambitione alienus, se ipsum Deo commendans profectus ad comitem venit, ipsumque jam ab infirmitate convaluisse invenit; sed ei per quinque menses in Anglia commorandum fuit, ob Beccensis monasterii rationes, quas ob Regis absentiam componere non potuit. Post hæc in Normanniam regredi volens, negata a Rege licentia, copiam id agendi habere non potuit.

Ibid. Inter hæc, cum gratia Dominicæ Nativitatis primores ad curiam Regis pro more venissent, optimi a Rege postularunt, ut per ecclesias Angliæ fieri preces permitteret, ad dignum pastorem obtinendum. Christi An. 1093. Rex, etsi nonnihil indignatus, preces fieri concessit. Episcopi Anselmum super ea re consuluerunt, ut eas ordinaret, sed vix obtinere potuerunt. Coactus tamen orandi modum edidit, quem observarunt omnes Angliæ ecclesiæ. Post hæc unus de primoribus Regi dixit: Hominem tantæ sanctitatis nullum novimus, quantæ est Anselmus: nihil enim amat præter Deum, nihil cupit transitorium. Ad quod Rex subsannans, Nec, inquit, archiepiscopatum Cantuariensem? Cui respondit alter: Ne illum quidem cupit. Rex obtestatus est, quod manibus & pedibus plaudens in amplexum ejus rueret, si spes ulla foret illius adipiscendi. Sed, inquit, nec ipse, nec alius quis erit Archiepiscopus, me excepto. Hunc statim gravis infirmitas corripuit, atque indies crescens ad extremum perduxit vitæ periculum: ei suggeritur de animæ suæ salute cogitare, præsertim ecclesias hactenus suo dominio subjectas liberare, & pastoribus tradere.

Anselmo mandatum est, quatenus sub omni festinatione ad Regem veniat, ejusque obitum sua præsentia muniat: accelerat, interrogatusque quod consilium salubrius morientis animæ indicet: Ille Regi suadet, ut primo de omnibus, quæ se contra Deum feciſſe cognoscit, puram confessionem faciat; & se omnia, si convaluerit, emendaturum sine fictione promittat. Rex acquiescit, & cuncta spondet, & vades inter se & Deum facit episcopos suos, mittens qui hoc votum suum Deo super altare sua vice promittant. Captivi relaxantur, debita remittuntur, omni populo promittuntur bonæ leges, oratur pro salute Regis. Ibid.

Interea Regi suadetur, quatenus communem totius regni matrem, instituendo illi pastorem, solvat a viduitate. Consentit libens, & designat Anselmum ut tali honore dignissimum. Anselmus expalluit, cumque raperetur ad Regem, ut per virgam pastoralem investituras archiepiscopatus de manu ejus susciperet, restitit. Episcopi seorsim cum eo agunt: vides, inquiunt, omnem Christianitatem in Anglia fere periisse, omnes abominationes emersisse per tyrannidem istius hominis; & tu, cum possis subvenire, contemnis? Ecclesia Cantuariensis, in cujus oppressione omnes oppressi sumus, te vocat, ut sui & nostri sublevatorem, & tu postposita liberatione ejus, tui solius quietem appetis? Ille respondit: Ego jam grandævus sum, & omnis terreni laboris impatiens, & ex quo monachus fui, sæcularia negotia fugi. Qualiter igitur laborem totius ecclesiæ per Angliam institutæ suscipere queo? Tu tamen, inquiunt, primatum suscipe, & Deo pro nobis intende, & nos sæcularia tua disponemus. Impossibile est, ait, quod dicitis: Abbas sum monasterii sub altero principatu, Archiepiscopum habens, cui obedientiam; terrenum Principem, cui subjectionem; & monachos, quibus debeo submiſtrationem. His omnibus adstrictus officium deserere non possum præter eorum voluntatem. Illorum omnium, inquiunt, facilis erit assensus, & reluctantem rapiunt ad Regem, & pervicaciam ejus exponunt; qui dixit ad eum: Cur me pœnis æternis excruciandum tradis? . . certus sum enim, quod peribo, si archiepiscopatum in meo dominio tenens vitam finiero. Succurre igitur mihi, & suscipe pontificatum. Assistentes compuncti Anselmum se excusantem invadunt, contestantes, quod omnia crimina, quæ deinceps Angliam prement, ei imputabuntur, si per susceptionem curæ pastoralis eis non obviaret: & jubente Rege omnes ad ejus pedes procidunt, ut vel sic ad consensum impellerent: sed cum ipse pariter coram ipsis cecidisset semper resistens, accepto ejus brachio virgam pastoralem tradunt, lectoque Regis applicant, acclamante multitudine: Vivat episcopus. Episcopi vero hymnum, Te Deum laudamus, cantare cœperunt, electumque portaverunt potius quam duxerunt in vicinam ecclesiam, ipso clamante: Nihil est, quod facitis. Ibid.

At peractis, quæ tunc de more fieri solent, Anselmus ad Regem rediit, prædixitque proximam valetudinem, hortatusque est, ut, quod in se factum fuerat, emendaret, quia non consenserat: & statim discessit. Episcopis & optimatibus eum deducentibus ait: Intelligitis quid molimini? . . . . Quod si non desistitis, en, vobis prædico, quia me Rex diversis fatigatum injuriis opprimet, ecclesiamque quam relevare fatagitis, relabi videbitis in viduitatem, etiam Christi An. 1093.

viven-

Christi An. 1093. vivente paſtore ſuo. Et hæc mala quibus, niſi vobis, imputabuntur, qui tam inconſiderate Regis feritatem, & meam conjunxiſtis imbecillitatem? Cum igitur, me oppreſſo, nullus ex vobis audeat ei obviare, vos quoque pro libitu ſuo non dubitabit undique conculcare. Acta ſunt hæc anno milleſimo nonageſimo tertio, pridie Nonas Martii.

Ibid. Rex præcepit, ut ſine dilatione, & diminutione inveſtiretur de omnibus ad archiepiſcopatum pertinentibus: atque ut civitas Cantuaria, quam Lanfrancus in beneficio a Rege tenuerat, & abbatia S. Albani, quam priores habuerant Archiepiſcopi, in allodium eccleſiæ Cantuarienſis, pro redemptione animæ ſuæ perpetuo jure tranſirent. Præterea a Rege miſſi ſunt nuntii cum literis in Normanniam, ad comitem, ad Pontificem Rotomagenſem, ad monachos Beccenſes, quatenus iis, quæ in Anglia de abbate Beccenſi geſta fuerant, aſſenſum præberent. Qui omnes, licet ægre, conſenſerunt, & ne onus impoſitum ſubterfugeret, ei literis per obedientiam injunxerunt, oſtenduntque ejus conſtantiam in cura paſtorali declinanda.

Ibid. Rex ab infirmitate convaluit, moxque cuncta, quæ infirmus ſtatuerat, bona diſſolvit, & irrita eſſe præcepit. Quapropter ei dixit Anſelmus: Adhuc dubius ſum, utrum pontificatum ſuſcipiam: ſi me ad ſuſceptionem illius ratio perduxerit, volo pernoſcas quid velim mihi facias: volo equidem, ut omnes terras, quas eccleſia Cantuarienſis tempore Lanfranci tenebat, ſine omni placito & controverſia ipſi reſtituas: & de aliis terris, quas antea poſſidebat; ſed perditas nondum recuperavit, mihi rectitudinem judiciumque conſentias. Adhuc volo, ut in iis, quæ ad Deum, & Chriſtianitatem pertinent, te meo præ cæteris conſilio credas. Ac ſicut ego te volo terrenum habere dominum, & defenſorem, ita & tu me ſpiritualem habeas patrem, & animæ tuæ proviſorem. De Romano quoque Pontifice Urbano, quem pro Apoſtolico hucuſque non recepiſti, & ego jam recepi, atque recipio, eique debitam obedientiam, & ſubjectionem exhibere volo, cautum te facio, ne quod ſcandalum inde oriatur in futuro. De his, quæſo, voluntatis tuæ ſententiam edicito, ut, ea cognita, certior fiam, quo me vertam. Rex vocatis ad ſe Guillelmo Dunelmenſi epiſcopo, & Roberto de Mellento, juſſit, ut iis præſentibus, quæ dixerat, iteraret. Fecit imperata. Rex ita reſpondit: Terras quidem, de quibus eccleſia ſaiſita fuerat ſub Lanfranco, omnes tibi modo reſtituo; ſed de illis, quas ſub ipſo non habebat, in præſenti nullam tecum conventionem inſtituo. Veruntamen de his & aliis credam tibi, ſicut debebo. Sicque ab invicem diſceſſerunt.

Paucis poſt diebus Rex, Normannorum conſenſu recepto, Anſelmum per ſuos convenit, quatenus & ſecundum totius regni de eo factam electionem, Pontifex fieri ultra non negaret, & terras eccleſiæ, quas Rex, defuncto Lanfranco, ſuis dederat pro ſtatuto ſervitio, illis hæreditario jure tenendas cauſa ſui amoris condonaret. Anſelmus vero, nolens eccleſiam exſpoliare, terras nullo voluit pacto concedere, & ob hoc orto inter eum & Regem diſſidio, quod primum indefinitum remanſit. Anſelmus lætatus eſt, ſperans, ſe hac occaſione a prælationis onere exonerandum; jam enim cum virga paſtorali curam, quam ſuper Beccum abbas ſuſceperat, reſtituerat. Verum cum clamorem omnium de eccleſiarum deſtructione conquerentium Rex amplius ferre non poſſet, Anſelmum ad ſe Wintoniæ adunato ibi conventu nobilium venire fecit, ac multis bonis, & Eccleſiæ Dei profuturis promiſſionibus illectum, primatum eccleſiæ Anglorum ſuſcipere perſuaſit. Ille igitur more & exemplo prædeceſſoris ſui inductus, pro uſu terræ homo Regis factus eſt, & de toto archiepiſcopatu ſaiſiri juſſus eſt.

Ibid. Cantuariam poſt hæc venit ſeptimo Kalendas Octobris: atque immenſa monachorum, clericorum, totiuſque plebis alacritate ſuſceptus, ad regendam Eccleſiam Dei, locum Pontificis magno deductus honore conſcendit. Eodem die venit a Rege miſſus Ranulphus, regiæ voluntatis maximus executor, qui placitum contra eum eadem die inſtituit. Negotium autem, de quo agebatur ad eccleſiæ jura pertinebat. Vidit Anſelmus vehementiſſime dolens, ſed Regi contraire non valens: ex præſentibus futura conjecit, & quod multas in pontificatu anguſtias foret paſſurus, intellexit atque prædixit. Inſtante tempore ſuæ conſecrationis, ex more venit Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis, & omnes epiſcopi Angliæ Cantuariam, eumque debita veneratione in Pontificem conſecravere, pridie Nonas Decembris. Duo tamen epiſcopi Wigornienſis & Exonienſis infirmitate detenti intereſſe non valuerunt, ſed nuntiis & literis directis ſe cæteris conſentire denuntiaverunt. Verum cum ante examinandi Pontificis examinationem, Walchelinus Wentanus epiſcopus rogatu Mauritii Londinienſis epiſcopi, cujus hoc officium eſt, electionem ſcriptam legeret: in primo verſu Thomas Eboracenſis graviter offenſus conqueſtus eſt, quod Cantuarienſis in ea diceretur totius Britanniæ Metropolitanus. Ergo, inquit, ego non ſum Metropolitanus? Tunc ſtatim ſcriptura mutata eſt, & ſcriptum eſt, totius Britanniæ Primas. Itaque ſacravit eum ut totius Britanniæ Primatem. Christi An. 1093.

XXVI. Rogerius comes expulſis e Sicilia Saracenis, qui ducentis & amplius annis eam occupaverant, monaſteria & eccleſias collapſas reparavit, novas conſtruxit, juſtitiam, leges, pietatem, ſed imprimis veteres epiſcopatus reſtituit. Nicodemum Panormitanum Græcum epiſcopum in ſuam ſedem reduxit, eique mortuo ſuffectus eſt Alcherus natione Italus, cui pallium omniumque jurium illius eccleſiæ confirmationem conceſſit Romanus Pontifex. Meſſanæ quoque dedit epiſcopum Robertum ſanctæ Euphemiæ abbatem in Calabria, quod monaſterium penitus reparaverat. Anſgerius ejuſdem monaſterii Prior creatus eſt Catanenſis epiſcopus. Sanctus Gerlandus Gergentinam eccleſiam fortitus eſt: his & aliis ejuſdem inſulæ ſufficientes reditus attribuit, eoſque ſacravit Urbanus Papa, qui fines etiam epiſcopatuum a Rogerio deſignatos confirmavit, conſtitutione Apoſtolica Anagniæ data die prima Decembris anni milleſimi nonageſimi tertii. *Eccleſia Siciliæ reſtituta.*

Atrebatenſis eccleſiæ reſtitutionem decimo quarto Kalendas Aprilis Papa conſummaverat. Cameracenſes poſt multas dilationes, nec legatos miſerant, nec cauſas, cur non veniſſent, indicaverant. Itaque ſtatuto die Urbanus in præſentia epiſcoporum & cardinalium ſuorum fecit recitari omnem Atrebatenſis eccleſiæ actionem, ſed abſente Lamberto, quem Romani poſtularunt, ut ſibi Oſtienſis ordinaretur epiſcopus: ſed dominus Papa, ne Atrebatenſis eccleſiæ novella plantatio eradicaretur, eorum preces non ſuſcepit, vocatumque Lambertum conſecravit in epiſcopum, ſalva tamen in omnibus Remenſis Metropolis reverentia, confirmavitque privilegio & authoritate literarum Apoſtolicæ ſedis ad Remenſem Archiepiſcopum, ejuſque ſuffraganeos, ad clerum Atrebatenſem, & ad abbates & abbatiſſas illius diœceſis, & ad Robertum Flandriæ comitem. Quibus declarabat, Lambertum ſe conſecraſſe epiſcopum Atrebatenſem, & ſtatuiſſe legitimum ſempiternum, ut Atrebatenſis eccleſia cardinali, ſeu titulari deinceps potiatur epiſcopo. Urban. P. epiſt. 11. Append. tom. 6. Concil. ed. Hard.

Lambertus, priuſquam Roma proficiſceretur, adfuit judicio, quo Turonenſi Archiepiſcopo eccleſias Britanniæ minoris Papa ſubjecit. Rolandus Dolenſis epiſcopus anno præcedenti Romam venerat pallium poſtulaturus, oblatiſque Gregorii Papæ VII. literis, quibus illud obtinuerat, ſalvo tamen jure Turonenſis eccleſiæ, ſub eadem cautione illud obtinuit. Rodulphus Turonenſis non multo poſt Papam Beneventi commorantem adiit, demonſtravitque, legatos Gregorii VII. jus ſuum confirmaſſe in Galliis. Dolenſis excuſavit ſe non veniſſe paratum ad cauſam dicendam. Papa ex utriuſque conſenſu ſtatuit, ut uterque circa medium quadrageſimæ anni milleſimi nonageſimi quarti, ſe ſuæ audientiæ ſiſteret, & qui deeſſet, cauſa caderet. Turonenſis condicto die præſens adfuit. Dolenſis tantum miſit excuſationem, quam omnes judicarunt inſufficientem. Itaque Papa perlectis Gregorii VII. aliorumque Romanorum Pontificum literis, ex conſilio epiſcopi Atrebatenſis, & quinque epiſcoporum, qui ejus ordinationi interfuerant, & judicum Romanorum, Turonenſi cauſam abjudicavit, decrevitque, ut Britanniæ epiſcopi deinceps ei tanquam Metropolitano ſubjicerentur. Apoſtolica hæc conſtitutio data eſt quinto Aprilis anni milleſimi nonageſimi quarti. Lambertus poſt hæc cum Turonenſi Roma profectus Lugdunum proſpere pervenit, ibique diſcedunt. Lambertus autem die Pentecoſtes & a clericis & civibus Atrebatenſibus devote ſuſcipitur, & in pontificali ſede inthronizatur. *Britanniæ epiſcopi ſubjecti Turonenſi Metropol.* Urban. P. epiſt 10. Christi An. 1094.

XXVII.

CHRISTI AN. 1094. *S. Margarita Regina.* Alford. tom. 4. Annal. eccl. Anglic.

XXVII. S. Margarita Scotorum regina, ex regibus Anglo-Saxonibus oriunda circa idem tempus migravit ad Deum. Jam a sex mensibus gravi morbo vexata decumbebat, cum accepit mortem Malcolmi regis sui conjugis, & filii sui primogeniti, qui eodem die ab Anglis occisi sunt in prælio. Illa crucem amplexa dixit: Laudes & gratias tibi ago Deus meus, quod me tantas in exitu meo angustias perpeti, easque tolerantem a quibusdam peccatorum maculis mundare voluisti. Ingressa in ecclesiam peccata sua confessa est, oleoque sancto se perungi, cœlestique viatico muniri fecit: & post tres dies ad gaudia transivit æternæ salutis. Vivens pietatis, justitiæ pacis & charitatis devota cultrix extitit, frequens in orationibus, corpus jejuniis & vigiliis maceravit, ecclesias & monasteria dotavit: servos Dei & ancillas dilexit & honoravit: esurientibus panem frangebat, nudos vestiebat, & omnibus peregrinis ad se venientibus hospitia, vestimenta & alimenta præbebat. Ejus bonorum operum Malcolmus rex participes fecit: trecentos pauperes in aulam introduci consuetudo erat: & clausis ostiis Rex ab una parte, Regina in altera, Christo in pauperibus serviebant: & quæcumque de thesauris suis Regina largiebatur, vel ratum habuit, vel se nescire finxit: plures etiam ecclesias & monasteria construxit. Utriusque pietatis meminit Anglicanum martyrologium; sed in universa Ecclesia celebris est S. Margaritæ memoria.

Bolland. 2. Jun. *S. Nicolaus peregrinus.*

Eadem ætate pietate claruit S. Nicolaus cognomento Peregrinus, sic dictus, quod, cum natione Græcus esset, venit in Italiam, unica & brevi indutus tunica, capite & pedibus nudis, frequenter etiam a pueris decantabat, Kyrie eleison, & pueros idem secum cantare munusculis invitabat, hinc ut stultus a multis habitus carceres, opprobria & verbera passus est. Continuum erat ejus jejunium, pane tantum & aqua circa vesperum reficiebatur; sed servi sui sanctitatem multis post ejus mortem miraculis declaravit Deus. In majori Tranensi ecclesia cum solemni pompa sepultus est, tertio Nonas Junii.

Trojana synodus. Concil. tom. 6. edit. Hard.

XXVIII. Urbanus Papa quinto Idus Martii ejusdem anni Trojæ in Apulia congregavit synodum episcoporum fere septuaginta quinque, & duodecim abbatum. Quid prima die in ea actum sit, incompertum est. Secunda die duos canones edidit. Primus de copulatis intra lineam consanguinitatis sic statuit: Episcopi, quorum diœcesani sunt, eos usque interna advocatione conveniant. Tunc, si duo viri vel tres consanguinitatem jurejurando firmaverint, vel ipsi forte confessi fuerint, conjugia dissolvantur; si vero neutrum contigerit, episcopi per Christi fidem eos obtestentur, ut se, sicut fama est, consanguineos recognoscant: si negaverint, sibi ipsis relinquendi sunt: ita tamen, ut si aliud in conscientia habebant, se a liminibus ecclesiæ, & a fidelium communione noverint segregatos, atque infames effectos, donec ab incesti facinore desinant. „ Secundus jubet, ut excommunicentur, qui treviam Dei fregerint, si satisfacere noluerint, & nullus sic excommunicatum in communionem suscipiat.

Chron. Senonens. *Remensis synodus.*

XXIX. Annus sequens celebris est pluribus synodis, quæ habitæ sunt in causis trium regum, Galliæ, Germaniæ, & Angliæ, qui vexabant Ecclesiam. Philippus Francorum rex videns Ivonem Carnotensem, quem nuper in carcerem conjecerat, & alios quosdam episcopos nuptias suas cum Bertrada non approbare, die decima septima Septembris anni millesimi nonagesimi quarti conventum episcoporum Remis convocavit, & magnis precibus obtinuit a Richerio Senonensi, ut ad illum veniret: sperabat se effecturum, ut in eo Ivo damnaretur; sed ille sedem Apostolicam appellavit: Itaque nulla re peracta discessere episcopi. Ivo suam absentiam & appellationem literis excusavit apud Richerium, testatusque est, Regem sibi negasse conductum, quem postulaverat: se vero Regi in culpa nolle fieri consentaneum, ne consors sit & pœna: in qua sententia, inquit, si mecum firmiter fuissetis, jam ægrotum nostrum, scilicet Regem, ad sanitatem perduxissetis. Eodem anno Berta regina a Rege dimissa obiit.

Augustodunense synodus.

XXX. Urbanus Papa sic interpellatus legatum suum in Gallia constituit Hugonem Lugdunensem, qui de causa Regis in synodo cognosceret. Hugo, quem Victor III. excommunicaverat, haud dubie in gratiam cum ejus successore redierat. Augustoduni indixit synodum, quo convenere triginta duo episcopi, & abbates plurimi, die decima sexta Octobris. Ivo Hugonem hæsitantem permovit ad eam causam suscipiendam. In eo concilio renovata est excommunicatio in Henricum regem & Guibertum antipapam, & in omnes eorum complices. Rex etiam Philippus excommunicatus est, eo quod vivente uxore sua alteram superinduxerit. Simoniaca hæresis & incontinentia sacerdotum sub excommunicatione damnata est. Item monachis interdictum est, ne parochialium sacerdotum officia in parochiis usurpent.

CHRISTI AN. 1094. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Labbè.

Philippus legatos ad Urbanum Pontificem cum humilibus literis misit pro sua absolutione deprecans: juravitque, quod Bertradam numquam carnaliter habuerit, postquam ad eum illius causa delata est. Urbanus habito cum episcopis consilio statuit, ut Rex de episcopis & regni sui primatibus usque ad festivitatem Sanctorum omnium aliquot ad se dirigat, qui idem debeant affirmare; ejusque per legatum satisfactione accepta, eum ab interdictionis, quæ pro hac causa in illum prolata fuerat, vinculo absolvit, & utendi pro more sui regni corona authoritatem ei præbuit, id est, permisit, ut diebus solemnioribus pro more de manu episcoporum coronam susciperet inter Missarum solemnia: quæ ceremonia cum Regis coronatione jam Remis peracta nihil commune habuit. Hanc postea Reges omisere propter quosdam abusus, præsertim, ne in paribus circumstantiis quasi depositi a quibusdam haberentur. Ivo huic concessioni frustra interfuit.

Urban. p. epist. 36.

Constantiensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

XXXI. Gebehardus Constantiensis episcopus Constantiæ synodum in hebdomada majore, cum abbatibus & clericis, & cum ducibus & principibus, qui Henrico adversabantur, celebravit, anno millesimo nonagesimo quarto. Incontinentiam presbyterorum, ac violentiam simoniacorum adeo prohibuit, ut etiam populum ab eorum officio sub banno prohibuerit, id est, sub pœna a judice sæculari infligenda, si ipsi in tali facinore contra fas & jus ministrare præsumpsissent. Statuit etiam juxta statuta SS. Patrum, ut jejunium Martii, seu quatuor temporum, in prima hebdomada quadragesimæ: & jejunium Junii in hebdomada Pentecostes semper celebretur: Item statuit, ut tam in hebdomada Pentecostes, quam in hebdomada Paschali tres tantum dies festivi celebrentur. Cum antea in Pascha festivi dies per totam hebdomadam continuarentur. Praxedis seu Adhelaidis reginæ, quæ a marito suo Henrico rege discesserat, querimonia ad eamdem synodum pervenit. Illa se tanta tamque inauditas fornicationum spurcitias & a tantis passam fuisse conquesta est, ut etiam apud inimicos fugam suam facillime excusasset.

Placentina synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard.

XXXII. Urbanus Papa Roma egressus circa fines Longobardiæ venerat, ejusque præsentia multorum schismaticorum reductioni necessaria credebatur. Kalendis Martii, anno millesimo nonagesimo quinto, Placentiæ synodum cum episcopis & abbatibus, tam Galliarum, quam Longobardiæ & Tusciæ celebravit. Facta est magna concertatio de his, qui ecclesias vel præbendas emerant, & de his, qui in schismate Guibertino fuerant ordinati. Et primo quidem & tertio die quatuordecim capitula edidit. Primum confirmat priora statuta de simoniacis. Tertium recipit ordinationes eorum, qui a simoniacis non simoniace ordinati sunt, nescientes, eos esse simoniacos. Quartum decrevit irritas eorum consecrationes, qui scienter a simoniacis ordinati sunt. Octavum ordinationes, quæ a Guiberto hæresiarcha factæ sunt, postquam a Gregorio Papa damnatus est, irritas esse judicat. Nonum similiter etiam eas damnat, quæ ab hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt, & ab eis, qui Catholicorum adhuc viventium episcoporum sedes invaserunt: nisi probare voluerint, se, cum ordinarentur, eos nesciisse damnatos. Decimum. " Qui vero ab episcopis quondam Catholice ordinatis, sed in schismate a Romana Ecclesia separatis, consecrati sunt, eos, cum ad Ecclesiæ unitatem redierint, servatis propriis ordinibus misericorditer suscipi jubemus, si vita & scientia eos commendat. „ Undecimum. " Amodo quicumque a prædictis schismaticis se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. „ Duodecimum declarat, hac indulgentia nullum præjudicium fieri antiquis canonibus, qui semper in suo robore permanebunt. His statutis facilem ad suas partes reditum Papa multis aperiebat.

His,

Christi An. 1095. His, quæ in actis continentur, Bertholdus adjicit plurima, quorum in iiſdem geſtis nulla ſit mentio, quæ hic ſummatim indicabimus. Adhelais Imperatoris uxor confeſſa eſt eaſdem, quas antea, ſpurcitias: de pœnitentia pro hujuſmodi flagitiis injungenda illam Papa clementer abſolvit, eo quod tantas ſpurcitias non tam commiſiſſe, quam invitam pertuliſſe cognoverit. Secundo. Philippus rex direxit legationem, ut inducias uſque ad Pentecoſten peteret, quas impetravit, ſed prius eam jam uſque ad Sanctorum omnium obtinuiſſe vidimus. Tertio. Hugo Lugdunenſis ab officio ſuſpenſus eſt, quia nec ipſe venit, nec legatum cum canonica excuſatione miſit. Quarto. Legatus Conſtantinopolitani Imperatoris pervenit, qui Papam omneſque Chriſti fideles ſuppliciter imploravit, ut aliquod auxilium ſibi contra paganos pro Eccleſiæ defenſione conferrent, quam pagani jam in illis partibus deleverant, qui provincias uſque ad muros Conſtantinopolitanæ civitatis obtinuerant. Papa vero multos ad hoc auxilium excitavit; ſed nulli tunc aderant principes, alii enim erant ei infenſi, vel aliis bellis impediti: ipſe vero vix ſe contra Henricum, & Guibertum tueri poterat. Septimo. Subdiaconi, & presbyteri, qui uxores habent, ſic damnati ſunt, ut deinceps in ſuo officio miniſtrare non poſſent: nec populus eorum officia reciperet. Octavo. Damnata eſt Berengarii hæreſis, & definitum eſt, quod panis, & vinum, cum in altari conſecrantur, non ſolum figurate, ſed etiam vere, & eſſentialiter, in corpus, & ſanguinem Domini convertantur; ſed ante paucos annos Berengarius in multis ſynodis damnatus tandem pœnitens obierat. Ejus vero diſcipulos, ejus hæreſim tunc propagaſſe nullibi legimus. Nono. Arnulphus Mediolanenſis electus Archiepiſcopus, Anſelmique ſucceſſor ex conceſſione Papæ conſecratus eſt. Decimo. Uldericum Augienſem abbatem Papa conſecravit, ſed ei in præſentia Conſtantienſis epiſcopi interdixit omnem epiſcopalem poteſtatem in clerum, & populum Augienſis inſulæ.

Bertold. Urbano Papæ Placentia recedenti Conradus Henrici filius apud Cremonam obviam progreſſus, ſtratoris officium exhibuit, ac juramento fidelitatem promiſit. Dominus autem Papa in filium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recepit illum, eique concilium, & adjutorium ad obtinendum regnum, & ad coronam Imperialem acquirendam coram populo firmiſſime promiſit, ſalva quidem juſtitia illius eccleſiæ, & ſtatus Apoſtolici, maxime in inveſtituris, in ſpiritualibus officiis a laico non uſurpandis. Ivo Carnotenſis Papæ gratulatus eſt, quod Italiæ regnum jam diu rebelle in ejus conſpectu pene totum conticuerit, ita ut novus Rex ad voluntatem Dei, & ſuam in manus ejus ſe dederit. Fatendum tamen, adhuc plures urbes ſtetiſſe pro Guiberto, quarum auxilio per plures annos adhuc dominatus eſt in Italia. Henricus etiam debellatum Welphonem Bavariæ ducem, & Papæ, & Conradi fautorem ſuo ducatu privavit, quem anno ſequenti, cum in ejus gratiam rediiſſet, ei reddidit. Tunc quoque fames, & peſtilentiæ graſſatæ ſunt per Germaniam, Galliam, & Italiam, & mortalitas magna facta eſt. Hinc ad pœnitentiam converſi ſunt plurimi. Manegoldus Alſata, qui canonicorum regularium monaſterium Marbaci condiderat, hiſce calamitatibus ſtrenue uſus eſt, ut multos ad eccleſiæ communionem reduceret. Illius enim provinciæ nobiles certatim ad eum confluebant, quos a cenſuris abſolutos Deo per pœnitentiam reconciliavit. Hi deinceps in Urbani Papæ communione perſeverantes ſimoniacis vel incontinentibus presbyteris in ſacris communicare noluerunt.

Amal. Sax. pag. 576.

Willelmus cognomento Rufus, Anglorum rex non parum oppreſſit hanc eccleſiam. Roberto fratri ſuo Normanniam auferre cogitabat: atque ut perficeret, immenſas colligebat pecunias. Anſelmo quidam ſuaſere, ut Regis gratiam redimeret, ac perpetuum defenſorem ſibi pararet, ei quingentas argenti libras offerret: quas Rex quidem gratanter accepit. Maligne vero quidam illum fugillare cœperunt, quaſi multo plura dare debuiſſet. Itaque ejus juſſu Anſelmo nuntiatur Regem ejus donum refutare: Cumque ipſe Regem adiiſſet, aſpere dimiſſus eſt. Ille vero Deo gratias egit, qui eum ſervaſſet immunem ab hac infamia, ne deinceps fieret tributaria eccleſia, eamque pecuniam pauperibus diſtribuit.

Eadmer. apud Alford. tom. 4. Angliæ ver. exat. I. Anſelmum.

Aliquanto poſt tamen Regem adiit, aitque: Te mare tranſiturum, & Normanniam tuæ ditioni ſubjugaturum diſpoſuiſti: quæ tibi proſpere cedant: obſecro primum fer opem, & conſilium, qualiter in hoc regno tuo Chriſtianitas, quæ jam fere tota in multis periit, in ſtatum ſuum redigi poſſit. Jube, ſi placet, concilia ex antiquo uſu renovari. Generale nempe concilium, ex quo Rex fuiſti, non eſt in Anglia celebratum. Quapropter crimina eruperunt, & per pravam conſuetudinem excreverunt, præſertim ſodomia, & illicita connubia. Rex reſpondit: Cum mihi viſum fuerit, de his agam, non ad tuam, ſed ad meam voluntatem. Anſelmus verba ſua vertit ad alia, dicens: Abbatiæ plures ſunt paſtoribus deſtitutæ. Quamobrem monachi, relicto ordine ſuo, per luxus ſæculi vadunt, & ſine confeſſione de hac vita exeunt. Unde precor, ut ſecundum Dei voluntatem abbates inſtituas. Rex turbatus iracunde reſpondit: Quid ad te? nunquid abbatiæ ſunt meæ? Anſelmus dixit: ſunt quidem tuæ, ut eas tanquam advocatus defendas, & cuſtodias, non autem ut invadas. Dei ſcimus eſſe, ut miniſtri ejus inde vivant . . . . . Eccleſiis, ſi placet, ſua dimitte. Rex conqueſtus eſt, quod ea ſibi diceret, quæ prædeceſſor ejus patri ſuo dicere non auſus eſſet. Christi An. 1095. Ibid.

Anſelmus offenſum ſibi principem intellexit: conſiderans igitur ſe ſine ejus authoritate nullum afferre poſſe tot malis remedium: Regem per epiſcopos deprecatus eſt, ut in amicitiam ſui ſe gratis admitteret, & ſi quid offendiſſet, ſatisfacere paratus eſſet. Rex ambigue reſpondit. Itaque Anſelmo ſuadent epiſcopi, ut mille libris argenti Regi datis ejus amicitiam redimat. Anſelmus eas dare noluit, ne Rex alias ira ſimulata rurſum ſimilem ſummam ab eo exigeret. Dixerunt epiſcopi, ſcimus, quod ſaltem oblatas quingentas libras non ei negabis. Ille reſpondit: nec ipſas amplius dabo, earum quippe partem pauperibus dedi. Rex, his auditis, juſſit ei referri: Pro patre vel pro Archiepiſcopo nequaquam illum ultra tenebo; & ſtatim in Normanniam tranſiit, eamque ſibi ſubjicere non potuit: ſed infecto negotio reverſus eſt. Ibid.

Anſelmus Regem adiit, eique voluntatem ſuam in hoc eſſe innotuit, ut Urbanum Romanum Pontificem pro pallii petitione adiret. Rex reſpondit, illum pro Apoſtolico ſe nondum accepiſſe: nec ſuæ, nec paternæ conſuetudinis eatenus extitiſſe, ut præter ſuam licentiam aliquis in regno Angliæ Papam nominaret. Anſelmus dixit, quod, priuſquam epiſcopus fieri conſentiret, ſe ei dixiſſe, quod ipſe abbas Beccenſis Urbanus pro Papa ſuſceperit, nec ab illius obedientia quoquo modo diſcedere voluerit. Quibus auditis, Rex proteſtatus eſt, illum nequaquam fidem ſibi debitam, ſimul & Urbano Papæ obedientiam, contra ſuam voluntatem poſſe ſervare. Anſelmus petiit inducias ad iſtius rei examinationem: quatenus epiſcopis, abbatibus, cunctiſque regni principibus, una coeuntibus, communi conſenſu definiretur, utrum, ſalva obedientia ſedis Apoſtolicæ, fidem Regi ſervare poſſet, an non? Quod ſi probatum fuerit, utrumque fieri non poſſe; malle ſe ex Anglia diſcedere, quam Urbani obedientiam, vel ad horam abrogare. Conceſſis induciis, prælati, & optimates totius regni, ex Regis ſanctione quinto Idus Martii, anni milleſimi nonageſimi quinti apud Rochinghamiam conveniunt. Rex cum ſuis ſecretius in Anſelmum conſilia ſua ſtudioſe retexebat. Anſelmus vero epiſcopos, abbates, & principes ad ſe e regio ſecreto vocatos allocutus eſt, exponens quæ prius Regi dixerat de adeundo Urbano Papa pro pallio, & reſponſa Regis: ſicque concluſit: Omnes itaque, ſed vos præcipue, fratres & coepiſcopi mei, precor, quatenus iſtis diligenter inſpectis, ſtudioſius, ſicut vos decet, quo uti queam, mihi conſilium detis: ita ut contra obedientiam Papæ nihil agam, & fidem, quam domino Regi debeo, non offendam. Epiſcopi reſponderunt: Conſilium, quod petis, penes te eſt, & noſtro non eges. Verum tamen ſi remota omni alia occaſione ſimpliciter ad voluntatem Regis conſilii tui ſummam transferre velles, tibi, & nobis conſuluremus. Attamen, ſi jubes, verba tua domino noſtro referemus. Annuit ipſe, & fecerunt uti dixerant. Rex præcepit ut omnia in craſtinum differrentur. Ibid.

Epiſcopi poſtridie Anſelmo conſulenti reſponderunt eadem quæ prius. Anſelmus tunc dixit: Quando quidem mihi conſilium non niſi ad unius hominis volun-

Christi An. 1095. voluntatem dare vultis, ego a summo pastore, & principe omnium concilium, quod sequar, accipiam. Quare cunctis noveritis, quod in his, quæ Dei sunt, Vicario beati Petri obedientiam, & in his, quæ terrenæ domini mei Regis dignitati jure competunt, & fidele consilium, & auxilium pro sensus mei captivitate impendam. Omnes turbati cum festinatione surrexerunt, conversique ad illum cum jurgio, scias inquiunt, nos hæc verba tua minime Regi tua vice portaturos. Ipsemet ad Regem ingreditur, & quæ dixerat, refert: continuoque discessit. Rex vehementer iratus cum episcopis, & principibus deliberare cœpit, quodnam responsum daret. Post longam consultationem episcopi quidam, & principes a Rege missi ei dixere: Vult dominus noster Rex, omissis aliis verbis, a te sub celeritate sententiam audire de his, quæ inter illum, & te dicta fuerunt apud Itinghan: unde petisti inducias in hunc diem respondendi. Verum tamen noveris totum regnum conqueri adversum te, quod Regi conaris decus imperii sui coronam auferre. Quicumque enim regiæ dignitatis consuetudines ei tulit, coronam simul tulit. Itaque rogamus, & Urbani illius, qui offenso Rege nihil tibi prodesse, nec ipso pacato tibi quicquam valet obesse, obedientiam abjice, & liber, ut Cantuariensem episcopum decet, in cunctis actibus tuis voluntatem Regis expecta. Hæc rogamus, & consulimus. Anselmus respondit: Urbani Papæ obedientiam abnegare nullatenus volo. Jam dies inclinat in vesperam, differatur, si placet, in crastinum. Illi ad regem reversi persuaserunt inducias non esse dandas: sed causa recenti examinatione discussa, supremam, si suis consiliis adquiescere nollet, in eum mox judicii sententiam invehi juberet.

Ibid. Willelmus Dunelmensis hujus dissidii incentor Regi spoponderat, se facturum, ut Anselmus aut Urbani obedientiam abnegaret; aut Archiepiscopatui, reddito baculo, & annulo, abrenuntiaret: ratus, quod ipse ei succederet. Itaque plurimis comitatus dixit Anselmo: Audi querimoniam Regis contra te: Dicit, quod, quantum tua interest, eum sua dignitate spoliasti, dum Urbanum sine sui authoritate præcepti Papam in Anglia facis. Revesti eum prius, si placet, debita regni sui dignitate: & tunc demum de indiciis age . . . . . Quare nunc responde: aut sententiam vindicem tuæ præsumptionis in præsenti experieris . . . . . Anselmus respondit: Qui propterea, quod Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici obedientiam abnegare nolo, vult probare me fidem, & sacramentum violare, quod Regi debeo, adsit, & in nomine Domini me paratum inveniet ei, sicut debeo, respondere. Quibus auditis, aspicientes se invicem ad Regem reversi sunt. Intellexerunt enim, quod prius non animadverterant, Archiepiscopum Cantuariensem a solo Papa judicari posse vel damnari.

Ibid. Rex his cognitis ultra modum exacerbatus instante nocte dimisit omnes, jussitque, ut mane redirent. Rex, postquam reversi sunt, ab iis inquirere cœpit, quid in damnationem Anselmi componere posset, nec inveniebat. Rex instabat, ut eum damnarent. Illi responderunt. Primas est non modo Angliæ, sed & Scotiæ, & Hyberniæ, nec non adjacentium insularum: nos autem ejus suffraganei, unde rationabiliter eum damnare non possumus, etiam si aliqua culpa in eo posset ostendi. Urgente Rege, ut saltem omnes obedientiam ei denegarent, episcopi sociatis sibi abbatibus Anselmo referunt quod Rex dixerat, suam illius abnegationem ingerentes. Ille respondit: Absit a me similem vobis vicem rependere: paternam vobis charitatem exhibens, enitar vos ut fratres, & filios ecclesiæ Cantuariensis ab eo errore convertere, & per potestatem mihi a Domino datam ad viam rectitudinis revocare. Regi vero, qui me pro Archiepiscopo habere nolle dicit, omnem cum fideli servitio securitatem spondeo, & paterno affectu diligentem illius animæ curam, si forte dignabitur, habebo, retenta semper apud me potestate, nomine, & officio pontificatus Cantuariensis.

Ibid. Episcopi confusione cooperti sunt, intelligentes apostasiam suam a cunctis detestari, seque variis affici conviciis. Quærenti Regi, an omnem sine ulla conditione obedientiam denegassent, varie responderunt: illos vero, qui in eo solo, quod præciperet ex parte Apostolici, sese subjectionem illi denegasse dixerunt, Rex indignatus submovit, nec nisi data copiosa pecunia in ejus amicitiam recepti sunt. Anselmus autem sciens omnem in Anglia securitatem sibi a Rege sublatam, postulavit conductum, quo cum suis portum maris tuto petens regno discederet. Rex vero licet discessum ejus desideraret, nolebat tamen cum pontificis dignitate, ne gravius inde scandalum nasceretur. Init igitur consilium cum principibus, qui suaserunt, ut in domum suam pacifice dimitteretur, ibi Regis responsum recepturus. Veniunt ad eum regni proceres cum quibusdam episcopis, eique dicunt: Dolemus hanc discordiam inter Regem, & te esse exortam: quare cupientes in pristinam vos revocare concordiam. Censemus igitur necessarium inter vos sic fieri inducias, ita ut donec pax fiat, nihil ab utroque fiat, quod concordiæ metas erumpat .... Concedo suscipere, inquit Anselmus, quod domino Regi, & vobis placet pro pacis custodia secundum Deum statuere, salva tamen apud me debita Urbano Papæ obedientia. Rege approbante dantur inducæ usque ad octavam Pentecostes. Christi An. 1095.

Evolutis paucis diebus Balduinum monachum Anselmi charissimum consiliarium, & duos ejus clericos Rex ab Anglia pepulit, & plures ejus domesticos varie vexavit: quæ patienter tulit Anselmus. Cum autem induciarum dies præstolaretur, Walterius Albanensis episcopus ab Urbano Papa missus venit in Angliam, adducentibus eum duobus clericis, qui de capella Regis erant, quos Rex clam Romam miserat, Romanæ statum Ecclesiæ volens per eos cognoscere, & quis e duobus, qui a diversis nuncupabantur Apostolici, erat electus canonice, quod usque ad id temporis in Anglia ignorabatur. Ut scirent itaque veritatem hujusce rei, missi sunt hi duo clerici. Eaque cognita jussi sunt promissionibus Papam ad hoc, si possent, perducere, ut ipsi Regi ad usum Archiepiscopi Cantuariensis pallium tacita persona Anselmi dirigeret, quod re ipsa, cui vellet, cum archiepiscopatu vice Apostolici daret, eaque arte spoliatum Anselmum Anglia ejiceret. Præfactus ergo episcopus pallium ferens, Cantuaria pertransita, ad Regem properabat, ad quem venit paucis ante Pentecosten diebus. Rex sentiens eum ex parte Urbani cuncta suæ voluntati convenientia nuntiare, & ea, si Urbanum pro Papa in suo regno susciperet, velle Apostolica authoritate sibi, dum viveret, in privilegium promulgare: Præcepit Urbanum in omni regno suo haberi pro Apostolico, eique vice beati Petri in christiana religione obedire. Egit post hæc quibus modis poterat ipse Rex cum episcopo, ut Romani Pontificis authoritate Anselmum ab archiepiscopatu deponeret; spondens immensas pecunias se ei, & Ecclesiæ Romanæ singulis annis daturum, si in hoc suo desiderio satisfaceret. Verum cum id nulla ratione fieri posse diceret episcopus, animo deficiebat, videns se in susceptione Romani Pontificis nihil profeciisse. Itaque quæsivit quo modo salva sua dignitate amorem suum Anselmo specie tenus redderet. Ibid.

Instante die, quo finiebantur inducæ, Anselmo mandatum est, ut in villa sua Heisa nuntios regios expectaret. Illuc se contulit, & sequenti die veniunt ad illum omnes fere episcopi Angliæ, qui præmissa pace sui tentarunt ad hoc illum allicere, ut vel tunc data pecunia Regis amicitiam sibi conciliaret. Sed cum inflexibilem reperissent, quærunt quid igitur velit. Jam dixi vobis, inquit, quod numquam domino meo hanc contumeliam faciam, ut facto probem amicitiam ejus esse venalem: sed si me, sicut debet, patrem suum vult gratis diligere, & ut, more Cantuariensis Archiepiscopi sub obedientia Urbani Papæ in Anglia vivam, permittere, gratiose suscipiam, eique pace, & securitate potitus sicut domino, & Regi meo fideliter & opportune deserviam. Si hoc non vult, det mihi conductum, donec ad mare perveniam, & postmodum quod intelligam me facere debere, faciam. Urbanus Papa, inquiunt, rogatu Regis pallium per episcopum direxit. Tuum igitur erit considerare, quid tanto beneficio dignum Regi rependas? Quod enim sine multis periculis, & impensis obtinere non posses, ecce, nullo interveniente gravamine, habes. Anselmus in his sensit nimis implicitum negotium actitatum contra se, anxiatusque spiritu dixit: O beneficium, cujus æstimatio quænam sit apud me, novit dominus inspector conscientiæ meæ. Rex igitur Anselmo gratiam suam gratis reddidit, qui Windleseræ Regem salutavit. Ibid.

Cum

Christi An. 1095. Ibid.

Cum autem de pallii ſuſceptione ageretur, quidam inſtitere ut per manus Regis illud ſuſciperet; non acquievit. Legatus igitur illud Cantuariam detulit quarto Idus Junii. Itum eſt obviam a monachis in ipſa Metropoli ſede Deo famulantibus, aſſociato ſibi fratrum conventu vicinæ BB. Apoſtolorum Petri & Pauli abbatiæ cum plurimis clericis. Anſelmus epiſcopis dextra lævaque ſtipatus ac ſuſtentatus, nudis pedibus, ſed indutus ſacris veſtibus, devotus occurrit, palliumque ſuper altare delatum aſſumpſit, atque ab omnibus deoſculatum, collo ſuo impoſuit, miſſarumque ſolemnia celebravit. Anſelmus Papæ literis gratias egit. Edmerus Anſelmo coævus hæc in ejus vita brevius ſcripſerat, quæ poſtea Rhetorice amplificata edidit in libris novorum.

Alford. Annal. Anglic. tom. 4. Anſelmi liber de Incarnat.

XXXIV. Anſelmus eodem anno librum de Incarnatione ſcripſit adverſus Roſcelini hæreſim, quem cum literis nuncupatoriis miſit ad Urbanum Papam. In ejus exordio, eorum ſuperbiam vecordiamque confutat, qui fidei authoritatem enervantes hanc rationi ſubjiciunt, nihilque credunt, niſi quod intelligere valent, licet Apoſtolus præcipiat, ut intellectus captivetur in obſequio fidei. " Sed prius quam de quæſtione differam, inquit Anſelmus, aliquid præmittam ad compeſcendam eorum præſumptionem, qui nefanda temeritate audent diſputare contra aliquid eorum, quæ fides chriſtiana confitetur. Quoniam id intellectu capere nequeunt, & potius inſipienti ſuperbia judicant, nullatenus poſſe eſſe quod nequeunt intelligere; quum humili ſapientia fateantur eſſe multa, quæ ipſi non valeant comprehendere. Nullus quippe chriſtianus debet diſputare, quod catholica Eccleſia corde credit, & ore confitetur, quomodo non ſit, ſed ſemper eamdem fidem indubitanter tenendo, amando, & ſecundum eam vivendo humiliter, quantum poteſt, quærere rationem quomodo ſit. Si poteſt intelligere, Deo gratias agat: ſi non poteſt, non immittat cornua ad ventilandum, ſed ſubmittat caput ad venerandum. Citius enim in ſe poteſt confidens humana ſapientia impingendo, cornua ſibi evellere, quam omittendo petram hanc evellere. Solent enim quidam, cum cœperint quaſi cornua confidentiæ ſibi ſcientiæ producere, neſcientes, quod ſi quis exiſtimat ſe ſcire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum ſcire: antequam habeant perſuaſibilitatem fidei, alas ſpirituales præſumendo in altiſſimas de fide quæſtiones aſſurgere. Unde fit, ut dum ad illa, quæ prius fidei ſcalam exigunt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi credideritis, non intelligetis; præpoſtere prius per intellectum conantur aſcendere, in multimodos errores per intellectus defectum cogantur deſcendere. Palam namque eſt, quia illi non habent fidei firmitatem, qui quoniam quod credunt, intelligere non poſſunt, diſputant contra ejus fidei a ſanctis Patribus confirmatam veritatem: velut ſi veſpertiliones & noctuæ, non niſi in nocte cœlum videntes, de meridiani ſolis radiis diſceptent contra aquilas, ſolem ipſum irreverberato viſu intuentes. „

Malmeſburg. l. 4. c. 2.

XXXV. Urbanus Papa poſt Placentinam ſynodum pervaſis Alpibus venit in Gallias: adventus cauſa ferebatur perſpicua, quod violentia Guiberti Roma extruſus citra montanas ad ſui reverentiam ſollicitaret eccleſias. Synodi Lemovicenſis acta teſtantur eum veniſſe in Gallias ut Gallorum gentem armis belliſque exercitatam precibus & monitis provocaret, ut expeditionem maxima manu confertam ad orientis partes ſuſciperet, populumque Chriſtianum a jugo nefandæ gentis liberaret. Ea præcipue de cauſa pro octava ſancti Martini anno milleſimo nonageſimo quinto Claromontanum indixit concilium: huic interfuere tredecim Archiepiſcopi, & ducenti vigintiquinque epiſcopi; abbates autem nonaginta. Triginta duo canones editi ſunt. Secundus ſic habet: " Quicumque pro ſola devotione, non pro honoris vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Eccleſiam Dei Jeruſalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia ei reputetur. „ Canonicis pœnis, quas gravium ſcelerum rei ſubire debuiſſent, Papa minorem pœnam ſubjicit, ſcilicet expeditionem ſacram. Ejuſmodi graviorum pœnarum temporalium commutatio & relaxatio dicta eſt indulgentia. Illius exempla in prioribus ſæculis jam protulimus. Hæc autem minor pœna penitus ſatisfaciendi vim habet ex uberiore Chriſti ſatisfactionum applicatione. Cum enim pro nobis paſſus ſit, ſuperabundantem ſatisfactionum ſuarum theſaurum reliquit Eccleſiæ, illarumque diſpenſatio maxime pertinet ad Romanum Pontificem, qui fidelis bonorum domini ſui diſpenſator eſſe debet. Hinc, ut obſervant Theologi, tria pro indulgentiis neceſſaria ſunt. Primo. Ut ſit cauſa gravis illius conceſſionis. Secundo. Ut quædam pia opera ſatisfactoria præſcribantur. Tertio. Ut peccatorum culpæ fuerint remiſſæ per ſacramentum pœnitentiæ, quemadmodum Chriſtus inſtituit. Indulgentiæ præterea neminem eximunt a condigna ſatisfactione ſacramentali, qualem requirit Tridentina ſynodus. Hinc cum aliqui ſacramenti pœnitentiæ miniſtri, ſub prætextu indulgentiarum, vel nullas, vel leves pœnas magnis peccatoribus injungerent, id in ſuis bullis prohibuere Romani Pontifices. Idem dicendum de carnis mortificationibus, quarum obligatio ſemper remanet: ſunt enim ad fugam peccati, & virtutis exercitium neceſſariæ; ſed ſi ſapiens uſus indulgentiarum privatæ pœnitentiæ nihil nocet, fatendum, inde plurimum imminutam fuiſſe pœnitentiam publicam, quæ ſenſim penitus deſiit. Christi An. 1095.

Sextus canon ſic habet: " Nullus ſibi præbendam emat: quod ſi quis emerit, vel parentes illius illi emerint, in diſpoſitionem epiſcopi ſui reddant. Nonus. Ut nullus ſacerdos aut diaconus aut ſubdiaconus, ſed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis ſibi copulam adjungat. Quod ſi quis fecerit, a canonica omnino arceatur. Decimus. Ut in domibus clericorum nullas liceat habitare mulieres, niſi quas ſancti canones permittunt. Undecimus. Ut nulli filii concubinarum ad ordines vel aliquos honores eccleſiaſticos promoveantur, niſi monachaliter vel canonice vixerint in eccleſia. „ Ibid.

Decimus ſextus. " Interdictum eſt, ne Reges vel aliqui principes aliquam inveſtituram de eccleſiaſticis honoribus faciant. Decimus ſeptimus. Ne epiſcopus vel ſacerdos Regi vel alicui laico in manibus ligiam fidelitatem faciat. Decimus nonus. Ne laici decimam partem de laboribus ſuis retineant. Vigeſimus ſeptimus .... Ne aliquis communicet de altari, niſi corpus ſeparatim, & ſanguinem ſimiliter, niſi per neceſſitatem & cautelam. „ Fidelibus enim Euchariſtiam ſanguine Domini intinctam porrigere tunc quidam non dubitabant. Uſus ille Chriſti inſtitutioni non conveniebat, ſeparatim enim utrumque porrexit. Itaque tunc adhuc in uſu erat communio ſub utraque ſpecie. Trigeſimus. Quod ſi quis aliquod crimen peregerit, & ad eccleſiam vel crucem confugerit, accepta ſecuritate vitæ & membrorum reddatur juſtitiæ. Trigeſimus primus. Ne aliquis clericus res epiſcoporum vel clericorum vel in vita vel poſt mortem eorum diripiat, vel in uſus proprios conferat. Quod ſi quis fecerit, anathema ſit. Et dictum eſt ab omnibus: Fiat, fiat. „ Codex manuſcriptus Cencii camerarii hanc prohibitionem extendit ad laicos. Trigeſimus ſecundus. " Si quis epiſcopum ceperit & incarceravit, perpetuæ infamiæ ſubjaceat, ulterius arma non exerceat. „ Ibid. Auth. microlog. c. 26.

Willelmus epiſcopus Pictavienſis ſequens teſtimonium dedit de ſententia in eadem ſynodo data adverſus Dolenſem epiſcopum pro Turonenſi eccleſia. Nos in veritate teſtamur, Radulphum Archiepiſcopum Turonenſem in concilio Claromontenſi coram Beatiſſimo Papa Urbano, cæteriſque Patribus adverſus Archiepiſcopum Dolenſem propoſuiſſe, & eum quaſi ſubjectum ſibi ſuper inobedientia impetiviſſe. Hujus igitur impetitionibus & Archiepiſcopi Dolenſis reſponſionibus dominus Papa attente conſideratis, adjudicavit Archiepiſcopum Dolenſem deinceps Archiepiſcopo Turonenſi ſubjici debere, & de inobedientiæ reatu ſatisfactionis condignam pœnitudinem exhibere. Hujus rei teſtes ſumus. Ibid.

Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus de primatu ſuæ eccleſiæ querelam detulit. Lecta ſunt Apoſtolicæ authoritatis privilegia, quæ eam aſtruebant. Richerio Senonenſi ad reſpondendum datæ ſunt induciæ uſque ad tertium diem; ſed cum ille partim pro negotii gravamine, partim pro ægritudine ſe conventui ſubtraxiſſet, per legatos requiſitus & obedire renuens, longiores inducias flagitabat. Ejus ſuffraganei inducias impetrarunt in diem alterum, ut eum familiarius convenirent, præmiſſa pollicitatione, ut, ſi tunc adhuc reniteretur, ipſi definitioni concilii unanimiter obedirent. Evoluto ſexto die, cum adhuc inducias petendo reſiſteret, ex totius ſynodi judicio Ibid. *Urbani P. decretum de primatu Lugdunenſi.*

Claromont. Synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

CHRISTI AN. 1095. sancitum est, Senonensem Archiepiscopum Lugdunensi tanquam primati subjectionem obedientiamque debere . . . . . Cui sententiæ se humiliter obedituros, Senonensis suffraganei propria quisque voce professus est. Id ipsum etiam de Rotomagensi ecclesia confirmatum est. De Turonensi, qui dudum obedierat, nulla tunc mota est quæstio. Hugo Lugdunensis die octavo concilii conquestus est, Senonensem Archiepiscopum a legatis suis admonitum, nullam adhuc Lugdunensi ecclesiæ pro primatu reverentiam profiteri. Eapropter, inquit Urbanus Papa, Nos, toto consentiente concilio, pallii usum, & suffraganeorum obedientiam, donec ipse obediret Senonensi Archiepiscopo, interdiximus . . . . . In Rotomagensem quoque, quia aberat, eamdem sententiam promulgamus, nisi infra tres menses post sententiam cognitam subjectionem debitam polliceretur. Ipsius itaque suffraganeis, qui præsentes aderant, sententiam nostram debita humilitate suscipientibus, ac obedientiam promittentibus, per præsentis igitur privilegii paginam, Lugdunensi ecclesiæ primatum super quatuor provincias confirmamus, & per eam tibi tuisque successoribus . . . . . Provincias autem illas, quas tibi confirmamus, dicimus, Lugdunensem, Rotomagensem, Turonensem & Senonensem . . . . . salva in omnibus sedis Apostolicæ reverentia & authoritate . . . . . Aliæ igitur Galliarum provinciæ hic non nominatæ Lugdunensi primatui non subjiciebantur. Datum est apud Claromontem Arverniæ, Kalendis Decembris, anno millesimo nonagesimo quinto, pontificatus Urbani Papæ anno octavo.

Ibid. Paschal. P. ep. ad Ivon. Id quoque in eadem synodo definitum manuscripta docent. In ecclesiis, ubi monachi habitant, populus per monachum non regatur: sed capellanus, qui populum regat, ab episcopo per consilium monachorum instituatur: ita tamen, ut ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio, quam depositio, & totius vitæ pendeat conversatio . . . . . Decretum etiam, ut altaria, quæ ab annis triginta, & sub vicariorum redemptione monasteria possedisse noscuntur, quiete deinceps ipsis monasteriis firma permaneant. Statutum est etiam, ut episcopi censum annuum habeant a monachis pro redemptione altarium seu decimarum, quas possidebant; sed prohibitum est, ne eas vendant episcopi.

Godefrid. vind. ep. ad Ulger.

Ivon. Carnot. ep. 211. Philippus Francorum rex accusatus est, quod Andegavensi comiti consanguineo suo Bertradam uxorem suam subtraxerat, quam etiam illicite retinebat, & propter incestus comprobationem excommunicatus est ab Urbano Papa in eadem synodo. Rex tunc cum ea fecit divortium; sed postea rediit ad ejus consortium; in Pictavensi concilio rursus excommunicatus est. His sub Urbani Papæ nomine duæ synodales orationes subjiciuntur, quas supposititias putant periti critici. Hujusce synodi canonum plures extant collectiones: omnium optima habetur Lambertina, quæ tantæ authoritatis fuit, ut sub ipsius concilii tempus ejus verbis citata fuerint Claromontana decreta in synodo Bellovacensi, ut legenti patet. Quædam tamen ei deesse comprobantur, quæ in synopsi Malmesburgiensi, & in literis Ivonis & aliorum leguntur.

Orientis miser status.

XXXVI. Canonicarum pœnarum relaxatio, seu potius commutatio, quam tunc Urbanus Papa concessit, fuit potius classicum, quo innumeri homines excitati ad arma convolarunt, ut Palæstinam de Saracenorum jugo liberarent, & religionem prope collapsam in Oriente restituerent. Miserrimum ejus statum in literis ad principes Occidentis sic describit Alexis Imperator. " Infidelium tyrannide periit pene tota terra a Hierusalem usque Græciam, & tota Græcia cum suis regionibus superioribus, quæ sunt utraque Cappadocia, Phrygia, Bithynia, Pontus, Galatia, Lidia, Pamphylia, Isauria, Lycia, & insulæ principales, Chio & Mytylena, & multæ aliæ regiones & insulæ, quas non valemus modo computare. Et forte nihil remansit nisi Constantinopolis, quam ipsi minantur citissime nobis auferre, nisi auxilium Dei & fidelium Christianorum latinorum celeriter subveniat.

Ducang. in not. ad l. 7. Alex.

Guillel. Tyr. l. 1. c. 9. Petrus presbyter episcopatus Ambianensis, re & nomine dictus eremita, aliquot annis antea venerat Jerosolymam, ibique plenius didicit, quod prius aliis referentibus audierat. Cumque accepisset, civitatis patriarcham nomine Simeonem esse virum religiosum, eum alloqui voluit. Patriarcha ei narravit, quanta Dei populus patererur. Quærenti Petro num tot malis superesset aliquod remedium, Patriarcha respondit, nullum a Græcis sperandum auxilium, quippe qui intra paucos annos plusquam dimidium amiserant sui Imperii. Petrus ei promisit, quod, si ille Papæ & principibus Occidentis tantas calamitates significare vellet, paratum se esse omnes convenire, & ad ferendum auxilium diligenter invitare. Ecclesiam postea Dominicæ Resurrectionis ingressus visionem habuit, qua Christus, ut injunctam sibi legationem perageret, eum hortabatur. Hinc navem conscendit, atque ad Urbanum Papam Simeonis literas attulit, quibus eum excitabat ad commiserationem, Christi incunabula & sepulchrum, cæteraque loca sancta ipsius memoria consecrata, ab infidelibus Turcis profanata, omnique contumeliarum genere affecta deplorans.

CHRISTI AN. 1095. *Petrus eremita expeditionem sacram prædicat.*

Petrus a Papa præmissus Alpes transiit, occidentalesque principes sigillatim adiens hortatus est, ut fratribus in tanta afflictione positis subvenire non differrent. Urbanus Papa eum subsecutus in Claromontana synodo prædictum decretum tulit, episcopisque præcepit, ut ad propria reversi cum omni instantia plebes suas ad bellum sacrum adhortarentur. Ibid.

Papæ sponsio, Petri sermones, episcoporum adhortationes, omnium animos excitarunt: innumeri cujuslibet ætatis, sexus, conditionis, nationis catervatim concurrebant, ut quoquo modo illius expeditionis essent participes. Erat pro stipendio indulgentia peccatorum proposita, atque pro tessera militari signum sanctissimæ crucis rubei coloris super scapulam dexteram impressum vestibus. At demum, ut nihil ire volentibus objiceretur impedimenti, statuit synodus, ut cuncta bona eorum, qui militarent, semper & ubique essent in pace, & ab omnibus inquietantibus libera, donec rediissent, & omnes, qui crucis signum accepissent, ad voti executionem, sub pœna excommunicationis astrinxit. Infirmos tamen, senes, mulieres, aliosque bello non idoneos non recipiendos esse censuit. Omnibus autem cruciatis venerandæ sapientiæ virum Hademarum episcopum Anicien sem ex episcoporum consilio præfecit, eumque legatum suum instituit. Multi principes post hæc illius expeditionis duces se accepta cruce professi sunt, quibus exemplo præivit Raymundus comes Tolosanus.

CHRISTI AN. 1096. *Leonnicenſis synodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10 Lab.

XXXVII. Post Claromontanum concilium Papa cum multis episcopis Lemovicas perrexit, multis basilicis in itinere consecratis, ibique Christi Nativitatem celebravit, & die secundo Kalendas Januarii venit ad monasterium S. Martialis, regalemque basilicam, quam Ludovicus Pius Imperator a fundamentis construxerat, sed postea igne consumpta fuerat, & Ademarus abbas illius loci ad plenum reformarat & ornaverat, solemniter dedicavit, pignora Sanctorum in ea reposuit, & mox in ipso altari Missam cantavit. Humbaldus Lemovicensis episcopus ab adversariis accusatus, Apostolicas literas falsasse convincitur, & apud S. Martialem & in conspectu Ademari abbatis, quo contradicente electus fuerat a Papa, publice deponitur, secendesque apud sanctam Severam diu cum parentibus laicaliter vixit; ei suffectus est Guillelmus Prior S. Martialis. De expeditione Hierosolymitana hic quoque actum est; Urbanus enim, ubicumque fuit, præcepit cruces facere hominibus, & Jerusalem liberare a perfidis gentibus.

Chron. Malleac.

Lemovicis Urbanus Papa Pictavos venit ad festivitatem S. Hilarii, & benedixit monasterium novum, sexto Kalendas Februarii anni millesimi nonagesimi sexti. Post hæc perrexit Andegavos, & benedixit monasterium S. Nicolai; & Manassis, qui Raynaldo Remensi Archiepiscopo fuerat substitutus, electionem confirmavit. Inde abiens Turonas mense Martio tenuit concilium in monasterio S. Martini, abbatiamque S. Mauri restauravit, & præcedentium synodorum statuta confirmavit, episcopumque Strasburgensem de excommunicatione resipiscentem recepit in communionem: ita tamen, ut de illatis criminibus se expurgaret. Demum statuit, ut abbates Cormeriacenses baculum pastoralem de sepulchro S. Martini communi decani & capituli jussu sumerent, sicque diuturnam eorum controversiam composuit.

Chron. Malleac. *Turonenſis synodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard.

XXXVIII. Guillelmus Rotomagensis Archiepiscopus interim mense Februario convocat suos suffraganeos, Ibid.

neos, qui tantum legatos ad Claromontanum concilium miserant cum literis excusatoriis, qui inde cum Apostolica benedictione regressi, synodales epistolas attulerant, quas cum legissent, ejusdem synodi capitula & scita Apostolica confirmaverunt, ac proinde Lugdunensem agnoverunt primatiam. Eadem synodus statuit, ut trevia Dei firmiter custodiatur, a Dominica die ante caput jejunii, usque ad secundam feriam post octavas Pentecostes; & a quarta feria ante Adventum usque ad octavas Epiphaniæ, & per omnes hebdomadas anni, a quarta feria occidente sole, usque ad secundam feriam, & in omnibus vigiliis & festis S. Mariæ & Apostolorum, & anathemate feriit omnes, qui hanc treviam jurare vel observare neglexerint. Statuit etiam, ut omnes ecclesiæ ita sint faisiatæ de rebus suis, sicut fuerunt tempore Guillelmi regis, & cum eisdem consuetudinibus: & quod nullus laicus participationem habeat in tertia parte decimæ, vel in sepultura, nec in oblatione altaris; nec servitium, nec aliquam exactionem inde exigat, præter eam, quæ tempore Guillelmi regis constituta est. Demum prohibuit, ne presbyter efficiatur homo laici seu cliens homagii debitor propter feudum, Quia indignum est, inquit, ut manus Deo consecratæ, & per sacram unctionem sanctificatæ mittantur inter manus non consecratas . . . . . sed si feudum a laico sacerdos tenuerit, quod ad ecclesiam non pertineat, talem faciat ei fidelitatem, ut securus sit. Aderant cum episcopis abbates totius provinciæ cum clero, & parte procerum pacem optantium.

Christi An. 1096. Ratisbonæ synodus.

Urbanus Papa ex urbe Turonensi reversus est Sanctonas, ibique Pascha celebravit. Et die vigesima quarta Maji Tolosæ consecravit ecclesiam S. Saturnini martyris. Inde venit ad monasterium S. Pontii Tomerienſis, ibique bulla die vigesima quarta mensis Junii data Petrum a Roda episcopum Pampilonensem, ejusque ecclesiam in suam suscepit protectionem, sedisque episcopalis translationem a Leirensi monasterio Pampilonem, anno millesimo vigesimo octavo a Sancio majori Navarræ rege factam, confirmavit. Inde perrexit Magalonam urbem tunc episcopalem, cujus sedes postea Monspelium translata est: ibique stetit per quinque dies, & die secunda, quæ erat Dominica, congregatis totius episcopatus clero & populo sermonem fecit, assistentibus Archiepiscopo Pisano, & Tarraconensi, & Godefrido Magalonensi cum tribus aliis, & præsentibus multis proceribus insulam Magalonensem solemniter consecravit, & omnibus in ea sepultis ac sepeliendis absolutionem omnium delictorum concessit, scilicet quantum ad pœnas canonicas, aliaque multa privilegia donavit.

Garib. l. 3. c. 3.

Lab. t. 1. biblioth.

Magalona Nemausum profectus est Pontifex, ibique mense Julio synodum celebravit. Sexdecim canones edidit. Primus, quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, decimus, duodecimus, decimus quintus continent canones Claromonti jam editos, eosque confirmant. Secundus sic habet: " Sunt nonnulli stulti dogmatis . . . asserentes monachos, qui mundo mortui sunt, & Deo vivunt, sacerdotali officio indignos, neque pœnitentiam, aut Christianitatem, seu absolutionem largiri posse per sacerdotalis officii injunctam gratiam: sed omnino falluntur.„ Idque demonstrat exemplis maximorum virorum, qui diu vixere monachi, & postea creati episcopi primarias Ecclesiæ sedes sanctissime rexerunt. Hinc in sequenti canone sic definit: " Ideoque videtur nobis, ut his, qui sua relinquunt pro Deo, dignius liceat baptizare, pœnitentiam imponere, nec non peccata solvere. „ Decimus tertius. " Puellæ usque ad duodecim annos non nubant. Decimus sextus. Monachi nullo modo recipiant ad sepulturam, aut ad quodlibet divinum officium excommunicatos aut raptores, aut interdictos. „

Nemausi syn. habet.

XXXIX. Philippus Galliæ rex Papæ satis humiliter ad satisfactionem venit, & dimissa adultera, in gratiam receptus est, ejusque precibus inductus Guillelmi electi Parisiensis episcopi confirmationem commisit Ivoni Carnotensi, qui eam ut legitimam Papæ commendaverat, & Guillelmum licet juniorem ut episcopatu dignum laudaverat. Qui de ea re diligentius examinata sic scripsit ad Richerium Senonensem. " Sciatis, canonicos Parisienses, decanum videlicet, cantorem, & Raynaldum archidiaconum in præsentia nostra secundum præceptum Domini Papæ juravisse, se nullo terrore Regis vel reginæ compulsos, domnum Guillelmum episcopum sibi elegisse, neque aliquid simoniacæ pravitatis in ejus electione intendisse. Unde mando vobis ex parte Papæ, ut, si Parisiensis ecclesia eum sibi ordinari & consecrari postulaverit, ante festum S. Remigii secundum authoritatem & consuetudinem ecclesiæ vestræ, ei manum imponatis, & honore pallii vobis ad tempus interdicto, in ejus ordinatione uti nullatenus formidetis.

Ibid. Philippus rex pœnitens absolvitur.

Richerius Senonensis post hanc ordinationem die vigesima sexta Decembris ejusdem anni mortuus est. Ei successit Daimbertus ejusdem ecclesiæ vicedominus, ab omni clero & populo electus. Hugo Lugdunensis & Papæ legatus missis epistolis ad episcopos Senonensis provinciæ prohibuit, ne consecraretur, nisi prius debitam sibi Primati reverentiam exhiberet. Ivo Carnotensis, quem ad ejus consecrationem elegerant alii suffraganei, sic Hugoni rescripsit: " Factum est ut imperastis, & manus a consecratione Senonensis electi continuimus. Petendo itaque consulimus discretionem vestram, ut parcius de cætero nos Apostolicæ obedientiæ vinculis adstringatis, ne humeris nostris importabilia imponendo in inobedientiam labi faciatis . . . . Nos tamen interdicta seu mandata pro fidei defensione, pro fidelium correctione, pro sceleratorum emendatione, pro imminentium vel futurorum malorum interdictione, promulgata a sede Apostolica, sic volumus observare, ut parati simus Deo cooperante quælibet adversa pro eorum defensione tolerare. Cum vero ea, quæ se habent indifferenter, & in quibus non observatis minime salus periclitatur, tam obnixe servanda sancitis, vel cum ea, quæ antiquitas sanxit, consuetudo servavit, & venerabilium authoritas Patrum sacrata firmavit, prout vultis, minuitis, aut mutatis, attendere debet prudentia vestra, quid saluti eorum, quibus per omnia prodesse debetis, conferatis, vel quibus obedientia potius sit exhibenda, an illis sanctis Patribus, qui adhuc nobis in scriptis suis loquuntur; an vobis, quibus nihil aliud est propositum, nisi priorum sequi & honorare vestigia . . . Cum ergo tam ista, quam alia generalia instituta tam absolute consecrationem Metropolitani contineant, miramur, cur privatis legibus & novis traditionibus veteres traditiones & consuetudines removere contenditis: præcipiendo, ut Senonensis electus ante consecrationem suam vobis præsentetur, & jure primatus vestri subjectionem & obedientiam profiteatur. Quod hactenus nec in Senonensi provincia, nec in aliis provinciis antiquitas instituit, nec consuetudo servavit. „

Ivon. Carnot. epist. 43. & 30.

Christi An. 1096.

Obedientia suos fines habet.

" Quod autem scripsistis, Dambertum investituram episcopatus de manu Regis accepisse, nec relatum est nobis ab aliquo qui viderit, nec cognitum. Quod tamen si factum esset, cum hoc nullam vim sacramenti gerat in constituendo episcopo, vel admissum, vel omissum, quid fidei, quid sacræ religioni officiat, ignoramus: cum post canonicam electionem Reges ipsos Apostolica authoritate a concessione episcopatuum prohibitos minime videamus. Legimus enim, sanctæ recordationis summos Pontifices aliquando apud Reges pro electis ecclesiarum, ut eis ab ipsis Regibus concederentur episcopatus, ad quos electi erant, interceſſisse; aliquorum, quia concessiones Regum nondum consecuti fuerant, consecrationes distulisse . . . . Dominus quoque Urbanus Papa Reges tantum a corporali investitura excludit, quantum intelleximus, non ab electione, in quantum sunt caput populi, vel concessione. Quæ concessio sive fiat manu, sive nutu, sive lingua, sive virga, quid refert? Cum Reges nihil spirituale se dare intendant; sed tantum aut votis petentium annuere, aut villas ecclesiasticas & alia bona exteriora, quæ de munificentia Regum obtinent ecclesiæ, ipsis electis concedere . . . Quod si hæc æterna lege sancita essent, non esset in manu præsidentium, ut ea in quibusdam districte vindicarent, in quibusdam misericorditer relaxarent . . . Nunc vero, quia ea illicita maxime facit præsidentium prohibitio, licita quoque eorum pro sua æstimatione remissio, videmus nullos aut pene nullos pro ejusmodi transgressione damnatos, plurimos autem vexatos, plurimas ecclesias spoliatas, plurima scandala exorta, divisum regnum & sacerdotium, sine quorum concordia res humanæ nec incolumes esse possunt, nec tutæ. Videmus quoque, miseros episcopos & abbates, nec ruinis morum, nec murorum reficiendis velle, vel

Ibid. *Investituræ quomodo prohibitæ.*

Christi An. 1096. posse vacare .... Multi quoque electi, qui gratuitam & canonicam habent electionem, quia hujusmodi dilationibus impediuntur, comparatis sibi pecunia mediatoribus & prolocutoribus, ne turpem patiantur repulsam, in simoniacam offendunt aliquando consecrationem. Cum ergo omnis institutio ecclesiasticarum legum ad salutem referenda sit animarum; istarum institutionum transgressiones aut districtius essent corrigendæ, ut saluti prodessent; aut interim silentio premendæ, ne spiritualia vel temporalia commoda supradictis modis impedirent. „

Ibid. " Nec ista dico, tanquam velim adversus sedem Apostolicam caput erigere, vel ejus salubribus dispositionibus obviare .... sed hoc vellem cum multis mecum pie sentientibus, ut Romanæ Ecclesiæ ministri tanquam probati medici majoribus morbis sanandis intenderent; & non ab irrisoribus suis audirent, culicem excolantes, & camelum glutientes ... Cum per totum pene mundum flagitia & facinora videamus publice perpetrari, nec ea nobis aliqua justitiæ falce resecari .... vos videritis, quid de his & similibus agere debeatis. Nunc vero specialiter ad hoc intendit stilus meus, ut electum Senonensis ecclesiæ, si nihil in eo, quod sacris canonibus obviet, repertum fuerit, secundum morem antiquum consecrari permittatis: quia de tanto jure, quod habent ecclesiæ nostræ, nec volumus, nec debemus cedere .... Quod si huic petitioni nostræ adquieveritis, consecrato omni studio persuadebimus, ut primatum Lugdunensis ecclesiæ recognoscat. „ Cum vero Hugo destinatis pertinaciter adhæreret, Papam de his fecit certiorem. Daimbertus vero Romam profectus est, ibique absque ulla conditione ab Urbano Papa consecratus fuit, atque in Galliam rediens in sede propria locatus est. Anno sequenti Romam reversus in Papæ manu professus est, se Lugdunensis ecclesiæ primatum super Senonensem agnoscere, Hugonique Lugdunensi ejusque successoribus obedire.

XL. Urbanus Papa Nemauso profectus venit in monasterium S. Ægidii, cui privilegia concessit, præsertim, ne cui episcopo liceret claustrum ipsum & illic Domino servientes excommunicare & interdicere, sine Romani Pontificis, vel legati ejus audientia. Inde divertit Avenionem, ibique confirmavit terræ S. Ægidii donationem, Odiloni Cluniacensi abbati factam per Raymundum comitem Tolosanum.

Mabill. tom. 1. mus. Ital. Demum circa medium Decembris Italiam ingressus est, & prope Lucam invenit cum peregrinorum exercitu Robertum Normanniæ ducem, qui Hierosolymam proficiscebatur. Ille propter hanc expeditionem, accepta ingenti pecuniæ summa, Guillelmo Angliæ regi fratri suo ducatum suum pro tribus annis obligaverat: sed cum propter provectam tempestatem mare trajicere non liceret, Robertus cum

Fulcher. Carnot. hist. Hierosol. suis in Calabria hyemavit; sed multi venditis armis in Galliam rediere. Willelmus vero, ut hanc pecuniam daret, ecclesias spoliavit. Guibertus cum suis Romam, S. Angeli castrum & S. Petri ecclesiam occupaverat. Turrim huic basilicæ adjacentem Urbani Papæ milites retinuerant. Robertus comes cum

Berthold. suis hanc urbis partem cum basilica S. Petri recepit, Natalemque Domini celebravit. Cruciatorum reliqua multitudo, in quibus erant clerici & monachi, mulieres & pueri, quorum multi cogente fame, quæ his annis sævierat, hanc expeditionem susceperant, in tres turmas divisa per Germaniam & Hungariam iter arripuit, putantes se proficisci in terram promissionis rebus omnibus abundantem. Primi quidem Petrum eremitam sequentes pacifice transibant, quamplurimi vero navali per Danubium descenderunt. Alii ad duodecim millia per Saxoniam & Bohemiam presbytero Folcmaro duce transierunt: nonnulli a Godescalco presbytero per Franconiam ducti sunt. Emico comes circa Rhenum tyrannica conversatione nimis infamis duodecim millia hominum sibi adjunxit, qui eo duce statuerunt, ut ajebant, Christum ulcisci in Gentilibus vel Judæis. Moguntiæ interfecerunt circiter nonaginta de Judæis, non parcentes mulieribus vel parvulis. Qui vero per Bohemiam transierant, irruentes in Judæos hic manentes vel invitos baptizabant, vel contradicentes trucidabant. Similiter Coloniæ, Wormatiæ, atque in aliis civitatibus interfecti sunt Judæi præter paucos, qui ad baptismum confugerunt coacti. Qui Folcmarum sequebantur, cum apud Nitram Pannoniæ civitatem seditione concitata partim ferro, partim captivitate periissent, pauciissimi refugere. Godescalcus vero, postquam non sine damno Orientalis Noricæ Hungariam cum suis intravit, munitionem occupat, & Pannoniam vastare cœpit; sed ea ab indigenis expugnata, turba multa trucidata est, grex reliquus dispersus est. Emico vero, postquam per civitates Rheni, Mœni & Danubii in Judæos desæviit, progressus cum ingenti multitudine versus Hungariam aditus occupatos reperit. Itaque munitionem Misenberth per sex hebdomadas oppugnans multa incommoda tulit. Cum vero prope esset, ut eam occuparet ejus exercitus, divinitus exterritus, relictis omnibus, fugiens dispersus est. Christi An. 1096

Annal. Saxo. p. 179. *Prima Hierosolymit. expeditio.*

Pars vero, quam ducebat Petrus eremita, pervenit Constantinopolim, quibus Græcorum Imperator Alexis alimenta dedit; sed cum urbis palatia sternerent, ablatumque ecclesiarum plumbum venderent, Imperator iratus jussit illos transmitti ultra Hellespontum. His multi Itali & Germani se conjunxerant, cum in tres turmas divisi Nicæam pervenissent, separatim eos cecidere Turcæ. Raynaldus natione Germanus secundam turmam, quæ in castrum confugerat, proditurus ad infideles transfugit. Qui vero capti sunt, & Christum abnegare noluerunt, decapitati sunt. Petrus eremita, cum ei obedire nollent, antea Constantinopolim receserat, sicque omnis illa indisciplinata ex multis gentibus aggregata multitudo varie periit. Hæc & quæ deinceps de prima Hierosolymitana expeditione dicemus, refert Annalista Saxo, scriptor coævus, qui multa prodigia, quæ tum in cœlo tum in terra contigere, se vidisse testatur. Eadem narrat author chronicorum S. Pantaleonis, qui hæc se excerpsisse scribit ex libello, quem Jerosolymæ legerat, qui totam hujus belli seriem diligentissime prosequebatur. Mabill. tom. 1. mus. Ital.

Bernardus Toletanus Hierosolymam quoque profecturus jam cum magna multitudine viæ se dederat. Ejus clerici eum non rediturum putantes, alium elegerunt Archiepiscopum. Bernardi domestici expulsi rem gestam ei nuntiant. Ille statim reversus electum deposuit, expulsisque clericis eis substituit monachos S. Fagonis, qui divinum officium in cathedrali ecclesia peragerent: tunc Romam profectus est. Urbanus vero eum a voto absolutum redire compulit, ut novellæ suæ ecclesiæ curam ageret. Dum per Gallias transiit, plures monachos scientia & virtutibus insignes secum abduxit, eosque postea promovit etiam ad primas Hispaniarum sedes episcopales. Petrus Aragoniæ rex victis Saracenis Oscam expugnavit, pristinam sedem episcopalem ei Papa restituit. Roderic. l. 6. hist. c. 27.

XLI. Rex Hiberniæ Murchertacus, & Dofnaldus episcopus cum cæteris episcopis, & quidam nobiles cum clero & populo ipsius insulæ, miserunt nuntios ac literas ad Anselmum Cantuariensem, innotescentes ei, civitatem Watafordiam esse in una suarum provinciarum, cui ob numerosam civium multitudinem expedit episcopum instituí: simulque petentes, ut ipse pro primatus sui authoritate consecraret presbyterum quemdam suæ gentis nomine Malchum, quem ipsi elegerant. " Eligimus, inquiunt, hunc presbyterum Malchum, Walkelini Wintonienſis episcopi monachum, nobis sufficientissime cognitum, natalibus & moribus nobilem, ecclesiastica disciplina imbutum, fide Catholica prudentem, vita castum, habentem testimonium bonum in singulis gradibus. Hunc nobis petimus a vestra paternitate ordinari Pontificem. „ Rex ejusque frater & quatuor episcopi huic decreto subscripserant. Anselmus eorum petitioni libens annuit, electumque diligenter in his, quæ jubet sacra authoritas, examinatum, ac dignum episcopatu comprobatum, sumpta ab eo ex more de subjectionis suæ professione, sacravit. Concil. tom. 6. ed. Hard. *Hiberniæ synodus.*

Henricus rex anno millesimo nonagesimo septimo ab Italia rediens venit Ratisponam: ibique aliquamdiu moratus, Judæis, qui baptizari coacti sunt, ad judaismum redire permisit, habitoque cum principibus de pace colloquio, Henricum filium suum natu minorem sibi successorem in regno designavit. Conradus enim, qui non multo post obiit, adversus eum rebellaverat. Christi An. 1097 Annal. Saxo. p. 180. & seq.

XLII. Inchoata est a principibus mense Martio ejusdem anni expeditio Hierosolymitana. Godefridus dux Lotharingiæ, vir genere, armis & ingenio clarissimus, qui cunctis suis possessionibus in pretia redactis, militibus copiosis, fideque non modica instructus, iter per orientalem Franciam fecit. Henrici Ibid. *Expeditio Hierosolymit.*

Christi An. 1097. rici Imperatoris & Colomanni regis permiſſione Pannoniam Bulgariamque permeavit cum gente ſua, & Alemannis, & Saxonibus, & Suevis. Similiter alii principes, quorum hæc ſunt nomina: Hugo Magnus frater Philippi regis Francorum, Boemundus princeps Apuliæ, Baldewinus Godefridi ducis frater, qui poſtea regnavit Jeroſolymis. Raymundus comes S. Ægidii cum Waſconibus, Robertus comes Normanniæ, Robertus comes Flandriæ, Stephanus comes Bleſenſis, comes Baldewinus de monte, & Baldewinus comes de Ganda, Piſanus Archiepiſcopus, Strasburgenſis epiſcopus, & Armarus Podienſis epiſcopus cum ſuis compatriotis, frater regis Danorum cum duobus epiſcopis, aliique principes diverſis temporibus Hieroſolymorum iter aggreſſi ſunt: Urbanus Papa literas dedit ad Alexium Imperatorem Conſtantinopolitanum, cui præcipuos duces deſignat, oratque, ut ſuo præſidio & commeatu tantas copias juvet.

Urban. P. ep. 16.

Annal. Saxo. p. 582.

Prænominati Dominicæ militiæ principes, ſinguli cum ſuis militibus, ab univerſis, quas pertranſierunt, gentium principibus pacem & favorem, ut vere Chriſti diſcipuli conſequebantur, donec pervenerunt Conſtantinopolim. Alexius Imperator fictis beneficiis eos ſibi conciliare ſtuduit. Poſtea ſacramentum ab eis exigit, quod regno ſuo vim non inferrent: quamvis conſtet, quod, dum moram ibi primæ cohortes alias expectando facerent, dolis eos interfeciſſet, niſi Godefridi ducis ſolertia ſuper ipſos cautius vigilaſſet: Poſtea motis caſtris omnes apud Nicæam Bithyniæ decimo ſeptimo Kalendas Junii convenerunt, atque poſt quinque ſeptimanas obſidionis ad deditionem coegerunt: Alexio Imperatori reddita eſt hæc civitas: ſic enim ſacramento firmaverant, ut urbes ab ejus Imperio diſtractas, ſi vincerent, ei redderent. Ille viciſſim armis & ſtipendiis eos foveret. Poſt duos dies occurrentes Turcas cum ingenti multitudine vicerunt, & de ſpoliis eorum ditati ſunt.

Ibid. Antiochiam urbem Syriæ munitiſſimam obſidione cingunt duodecimo Kalendas Novembris; menſes novem in ejus obſidione detenti ſunt: magnas anguſtias in fame & frigore variiſque incommodis paſſi ſunt: vix in toto exercitu centum equi boni ſupererant, cum quidam Turca hanc eis prodidit: ſecundo Nonas Junii ingreſſi magnam edidere ſtragem, & multis ſpoliis refecti ſunt, Deoque egere gratias. Hugo Magnus ſtatim reverſus eſt in Franciam: comes Bleſenſis jam receſſerat. Altera die Turcæ & Perſæ, aliique barbari Chriſtianos intra civitatem obſident: fameſque ſic convaluit, ut multi equos & aſinos comederent. Facto igitur triduano jejunio clamaverunt ad Dominum, repertaque lancea, qua Chriſtus in cruce vulneratus eſt, quod munus ab Apoſtolorum tempore viſum non fuerat, ipſa præeunte cum hoſtibus foras congrediuntur, eoſque vertunt in fugam, & ſpoliis potiuntur. Poſt Kalendas Auguſti obiit Armarus Podienſis epiſcopus.

Ibid. Chriſtiani per quatuor menſes apud Antiochiam & in ejus circuitu commorati ſunt: cum jam fame & tædio deficerent, maxime propter diſcordias principium, ſumpto conſilio receſſerunt, communique conſenſu traditur Antiochena civitas, & principatus provinciæ Boemundo, cujus virtute & ingenio urbs capta fuerat. Cæteri principes diviſi in duos exercitus Barram & Marram civitates Saracenorum in Syria ceperunt, & toto hyemis tempore multas urbes ſibi ſubjugarunt; ſed tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Saracenorum jam fœtentium comederent. Cives Caſtellani regionis cum donariis legatos præmittebant, parati ſervire, & oppida ſua reddere: ſed quia exercitus non multus erat, nam plurima ejus pars Antiochiæ, Edeſſæ, Laodiceæ conſederat, acceptis ſecuritatibus eas fecerunt tributarias, feſtinabant enim Hieroſolymam. Baldewinus comes Godefridi ducis frater apud Rohas ſeu Edeſſam Medorum civitatem conſedit, principatumque illius gentis adeptus eſt, defuncto ſeniore Chriſtianiſſimo, qui eum ab Antiochia in propugnatorem aſciverat, multaque prælia naviter gerentem etiam in filium & hæredem adoptaverat.

Edmer. XLIII. Ad res occidentis redeamus. Anſelmus Cantuarienſis menſe Octobri anni milleſimi nonageſimi ſeptimi Wintoniam a Rege vocatus eſt: de theſauris eccleſiæ nihil conqueſtus eſt; vix tamen ac nonniſi poſt longam contentionem obtinuit, ut Urbanum Papam adire ſibi liceret, diſcedenſque Regi benedixit, qui caput ei inclinavit: miſit tamen qui, priuſquam navem aſcenderet, quæcumque ſecum deferret, ſcrutarentur. Tranſiens per Galliam divertit Cluniacum, ibique cum ſumma veneratione ſuſceptus eſt. Hugo Lugdunenſis audito ejus adventu, ut ad ſe veniret, per amicos deprecatus eſt, quod ille conceſſit. Matiſconenſis epiſcopus ei proceſſit obviam, eumque deduxit honorifice. Lugduni didicit, Guibertinæ factionis fautores aditus occupaſſe, ſeque ſine ingenti periculo non poſſe progredi ulterius; hic igitur reſedit, & Papæ ſcripſit, poſtulans, ut epiſcopatum abdicare ſibi concederet, præſertim cum propter nimiam regis Willelmi vexationem, tot malis occurentibus remedium afferre, vel ullum fructum facere non poſſet; jamque per quatuor annos graves paſſus tribulationes vixerit inutiliter pro eccleſia. Christi An. 1097.

Urbanus Papa eum Romam venire juſſit. Ejus infirmitatis rumor, qui per peregrinos divulgatus eſt, Guibertinos ad viarum cuſtodiam reddidit negligentiores. Itaque viæ ſe dedit tertio ante Dominicam Palmarum anni milleſimi nonageſimi octavi, aſſumptoque monachi habitu ſecurus Romam pervenit, comitibus tantum duobus monachis Balduino & Edmero, qui ejus vitam ſcripſit. Urbanus Papa illum in parte palatii ſui hoſpitari juſſit, evocatumque ſequenti die procumbentem ad ejus pedes levavit & oſculatus eſt, & præſente omni Romana nobilitate plurimum laudavit ejus doctrinam & ſanctitatem. Anſelmus adventus ſui cauſas eaſdem ac prius in ſuis literis expoſuit: Papa ei ſubventionem pollicitus eſt. Willelmoque regi ſcripſit, ut res Anſelmi liberas in regno ſuo faceret, ac de ſuis omnibus illum inveſtiret: Eadem ſcripſit Anſelmus, & decem diebus manſit in palatio Lateranenſi: ſed cum inſtarent calores, a Joanne abbate invitatus receſſit in villam Sclaviam, quæ in montis altitudine ſita, ſano jugiter aere converſantibus illic habilis extat. Christi An. 1098. Ibid.

Hic divinæ contemplationi, myſticarum rerum meditationi intentus erat, unde Chriſtianæ fidei amore permotus, inſigne volumen edidit: quod, Cur Deus homo, titulavit. In duobus ejus libris per modum dialogi conſcriptis imprimis de Chriſti humanitate diſputat adverſus Gentiles, quorum objectionibus reſpondet, oſtenditque variis rationibus, neceſſariam eſſe ad hominum ſalutem Verbi divini incarnationem. Rogerius Apuliæ dux, qui Capuam oppugnabat, miſſis nuntiis, rogavit Anſelmum ad ſe venire, cupiens in his, quæ ſaluti ſuæ adminiculari poterant, ejus monitis informari. Eo quoque Papa venit, ut pacis ſequeſter; ſed urbs nonniſi vi coacta victorem admiſit. Ibid.

Ducenti Græci in exercitu Rogerii militabant duce Sergio, qui Capuæ principis auro corruptus, promiſit aditum ei ſe daturum, ut noctu reliquum exercitum invaderet: ſed S. Bruno Rogerio duci dormienti apparens, eum admonuit, ut cito conſurgens ad arma concurreret, ſi ſe ſuumque exercitum ſalvare vellet. Ille ſumptis armis, mittit equites, qui viſionis veritatem explorarent, quorum ſtrepitu territus Sergius cum ſuis fugit; ſed plures capti confeſſi ſunt proditionem. Rogerius æger circa finem Julii venit Squillacium. S. Bruno cum aliquot ſuis fratribus ad eum venit ſalubris conſolator. Rogerius ei narrat viſionem, & gratias agit, offertque reditus ampliſſimos. S. Bruno renuens, reſpondit, angelum principum cuſtodem ei apparuiſſe, ac ſervaſſe incolumem: acceptavit tamen S. Jacobi monaſterium cum caſtro, & bona alia cum ampliſſimis libertatibus. Hunc eventum in donationis literis recenſet dux Rogerius. Gauf. Malat. l. 4. c. ult.

Anſelmus cum Papa poſt hæc Averſam profectus eſt; hic ex amicorum literis comperit, quod Willelmi regis tyrannis & impietas indies creſceret. Itaque Papam exorat, ut ab onere paſtorali, quod videbat in tantis moleſtiis infructuoſum, ſe liberet. Papa reſpondit: Abſit hoc a me & a tua religione. Immo ex parte Dei omnipotentis tibi per ſanctam obedientiam præcipio, ut curam Anglici regni tibi commendatam, quamdiu poteris, non abjicias: quod ſi Regis tyrannis huc te redire non permiſerit, jure tamen Chriſtianitatis ſemper illius Archiepiſcopus eſto . . . . . Et moneo, quatenus concilio, quod apud Barum Kalendis Octobris celebrare conſtitui, præſentiam tuam exhibeas, ut, quid de rege Angliæ facturus ſum, auditu percipias. Sclaviam hinc reverſus eſt Anſelmus. Edmer.

CHRISTI AN. 1098. Gaufred. Malat. l. 4. c. ult. *Siciliæ monarchia.*

XLIV. Papa vero se contulit Salernum, quo uterque Rogerius, scilicet dux Calabriæ, & comes Siciliæ convenerant. Hic, dum peramice inter se confabulantur, Urbanus Robertum episcopum Troynensem, quem legatum in Sicilia inconsulto Rogerio, qui id ægre ferebat, instituerat, abrogavit, Rogeriumque de se & Ecclesia bene meritum, ac Simonem filium, & alios ejus hæredes donavit hoc privilegio, quod Siculi monarchiam vocant: " Urbanus episcopus servus servorum Dei, charissimo filio Rogerio comiti Calabriæ & Siciliæ salutem & Apostolicam benedictionem. Quia per prudentiam tuam supernæ majestatis dignatio te multis triumphis & honoribus exaltavit, & probitas tua in Saracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, & sanctæ sedi Apostolicæ devotam se multimodis semper exhibuit, nos in specialem atque charissimum filium ejusdem universalis Matris Ecclesiæ te assumpsimus. Idcirco de tuæ probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promisimus, ita literarum authoritate firmamus, quod omni vitæ tuæ tempore vel filii tui Simonis, aut alterius, qui legitimus hæres extiterit, nullum in terra potestatis vestræ præter voluntatem aut consilium vestrum, legatum Romanæ Ecclesiæ statuemus. Quin imo, quæ per legatum acturi sumus, per vestram industriam legati vice cohiberi volumus, quando ad vos ex latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum ecclesiarum, quæ sub vestra potestate consistunt, & ad honorem Beati Petri, sanctæque ejus sedis Apostolicæ, cui devote hactenus obedisti, quamque in necessitatibus suis strenue & fideliter adjuvisti: si vero celebrabitur concilium, & ibi mandavero, quatenus episcopos & abbates tuæ terræ mihi mittas, quot & quos volueris, mihi mittas, alios vero ad servitium ecclesiarum tuarum retineas . . . . . Datum Salerni per manus Joannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardinalis, tertio Nonas Julii, indictionis septimæ, anno pontificatus nostri undecimo „ ac proinde anno Christi millesimo nonagesimo octavo. Hæc bulla tria concedit. Primo. Ut nullus legatus in Siciliam mittatur præter eorum voluntatem. Secundo. Ut possint cohibere quæ legatus a latere tentare vellet. Tertio. Ut episcopos & abbates Romam mittendos eligant; sed ut liquet ex ejus principio, spectat tantum eos, qui Rogerio jure hæreditario succedent, non autem jure belli vel alterius cujusque conventionis. Romani quidam scriptores dicunt, eam esse suppositiam; sed Gaufredus Maleterra monachus Siculus, qui Rogerii res gestas eadem ætate scripsit, illam historiæ suæ inseruit. Hanc revocavit Clemens XI. nihilominus sub temperamento, quod enim in usu fuit sub regibus Austriacis, etiamnum observatur.

Schismaticorum synodus Rom.

Interea Romæ quatuor episcopi & totidem presbyteri, & duo abbates schismatici, absente Guiberto, qui tunc in Longobardia commorabatur, conciliabulum celebrarunt, cujus supereſt synodica. In ea se Neldebrandi hæreses damnasse dicunt, & simul omnes ejus sectatores & complices. Eos autem, inquiunt, qui authoribus errorum communicant, vocamus, ut per majores suos causam suam agant: securitatem integram usque ad festum omnium Sanctorum proponimus, etiam cum in causa sua defecerint, nullius sanguinem, sed omnium vitam & honorem sitientes . . . . . Eos, qui sanctam Ecclesiam scindere non timuerunt, iterum vocamus ad synodum, quam celebrare dispositimus circa Kalendas Novembris. Data est septimo Idus Augusti anni millesimi nonagesimi octavi. Schismaticorum fallaciam contemnere Catholici.

SAX. GRAMM.

XLV. Liemarus Hamburgensis antistes, ob inanes suspiciones, Erico Daniæ regi excommunicationem comminatus est. Rex ejus sententiam appellatione prævertit, & Romam profectus, accusationem potenter repulit ac superior rediit: sed ne Dani sub externo Pontifice permanerent, missis ad curiam Romanam legatis, Metropolim & pallium pro ejus Archiepiscopo postulavit . . . . Papa legatum misit in Daniam, qui Lundiæ fundavit archiepiscopatum, eo quod ad eam e finitissimis regionibus terra marique transitus facilis pateat. Nec solum eam ex Hamburgensi ditione eruit, sed etiam Sueviæ Norvegiæ religionis titulo Magistram seu Metropolim effecit. Quonam anno erectus sit hic archiepiscopatus, incertum est.

XLVI. Urbanus Papa mense Octobri ejusdem anni synodum in urbe Bari congregavit: in ea fuere centum octoginta quinque episcopi. Anselmus Cantuariensis sedere jussus est juxta Romanum archidiaconum, cui ante Papam sedere moris est: Cum plurima de fide Catholica summus Pontifex fœcunda ratione disseruisset, mota est quædam quæstio ex parte Græcorum, Evangelica authoritate probare volentium, Spiritum sanctum processionem non habere, nisi tantum a Patre. Huic errori multis argumentis contraire Papa nisus est. Verum cum nonnulla objicerentur, Anselmum hortatus est, ut de ea quæstione coram omnibus disputaret: quod die sequenti præstitit, erroremque Græcorum Catholica disputatione confutavit, quam postea luculenter digessit in libro de processione Spiritus sancti. Summus Pontifex magnis eum extulit laudibus, omnesque admirati sunt ejus scientiam, omniumque consensu anathema dictum iis, qui Spiritum S. a Patre & Filio procedere negarent. CHRISTI AN. 1098. *Barensis synodus.* Edmer. l. 2.

Deinde ventilari de rege Anglorum sermo cœpit. Proferuntur in medium scelera dictu horrenda: adjicitur contemptui humano cœlestis injuria, quod scilicet bis terque admonitus nihil correctionis adhibuerit. Quocirca cum suffragio & clamore omnium Papa ad excommunicandum jam paratus esset, Anselmus genibus ejus affusus orat dilationem, & vix impetrat. Quæ res ei non mediocrem apud cunctos videntes peperit gratiam, eo quod ostensione veræ sanctitatis vicisset famæ suæ gloriam. Concil. tom. 6. edit. Hard.

Soluto Barensi concilio Papa cum Anselmo Romam rediit. Ejus missus ad regem Angliæ tunc rediit, referens, Regem susceptis ejus literis, epistolam Anselmi rejecisse cum minis. Post aliquot dies a Rege missus, ejus literas ad Papam defert, eique dixit: Mandat tibi dominus meus, sibi non parvæ admirationi esse, quod eum pro Anselmi restitutione sollicites, qui ejus omnia se fisco addicturum, si regno excederet, comminatus est. Papa respondit: Eum ergo spoliat, quia Matrem omnium Ecclesiam visitavit? quis unquam talia audivit? Itaque redi, & Regi nuntia, ut Anselmum suis omnibus revestiat, si excommunicari nolit. Idque resciam ante synodum, quam Dominica tertia ante Pascha celebraturus sum: alioquin tunc adversus eum feram sententiam. Missus autem dies plurimos Romæ commoratus, & multis munera largitus impetravit, ut Papa Regi usque ad festum S. Michaelis inducias daret. Hæc in Nativitate Christi acta sunt. Anselmus his cognitis Lugdunum redire statuit; sed abeundi licentiam Papa negavit, eoque deinceps familiarissime usus est. Edmer. l. 2.

XLVII. Ivo Carnotensis Papam sibi graviter iratum audierat propter literas, quas Hugoni Lugdunensi de Daimberti Senonensis electione scripserat. Itaque sic eas aliis defendit literis. " Cum has legissem, multa ibi pro Romana Ecclesia, nihil contra eam in his scriptum intellexi . . . . . In his enim . . . . . nihil aliud intellexi, nisi quod propter crebras invectiones & murmurationes adversus Romanam Ecclesiam, quibus quotidie tinniunt aures meæ, sollicitudinem vestram volui esse præmunitam, quatenus cum vicariis vestris sic vestra decreta librarentis, ut Ecclesia non gravetur, & eorum transgressor sua sententia multatus, aliis corrigendi exemplum præbeat, & fama vestra illibata servetur: sed quia Lugdunensi Archiepiscopo quædam ibi verba adversa, secus quam vellet, sonuerunt, maxime de primatu Lugdunensi . . . . . participes vos suæ amaritudinis fieri voluit . . . . . Ego de me sentio, quod non est aliqua persona transmontana, quæ pro fidelitate vestra, pro assertione præceptorum vestrorum, tot contumelias pertulerit, tot injurias perceperit: sed quia verba mea vestrum animum exacerbarunt, non est mecum adversus vos intrare in judicium. Malo enim episcopatui renuntiare, quam iram vestram juste vel injuste sustinere. Hæc satisfactio si vobis placet, hanc accipite: si plus placet, plus addite ... Plus potero prodesse in Ecclesia Dei exemplo privatus, quam verbo Prælatus . . . Ecce jam hoc transacto septennio, vineam mihi commissam pro posse meo excolui: fructum autem, quem quærebam, non inveni . . . . . Quod si vestra permissione id modo non facio, necessitate tamen me oportebit id facere, propter renovatas in me Regis inimicitias, (Rex Philippus Bertradam revocaverat) & propter parochianos meos contemptores verbi Dei, qui proni sunt solis terrenis inhiare ... neque CHRISTI AN. 1099. Ivon. Carnot. ep. 67.

Christi An. 1099. que propter ruborem excommunicationis, sacrilegia, quæ perpetrant in ecclesiis, volunt dimittere. „

Ibid. " De cætero quidquid de me fiat, obsecro vos per charitatem Christi, ut, si Turonensis Archiepiscopus, vel aliquis Aurelianensis clericus pro electione Joannis archidiaconi venerit, non ei aurem præbeatis. Persona enim est ignominiosa & de inhonesta familiaritate Turonensis, & fratris ejus defuncti, multorumque aliorum inhoneste viventium, per urbes Franciæ diffamata . . . nunquam eum consecrari permittatis, ne Ecclesiam Dei prostibulum publicum faciatis: sciatis etiam, quia Turonensis contra interdictum legati vestri in Natale Domini Regi coronam imposuit, ut Joannes fieret episcopus, hac mercede promeruit. „

Epist. 66. Eadem de Joannis sodomia scripsit Hugoni Lugdunensi. Præterea probat, eumdem per simoniam adeptum esse episcopatum. " Hic, inquit, per literas Regis & capituli est mihi oblatus ordinandus in presbyterum, postmodum consecrandus in episcopum. Ejus autem electio nec adhuc a me improbata est, vel approbata, sed nec aliquando approbanda, nisi Papæ vel vestra me ad hoc pertrahat obedientia. Scio enim, Ecclesiæ Dei non tantum hoc esse ignominiosum, sed etiam perniciosum . . . . . Quidquid autem faciatis, ego liberavi animam meam . . . . Præterea sciat vestra sollicitudo, quia cum abbas Burgulienſis manibus apertis in curiam ad Natale venisset, ad accipiendum episcopatum, sicut ei Bertrada regina promiserat: quia animadversi sunt plures & pleniores sacculi nummorum latere in apothecis amicorum istius Joannis, quam apud abbatem, Joannes est admissus, alter exclusus. Et cum abbas quereretur apud Regem, quare sic eum delusisset; respondit: Sustinete interim, donec de isto faciam proficuum meum. Postea quærite, ut iste deponatur, & tunc faciam vestram voluntatem. Summa itaque hæc est verborum meorum: Rogo, ut huic electioni numquam assensum præbeatis, ne domum Dei, publicum prostibulum & speluncam latronum faciatis. Cum Joannis electio in Nativitate Christi facta sit, hæ literæ datæ sunt anno sequenti, millesimo nonagesimo nono. „ Joannes tamen ordinatus est episcopus Aurelianensis, eamque sedem per annos viginti laudabiliter administravit, ut ex pluribus Ivonis ad eum literis colligitur.

Septimo Maji ejusdem anni Papa Romæ concilium tenuit: ejus duodecim priores canones iidem sunt prorsus cum iis, qui in synodo Placentina editi sunt, quos supra retulimus. Alii sex posteriores pariter desumpti sunt ex synodo Claromontana: prohibent simoniam, investituras a laicis datas, vel acceptas, & ne clerici a subdiaconatu carnale commercium exerceant. Priorum igitur synodorum statuta hic Papa confirmavit: decrevit etiam omni sexta feria jejunare pro peccatis suis.

Romana vetus synod. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

Orderic. Cisterciensis ordinis initia. XLVIII. Cistercienſis ordinis fundamenta, anno præcedenti posita, tunc confirmata sunt; sed res paulo altius repetenda. Robertus anno millesimo septuagesimo quinto Molismense monasterium in Lingonensi episcopatu fundaverat, & primus illius abbas fuerat, studioque virtutum in sancta paupertate juxta usum aliorum cœnobiorum comites congregaverat. Post aliquot annos S. Benedicti regulam diligenter perscrutatus est; convocans fratres sic affatus est: Nos, fratres charissimi, secundum normam S. Patris Benedicti professionem fecimus: sed ut mihi videtur, non eam ex integro tenemus. Multa, quæ ibi non reperiuntur, observamus, & de mandatis ejus plura negligentes intermittimus . . . His dictis monachorum conventus non acquievit: Robertus in sua pertinax sententia recessit ab eis, cum duodecim sibi assentientibus; quibus Odo, Burgundiæ dux, prædium in loco, qui Cistercius dicitur, in episcopatu Cabilonensi largitus est. Robertus abbas ibi cum electis fratribus aliquamdiu habitavit in eremo, nimiæ districtionis cœnobium construere cœpit, Deoque donante in brevi plerosque sanctitatis æmulatores habuit: sed cum Molismenses, Roberto discedente, despicabiliores erga vicinos fierent, Urbanum Papam supplices adierunt, auxilium ab eo postulantes. Ille vero paterno affectu utrisque consuluit: Roberto abbati Apostolica jussit authoritate, ut prius monasterium repeteret, & regulariter regeret, ac in alio, quod postmodum cœperat, quemlibet de suis idoneum substitueret. Deinde firma statuit sanctione, ut imprimis quisque, quam vellet institutionem vitæ, arriperet, ipsamque omni vita sua irrefragabiliter teneret. Robertus itaque coactus Molismum repedavit, ibique laudabiliter usque ad finem vitæ suæ militavit, ac post mortem inter Sanctos relatus est. Albericum vero magnæ religionis virum ad opus Cistercii vicarium sibi elegit, viginti quatuor fratribus abbatem constituit. Christi An. 1099.

XLIX. Urbanus Papa II. post tantos labores, die quarto Kalendarum Augusti anni millesimi nonagesimi noni Romæ migravit ad Deum, & sepultus est in basilica vaticana, postquam Apostolicæ sedi annos undecim, menses quatuor, dies octodecim præfuisset. S. Attilanum Zamorensem episcopum in Sanctorum catalogum adscripsit.

Hierosolyma capta a Christianis. Annalist. Saxo. p. 584. Quindecim dies ante ejus obitum Hierosolymam expugnarunt Christiani, quorum exercitus erat viginti quinque millium militum, cum propugnatorum numerus esset quadraginta millium: obsidione vallata est die septima Junii, Christiani per sex dies scalas præparaverunt, & septimo per scalas ad muros scandere cœperunt; sed infecto negotio eo die recessere. Cum autem exercitus maxime propter aquæ inopiam laboraret (infideles enim fontes obturaverant) consilio habito, episcopi & principes supplicationem publicam circa civitatem nudis pedibus faciendam indicarunt, ut Deus illis eam aperiret, uti contigit. Composita enim turri quadam cum propugnaculis, paratis etiam arietibus, & scrophis & fundibulis, & omnium generum instrumentis, & civitati propius admotis, Idibus Julii summo mane modis omnibus undique impetere cœperunt, & telorum grandine & lapidum hostibus a muro repulsis, ipsi per machinam & scalas muros conscendunt. Itaque octavo humiliationis suæ die, quo primitiva Ecclesia inde abjecta fuit, cum festum de dispersione Apostolorum a multis fidelibus celebratur, ex omni parte intrantes civitatem capiunt, hostes omnes perimunt, nec mulieri nec parvulo parcentes, ita ut in porticu, qui dicitur Salomonis, victores equitarent in sanguine Saracenorum usque ad genua equorum. Hinc omnes ad sepulchrum Dominicum oblationibus & cereis accensis laudes & gratias agentes Deo festinanter vota persolvunt.

Ibid. Primates aliquamdiu recreati communi consensu Godefridum ducem in Regem Jerusalem & totius regionis elegerunt, qui canonicos sepulchro Domini servientes statim liberalissime fundavit, & regium diadema in ea urbe, in qua Christus spinis fuerat coronatus, gestare noluit. Tunc Domino revelante per quemdam Syrum inventa est crux Christi, quæ diu fuerat abscondita. Cum jam plerique de reditu cogitarent, nuntius venit adventare ducem militiæ regis Babylonis cum quingentis millibus armatis; compertoque quod jam Ascalonam perveniſſet, relictis sarcinis & infirmis suis Hierosolymæ cum præsidio, ei procedunt obviam, quamvis in eorum exercitu tantum essent quinque millia equitum, & quindecim millia peditum. Cum autem tantam hostium multitudinem conspexissent, Deum invocaverunt, qui tantas audaciæ vires ei suppeditavit, ut primo impetu hostes in fugam conversi arma projicerent: centum millia Saracenorum cæsa dicuntur, & nisi prædæ magnitudo nostros detinuisset, pauci refugissent.

Ibid. Pisanorum classis mense Novembri parvam Italorum manum advexit; Urbanus Papa Daimbertum Pisanum Archiepiscopum misit legatum suum, qui principes reduxit ad concordiam, viciſſim ab iis & clero patriarcha Hierosolymitanus constitutus est, rejecto Arnulpho, quem aliqui jam dixerant Patriarcham. Deinde multi in Europam ad sua rediere; sed non modica multitudo, præter eos, qui cum Boemundo Antiochiæ confederant, vel cum Balduino Edessam abierant, Tyri remansere, ac variis in locis Godefridus cum Tancredo, quamvis in exercitu suo tantum trecentos equites, & bis mille pedites haberet, reliquias gentilium persecutus est, præsidia locis opportunis instituit: Joppen ejusque portum jam diu desolata renovavit, cœnobitas congregavit, donaria multa tam monasteriis, & hospitali, quod Jerosolymis numquam defecerat, devotissime contulit; pacem cum Ascalonitis atque Damascenis gratia commerciorum habuit. Petrus Tadebotus presbyter Sivracensis, & Fulcherius Carnotensis authores coævi, qui Christianos exercitus sequebantur, eadem licet paulo fusius, stylo prorsus barbaro referunt, nec meminere donationis urbis

Hiero-

CHRISTI AN. 1099. Hierosolymitanæ, quam a Rege Patriarchæ tunc factam Guillelmus Tyriensis affirmat, in sua historia de bello sacro, quam post annos fere centum scripsit.

Paschalis II. Papa. Pandulphus Pisan. in ejus vit.

L. Interea Romæ quindecim dies post obitum Urbani Papæ Rainerius, qui fuerat monachus Cluniacensis, & postea, cum negotiorum causa missus Romam venisset, a Gregorio VII. factus est presbyter cardinalis, a clero & populo electus Romanus Pontifex, acclamatus Paschalis II., & licet reluctans, chlamyde coccinea induitur, & tiara capiti ejus imposita, cum cantu Lateranum vectus, ante portam Constantinam adducitur, equoque descendens locatur in sede præparata. Hic baltheo succingitur, cum septem ex eo pendentibus clavibus, & septem sigillis, ex quibus sciat, se secundum septiformem Spiritus sancti gratiam sanctarum ecclesiarum, quibus Deo authore præest, regimini, in claudendo aperiendoque, tantam rationem providere debere, quanta solemnitate id, quod intenditur, operatur, & data sibi ferula in manu per cætera palatii loca pertransiit, & die sequenti, qui erat decimus quartus Augusti, ab episcopis ordinatus est in basilica S. Petri inter Missarum solemnia, & coronatus in urbem rediit, id est, ad Lateranense palatium.

CHRISTI AN. 1100. Fulcher. Carn. apud Duchesne tom. 4. Paschal. P. epist.

LI. Initio sui pontificatus a principibus Christiani exercitus in Palæstina literas Urbano inscriptas accepit, quibus de rebus eorum gestis certior factus est, vicissim de eorum victoriis gratias egit, & quoniam Daimbertus legatus factus erat Patriarcha, eis destinavit Mauritium Portuensem episcopum: "Cui, inquit, vices nostras commisimus, ut eum in omnibus reverenter excipere, audire, & per ipsum nobis obsequi debeatis. Cui nimirum in præceptis dedimus, ut Ecclesiæ, quam Dominus per vos liberavit, seu liberaturus est, ordinationi vigilanter immineat: si quæ minus canonicis regulis apta repererit, corrigat, & in eisdem cum vestro auxilio plantanda plantet, ædificanda ædificet. „ Datum Romæ quarto Nonas Maji, indictionis octavæ, seu anni millesimi centesimi.

Annalist. Saxo.

Sed in Oriente magna facta erat rerum conversio: Boemundus Antiochiæ comes Melitiam urbem obsidens, dum prope castra minus caute deambulat, a Turcis latentibus interceptus, captivus abducitur: ejus milites dum diffugiunt, hostili gladio periere. Incalescente æstate per Palæstinam aer corrumpitur fœtore cadaverum; sunt etiam qui dicunt, fontes a barbaris infectos veneno: unde exorta pestilentia multos occidit, & ipsum regem Godefridum, qui illam ecclesiam paterna sollicitudine curabat, in ecclesia S. Sepulchri sepultus est. Audito ejus obitu frater ejus Baldewinus cognato suo Baldewino juniori commisit Edessam, ipseque cum trecentis viris venit Jerosolymam mense Octobri, superatis vel elusis multis hostium insidiis; & rogatus ab omnibus, ut esset Rex eorum, consensit. Daimbertus patriarcha huic celebritati non interfuit, sed in monte Sion morabatur, quia de quibusdam apud Balduinum fuerat insimulatus. Daimbertus enim, ut refert Tyrius, Godefridum morientem sibi Jerosolymæ, arcis Sionis, & Joppes dominium temporale donasse contendebat, quapropter & literis hortatus est Boemundum, cujus captivitatem ignorabat, ut vel armis ecclesiæ suæ jura vindicaret: civile tamen bellum religionis ruinam & Christianorum interitum in his partibus secum certo traxisset, præsertim cum Francorum numerus tunc ad paucos esset redactus. Quorumdam interventu reconciliati sunt, & die Nativitatis Domini Regem in basilica B. Mariæ apud Bethleem Patriarcha coronavit. Balduinus vero anno sequenti Assur & Cæsaream debellavit, cæsis, qui ibi erant, Saracenis.

Balduinus Godefrido regi Hierosol. succedit.

Aron. vird. Concil. tom. 6. edit. Hard.

LII. Hugo Lugdunensis legatos ad Papam miserat, postulans, ut Hierosolymam ire sibi permitteret: Papa lubenter annuit, eique suam in Asia legationem commisit, monuitque, ut Joannem & Benedictum legatos suos, quos in Galliam mittebat, institueret. Reversis suis missis cum literis Papæ absolutoriis seu discedendi facultate, apud Ansam synodum convocat, ut a suffraganeis suis & diœcesi sua viaticum accipiat. Adfuere cum eo tres Archiepiscopi, scilicet Cantuariensis, Taronensis & Bituricensis, & octo episcopi, ibique pace seu treuga statuta, de via Hierosolymitana locuti sunt, & eos, qui voverant, & voti executores non fuerant, a communione segregarunt, quousque vota complerent. Hugo post hæc Romam profectus est.

Ansanum concilium.

Anselmus Cantuariensis, qui adfuit Ausanæ synodo, post Romanum concilium Lugdunum recesserat. Audita Paschalis Papæ promotione dedit ad eum literas, exponens causas, quibus permotus Angliam reliquerat, oransque, ne sibi reditum imperaret, priusquam ei omnia sua restituerentur, ne spoliatus, quia sedem Apostolicam adiisset, & consuluisset, videretur; quod esset pessimi exempli: sed Deus non multo post tutum ad sedem ejus reditum ei præparavit. Monachus Cantuariensis veniens nuntiavit, Willelmum regem, dum in sylva venaretur, sagitta in corde transfixum statim esse mortuum inconfessum, oravitque, ut ad suos rediret. Anselmus exitum adeo funestum lacrymis prosecutus viæ se dedit. Cluniacum necdum pervenerat, cum sequentes a rege Henrico recepit literas. " Scias, Pater charissime, quod frater meus rex Willelmus mortuus est; ego autem Dei nutu, a clero & populo electus, & quamvis invitus propter absentiam tui Rex jam consecratus, requiro te sicut patrem, quatenus mihi filio tuo, & eidem populo, cujus tibi animarum cura commissa est, quam citius poteris, venias ad consulendum; ne displiceat tibi, quod regiam benedictionem absque te suscepi . . . . . necessitas talis fuit, quia contra me insurgere volebant inimici, & barones & populus noluerunt amplius eam protelari.

CHRISTI AN. 1100. Edmer. l. 3.

Willelmo rege defuncto, cum Robertus ejus frater natu major necdum e Palæstina rediisset: Henricus fratrum minimus congregato Londoniæ clero & populo Angliæ promisit emendationem legum, quibus oppressa fuerat Anglia tempore sui patris & fratris, ut illum in Regem susciperent. Clerus & populus postularunt, ut charta sua communiret libertates & consuetudines, quæ floruerant tempore S. regis Eduardi, & tunc eum in Regem unanimiter consecrarent. Henricus id se facturum cum juramento affirmavit, & apud West-monasterium Rex consecratus est die Assumptionis B. Mariæ Virginis, & Thomas Eboracensis & Mauritius Londinensis ei coronam imposuerunt, & promissa perfecit.

Parisiens

Anselmus autem nono Kalendas Octobris Dofris in Anglia appulit, & summo omnium ordinum concursu & plausu exceptus est. Cum post paucos dies Serberiam ad Regem venisset, ab eo gaudenter susceptus est, postulatusque pro consuetudinibus antecessorum suorum, Regi hominium facere, & archiepiscopatum de manu ejus recipere; ille nequaquam se posse assensum præbere respondit. Interrogantibus quare, quia, inquit, hæc in synodo Romana prohibita sunt. Hæc decreta si Rex susceperit, inter nos firma pax erit: sin minus, inutile est ut maneam in Anglia. Rex his graviter conturbatus est; nolebat enim investituras ecclesiarum perdere, vel Anselmum e regno necdum bene confirmato discedere, ne fratrem suum Robertum, qui nuper redierat, adiret, eumque in Apostolicæ sedis subjectionem deductum Angliæ regem faceret. Inducias igitur usque ad Pascha petiit, quatenus utrimque Romam mitterent, ut Apostolica decreta in pristinum regni usum mutarentur: Angliæ ecclesiis interim in eodem statu manentibus, Anselmus vero suis omnibus revestiretur. Anselmus, quamvis hanc legationem fore inutilem intelligeret, tamen annuit, dimissaque curia, ad sua secessit.

Edmer. l. 3.

Synodus Valentina Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10 Labbe.

LIII. Joannes & Benedictus legati pontificii eodem anno plures in Galliis synodos celebrarunt. Valentiæ pridie Kalendas Octobris convenere viginti quatuor Archiepiscopi & abbates; Lugdunensis Archiepiscopus æger misit suos legatos. Norigandus Eduensis a canonicis suis de simonia & aliis quibusdam accusatus est. Ille eos recusavit, quia pastorem oves accusare non debent, maxime si ejus electioni consenserint . . . . Legatis respondentibus, in causa simoniæ neminem ab accusatione removeri. Accusatores ejus etiam dixerunt, in canonibus se minus exercitatos ignoraſſe in ejus promisso intervenire simoniam, & mox, ut resciverint, prodidisse. Adjecerunt, electionem ejus fuisse reprobatam a Metropolitano, quia per annum & diem in excommunicatione remanendo, archidiaconi officium obtinendo in ecclesia Lugdunensi, cum non esset diaconus. Episcopi dixere, pro usu ecclesiæ Gallicanæ, qui confirmatus erat in concilio Claromontano, purgationem impertiendam ipsi, qui impetebatur. Legati contra canonibus astruebant, accusatorum esse probare quod objecerint. Eduensis sedem Apo-

stolicam

CHRISTI AN. 1100. ſtolicam appellavit. Ejus appellationem non admiſere legati, quia habebant plenitudinem poteſtatis. Nox imminens conventum diſſolvit.

Die ſequenti res ſic terminata eſt: epiſcopis poſtulantibus, induciæ datæ ſunt uſque ad Pictavienſe concilium. Naurigandus interim ſuſpenſus eſt ab officio pontificali & ſacerdotali, cum per ſe ſuosque munera quædam epiſcopis eadem nocte miſiſſet, quæ a quibusdam ſuſcepta, ab aliis rejecta ſunt, quod Cardinales non latuit. Hugo Flaviniacenſis, qui a ſuis monachis pulſus fuerat, ibidem a legatis ad ſuam abbatiam remiſſus eſt cum ſequentibus literis ad monachos: Hugonem abbatem veſtrum, quem ſynodus de abbatia inveſtivit, dilectioni veſtræ commendantes remittimus, præcipientes ex parte Dei, ut Divionem venientes, eum in abbatem veſtrum requiratis, & in manu Divionenſis abbatis promittentes, vos eum ſecure & paterne tractaturos, cum honore debito ad monaſterium eum deducatis . . . . Et quia noſtrum eſt obedire nolentibus aut differentibus præcavere vel obviare: interdicimus omnino vobis in villa Flaviniacenſi, & in omnibus omnino locis ad eamdem abbatiam pertinentibus, divinum officium, donec præceptis noſtris, quæ ſynodus firmavit, obediatis. Parere tamen ſynodo pervicaces monachi renuerunt.

Chron. Urſperg. LIV. Guibertus Ravennenſis Archiepiſcopus, & poſtea per viginti annos antipapa, utraque ſede ejectus ſubita morte præventus, circa idem tempus ad divinum evocatur judicium. Albertus a ſchiſmaticis ei ſuffectus eſt, ſed ipſo die ſuæ electionis captus apud S. Laurentium Romæ retruſus eſt. Theodoricus quidam poſt eum diebus centum quinque pſeudo-pontificatum tenuit, & captus deductus eſt ad Cavenſe monaſterium. Maginulfus ab iisdem tertius Sigibert. chron. eligitur & dictus Sylveſter IV. Auguriis ſimplicem populum ſeduxit, Roma tamen expulſus, exul gravi inopia, miſeriisque afflictus vitam cum crimine finiit. Matiſconenſis epiſcopus, quem ut plures alios, dum Romam pergeret, interceptum in cuſtodia detinuerat Guibertus, poſt ejus mortem liber dimiſſus adiit Paſchalem Papam, & interceſſit pro Æduenſi epiſcopo, qui ad eumdem legatos miſerat. Cardinales Valentinæ ſynodi præſides miſſis actis ſui judicii Paſchal. epiſt. 38. contra rogabant, ut quod decretum fuerat ad honorem Romanæ Eccleſiæ, non infringeretur: quibus per Matiſconenſem epiſcopum reſcripſit Papa, ut juſtitiæ faverent. Equidem Papa ante aliquot menſes Æduenſi ſcripſerat tanquam legitimo epiſcopo, ejusque eccleſiæ privilegia confirmaverat; ſed cum ejus electionis vitium tunc ignoraret, ejus literis Æduenſis cauſa parum juvabatur.

Pictavienſis ſynodus Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Labbæ. LV. Pictavienſis ſynodus, ad quam legati pontificii hanc cauſam remiſerant, decimo quarto Kalendas Decembris ejusdem anni celebrata eſt. Adfuere octoginta tum epiſcopi tum abbates . . . Norigandus Æduenſis venit cum Cabilonenſi, & Dienſis a Lugdunenſi miſſus eſt, ut partes Æduenſis ſua vice tueretur: venere & triginta quinque canonici Æduenſes accuſatores. Retractatis quæ in ſynodo Valentina dicta fuerant, ei, repugnantibus licet legatis, locus ſe ſtatim purgandi cum idoneis perſonis conceditur, pro uſu Gallicanæ eccleſiæ. Non admiſſis ad purgationem Cabilonenſi & Dienſi epiſcopis, qui ei favebant. Turonenſis Archiepiſcopus & alii plures ſe purgationis adjutores obtulere: quibus dixere canonici, ne illius communione contaminarentur, cujus mores ignorabant, aſſerentes, quod, ſi pro eo ſacramentum dicerent, ſe, quotquot erant canonici, eorum perjurium ratione & ſacramento declaraturos, & judicio ignis probaturos. Hoc dictum eos ab incepto prohibuit. Itaque ſtolam & annulum reddere rogatus eſt, quamvis ejus fautores ſedem Apoſtolicam appellarent. Ipſe retro altare ſecedens cum ſuis, nec judicio parere voluit, nec ad conſeſſum remeare, ut præcipiebatur, aſſenſit: Quamobrem ab epiſcopali & ſacerdotali officio eſt omnino depoſitus; & niſi obediret, ab eccleſiæ liminibus ſegregatus, omnesque, qui ulterius ei ut epiſcopo obedirent, æterna maledictione mulctantur, vel qui ei opem ferrent in pertinacia perſiſtendi. Nihilominus tamen ſuæ dignitatis inſignia retinuit; ſed epiſcopatus reditibus eum ſpoliarunt canonici. Lugdunenſis Archiepiſcopus id ægre tulit, quod extra provinciam ſuam, ejus ſuffraganeus a legatis fuiſſet judicatus, nec ad ſe, qui Metropolitanus & Primas erat, cauſa delata fuiſſet, ſecundum ſcita canonica; ſed hanc a canonicis prius delatam ipſe de benignitate legatorum confidens reſpuerat. Præterea decreverunt, ut omnis eccleſia jura ſua & feuda redimere poſſet. CHRISTI AN. 1100.

Ibid. Annal. Aquit. In eadem ſynodo agitata eſt cauſa Philippi Francorum regis, qui Bertradam revocaverat. Legati cardinales poſt concilium Valentinum eum convenerant, ut ad reſipiſcentiam hortarentur; ſed cum nihil profeciſſent, tunc adverſus eum ſententiam pronuntiare decreverunt. Philippus id præſentiens, Guillelmum Aquitaniæ ducem per literas rogavit, ne tantam ſibi injuriam in urbe ſua fieri pateretur. Dux, qui præſens aderat, legatis & epiſcopis urbe ut excederent, imperavit. Impetrata diei unius ad deliberandum mora, Joannes legatus de nocte vidit S. Hilarium admonentem, ne minis ullis ab incepto deterreretur, non permiſſurum Deum, ut quidquam ex eo detrimenti caperet. Legatus viſum ſuum Guillelmo duci cum poſtridie retuliſſet, quidvis agendi poteſtatem obtinuit. Itaque Regem & Bertradam excommunicavit ſynodus. Rem aliter narrat Gaufredus Groſſus monachus Turonenſis, author coætaneus. Willelmus dux, inquit, comperta Regis excommunicatione, cum eſſet totius pudicitiæ & ſanctitatis inimicus, timens, ne ſimilem vindictam pro conſimilibus delictis pateretur, juſſit omnes antiſtites deprædari, flagellari, occidi. Id ejus miniſtris facere incipientibus epiſcopi & abbates omnes diffugiunt. Bernardus abbas Tyronenſis, & Robertus Abreſſellenſis ſoli conſtantes in loco ſynodi perſtitere Regem excommunicantes, cum pro Chriſto mortem vel contumeliam pati glorioſiſſimum ducerent. Eidem ſynodo tribuuntur ſexdecim canones; ſed pertinent ad aliud Pictavienſe concilium, quod anno milleſimo ſeptuageſimo octavo celebratum eſt. Robertus de Abriſcellis circa idem tempus cœpit dignoſci in Pictonibus, & incœpit locum fontis Evardi ædificare, & fratres & monachos adjuvare in pluribus locis, qui ſub diſciplina ſua religioſe vixerunt. Vita S. Bernard. Tyron. abb.

Edmer. l. 3. LVI. Henricus Angliæ rex tunc uxorem ſibi expetiit Mathildem Malcolmi Scotorum regis & S. Margaritæ filiam. Hæc inter ſanctimoniales ab infantia in monaſterio nutrita & adulta, credebatur a multis in ſervitium Dei a parentibus oblata, præſertim cum ſæpe viſa fuiſſet velata, quod erat nuptiarum impedimentum. Ipſa ea de cauſa adiit Anſelmum, & penitus ſe negat oblatam, vel aliquando ſua voluntate fuiſſe velatam: fatetur tamen, ſe portaſſe velum, timens amitam ſuam, quæ ſervandi ſui corporis cauſa contra furentem Normannorum libidinem, nigrum panniculum ejus capiti ſuperpoſuerat, quem quidem in ejus præſentia gerebat, ſed clam ſæpius abjectum pedibus conculcarat: quin & ejus pater ei detraxerat, conteſtans ſe comiti Alano eam potius in uxorem, quam in contubernium monialium prædeſtinaſſe.

Ibid. Anſelmus his auditis differt ſententiam, & cauſam judicio religioſarum perſonarum determinandam pronuntiat. Epiſcopos igitur & abbates, & viros nobiles in villa S. Andreæ convocat, rem proponit: prodeunt teſtes Mathildis verba vera proteſtantes. Willelmus Cantuarienſis & Humbaldus Serberienſis, archidiaconi, quos in ejus monaſterium miſerat Anſelmus, ut de ejus velatione inquirerent a ſororibus, eadem teſtantur. Omnes rogati, ut ſecundum Deum proferrent ſententiam, reſpondent poſt maturam deliberationem: Perſpecta re, ſibi videri nulla ſententia poſſe Mathildem jure conſtringi, quin libertate corporis ſui, quoquo modo legaliter vellet, valeat uti, affirmantque, ſimilem ſententiam a Lanfranco in pari cauſa fuiſſe prolatam: Anſelmus tamen, priuſquam nuptias benediceret, quæcumque in ea cauſa fuiſſent geſta & judicata, publice denuntiavit, omnibusque Dei authoritate præcepit, ut, ſi quis aliter ſentiret, & noſſet aliquid, unde matrimonium ſecundum legem Chriſtianam fieri non deberet, nihil hæſitans coram proferret. Omnibus acclamantibus, eſſe juſte definitum, legitime conjuncti ſunt Henricus & Mathildis: Anſelmus tamen propterea calumniam paſſus eſt, quaſi in gratiam Regis a rectitudine declinaſſet.

Ibid. Guido Viennenſis Archiepiſcopus, qui poſtea fuit Romanus Pontifex, circa idem tempus in Angliam venit, functurus, ut dicebat, legatione totius Britanniæ, ex præcepto ſedis Apoſtolicæ. Quod auditum omnibus in admirationem venit. Inauditum ſcilicet in Britannia cuncti ſcientes, quemlibet hominem ſuper ſe vices Apoſtolicas gerere, niſi ſolum

Christi An. 1100. & 1101. lum Archiepiscopum Cantuariæ. Quapropter sicut venit, ita reversus est, a nemine pro legato susceptus, nec in aliquo legati officio functus. Paschalis vero Papa, datis ad Anselmum literis, hortatur, ut ecclesiarum statum in Anglia secundum Romanæ Ecclesiæ sanctiones corrigat, & censum B. Petri solvi curet. Tum addit: Significamus præterea dilectioni tuæ, Robertum Normannorum comitem questum apud nos esse adversus Anglorum regem, qui contra sacramentum hoc regnum invaserit: Et nosti, quia eidem comiti debemus auxilium pro laboribus, quos in Asianæ ecclesiæ liberatione laboravit. Idcirco volumus, ut, si necdum inter eos pax composita est, te satagente componatur. Demum ei significat, se iis rebus procurandis adjutores mittere nuntios suos, Joannem episcopum Tusculanum, & Tiberium suum familiarem. Uterque in itinere cum obvium habuisset Hugonem Lugdunensem, ejus precibus inductus, Norigandum Æduensem anno superiori depositum restituit, post quam Hugo & Cabilonensis episcopus eum sacramento affirmassent innocentem, & Joannes eumdem in Palæstina cum Hugone proficiscentem, in ecclesiam suam reduxit, quod priores legati gravissime tulere: Papa tamen absolvit canonicos Æduenses, quos Hugo excommunicaverat, eo quod hanc causam non ad ipsum, sed ad Romanos judices detulissent, & quædam ecclesiæ suæ prædia pro litis sumptibus alienassent. Hugo vero cum Dienſi episcopo in Palæstinam navigavit.

Paschal. P. epist. 4. tom. 6. Concil. ed. Hard.

Chron. Vird.

Philippus Francorum rex procuraverat, ut Stephanus de Guerlanda magnæ nobilitatis clericus eligeretur Belvacensis episcopus. Ivo Carnotensis statim ad eosdem legatos & Papam datis literis, instantissime egit, ut rejecta ejus electione, illum promoveri non permitterent, si famæ suæ & multorum saluti consulere velint: siquidem prædictus Stephanus necdum subdiaconus sit illiteratus, aleator, mulierum sectator, & propter publicum adulterium ab Hugone Lugdunensi excommunicatus . . . . Postea tamen ejusdem precibus victus, commendatitias litteras apud Papam Ivo concessit, in quibus unum in eo reprehendi dicit, scilicet quod necdum sit in sacris ordinibus, accusationemque adulterii reddit incertam. Addit tamen, si in eo aliquid criminosum, vel quod sacris canonibus obviet, repertum fuerit, pro hujusmodi non est nostrum apud sedem justitiæ intercedere, nec vestrum inordinatis precibus aurem præbere. Stephanum Papa rejecit, Ivonemque graviter objurgatus est de literis commendatitiis. Cui ille rescripsit, se impense lætatum de Stephani rejectione, & de Papæ paterna propter eum invectione. " In literis, inquit, vestris, quam constans sit in vobis amor justitiæ & zelus domus Dei, liquido mihi apparuit, & me publicante fere omnibus regni nostri ecclesiis ad laudem divini nominis innotuit. „

Ivon. Carnot. epist. 87. & 89.

Epist. 95.

Robertus Normanniæ dux anno subsequenti millesimo centesimo primo in Angliam cum exercitu trajecit, ut regnum jure natalium sibi debitum recuperaret. Plerique proceres ad ejus partes transierunt. Henricus rex rebus prope desperatis, & nulli jam fidere valens, Anselmi auxilium implorat, promittitque, se ei jura totius Christianitatis in Anglia exercendæ relicturum, & decretis Apostolicæ sedis se perpetuo obediturum. Anselmus proceres, qui cum Rege erant, convocat, hortaturque, ut juratam Regi fidem conservent, eisque persuadet. Robertus amissa fide, quam in principum traditione habebat, & timens excommunicationem, quam ei denuntiarat Anselmus, si ab incœpto non desisteret, paci acquievit, quæ facta est his conditionibus, ut, qui diutius viveret, hæres alterius esset, si absque filio moreretur; Henricus vero Roberto tria millia marcarum solveret.

Edmer. l. 3.

Allord. tom. 4.

Robertus vix in Normanniam se receperat, cum Henricus rex Paschalis Papæ literas recepit, quibus investituras ut legi divinæ contrarias ei denegabat, & repulsam emollire tentabat, quasi nec quidquam ejus potestati detraheret, nec ipse novum aliquid in episcoporum promotione sibi vindicaret, promittitque, quod, quidquid deinceps postulaverit, quod salva conscientia concedi possit, libentius indulgeret. Rex promissorum immemor vocat Anselmum, homagiumque ab eo exigit, atque ut eos, quibus episcopatus vel abbatias daret, pro more decessorum suorum ipse consecraret, aut statim regno excederet. Anselmus religione se prohiberi quominus alterutrum faceret, siquidem investituras sub excommunicatione Papa prohibuerat, & Cantuariam reversus est.

Paschal. P. ep. 93. edit Hard. & 96. Labbè.

Edmer. l. 3.

Christi An. 1101.

Wintoniæ postea convenientibus episcopis, Anselmus eorum precibus inductus duos monachos Romam destinavit; Rex vero tres episcopos, qui causam hanc apud Papam instantius prosequerentur. Gerardus antea Angliæ cancellarius, & nuper de Herefordiensi factus Eboracensis Archiepiscopus, legationis fuit princeps, ut simul pallium sibi postularet. Anselmus interea scripsit tractatum de processione Spiritus sancti, quem a Patre Filioque procedere probat. Primo quidem rationibus convenientiæ & metaphysicis parum efficacibus. Secundo iis scripturarum testimoniis, quibus nunc utuntur Theologi. " Pater tamen, inquit, & Filius unicum sunt S. Spiritus principum, quippe qui ab eis procedit, non quatenus sunt duæ personæ realiter distinctæ, sed ut sunt unus Deus. „ Græcorum objectionibus deinde respondet, quarum præcipua petitur ex his verbis D. Joannis, quæ in symbolo leguntur: qui ex Patre procedit. Hinc Græci conquerebantur, quod Latini ipsis inconsultis hanc vocem, Filioque, symbolo addiderint. Anselmus, ut huic objectioni respondeat, observat, in scripturis uni personæ sæpe attribui quæ tribus communia sunt: ac proinde Joannis verba de Spiritu sancto, qui ex Patre procedit, non excludunt Filium, ex quo Spiritum sanctum procedere alii textus insinuant. Additionem vero symbolo factam ait fuisse necessariam, ne plebem Christianam seducerent aliqui novatores, qui Spiritum sanctum a Filio procedere jam aperte negabant: quod in Ecclesia semper creditum fuit: & consequenter Græcos de re minime dubia consulere non fuit necessarium, & aliunde non permittebat difficultas temporum.

Joan. 15.

Illud opus misit Valerano Naumburgensi episcopo in Saxonia, qui eum de processione S. Spiritus & azymis consuluerat, & simul eum redarguit, quod Henrici schismatici partes adversus S. Petri successorem sequeretur: Eidem respondet, quæstionem de azymis ad essentiam sacrificii non pertinere, quandoquidem in pane, azymo & fermentato fiat consecratio, licet in azymo convenientius. Valeranus non multo post relicta Imperatoris aula in Paschalis Papæ familiaritatem receptus est: aliisque ad Anselmum datis literis, se numquam Henrici schismati favisse, testatus est; sed in ejus aula sicut Josephum apud Pharaonem se esse versatum. Hartwigus Magdeburgensis Archiepiscopus circa idem tempus obiit, vir per multa laudabilis, & ecclesiæ, cui præerat, utilitatibus multum insudans: pro schismate quoque resarciendo inter utramque partem mediator infatigabilis.

Ibid.

Annalist. Saxo. p. 598.

LVII. S. Bruno Carthusianorum parens annis circiter undecim, postquam e Carthusia egressus est, Squiliaci obiit, pridie Nonas Octobris, quo die memoria ejus celebris est in Ecclesia. Morti proximus, convocatis fratribus, totius suæ vitæ cursum replicavit, & postea fidem suam de Trinitate exposuit, sicque concluſit: " Credo etiam sacramenta, quæ sancta credit & veneratur Ecclesia, & nominatim panem & vinum, quæ consecrantur in altari, post consecrationem verum corpus esse Domini nostri Jesu Christi, veram carnem, & verum sanguinem, quæ & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum, & in spem salutis æternæ. „ Quantum doctrina, sanctitate, & miraculis claruerit, multa ejus elogia testantur: tamen cum semper latere elegerit, illius vel ejus ordinis historiam nullus scripsit author prope coævus, nec nisi post quadringentos annos in numerum Sanctorum, quos honorat Ecclesia, relatus est.

S. Brunonis mon. Sur. 5. Octob.

De Carthusiensium institutis circa medium ejus sæculi sic honorifice scripsit Petrus venerabilis abbas Cluniacensis: Servatur in Burgundiæ partibus inter omnes Europæ nostræ monastici ordinis professiones professio quædam, multis aliis ejusdem monastici propositi sanctior & cautior, instituta nostro tempore a magistro Brunone Colonienſi, aliisque magnis & sanctis viris . . . . vestes viliſſimas, ac super omne religionis propositum abjectissimas, ipsoque visu horrendas assumpserunt. Quantitate enim breves & angustæ, qualitate ita vix aspici possint, hirsutæ & sordidæ. Avaritiam, ne nimis venenosa virgulta producere posset, ita radicitus avulserunt, ut certos terminos juxta locorum suorum fertilitatem aut ste-

Petr. Ven. rac. c. 2.

Prima Carthusiensium institutio.

Christi An. 1100. aut sterilitatem, in circuitu cellarum suarum majores minoresve præfigerent, extra quos etiam, si totus eis offerretur mundus, nec saltem quantum pes humanus occupat, terræ spatium acciperent . . . . . & ut non esset eis quandoque necessarium, plus terræ addere suæ possessioni, duodecim tantum monachos cum Priore, ac decem & octo conversis, paucisque mercenariis, in sui ordinis monasteriis esse decreverunt. Præterea ad edomandum suum corpus, carnem ciliciis semper exasperant, continuatisque pene jejuniis corpora affligunt & extenuant. Inde est, quod pane furfureo semper utuntur, & vino sic adaquato, ut merito magis villum quam vinum dicatur. Ab omni carnium esu tam sani quam ægri in perpetuum abstinent. Pisces numquam emunt, sed forte ex charitate datos accipiunt. Die Dominica, & quinta feria tantum caseum vel ova ad vescendum admittunt. Tertia feria ac sabbato, aut legumine, aut olero cocto utuntur: omni secunda, quarta, & sexta feria, pane solo & aqua contenti sunt, semel in die semper comedunt, exceptis octo diebus Natalis Domini, octo diebus Paschæ, octo diebus Pentecostes, Ephiphania Domini & Purificatione S. Mariæ, Annunciatione Domini, quando paschali tempore provenit: Ascensione Domini, Assumptione & Nativitate S. Virginis Matris ejus, & exceptis duodecim Apostolorum, S. Joannis Baptistæ, S. Michaelis, S. Martini, & festo omnium Sanctorum: super hæc omnia more antiquo Ægyptiorum monachorum, singulares cellas perpetuo inhabitant, ubi silentio, lectioni, orationi, atque operi manuum, maxime in scribendis libris irrequieti insistunt. In eisdem cellis debitum regularium horarum, hoc est, primam, tertiam, sextam, nonam & completorium, ecclesiæ signo commoniti, Deo persolvunt. Ad vesperas & matutinas in ecclesia cuncti conveniunt, ibique non perfunctorie, ut quidam, sed intentissime, oculis in terram dimissis, cordibus cœlo infixis, Deo preces & gratiarum actiones persolvunt. Ab hoc more excipiunt illos festivos dies, qui supra scripti sunt, in quibus bis comedunt, & in quibus more monachorum, non per cellas, sed simul habitantium, non solum omnes regulares horas in ecclesia decantant, sed & in refectorio tam post sextam, quam post vesperas communiter edunt. Quibus tantum diebus antiquorum eremitarum æmulatione salutare omnipotenti Deo sacrificium offerunt.

Annalist. Saxo. p. 592. LVIII. Longobardorum quinquaginta millia dubius episcopis Anselmo IV. Mediolanensi, novam pro Palæstinæ defensione suscepere expeditionem. His se conjunxere Willelmus comes Pictavienses cum suis Aquitanis, & dux Welpho cum Bavaris, ita ut armatorum centum millia prope Constantinopolim congregata sint; sed omnes Græcorum perfidia, infidelium insidiis & continuis velitationibus in itinere periere, pauci conscensis navibus in Palæstinam pervenere. Thiemo Salisburgensis Archiepiscopus captus, cum fidem Christianam abnegare nollet, in cruciatibus martyr vitam finiit. Balduinus Hierosolymorum rex cum exercitu septem mille peditum, & mille equitum, ingentes Saracenorum exercitus bis ingenti cæde prostratos fugavit, ut refert venerabilis abbas Gerbertus, qui crucem Dominicam ferebat, affirmatque, post ejus intuitum hostes se fugæ præsidio commisisse; sed Jerosolymæ tanta fuit mortalitas, ut trecenta cadavera singulis diebus exportata numerarentur; cessavit ipso die festo Nativitatis sanctæ Dei Genitricis: sequenti die triginta naves onerariæ, quæ Christianis Joppen frumenta deferebant, divinitus servatæ sunt: has enim dum hostium classes invadere niterentur, per virtutem sanctæ crucis, quæ jubente Rege in littore in altum levabatur, adeo repressæ sunt, ut nullo conatu vel unam de tot navibus loco moveri posse, tam pagani, quam Christiani mirarentur.

Christi An. 1102. Ibid. p. 597. LIX. Henricus Imperator anno millesimo centesimo secundo Natale Domini Moguntiæ celebravit, habitoque cum principibus colloquio, Romam se profecturum, ac generale concilium Kalendis Februarii inibi habiturum condixit, ut sua & Papæ Paschalis causa canonice ventilata, Catholica inter regnum & sacerdotium firmaretur unitas. Constat tamen, nec ipsum juxta placitum venisse, nec nuntia dignitati Apostolicæ subjectionem professentia misisse: nec hoc latet, quod alterum Papam superponere conatus sit, nec perfecerit.

Transacta post hæc media Quadragesima, convenientibus universis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tusciæ, totiusque Italiæ simul præsulibus, Ultra-montanorum autem plurimorum Patrum legatis, synodus magna Romæ est habita: ubi præter antiqua Patrum instituta more solito reverenter confirmata, præsens schisma cum suis authoribus & fautoribus sequenti anathemate damnatur, cui singuli deinceps etiam absentes subscriberent . . . . " Anathematizo omnem hæresim, & præcipue eam, quæ statum præsentis Ecclesiæ perturbat, quæ docet & astruit, anathema contemnendum, & Ecclesiæ ligamina spernenda esse. Promitto autem obedientiam Apostolicæ sedis Pontifici domino Paschali, ejusque successoribus, sub testimonio Christi & Ecclesiæ, affirmans quod affirmat, damnans quod damnat sancta & universalis Ecclesia. „ Hanc etiam sententiam in Imperatorem Henricum idem Apostolicus tunc promulgavit: " Quia tunicam Christi scindere, id est, Ecclesiam rapinis & incendiis vastare, luxuriis, perjuriis, homicidiis commaculare non cessavit, primo a beatæ memoriæ Gregorio, deinde a sancto viro Urbano prædecessore meo propter suam inobedientiam excommunicatus est atque condemnatus: nos quoque judicio totius Ecclesiæ anathemati perpetuo eum tradimus. „ Id notum volumus omnibus & maxime Ultra-montanis esse, quatenus ab ipsius se contineant iniquitate.

Christi An. 1102. Ibid. & Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè *Lateranensis synodus*.

In eadem synodo statutum videtur, ut prædictum juramentum fidelitatis & obedientiæ Romano Pontifici præstarent Archiepiscopi, priusquam pallium reciperent: id colligitur ex duabus Paschalis Papæ epistolis, quarum prima est ad Panormitanum, secunda vero ad Poloniæ Archiepiscopum, legendum videtur ad Colociensem, siquidem in ea de Hungariæ principibus agitur, quos admiratione fuisse permotos, Papæ significavit idem Archiepiscopus, quod pallium ei tali conditione obtulerit. Archiepiscopi, qui illud juramentum respuerunt, ajebant, omne juramentum a Christo in Evangelio esse prohibitum, nec ab ipsis Apostolis post Dominum, nec in conciliis inveniri posse statutum. Paschalis Papa respondet: Omne juramentum non necessarium esse prohibitum; illud autem esse necessarium, siquidem multi ab unitate Ecclesiæ, Romani Pontificis obedientia tunc recedunt. Tum addit: " Ajunt, in conciliis statutum non inveniri, quasi Romanæ Ecclesiæ legem concilia ulla præfixerint, cum omnia concilia per Ecclesiæ Romanæ authoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romana patenter authoritas excipiatur. Nonne in Chalcedonensis concilii actione decima sexta statutum est. Ante omnia quidem primatus honorem præcipuum secundum canones antiquæ Romæ Archiepiscopo conservari? Itaque quod censuerunt Rex & magnates a supradicta sacramenti conditione te quiescere, videturne vobis judicium Evangelicum . . . . Numquid Hungarico principi dictum est: Et tu conversus confirma fratres tuos? Numquid hæc nos commodi nostri profectione requirimus, & non unitatis Catholicæ statuimus firmamentum? Possunt Apostolicam sedem contemnere, possunt adversum nos calcaneum elevare; datum a Deo privilegium evertere vel auferre non possunt, quo Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam . . . . Tibi dabo claves regni cœlorum. Cum igitur a sede Apostolica vestræ insignia dignitatis exigatis, quæ a beati tantum Petri corpore assumuntur; justum est, ut vos quoque sedi Apostolicæ subjectionis debita signa solvatis, quæ vos cum beato Petro tanquam membra de membro hærere, & Catholici capitis unitatem servare declarent. In quibus a prædecessoribus nostris ea est adhibita moderatio, ut nihil injuriosum, nihil difficile sit appositum, quod non etiam præter exactionem nostram ab omnibus debeat episcopis observari, qui sub Apostolorum principum Petri & Pauli obedientia decreverunt & unitate persistere. Numquid non ultra vos Saxones Danique consistunt? & tamen eorum Metropolitani, & idem juramentum asserunt, & legatos Apostolicæ sedis honorifice tractant, & in suis necessitatibus adjuvant. „

Paschal. P. epist. 5. & 6. *Obedientiæ juramentum, quod Papæ præstant episcopi.* Matth. 16.

LX. Interim Henrici regis Anglorum, & Anselmi legati Romam advenientes honorifice suscipiuntur, quos cum tacens prudenti examinatione audiisset Pontifex, investituras se concessurum negavit. Regi tamen modeste scripsit, laudans ea, quæ pro ecclesia-

Edmer. lib. 3.

CHRISTI AN. 1102. *Investituræ in Anglia.*

ecclesiarum utilitate & libertate jam egerat. Tum addit: " Confidimus, quia usque in finem eadem sapies, & in eadem probitate persistes, nisi sunt aliqui perversæ mentis homines, qui cor Regum per episcoporum & abbatum investituras divinæ indignationi aptare conantur, quorum in hac parte prava consilia tanquam virus sunt evitanda, ne illum offendas, per quem Reges regnant . . . . . Nec opineris, quia nos quisquam a tua divellet amicitia, si ab investituris abstinueris . . . . . Ecclesiarum siquidem investituras nos sancti Spiritus judicio, Regibus & principibus, imo laicis omnibus interdicimus. Nec enim decet, ut a filio mater in servitutem abducatur, ut sponsum, quem non optavit, accipiat. „ Ex his patet, cur investituras prohiberent Romani pontifices, nempe, quia principes sublatis liberis electionibus, sub investiturarum prætextu conferebant episcopatus & abbatias: durum tamen tanti mali remedium, siquidem summi principes erga ecclesias benefici, jure regali, quod hactenus habuerant, privabantur, dum propter abusum etiam dominiorum temporalium investituræ eis denegantur, & hominium.

Ibid. Anselmo eadem scripsit, quem hortatur, ut consueta constantia Anglicanæ ecclesiæ libertatem tueatur, nec admittat investituras, quas in Lateranensi synodo noverat prohibitas, simulque respondet quibusdam ejus consultationibus. Primo respondet, in periculo mortis positum melius de manu cujuslibet clerici Dominicum corpus accipere, quam de corpore sine viatico exire, dum religiosus sacerdos expectatur. Secundo prohibet, ne clericus pro terrenis lucris faciat hominium. Tertio præcipit, ut discutiat causam Ranulphi, quem Rex in episcopatum restituerat, & nisi sacramento se probet innocentem a gravissimis sceleribus, de quibus accusatus est apud sedem Apostolicam, & septem episcopi pro eo jurent, quod verum dicat, ipsum cum suis literis Romam transmittat; sin autem ad examen Papæ venire noluerit, eum depellat ab ecclesia, quam occupat, aliusque episcopus subrogetur. Hæc data sunt decimo septimo Kalendas Maji.

Edmer. l. 3. Reversis episcopis & aliis, qui Romam directi fuerant, Rex adunatis Londoniæ principibus evocat Anselmum, jubetque, ut paternas consuetudines ultra non neget, aut regno excedat. Anselmus respondit: Inspiciantur allatæ literæ, & salva sedis Apostolicæ obedientia, quantum potero, voluntati Regis obtemperabo. Rex se suas ostensurum negavit. Anselmus coram omnibus suas legit: legati a Rege requisiti contestati sunt, Papam Regi per se mandasse verbis, quod, quamdiu in aliis recte ageret, de ecclesiarum investituris illum æquanimiter toleraret. Hanc autem facultatem literis ei concedere noluisse, ne in aliorum principum venirent notitiam, & ipsi eamdem licentiam usurparent. Anselmi legatis id negantibus, objecerunt alii, hæc in secretis sibi commissa mandatis.

Ibid. Rex his factus animosior insistere cœpit, ut Anselmus sibi hominium faceret, & eos, quibus se daturum protinus episcopatus dicebat, consecraturum sponderet. Anselmus, ne in re ambigua sententiam præcipitaret, Apostolicam sedem rursus consulendam esse dixit: interea si Rex ecclesiarum investituras daret, licet eas ipse non approbaret, tamen nec danti, nec accipienti suam subtraheret communionem, donec sui nuntii redirent; verumtamen nec eos consecraret, nec ab aliis consecrari concederet; sicque sopita est controversia. Tunc Rex veluti cupita potestate donatus, illico duos de clericis suis duobus episcopatibus investivit, scilicet Rogerium cancellarium episcopatu Serberiensi, & alium Rogerium Lardarium suum, Herefordensi.

Londonienſis ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. LXI. Londoniæ post hæc synodo præsedit Anselmus, considentibus Gerardo Eboracensi, & decem aliis episcopis, & duobus noviter investitis. Plerique abbates depositi sunt propter simoniam, alii propter sua flagitia, & viginti novem canones edidit, quos Papa confirmavit. " Primus prohibet, ne episcopi sæculariorum placitorum seu judiciorum officium suscipiant. Quartus, ut nullus archidiaconus, presbyter, diaconus canonicus, uxorem ducat, aut ductam retineat. Sextus. Ut nullus ad subdiaconatum ordinetur sine professione castitatis. Nonus. Ut presbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant. Decimus. Ut vestes clericorum sint unius coloris; ac proinde nigræ vestes necdum erant eis propriæ. Id autem præcipitur, quia sæculares diversi coloris vestes ferebant. Decimus tertius. Ut decimæ nonnisi ecclesiis dentur. Decimus quartus. Ne decimæ aut præbendæ emantur. Vigesimus primus. Ne monachi ecclesias nisi per episcopos accipiant, neque sibi datas ita expolient suis reditibus, ut presbyteri ibi servientes, in his, quæ sibi & ecclesiis necessaria sunt, penuriam patiantur. Hic canon agit de ecclesiis, quas prius possidebant canonici, vel quæ sunt parochiales. Vigesimus quartus. Ne cognati usque ad septimam generationem copulentur. Vigesimus quintus. Ne corpora defunctorum extra parochiam suam sepelienda portentur. Vigesimus octavus, Sodomiticum flagitium facientes, & eos in hoc voluntarie juvantes, gravi anathemate damnat, donec pœnitentia & confessione absolutionem mereantur . . . . . Et ne hujus criminis absolutionem . . . aliquis nisi episcopus deinceps facere præsumat. En casus reservatus, quales ab initio ecclesiæ fuisse probavimus; siquidem publice pœnitentes absolvebat solus episcopus, vel presbyter ab eo specialiter deputatus. Ultimus jubet, ut prædicta excommunicatio singulis diebus Dominicis in tota Anglia innovetur. „ Hoc quippe peccatum, ut in sequenti epistola testatur Anselmus, sic erat publicum, ut vix aliquis pro eo erubesceret. Anselmus de hujus synodi decretis sic scripsit ad Willelmum archidiaconum. Sententias capitulorum concilii expositas nolo vobis aut alicui ad præsens mittere, quia, quando expositæ sunt, non potuerunt ad plenum & perfecte recitari, propterea, quia subito sine præmeditatione sunt prolatæ. Unde quædam videntur addenda vel mutanda, quod nonnisi consensu coepiscoporum volo facere . . . Nomina tamen rerum, de quibus ibi locuti sumus, vobis mittimus... De presbyteris, qui timore non audent fœminas suas relinquere, quod statutum est, servabitur, quia, quamdiu eas in aliqua occasione tenebunt, nec Missas celebrabunt, nec legales erunt, sed tantum usque ad initium Quadragesimæ, si habuerint, qui pro illis caste in ecclesiis serviant, beneficiis ecclesiæ non privabuntur. Willelmus archidiaconus excommunicavit præsbyteros, quia suas uxores reduxerant: ejus sententiam confirmavit Anselmus, sed apud Regem interfuit, ne ejusmodi canonum violatoribus pœnam imponeret pecuniariam.

CHRISTI AN. 1102.

Ibid.

Mathildis bona ſua donat Romanæ Eccleſiæ. LXII. Mathildis comitissa bonorum suorum donationem sequenti diplomate confirmavit. " Anno millesimo duodecimo, decimo quinto Kalendas Decembris: tempore domini Gregorii Papæ VII. in Lateranensi palatio . . . ego pro remedio animæ meæ & parentum meorum dedi & obtuli ecclesiæ sancti Petri per interventum Gregorii Papæ VII. omnia bona mea . . . . quocumque jure ad me pertinentia . . . . & chartulam inde fieri rogavi; sed quia chartula numquam apparet, & timeo, ne donatio mea in dubium revocetur: ideo ego eadem bona dono & offero eidem Romanæ Ecclesiæ per manum Bernardi cardinalis & legati ejusdem ecclesiæ . . . . una cum accessionibus & ingressibus . . . . & per præsentem chartulam offertionis, ibidem habenda confirmo . . . . . Si quid vero ego, quod absit, aut ullus de hæredibus, seu quælibet persona contra hanc chartulam offertionis agere quandoque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quæsierimus: tunc inferemus mulctam auri optimi libras mille, argenti pondera quatuor millia, & quod repetierimus, vindicare non valeamus. „ Actum Canusii. Mathilda subscripsit.

Poſt Re ſch. P. epiſt. 7. Concil. tom. 6. ed. Hard. *S. Otto Bambergenſis epiſcopus.* LXIII. Ruperto Bambergensi episcopo mortuo, Henricus Imperator huic ecclesiæ significavit, ut legatos ad se mitteret, quibus Ottonem suum cancellarium designavit episcopum, eique licet reluctanti annulum & baculum Pastoralem tradidit, sicque investivit. Otto jam duos episcopatus recusaverat propter investituras. Itaque & hunc abdicare statuit, nisi Papa a clero Bambergensi interpellatus eum consecraret. Bambergam pervenit die prima Februarii, anno millesimo centesimo tertio, nudis pedibus nivem calcans, deducente clero, cum aliquot episcopis perrexit ad Cathedralem ecclesiam. Post aliquot dies sequentes ad Papam per legatos direxit literas: " Vobis, Pater sanctissime, & sanctæ Matri nostræ Romanæ Ecclesiæ collum devote submittens, consilium & auxilium de rebus meis flagito. In obsequio enim domini mei Imperatoris per annos aliquot degens: suspectam habens in manu Principis inve-

Christi An. 1103. investituram, semel & iterum, cum dare vellet, renui episcopatum. Nunc vero jam tertio in Bambergensi episcopatu me ordinavit, in quo tamen minime permanebo, nisi vestræ placeat sanctitati per vos me investire, & consecrare. Quidquid ergo placeat discretioni vestræ de me, per nuntios mihi significate servo vestro. „

Ibid. Epist. 73. Paschalis Papa ei rescripsit: "Optata tua, & consilium tuum, virum præferunt sensatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos juvare congruum duximus. Nihil ergo de benevolentia nostra dubitans, tuam nobis, quantocius vales, præsentiam exhibeto. „ Otto cum legatis, & literis ecclesiæ suæ profectus Romam intravit die septima Maji. Paschalem Papam Anagniæ commorantem convenit, atque ad ejus pedes provolutus, veniam de accepta ab Imperatore investitura deprecatus est, & baculum reddidit, quem statim jussu Papæ recepit.

Otto episcopatum magis ac magis reformidans, præsertim propter dissidium inter sacerdotium, & Imperium, illud abjicere constituit. Itaque insalutato Pontifice, jam viæ se dederat, ut privatus cum suis rediret; sed præcepto Papæ a comitibus reductus, die sacro Pentecostes episcopus a Paschali Papa ordinatus est, qui fidelitatis, & obedientiæ juramentum, quod ab omnibus exigebat, ei remisit, permisitque, ut octies per annum cum cruce, & pallio Missarum solemnia celebraret, quamvis tantum quater his insignibus uti ejus prædecessoribus indultum sit. Bambergensi populo Papa scripsit, quod eum juxta eorum desiderium consecrasset, salvo jure Metropolitani. Pasch. P. epist. 8.

LXIV. Ecclesiæ status in Anglia factus est turbatior. Rex rogavit Anselmum, ut, quos investierat episcopos, consecraret. Anselmus respondit. Willelmum quidem consecrabo, non autem alios. Willelmus enim baculum sibi a Rege porrectum suscipere noluerat. Rex iratus juravit, quod unum sine alio non ordinaret, & præcepit ut Gerardus Eboracensis omnes sacraret. Reynelmus, quem Rex in locum Rogerii Herefordensis episcopi assumpserat, his auditis, Regi reddidit baculum, & annulum, qui eum sua gratia, & curia privavit. Gerardus igitur sociatis sibi cunctis episcopis Angliæ, Willelmum, & Rogerium Sorberiensem consecrare voluit, sed Willelmus facti pœnitens se subtraxit. Episcopi mox Regem adeunt, illatæque sibi contumeliæ querimoniam coram illo depromunt. Villelmus in medium deductus persistit in sententia, quapropter rebus suis omnibus expoliatus a regno eliminatur, & frustra pro eo intercessit Anselmus. *Investiture in Anglia.* Edmer. lib. 2.

Ibid. Anno subsequente millesimo centesimo tertio, media Quadragesima, Rex Cantuariam venit, Anselmumque per suos sollicitavit, ut paternas consuetudines sibi non amplius denegaret. Anselmus respondit, Nuntii, quos Romam direxi, reversi sunt; literæ, quas attulerunt, inspiciantur, si quid forte in iis, quod me Regis voluntatem facere permittat, inveniatur. Rex dixit: Quid mihi de meis cum Papa? quæ antecessores mei in hoc regno possederunt, mea sunt: hæc si quis mihi auferre voluerit, meus est inimicus. Cum autem se nihil præter synodum Romanam, quæ prohibet investituras, facere posse insisteret Anselmus: Rex summissa voce ei mandat, ut ipse per se Romam eat, & quod alii nequiverant, sua industria obtineat. Hæc, si placet, inquit Anselmus, usque Pascha differantur, ut audito episcoporum consilio respondeam. Rex hanc dilationem annuit.

Ibid. Anselmus post Pascha Regem convenit. Episcopi ei una voce dixerunt, æquum esse, ut tantæ rei gratia viæ laborem non subterfugeret. Quoniam vultis, respondit Anselmus, ego corpore licet imbecillis, senioque confectus, iter aggrediar; noveritis tamen, quod nihil ecclesiarum libertati, vel meæ honestati contrarium sim postulaturus; Villelmum legatum suum, qui regni causam ageret, Rex cum eo proficisci jubet. Anselmus die vigesima septima Aprilis pervenit in Normanniam, divertique ad Beccense monasterium: ibi suadente Ivone Carnotensi per aliquot menses substitit, dum calores sese remitterent, quo tempore aer insalubris in Italia. Hic legit Papæ literas, nondum enim eas inspexerat, ne, si forte Rex eas requireret inspiciendas, solutumque sigillum videret, eas velut corruptas rejiceret. In eis mendacii coarguebat episcopos, qui Regi secreto se permittere investituras retulerant, atque adversus eos invehitur, sicque concludit: " Episcopos, qui veritatem in mendacio commutaverunt, ipsa veritate, quæ Deus est, in medium introducta, a B. Petri gratia, & a nostra societate excludimus, donec Romanæ Ecclesiæ satisfaciant, & reatus sui pondus agnoscant. Quicumque vero intra prædictas inducias investituram seu consecrationem acceperunt, a consortio fratrum, & ordinatores, & ordinatos alienos habemus. „ Alford. tom. 4. Christi An. 1103.

Anselmum Romam advenientem Papa honorifice suscepit, atque in Lateranensi palatio hospitium habere voluit; denique, quo ejus causa defineretur, assignavit. Willelmus Regis orator petiit, ut Henrico omnes patris, & fratris sui consuetudines Apostolicæ sedis authoritate firmarentur: regni Angliæ statum exposuit, & quanta Romanis beneficia contulisset, & majora promisit, ita ut quidam Romani ei aperte faverent. Willelmus Papam nihil sibi negaturum putans: Quidquid hinc, inquit, inde dicatur, noverint omnes, Regem meum nec pro amissione regni sui passurum se perdere investituras ecclesiarum. Cui Papa: Scias, ecce coram Deo dico, quia nec pro redemptione sui capitis, eas illi aliquando Paschalis Papa impune permittet habere .... Romanorum tamen consilio nonnullos paternos usus Regi concessit, eumque ab excommunicatione immunem ad tempus constituit, iis duntaxat, qui a manu ipsius investituras susceperant, usque ad dignam satisfactionem, sub excommunicationis catena retentis: satisfactionem vero Anselmi dispositioni delegavit, eoumque deosculatus, concessis etiam literis, quibus Cantuariensis ecclesiæ primatus confirmatur, in pace dimisit. Edmer. lib. 3.

Willelmus Regis orator per aliquot dies Romæ remansit, si forte absente Anselmo Papam a data sententia revocare posset: sed nihil obtinuit præter literas, quibus perhumaniter, & amicissime Regem hortabatur, ut investituras dimitteret, & Anselmum revocaret. "Hæc si feceris, inquit, etsi gravia quælibet petieris, quæ cum Deo præberi facultas sit, profecto consequeris. De peccatis, tam tibi, quam conjugi tuæ absolutionem, & indulgentiam faciemus: filium tuum Willelmum tanta tecum eminentia confovebimus, ut qui te vel illum læserit, Romanam læsisse videatur Ecclesiam. „ Datæ Lateranis nono Kalendas Decembris anni 1103. Willelmus iter accelerans Anselmum apud Placentiam assecutus est, & Lugdunum usque pervenit. Anselmo hic per aliquot dies subsistere volenti tunc dixit: Quoniam citato gressu ad Regem festino, quæ mandat ulterius abscondere nolo: si sic ad eum redieris, ut talem te illi per omnia facias, quales antecessoribus suis tui prædecessores se fecisse noscuntur, tunc libenti animo tuum in Angliam reditum volet, & amplectetur. Cui Anselmus: Scio quid dicas, & intelligo. Itaque divisi, Anselmus ab Hugone Archiepiscopo, & clero perhonorifice susceptus Lugduni remansit, Regique scripsit, exponens quid de investituris ei Papa præceperat, & quæ ejus nomine significaverat Willelmus de Warelwast. Tum addit: " Ut autem ita sim vobiscum, sicut antecessor meus fuit cum patre vestro, facere non possum, quia nec vobis homagium facere, nec accipientibus de manu vestra investituras ecclesiarum, propter Papæ prohibitionem, audeo communicare. Unde precor, ut mihi vestram, si placet, mandetis voluntatem. Utrum sic, quemadmodum dixi, possim in pace vera, & officii mei potestate, redire in Angliam. Paratus enim sum, & vobis, & populo mihi divina dispositione commisso, officii mei servitium, pro viribus, & scientia mea, servata regulari obedientia, fideliter exhibere. Quod si vobis non placuerit, puto, si quod animarum detrimentum inde contigerit, mea culpa non erit. „ Ibid. Alford. tom. 4.

LXV. Stephani de Garlanda electionem pro Belvacensi episcopatu cum Papa rescindisset, Belvacenses clerici melioris famæ ex consilio optimatum, & Ivonis Carnotensis, & populi consensu Galonem S. Quintini abbatem, virum vita honestum, liberalibusque studiis, & ecclesiasticis disciplinis ornatum, in episcopum sibi elegerunt. Pauci clerici, quos Stephanus muneribus sibi conciliaverat, Regem adeuntes Galonem criminantur, quod Ivonis Carnotensis fuerit discipulus, atque a Papa electus, ac proinde magnus ei futurus esset adversarius, si foret episcopus. Rex his verbis succensus, electioni consensum dare, vel electo bona episcopalia dimittere noluit. Manasses Remensis Metropolitanus illius causæ definitionem differebat, ne Regem offenderet. *Galo fit Belvacen. episcopus.* Ivon. Carnot. ep. 104.

Christi An. 1103. ep. 102. Ivo Carnotensis frustra eum hortatus est, ut electum consecraret; siquidem liberam electionem clero permittunt canones, & Carolus, & Ludovicus reges in suis capitulariis libere uti suo jure clericis permiserint. Hæc igitur Papæ literis significavit postulans, ut pro sua authoritate, juxta clericorum postulationem, huic ecclesiæ subveniret. Anselmus etiam pro Galone intercessit apud Romanum Pontificem, cujus jussu Galo consecrationem accepit epi-
ep. 105. scopalem; sed prohibente Rege, qui nusquam eum futurum Belvacensem episcopum juraverat, sedis suæ possessionem inire non potuit. Ivo tale juramentum sic sigillat: Si tali sacramento annullari potest canonica electio, nulla ulterius in regno Francorum futura est, nisi aut simoniaca, aut violenta intrusio. In his literis nec Papæ nec Regi parcit: Conqueritur enim quod Romanorum nimia facilitate disciplina laxetur, & inducatur morum corruptio, dum scelestos homines, quos episcopi censuris vel pœnitentiæ subjecere, benignius audiunt, & facilius absolvunt. Tum Papam hortatur, ut, si Philippus rex pœnitentiam per se vel per alios ab ipso acceperit, & fuerit absolutus, & postea ad vomitum sicut prius redierit, statim iisdem excommunicationis catenis religetur, idque literis suis omnibus ecclesiis manifestetur; & qualiter, inquit, me gerere debeam, literis instruite.

Longin. lib. 4. Galo Romam profectus est, legatumque in Poloniam a Papa fuisse missum ferunt, ibique deposuisse duos episcopos, & Ladislaum ducis filium de fonte sacro suscepisse cum episcopis Poloniæ. Fulcone Parisiensi episcopo post biennium mortuo, clerus, & populus Galonem in ejus successorem elegere, qui tum Romam redierat: Ivo Carnotensis Papam literis deprecatus, ut juberet ipsum per manus Senonensis Archiepiscopi transferri in Parisiensem episcopatum, quem ei gratanter pro ejus amore concedunt, Rex, & ejus filius.

Ivon. Carnot. ep. 144.

Christi An. 1104. Idem ibid. *Trecensis synodus*, Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Lab. Papa jam agente Galone Richardum Albanensem episcopum in Gallias legatum miserat, ut regem Philippum sub quibusdam conditionibus absolveret. Richardus Trecis synodum celebravit, quinto Kalendas Aprilis, anno millesimo centesimo quarto. Hubertus Silvanectensis episcopus accusatus est venditionis sacrorum ordinum: sed propter probationis insufficientiam, admissus est ut innocentiam suam jurejurando comprobaret. Ambianorum legati in eadem synodo proponunt se pastore orbatos, unanimiter a clero, & populo electum asserunt Godefridum abbatem Novigenti, virum sanctitate conspicuum, Rege assentiente. Tum omnes, qui Godefridum noverant, Christum summopere laudarunt; sed ille fugam meditabatur: sed interceptus, jubente Cardinali, & episcopis in medium adducitur, cunctis acclamantibus: dignum eum fore ecclesiæ ministrum, ejus electio confirmatur. In ea dignitate sanctitatis, & pudicitiæ custos adeo studiosus extitit, ut infames clericos, vel impuro matrimonio copulatos, non solum a suo consortio, sed etiam a chori ingressu arceret. Præterea lecta, & confirmata sunt: Primo. Donatio villæ Rumiliacensis, quam Molismensi monasterio legaverat Hugo comes Campaniæ. Secundo. Privilegium ecclesiæ S. Petri Trecensis, quo idem Hugo domorum canonicarum libertatem concedebat: Ita ut immunes essent ab omni jurisdictione civili, & nullum prorsus ei vel suis facerent servitium. Illic quoque abbas Arnaldus deponere fecit decanum Mauriacensem ejus præceptis inobedientem.

Ibid. *Balgenc. synodus*. LXVI. Tertio Kalendas Augusti plures episcopi tam Remensis quam Senonensis provinciæ, invitati ab eodem legato convenere in quoddam municipium Aurelianensis episcopatus, nomine Balgenciacum, ad faciendam absolutionem regis Philippi secundum tenorem literarum, quas super hac miserat Papa Paschalis. Convenit etiam Rex, & cum eo Berthrada, & secundum præceptum Romani Pontificis tactis S. Evangeliis parati fuerunt abjurare absolute omnem carnalis copulæ consuetudinem, insuper, & mutuam collocutionem, nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, usque ad Papæ dispensationem. Richardus autem legatus ejus rei decisionem remisit ad episcopos, qui nescio quid conjicientes responderunt, se debere esse hujus consilii comites, & non duces. Cum itaque res indefinita maneret, Rex clamabat se male esse tractatum. Ivo Carnotensis episcoporum nomine Papam rogavit, ut secundum literarum suarum moderationem, & verba quæ Galoni injunxerat, causam ejus temperaret, & imbecillitati Regis, quantum cum ejus salute posset, condescenderet, & terram, quæ ejus anathemate periclitatur, ab eo periculo erueret; præsertim cum dispensationis modus nulli sapientum unquam displicuerit.

Christi An. 1104.

Ibid. Paschal. Papæ epist. 35. *Philippi regis absolutio.* Paschalis Papa receptis his literis alias dedit ad Archiepiscopos, & episcopos provinciarum Remensis, Senonensis, ac Turonensis. " Si Richardus legatus, inquit, jam Franciæ fines egressus est, nos eamdem causam, aspirante Domino, una vobiscum peragendam venerabili fratri Lamberto Atrebatensi episcopo committimus. Convenientibus itaque vobis in unum, si Francorum Rex, & illa ejus lateralis, tactis sacrosanctis evangeliis, omnem carnalis copulæ consuetudinem abjuraverint, mutuum quoque colloquium, & contubernium, nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, numquam videlicet ad idem flagitium redituri, satisfactionem eorum vice nostra vobiscum Atrebatensis episcopus suscipiat, & a vinculo excommunicationis absolvat. „ Datæ Laterani tertio Nonas Octobris. Juramentum a Papa præscriptum Philippus rex nudis pedibus, & Berthrada præstitere Parisiis coram decem episcopis, & absoluti sunt quarto Nonas Decembris.

Ivon. Carnot. ep. 133. *Ivonis Apologia.* Ivo Carnotensis apud Richardum legatum accusatus est, quod simoniam permitteret; qua de re graviter objurgatus, legato rescripsit: " Miror cur hoc solum, vel in sola Carnotensi ecclesia reprehendatur, cum & hoc & multa alia damnabilia in omni pœne Gallicana ecclesia dominentur. Quod autem vobis suggestum est, simoniacam hæresim, me permittente, in ecclesia Carnotensi publice dominari, omnino veritate caret, quia hoc malum ab initio clericatus mei semper exhorrui, & postquam ad episcopatum veni, quantum prævalui, in superficie resecavi . . . . . Si qua autem adhuc sunt, quæ pro consuetudine antiqua exigunt decanus, & cantor, & alii ministri ab his, qui canonici fiunt, me contradicente, Romanæ Ecclesiæ consuetudine se defendunt, in qua dicunt cubicularios, & ministros sacri palatii multa exigere a consecratis episcopis vel abbatibus, quæ benedictionis vel oblationis nomine palliantur, cum nec calamus nec charta gratis ibi, ut ajunt, habeatur. Et nihil habeo, quod respondeam.

Alford. tom. 4. *Anglicanæ ecclesiæ miserstatus.* LXVII. Henricus Angliæ rex ubi primum a Willelmo suo legato audiit Anselmum Lugduni substitisse, reditus ejus episcopales fisco addixit, eique scripsit: dolere se quod secum esse nollet, sicut cum patre suo fuerat Lanfrancus ejus prædecessor: sic enim libenter eum susciperet, & pares honores, & amicitias ei detulisset. Addit se Papæ legatum esse missurum, & responso ejus accepto mandaret quod Deus annueret: & aliquid de ejus reditibus ei permisit. Anselmus Lugduni Quatuordecim menses remansit: hinc innumera per Angliam mala emerserunt: quæ quidam ejus familiaris, ut eum ad reditum excitaret, sic describit in suis literis: " Ereptus es periculis nostris, fortasse sentires, quod nos perpeti cogimur: sublimari ad sacros ordines quosdam de curialibus, quibus nec canonica electio, nec justitia consentit . . . . . principum injustam tyrannidem, rapinas pauperum, & damna ecclesiarum, adeo ut locus corporis, & sanguinis Domini libertatem amittat: gemere viduæ, flere senes incommoda sua, eo quod eripiatur eis satis angusta victus sui portio: rapi virgines, & illicito incestari concubitu: quodque omnium pessimum est, sacerdotes uxores ducere . . . . Pater sancte, si quispiam incarceratum, & afflictum te evisceraret, hoc modo recessisse non debueras: quanto magis cum nihil horum expertus fueris, nec sedes tua tibi negata sit? sed pro uno verbo cujusdam Willelmi fugere decrevisti, & relicto hoste, dilacerandas impiis oves tuas dimisisti. „ Hinc hortatur ut redire festinet, dum licet adhuc morbum ejicere: in promptu enim adhuc multos reperiet, qui cum ipso partes Dei viriliter defendant. Papa circa idem tempus coacta Lateranensi synodo, comitem de Mellento, ejusque complices, qui Regem ad investituras retinendas impellebant; nec non illos, qui ab eo investiti fuerant, a liminibus ecclesiæ repulit, idque Anselmo literis significavit. Sententiam autem adversus Regem distulit, quia legatos ejus expectabat. Mathildis regina causam Anselmi apud Regem infimis precibus agebat, eumque literis consolabatur. Anselmus vicissim ei gratias egit.

LXVIII.

CHRISTI AN. 1104. Annal. Saxo. p. 598.

LXVIII. Henricus Imperator interim anno milleſimo centeſimo tertio, Natale Domini Moguntiæ celebravit: ubi principes convenerunt. Emehardus Wirceburgenſis epiſcopus inter Miſſarum ſolemnia publice dixit, quod Imperator filio ſuo Henrico regi rerum ſummam dimittere vellet, ut Domini ſepulcrum ipſe viſitaret. Indeque favorem maximum tam vulgi quam principum, clericorum, regnique totius fallendo acquiſivit, multoſque ad ejus itineris comitatum ſe præparare voto ipſe ſuccendit. Omnes enim eum ut Imperatorem venerabantur, & principes frequenter ad ejus curiam veniebant: ſed animadvertentes quod eos deciperet, adverſus eum conſpirarunt: & quia Saxones honorabilius tractabat quam alios indigenas, Sigehardus comes præ cæteris ei familiaris in ſeditione capite truncatus occubuit. Henricus anno ſequenti Muguntiæ ſancto Paſcha peracto Leodium venit. Theodoricus comes Saxonicus quoſdam Magdeburgenſes, qui ſequebantur Imperatorem, ad illius injuriam deprædatus eſt, & canonicum detinuit, imponens ei ſimoniace epiſcopatum affectare. Imperator his compertis nimium indignatus congregato exercitu, Henrico filio comitante, expeditionem adverſus Theodoricum direxit. Sed cum in Frideslar conſediſſet, orta eſt diſſenſio inter eum & filium. Nam deteſtabatur eum filius, ut omnes fideles, quia denuntiabatur excommunicatus a tribus Pontificibus: & aſſumens quoſdam de patris familiaribus, ſecundo Idus Decembris clam diſceſſit, & in Bavariam divertit. Imperator id ubi comperit, Moguntiam revertitur. Anno Domini milleſimo centeſimo quinto Henricus rex quintus illius nominis bellum adverſus patrem Imperatorem in Bavaria parat, machinantibus Thiepoldo marchione, Beringero comite, & Ottone nobili, quorum conſilio & adjutorio a patris latere diſceſſerat. Idem regia S. Pantaleonis chronica teſtantur. Non igitur hortante Papa filius adverſus Patrem rebellavit, ut ſcripſit quidam recentior, in hiſtoria eccleſiaſtica celebris, cujus errata in præcedentibus tomis correximus: dogmaticam operum polemicorum S. Auguſtini, aliorumque Patrum ſynopſim, quam non attigit, dedimus, & proprios eorum ſcribendi characteres: occurrentes paſſim difficultates, quas inſolutas relinquit, paucis ſolvimus; aliaſque non paucas ejus omiſſiones ſupplevimus: novatores, quibus equidem non adhæſit, ſed pepercit, impugnavimus, & præſumptas opiniones reſpuimus: in præſenti tomo, non parum ab eo diſſentimus. Partium enim ſtudio vel odio non parum erraſſe videtur.

Ibid. Henricus junior poſt Natale Domini nuntios Romam dirigens, anathematizat ſchiſma, & ſedi Apoſtolicæ debitam profitetur obedientiam, quærens conſilium propter juramentum, quod patri juraverat, numquam ſe regnum ſine ejus licentia & conſenſu invaſurum. Apoſtolicus ut audivit inter patrem & filium diſſidium, ſperans hoc a Deo eveniſſe, benedictionem Apoſtolicam ei miſit per Gebehardum epiſcopum Conſtantienſem, & de hoc commiſſo promittens abſolutionem, ſi vellet Rex juſtus & gubernator eſſe Eccleſiæ, quæ per negligentiam patris ſui jam dudum turbata eſſet. Henricus rex mox ut banni abſolutionem ab epiſcopo accepit, caſtellum munitiſſimum occupat. Imperator ſtatim poſt Epiphaniam legatos de pace direxit in Bavariam, Colonienſem & Trevirenſem Archiepiſcopos, & ducem Fridericum ad filium, qui reſpondit, ſe nulla ratione Imperatori communicare poſſe, niſi prius abſolvatur ab excommunicatione.

Ibid. Media Quadrageſima maxima pars principum Saxoniæ Quintineburgi convenerunt, quibus per legatos omnem fidem & juſtitiam promiſit, ſi ei de regno obtinendo aſſenſum præberent. Illi ex communi conſenſu Regi fidem & ſervitium per eoſdem demandarunt, & ut ad ſe veniret, invitaverunt. Itaque Rex ad Saxones convertitur, a quibus honorifice ſuſceptus eſt, atque in brevi omnibus Saxoniæ civitatibus potitus, conſilio & miniſterio Rothardi Moguntini, & Gebehardi Conſtantienſis epiſcopi Saxoniam Apoſtolicæ ſedi reconciliavit.

Henricus filius poſt Paſcha Goslariam venit, ibi generale colloquium cum Saxoniæ principibus habuit qualiter eorum conſilio ſua ordinaret, & eccleſiam a ſchiſmate ad unitatem revocaret. Aderat Apoſtolicæ ſedis legatus Gebehardus Conſtantienſis, qui Regem cum ſuis omnibus abſolverat, & Widelonem Mindenſem epiſcopum omnium ſcelerum Imperatoris & ſpurcitiarum authorem jam depoſuerat: hic cum Rothardo Moguntino ſynodum habere decrevit in villa regia, quæ Northuſum dicitur, in ea quarto Kalendas Junii, ſimoniaca hæreſis Patrum conſuetudine condemnata, Nicolaitarum, ſeu clericorum fornicaria commixtio eſt ab omnibus abdicata. Jejunium menſis Martii hebdomada prima Quadrageſimæ: jejunium vero menſis Junii in ipſa hebdomada Pentecoſtes Romano more celebrandum, a præſcriptis præſulibus Apoſtolica authoritate indicitur, & pax Dei confirmatur. His vero qui a pſeudo-epiſcopis fuerant conſecrati, per catholicam manus impoſitionem reconciliatio proximo jejunio danda promittitur.

CHRISTI AN. 1105. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Ingens ibi cum epiſcopis & clericis etiam abbatum & monachorum eccleſiaſticam ſitiens unitatem turba confluxerat. Henricus junior, qui ſynodo non interat niſi vocatus, tandem in abjecto prodiit habitu, locoque ſtans editiori, obortiſque lacrymis Deum teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate regnum invaſiſſe, nec patrem & dominum ſuum ab Imperio deponi velle, immo debitam inobedientiæ ejus ſemper compaſſionem exhibere: Quod ſi S. Petro & ejus vicario lege Chriſtiana ſubjici vellet, ſe regno cedere, & illi ſerviliter ſubjici ſpondebat. Quæ verba omnis multitudo collaudans, tam pro patris converſione, quam pro filii proſperitate lacrymas & preces effudit, voce magna, Kyrie eleyſon, declamans. Eadem hora Otto Hildenheimenſis, & Henricus Paderbornenſis, ac Fridericus Halberſtadenſis, epiſcopi, veſtigiis Metropolitani proſtrati, ipſius atque Regis ſtantis, totiuſque præſentis eccleſiæ teſtimonio, Apoſtolicæ ſe dederunt obedientiæ: quorum etiam commiſſa Apoſtolico nihilominus judicio reſervantur, ſub officii ſui tantum ſuſpenſione. Rex Henricum de Salſe Magdeburgenſis eccleſiæ jam dudum deſignatum Archiepiſcopum, ſed ab amicis Imperatoris expulſum conſecrari conſtituit. Geberhardus Conſtantienſis & Rothardus Moguntinus ſabbato S. Pentecoſtes ordines celebrarunt, & ordinatos Udonis Hildenisheimenſis ſine albis, & Henrici Paderbrunenſis albis indutos, inter ordinandos locarunt, & per manus impoſitionem redintegrarunt. Hæc omnia iiſdem pœne verbis referunt, Conradus abbas Urſpergenſis & regia chronica S. Pantaleonis, & laudatus annaliſta Saxo.

Annal. Saxo. p. 604.

Ibid.

Bruno Trevirenſis anno tertio ſuæ ordinationis Romam profectus, a Paſchali Papa honorifice ſuſceptus eſt: ſed quoniam epiſcopalia, annulum videlicet & baculum per manum laicam ſuſcepiſſet; & quia eccleſias dedicaſſet, & clericos necdum pallium conſecutus promoviſſet, multum aſpere correptus eſt; & decernente epiſcoporum ibi congregatorum concilio Pontificatus officium depoſuit; quod tamen ipſis intervenientibus, quia diſcretio ejus & prudentia officio & tempori congruens erat, & poſt triduum non ſine admiſſorum pœnitentia, recuperavit. Injuncta ei pœnitentia eſt, ut, quoties in ſpatio trium annorum proximorum Miſſarum ſolemnia celebraret, dalmaticis non uteretur: quod ipſe humiliter implevit; deinde pallii honore donatus remeavit: Bruno fuit conſtans in oratione, devotus in eleemoſynarum largitione, pius in viduarum & pupillorum defenſione. Henrico Imperatori ejuſque fautoribus in ſacris non communicabat; Cæſari tamen, quæ ſunt Cæſaris, fideliter reddebat.

Annal. Saxo. p. 605. & ſeq.

Henricus junior poſt hæc aſſumptis ſecum Saxonibus volens Rothardum Archiepiſcopum Moguntinum, diu ab Imperatore expulſum, ſuæ ſedi reſtituere, venit ad Rhenum, ſed eum pater a tranſitu prohibuit: itaque dimiſſo exercitu Ratiſponam ſe contulit, quo eum ſecutus eſt Imperator. Et filius vix effugit, ſuoſque collegit. Utriuſque partis duces prælium exhorruere. Sed Imperator ſecretis filii ſui nunciis ſuos adverſum ſe conſpiraſſe cognovit. Latenter igitur cum paucis e caſtris ſubtrahitur: cujus fuga cognita omnes pariter fugere. Rex civitate Spira, patriſque ibi reconditis theſauris potitus, Gebehardum Hirſowecenſem abbatem evexit ad Spirenſem epiſcopatum. Altera die, nempe ſecunda Novembris, Theodoricum S. Albani abbatem ad eum direxit Imperator, obteſtans per Deum, ut recordaretur ſe patrem ejus eſſe, & ne tam pertinaciter eum a regno vellet pellere. Ille audire diſtulit, eique mandavit, ut feſtinaret ab urbe digredi, ne ab inimicis occuparetur; qui ſtatim egreſſus ad caſtellum Hermeſtein venit. Rex vero Moguntiam venit, & re-

Henricus Imperator a ſuis proditus.

Christi An. 1105. & revocavit Rothardum Archiepiscopum, qui statim clerum & populum Apostolicæ reconciliavit ecclesiæ.

Imperator videns multitudinem principum undequaque confluere Moguntiam, & certior factus, quod Rex in Natali Domini generalem ibi conventum habere statuisset, cui interessent legati Apostolici, præmisit Palatinum comitem, & Willelmum comitem, si forte possent conditum placitum impedire; sed Regi cum magno exercitu occurrenti cum resistere non valerent, noctu fugerunt. Tunc Imperator nuncios misit ad filium, rogans ea quæ pacis sunt; qui venit ad eum trans flumen, cujus pedibus pater se advolvens, quia filius & sanguis suus esset, ut recordari vellet, præmonuit: Contra filius patris genibus advolutus rogabat, ut Papæ & omni regno vellet obedire: quod si nollet, Deum patrem se habere, & terreno patri velle renuntiare. Vespere uterque ad hospitia rediere: pater per noctis tenebras aufugere tentavit, sed vallatus ab inimicis non potuit. Rex mane assumptum patrem invitum in castellum deduxit, & in vigilia Natalis Domini Spirensi episcopo diligenter custodiendum commisit, & depositis custodibus, ne quid tentaret, ipse venit Moguntiam.

Ibid. *Conventus Moguntinus.* Omnes episcopi & principes Germaniæ eo confluxerant. Aderant Papæ legati, Albanensis & Constantiensis episcopi: sententiam anathematis in Henricum seniorem dictum Imperatorem a multis summis Pontificibus jam dudum promulgatam confirmant. Jam Romani Pontifices ossa Viceberti antipapæ e sepulchro suo projici fecerant, universaque ejus instituta annullari decreverant. Unde factum est, ut pseudo-episcoporum cadavera ab ecclesiis eliminarentur, eorumque ordinati usque ad generalem audientiam ab officio suspenderentur.

Ibid. *Henricus Imperator depositus.* Imperator interea cum multis lacrymis rogabat Spirensem episcopum, ut se deduceret Muguntiam, seque regalia & castella, quæ habebat, filio traditurum, ut saltem sibi prædia ad usus necessaria concederet. Episcopus Moguntiam veniens hæc Regi & principibus enarravit; sed principes ad cavendum tumultum populi, qui patri potius, quam filio favere soleret, in Engeleheim ei secundo Kalendas Januarii occurrunt, ibique Imperatorem ad reatus sui confessionem, & satisfactionis professionem perducunt; qui filio regnum tradens, atque omnium pedibus provolutus, præcipue legato sedis Apostolicæ, veniam & absolutionem banni precabatur, confitens, se jam dudum anathematizatum a Gregorio Papa, & injuste super eum Vicbertum constituisse, & suis temporibus rempublicam nimis esse perturbatam, & cuncta, quæ sibi objecerunt, confessus est, excepto, quod idola adoraret. Legatus autem respondit, se non posse eum suscipere, inconsulto Apostolico. Rex autem patre depositus cum principibus Moguntiam revertitur, & propter regalia Wereiherum comitem, & nequissimum Volcmarum sui patris consiliarium, Hamerstein misit, quæ allata in vigilia Epiphaniæ honorifice suscipiuntur. Rothardus Archiepiscopus illa Regi tradidit imprecans, ut, si non justus regni gubernator ecclesiarumque Dei defensor existeret, ei sicut patri suo eveniret. Sic Henricus V. a Germaniæ principibus in Regem jam secundo electus, ab Apostolicis legatis per manus impositionem confirmatus, acceptis, tam ab episcopis quam a laicis juxta morem patriæ sacramentis (quæ tamen ab episcopis ejus patri & regi Angliæ præstari Papa noluerat) regnare cœpit anno millesimo centesimo sexto, episcopoque & nobiles ad Papam misit legatos, iisque præcipue mandavit, ut, si fieri posset, Papa veniret in Germaniam; sed dum Tridenti pernoctarent, Adelbertus illarum partium comes summo mane super ipsos cum armatis irruit, & capit & custodiæ tradit. Gebehardus Constantiensis solus per occultiores Alpium semitas ingressus, Mathildæ comitissæ præsidiis ad Papam deductus est. Adelbertus Bambergensem episcopum, eoque intercedente, Brunonem Trevirensem, & Vilbertum comitem, ea conditione dimisit, ut Henricum seniorem facturi cum eo pacem convenirent; sed Welpho Noricorum dux cum copiis superveniens Gebehardum episcopum, quem Tridentini suscipere noluerunt, recipi coegit, Adelbertumque sic perterruit, ut proceres captivos & castellum episcopo reddiderit. Werinherus autem, qui Marchæ, quæ est in partibus Aquino, præerat, collectis per Italiam copiis, corruptisque pecunia nonnullis Romanis, dum Papa circa Beneventum moraretur abbatem de Farfara cathedræ S. Petri imposuit, & Sylvestrum appellari voluit, qui tamen post paululum a Catholicis turpiter ejectus est. Christi An. 1106.

LXIX. Henricus senior interim fugit Coloniam, indeque multas scripsit epistolas, quas sic inscribit: Henricus Imperator in omnibus de filio conqueritur, qui quorumdam perditissimorum consilio adversus se insurrexit, & postpositis omnibus sacramentis, eum rebus spoliavit, sola vita relicta; & quæ gesta sint, modo pressius narrat, modo fusius, specialiter autem hæc continent; prior est ad Papam: "Quia audivimus, inquit, te hominem dissertum, Deum timentem, charitati insudantem ... consilio principum nostrorum mittimus tibi nuntium istum cum legatione nostra; per hanc quippe volumus cognoscere, si est tibi voluntati, te nobis in charitate & amicabiliter, & nos uniri tibi salvo nobis honore regni & Imperii, & totius nostræ dignitatis, sicut & avus & pater noster, aliique antecessores nostri habuerunt, servato etiam tibi a nobis honore Apostolicæ dignitatis, sicut antecessores nostri tuis antecessoribus servaverunt, & nos præfatis Pontificibus. Quod si placuerit tibi paterne nobiscum agere, & pacem integre nobiscum componere, mitte nobis nuntium tuum cum privatis literis tuis, & secreta legatione, ut hoc modo indubitanter possimus cognoscere omnem de hac re certitudinem voluntatis tuæ. Qua cognita, mittemus tibi de Principibus nostris ad tantam rem componendam." Annalist. Saxo. *Henricus Imperator se in libertatem asserit & agit pro recuperatione Imperii.*

Secunda est ad Philippum Galliæ regem, quem vocat Celtarum regem, sic enim veteres Galli vocabantur; nihil continet præter querelas de perseverante Papæ adversum se excommunicatione, de filii rebellione; & quæ in sua depositione gesta sunt, fuse recenset, obsecratque, ut suam & omnium Regum injuriam vindicet. Tertiam scripsit ducibus, comitibus, & principibus regni Teutonici. Post querelas de indigna sui spoliatione hæc subjicit: "Quapropter obnixe precamur, ut pro timore Dei & honore regni, dignemini studere, quomodo de injuria in manibus vestris nobis illata, per vos possimus recuperare justitiam. Nos quoque pro consilio vestro, & aliorum religiosorum virorum parati sumus, tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alicui in regno, libenter emendare. Præterea sicut domino Papæ in præsentia legati sui & vestra obedire parati fuimus, ita & nunc parati sumus, debitam ei reverentiam & obedientiam sincero corde præsentialiter exhibere, & tam consilio vestro, quam spiritualis patris nostri Hugonis abbatis Cluniacensis, aliorumque virorum religiosorum de statu ecclesiæ & honore regni, quantum in nobis est, disponere. Cum ad hæc omnia parati simus, rogamus vos, quatenus moneatis filium nostrum .... amodo desistat nos & fideles nostros persequi ..... Quod si noluerit, rogamus vos per authoritatem Romanæ Ecclesiæ, cui nos committimus & honorem regni, ne super nos & fideles nostros veniatis: quia manifestum est, eum non divinæ legis zelo, vel Romanæ Ecclesiæ dilectione, sed concupiscentia regni, patre injuste captivo hoc incepisse, apud quem, si interpellatio vestra, nullaque alia interventio ad præsens prodesse poterit, appellamus Romanum Pontificem, & sanctam universalem Romanam sedem & Ecclesiam." Eadem filio literis significavit, quem accusat rebellionis, violatæ fidei, & perjurii. Ursperg. p. 396. Annalist. Saxo. p. 613.

Tres epistolas dedit ad Hugonem abbatem Cluniacensem, quem rogat, ut ad se veniat pro pace cum Papa concilianda. In tertia sic habet: "Notum facimus serenitati vestræ, quod pro reparatione ecclesiarum, quæ nostris temporibus corruerunt, omnibus modis, prout Deus vires dederit, volumus laborare, & sanis consiliis omnium bonorum acquiescere, si quo modo valeamus dispersa colligere, & hiantia cuneo schismatis, unionis glutino adunare, atque ruinam Ecclesiæ, quæ per nos facta est, pacis & justitiæ instauratione recompensare. Præterea si Deo propitio regnum & sacerdotium in unum recolligere poterimus, post confirmatam pacem ire Jerusalem disponimus." Sed res in eo statu non erant, ut verbis ejus fides adhiberi posset. Spicileg. tom. 1.

CHRISTI AN. 1106.

ſet. Præterea pacem & unionem Papæ proponebat, ſalvo honore regni, ſicut ejus anteceſſores habuerant. Inveſtituras autem & hominium epiſcoporum & abbatum, regalia poſſidentium ſemper conſervaverat, quæ duo tunc abolere volebat Papa Paſchalis. Henricus ſenior communita Colonia, Leodium ſe recepit, ibique honorifice ſuſceptus eſt.

Paſch. P. epiſt. 7. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Papa nihil ei reſcripſit, ſed Roberto Flandrenſium comiti præcipit in remiſſionem peccatorum, ut Henricum ſeniorem hæreticorum caput, & ejus fautores, pro viribus perſequatur. Data eſt Albani, duodecimo Kalendas Februarii. Leodienſes, quos in eadem epiſtola comprehenderat, apologiam adverſus Papam publicarunt. Paſchalem ejuſque prædeceſſores & Gregorium VII. agnoſcunt ut legitimos Pontifices, ſeque nulli antipapæ adhæſiſſe profitentur, & Romanam Eccleſiam vocant matrem ſuam, ſed dure & parum reverenter in eoſdem invehuntur: Hæc pauca ſufficiunt: " Romana dilecta mea mater, inquiunt, verſa eſt mihi in miraculum. Quid enim tam mirabile, immo quid tam miſerabile? vidit olim David angelum Domini ſtantem extento gladio ſuper Jeruſalem. Nos filiæ Romanæ Eccleſiæ ecce, videmus Romanum Præſulem, qui eſt angelus Domini, extento gladio ſuper eccleſiam. David orabat, ne populus occideretur; angelus noſter porrigens Roberto gladium, orat, ut occidamur. „ Contenduntque rem iſtam ante tempora Gregorii VII. exemplum non habere in eccleſia .... " Nos excommunicati dicimur, quia favemus epiſcopo noſtro, qui favet partibus Domini ſui Imperatoris .... Quis jure reprehendet, quod epiſcopus domini ſui partibus faveat, cui promiſſam cum juramento fidelitatem debet? .... Si jurat homo, jubet Deus, ut reddat juramentum ſuum. Hoc nec ignorant illi qui regnum & ſacerdotium ſcindunt novello ſchiſmate. „ Hæc calumnioſe dicta ſunt; non enim Romani Pontifices fuere ſchiſmatis authores, ſed Henricus, dum Vicbertum conſtituit antipapam. Inveſtituras poſtea defendunt, primo antiqua & conſtanti traditione ſanctorum virorum, qui eas a ſanctis Regibus accepere. Secundo authoritate S. Ambroſii, dicentis in commentariis ſuper Lucam: " Si Chriſtus non habuit imaginem Cæſaris, cur dedit cenſum? non de ſuo dedit, ſed reddidit mundo quod erat mundi. Et tu, ſi non vis obnoxius eſſe Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt: ſed, ſi habes divitias, obnoxius es Cæſari: ſi vis igitur nihil debere Regi terreno, dimitte omnia, & ſequere Chriſtum .... & infra. Nihil modo pro Imperatore noſtro dicimus: ſed hoc dicimus, quia etiam, ſi talis eſſet, tamen eum principari nobis pateremur, quia, ut talis nobis principetur, peccando meremur. Eſto concedimus vobis inviti, eum talem eſſe, qualem dicitis, nec talis a nobis repellendus eſſet, armis contra eum ſumptis, ſed precibus ad Deum fuſis. Idque confirmant authoritate Pauli, qui pro infidelibus & impiis Imperatoribus orare, & ipſis obedire jubet, nempe cum nihil contra Deum præcipiunt; ſed male revocant in dubium, utrum Reges poſſint excommunicari.

Leodienſium apologia.

CHRISTI AN. 1106.

Annaliſt. Saxo. p. 614.

Henricus vero junior poſt lectas coram optimatibus patris ſui literas, eorum conſilio & nomine vicariam legationem per aliquot clericos patri deſtinavit, erat autem hujuſmodi: Poſt inveteratam per annos circiter quadraginta diſciſſionem Imperii Romani, quæ tam divinas quam humanas leges prope abolevit .... Inſpiciente tandem ſuam eccleſiam divina clementia, nos ejuſdem Chriſti ſponſæ filii per Spiritum ſanctum in unitatem fidei æquanimes reſpuimus, noſque incorrigibile ſchiſmatum illorum caput Henricum dictum Imperatorem zelo Dei & Apoſtolicæ fidei obedientia abdicavimus: Catholicum nobis Regem elegimus, cui regalia reddidit. Poſtea conqueritur, quod vicinas gentes ad bellum Germaniæ inferendum ſuis literis ſollicitaverit, extinctumque ſchiſma renovare velit. Quapropter promiſſa ſecuritate eum invitat, ut coram ſe & regni principibus cauſam agat. Imperator reſpondit, ut ab armis diſcederent, & ſuper hujuſmodi ſimultatibus curiale colloquium indiceretur.

Ibid. *Henrici Imperat. mors.*

Henricus filius collecto exercitu Coloniam obſidet; ſed obſidionem ſolvere coactus eſt. Henricus dux Lotharingiæ male mulctatum in fugam vertit ejus equitatum, & multi proceres in Alſatia & Italia pro patris defenſione collegere exercitus, jamque ingens excidium Germaniæ imminebat, cum Henricus ſenior in morbum incidit. Morti proximus, gladium & diadema, quæ adhuc ſecum habebat, filio ſuo miſit cum Burchardo epiſcopo monaſterienſi, quem vinctum tenebat, mandavitque ei, ut omnibus veniam daret qui ſecum permanſerant, ſeque Spiræ ſepeliret juxta parentes ſuos: obiit ſeptimo Idus Auguſti, & cultu regio Leodii ab epiſcopo humatus eſt apud S. Lambertum coram altari S. Mariæ: ſed Henricus ejus filius ſuorum conſilio corpus ejus juſſit effodi, & poni in æde non ſacrata, & in quandam Moſæ inſulam tranſferri ab Otberto Leodienſi epiſcopo ejuſque clericis, qui ea conditione cum epiſcopis ei adhærentibus recepti ſunt in communionem, & nuntios Romam miſit, ut a Papa excommunicationis abſolutionem obtineret. Poſt aliquot dies Spiram translatum ſolito more defunctorum a clero & populo ſuſcipitur, & in baſilicam S. Mariæ, quam ſummo ſtudio conſtruxerat, deportatur. Epiſcopus interdixit ullum ibi divinum officium celebrari, donec ab hoc facto purgaretur; ſicque extra monaſterium fecit corpus ſtatui in capella non conſecrata. Unde & factus eſt tumultus & planctus magnus in populo. Itaque diu inhumatum ab incolis frequentabatur. Colonienſes ſex millia talentorum pro ſui redemptione novo Regi dare compulſi ſunt. Tunc Udo S. Martini Turonenſis abbas, quem Manaſſes Remenſis juſſu Papæ ante annum conſecraverat Cameracenſem epiſcopum, ejecto Gualterio, quem ante decem annos Urbanus Papa depoſuerat, ſed conſervaverat Henricus Imperator, illius ſedis poſſeſſionem iniit.

LIBER XLVIII.

Dissidium inter sacerdotium & Imperium crescit propter investituras, quas in pluribus synodis sub anathemate prohibent Romani Pontifices. Paschalis Papa mavult, & edicit, ut episcopi & abbates dominia regalia reddant Henrico V. Imperatori, qui ea conditione dimittit investituras. Illi non acquiescunt: orta seditione, Papa cum Cardinalibus captivus abducitur. Henrico, quem coronat, reddit investituras. Multis reclamantibus, Papa concessionem suam retractat, & damnat in synodo Lateranensi: Imperatorem tamen investituras retinentem non excommunicat: sed excommunicationis sententias, quas adversus eum dant legati & synodi, rescindere recusat. Henricus Romam redit, & Burdinum suscitat antipapam adversus Gelasium II., qui fugit in Gallias, & utrumque excommunicat. Callistus II. Imperatorem, qui non servat fidem datam de dimittendis investituris, in synodo Remensi excommunicat, ejusque subditos absolvit a juramento fidelitatis: & Romam rediens honorifice suscipitur, Burdinumque captum detrudit in varias custodias. Plerique episcopi & Principes rebellant adversus Imperatorem, qui in Wirceburgensi conventu pacificat Germaniam: omnium ordinum nomine legati ad Papam de pace mittuntur, qui jam eam expetierat. Iis conditionibus convenit. Investituras per annulum & baculum pastoralem dimittit Imperator, easdem per sceptrum dandas Papa concedit, sed post canonicam electionem, quæ fiat in ejus præsentia. Hanc concordiam generalem confirmat Lateranensis synodus. Goffridus Vindocenensis abbas, hanc viam pacis indicarat in suis opusculis de investituris. Anselmus sedem suam integre recipit, reconciliatus Henrico regi Angliæ, cui suas consuetudines Papa concedit, imprimis, ut sine ejus consensu legatus non mittatur in Angliam: quare primum honorifice remisit. S. Otto Bambergensis Pommeranos adducit ad fidem, & de septem sacramentis recte scribit. Bogomilorum errores deprehendit Alexius Imper. atque in iis pertinaces flammis addicit. Tanchelini hæretici discipulos in Belgio coercet S. Norbertus. Abaelardus in peccatum carnis lapsus & mutilatus, fit monachus; de Trinitate male scribit, in Suessionensi synodo damnatus canit palinodiam. Henricus impurus hæreticus seducit Cænomanenses, & populum adversus clerum commovet. Henricus episcopus redux eum fugat, & populum cum clero reconciliat. S. Bernardus fundat abbatiam Claræ-Vallis: ejus & sociorum fervor, mortificatio, & regularis observantia. Guillelmus de Campanellis celebris doctor, & parens canonicorum regularium S. Victoris. Pontius Cluniacensis abbas se abdicat, & postea per vim abbatiam invadit, & diripit, Romæque damnatur.

CHRISTI AN. 1106. Edmer. l. 4. *Anselmus Regi reconciliatur.*

I. ANselmus, cum plures literas Papæ & Anglorum regi pro sui restitutione scripsisset, & ab utroque nihil responsi accepisset, nisi promissionem consolatoriam & blandientem dilationem, Lugduno profectus adiit Adulam Blesensem comitissam, Willelmi senioris filiam, quæ ei in pluribus in ejus exilio magna liberalitate ministraverat, ab eaque interrogatus, cur in Franciam rediret, ei confessus est, se velle excommunicare Henricum ejus fratrem. Illa suasit ei, ut Carnutum secum pergeret: tunc enim Henricus erat in Normannia, quam pene totam subegerat. Rex per comitissæ legatos, postquam Anselmi adventum & propositum cognovit, inito cum suis consilio, eam deprecatus est, ut illum ad se perduceret in Normanniam, eisque occurrit in castrum Aquilam, ibique habito colloquio, Anselmum Rex de suis reditibus revestivit, annuitque, ut statim in Angliam rediret, si tamen nulli eorum, qui a se investituras ecclesiarum susceperant, vel eos consecraverant, suam in aliquo communionem subtraheret. Anselmus huic conditioni non acquiescens extra Angliam manere delegit, donec illi, qui ex condicto de ea re & aliis Romam mittendi erant, reversi fuissent. Et quoniam fama vulgaverat, Regem ab Anselmo proxime excommunicandum; Henricus timens, ne sui adversarii hac occasione multos ad defectionem sollicitarent, pollicitus est, se daturum operam, ut Anselmus in proxima Nativitate Domini curiæ suæ in Anglia adesse posset, jussitque, ut nemo res ejus vel homines inquietaret. CHRISTI AN. 1106.

Rex post hæc in Angliam rediit. Anselmus secessit in Beccense monasterium, inde Remos invitatus a Manasse Archiepiscopo, & post statutum a Rege terminum, sequentes ab Henrico rege accepit literas: Te supplex deprecor, uti cum Willelmo de Warelwast, Balduinum de Tornaco Romam dirigas, ad nostram rem tractandam, & Deo volente finiendam. Anselmus ecclesiarum ruinam ex tanta dilatione prospiciens, Regi rescripsit: Cum causa Dei potius, quam sua agatur, has moras sibi multum Ibid.

Christi An. 1106. tum diſplicere, rogatque, ut deſignet terminum, quo legatum ejus expectare debeat, ſiquidem differre non audet, ultra proximam Domini Nativitatem, quin ſuum mittat. Igitur ſupradicti legati ſimul profecti ſunt. Rex interim, ut reliquam partem Normanniæ ſibi ſubjiceret, crudelem inſtituit pecuniarum exactionem; & quia plerique presbyteri mulieres in ſynodo Londonienſi ſibi interdictas reſumpſerant, Rex in pœnam ſui ſceleris immenſas ab eis exegit pecunias; ſed multos innocentes eidem mulctæ ſubjecerunt exactores: & cum nonnulli, quid darent, non haberent, contumelioſe vexati incarcerabantur. Ducenti adunati cum albis Regem adiere, ejus miſericordiam implorantes, quos ejici præcepit. Epiſcopi Regi repugnare non auſi, Anſelmi opem literis implorant. Anſelmus Regi ſcripſit: " Audio, quod veſtra excellentia vindictam exercet ſuper presbyteros, & foris-facturam exigit ab eis, qui non ſervaverunt præceptum concilii Londonienſis, quod inauditum & inuſitatum eſt in Eccleſia Dei, non enim pertinet ſecundum Deum hujuſmodi culpam vindicare, niſi ad ſingulos epiſcopos, per ſuas parochias, aut ſi & ipſi epiſcopi in hoc negligentes fuerint, ad Archiepiſcopum & Primatem. Precor igitur ſicut chariſſimum Dominum .... ne vos contra eccleſiaſticam conſuetudinem tam grave peccatum committatis. „ Radulphus quoque Ciceſtrenſis epiſcopus fortiter obſtitit regiæ cupiditati; per totam ſuam Diœceſim divina vacare officia, januas eccleſiarum ſpinis obſtrui præcepit: atrocitas facti Regem inflexit, ut ei ſoli, quaſi mentis inconſideratæ homini cenſum presbyterorum indulgeret. Anſelmo vero ſcripſit, ſe brevi venturum in Normanniam, ibique præſens factum ſuum ipſi probaret; ſin minus, ejus conſilio corrigeret.

Anſelm. tom. 4.

Malmeſbur.

Legati Romam miſſi non multo poſt revertuntur cum ſequentibus ad Anſelmum Papæ literis. " Te, frater venerabilis, ab illa prohibitione, ſive, ut tu credis, excommunicatione abſolvimus, quam ab Urbano Papa adverſus inveſtituras aut hominia factam intelligis. Tu vero eos, qui inveſtituras acceperunt, aut inveſtitos benedixerunt, aut hominia fecerunt, cum ea ſatisfactione, quam tibi per communes legatos ſignificavimus, ſuſcipito, quos vel ipſe benedicas, vel a quibus volueris, benedici præcipias .... Cæterum Elienſi abbati tuæ commiſſionis conſortium ſubtrahes, quamdiu abbatiam retinere præſumpſerit, quam contempto noſtri oris interdicto, per repetitam inveſtituram præſumpſit invadere; ſi qui vero deinceps præter inveſtituras eccleſiarum, prælationes aſſumpſerint, etiam Regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc, a benedictionis munere arceantur, donec per Dei gratiam, ad hoc omittendum, cor regium tuæ prædicationis imbribus molliatur. „ Concedit etiam, ut epiſcopis, qui permiſſas ei inveſtituras falſo retulerant, ſuam reddat communionem, " Donec, inquit, veniendi Romam præceptum accipiant. Regem & ejus conjugem, & proceres illos, qui pro hoc negotio circa Regem ex præcepto noſtro laboraverunt, a pœnitentiis ſuis & peccatis abſolves. Rotomagenſis epiſcopi cauſam & interdictum tuæ deliberationi commiſimus, quod enim indulſeris, indulgemus. „ Datum decimo Kalendas Aprilis anni milleſimi centeſimi ſexti. Willelmus Rotomagenſis Ranulphum bigamum Lexovienſi eccleſiæ præeſſe permiſerat, ideoque ab officio canonico ſuſpenſus eſt. Anſelmus autem per legatos apud Papam pro eo interceſſerat. Receptis igitur his literis ivit Rotomagum, & in ſynodo clericorum, Papæ literas coram omnibus recitari fecit.

Anſelmus reditum itinet. Anſelm. tom. 4.

Henricus Angliæ rex, ubi primum cognovit quæ Papa conceſſerat, ſtatim Anſelmum ad eccleſiam ſuam redire per eumdem Willelmum poſtulavit, qui licet infirmus Gemiticum venit, ubi renovata infirmitate, ulterius progredi non potuit. Itaque miſſis nuntiis morbum Regi intimavit, qui jubet, ut a ſuis in Normannia miniſtris ſibi ſuiſque neceſſaria accipiat. Poſt menſem mitigato dolore Beccum rediit, hic Regis adventum decentius expectaturus. Henricus in Aſſumptione B. Mariæ Beccum venit: Anſelmus Miſſæ ſolemnia celebravit, eique rex Angliæ eccleſias ab omni exactione liberas reddidit, promiſit, quod ipſo vivente nihil a vacantibus acciperet. Omnes vero archiepiſcopatus reditus, quos ipſo exulante perceperat, ſe redditurum, dato vadimonio pollicitus eſt. Anſelmus ſic data & accepta pace in Angliam reverſus, ab omnibus ingenti gaudio excipitur. Christi An. 1106.

Eadmer. l. 4.

II. Henricus Angliæ rex Robertum fratrem ſuum in acie victum & captum tranſmiſit in Angliam, ejuſque ducatu potitus, circa medium Octobris cunctos optimates Neuſtriæ convocans concilium tenuit, ibique ſtatuit, ut firmiſſime pax teneatur per omnes fines Normanniæ, & latrociniis omnino compreſſis, omnes eccleſiæ poſſeſſiones, ſicut eas, die qua pater ejus defunctus eſt, tenebant, poſſideant, omnia quoque dominia patris ſui, ſuæ proprietati mancipavit, præcepitque, ut prædones, virginum violatores, monetæ adulteratores ſeveriſſime puniantur. Concil. tom. 6. ed. Hard. *Lexovienſis ſynodus.*

Boamundus Antiochiæ comes circa idem tempus in Gallias reverſus, Conſtantiam Philippi regis filiam duxit uxorem. Venit cum ipſo Romanæ ſedis legatus Bruno Signienſis epiſcopus, qui Pictavis ſynodum habuit, ubi præcipue de Hieroſolymitano itinere agens, tam ipſe, quam Boamundus, multos ire animavit; ſed ejus molitionis infelix fuit exitus. Orderic. l. 5.

III. Paſchalis Papa, dum eodem anno invitatus ab Henrico V. Teutonum rege in Germaniam proficiſcitur, Guaſtallenſem ſynodum undecimo Kalendas Novembris cum multis diverſarum provinciarum epiſcopis celebravit, præſentibus legatis regis Henrici: potiſſimum in ea egit de epiſcopis & clericis ſchiſmaticis in unionem ſuſcipiendis. Primo ſtatuit, Teutonici regni epiſcopos & clericos in ſchiſmate ordinatos, niſi aut invaſores aut criminoſi comprobentur, in officio epiſcopali ſuſcipi. Secundo. " Ut ſchiſmatum cauſæ, inquit, penitus abſcindantur, Patrum noſtrorum conſtitutionibus conſentientes, eccleſiarum inveſtituras a laicis fieri omnimodo prohibemus; ſi quis autem hujus decreti temerator extiterit, tanquam maternæ injuriæ reus, clericus quidem ab ejuſdem dignitatis conſortio repellatur, laicus vero ab eccleſiæ liminibus arceatur. „ Tertio. " Nullus abbas, nullus archipresbyter, nullus præpoſitus eccleſiæ, audeat poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ vendere, commutare, locare, vel in feudum dare, ſine communi fratrum conſenſu, vel epiſcopi propriæ civitatis; alioquin ordinis ſui periculum patiatur. " Datis demum ad Gebehardum Conſtantienſem & Odericum Patavienſem, epiſcopos literis docet, non quoslibet excommunicatos eſſe vitandos, ſed tantum qui criminoſi ſunt, & qui excommunicatis actione vel voluntate ſe copulant. " Qui vero, inquit, excommunicatis omnino inviti, vel ſervitio, vel cohabitatione junguntur, ſi hujuſmodi imperfectionis dolore tanguntur, non omnino vitandi ſunt, nec tamen ad communionem ſine correctionis remedio admittendi. Hinc eſt, quod prædeceſſor noſter Gregorius VII. excommunicatorum uxores, filios, ſervos, quorum conſilio vel voluntate, excommunicationis meritum non perpetratur, viatores quoque invitos excommunicatis communicantes, excommunicationis vinculo non teneri conſtituit. „ Decretum eſt etiam, ut Æmilia tota cum ſuis urbibus numquam ulterius Ravennatenſi Metropoli ſubjiceretur. Hæc enim Metropolis per annos jam pene centum adverſus ſedem Apoſtolicam ſeſe erexerat, non ſolum ejus prædia uſurpans, ſed Guibertus ejus Archiepiſcopus Romanam invaſerat Eccleſiam. *Guaſtalenſis ſynodus.* Ibid. Ibid.

IV. Henricus V. rex Natale Domini Ratiſponæ celebravit, præſentibus legatis Paſchalis Papæ, cujus adventum aliquamdiu apud Auguſtam præſtolatus fuerat. Papa vero ſuorum conſiliis quaſi proterviam Teutonicorum declinans, maxime propter ſeditioſum quemdam tumultum, quem Veronæ pertulerat: inſuper ſuggerentibus quibuſdam, quod Teutones non facile recipiant decretum eccleſiarum inveſtituram a laicis fieri prohibens, & Regis cor necdum per omnia jugo Domini ſit habile (quod certum eſt judicium, Henricum V. cum patre perfide egiſſe, eum ab eo ſe diſſentire propter ejus a ſede Apoſtolica diſſenſionem, profeſſus eſt, ſiquidem jam regno ſibi confirmato eadem denegavit.) Hæc igitur Papa conſiderans, oſtium ſibi in Germaniæ partibus nondum apertum eſſe cum gemitu pronuntiavit, & per Burgundiam iter convertit in Gallias cum multis epiſcopis & cardinalibus, & Natale Domini Cluniaci celebravit. *Papa venit in Gallias.* Annaliſt. Saxo. p. 618.

Inde diſcedens & ubique honorifice ſuſceptus venit ad Philippum Francorum regem, ut eum ejuſque

filium

CHRISTI AN. 1106. filium Ludovicum, & Gallicanam ecclesiam consuleret super quibusdam molestiis, & novis investituræ ecclesiasticæ querelis. Apud sanctum Dionysium majestatem regiam, patrem scilicet & filium ejus pedibus se incurvantes Papa manu erigens, ut devotos Apostolorum filios ad se redire fecit, & cum eis de statu ecclesiæ contulit, opemque sibi ferre supplicat, exemploque majorum suorum hostibus Ecclesiæ, & potissimum Henrico Imperatori resistere. Qui amicitiæ & auxilii dextras ei dederunt, Archiepiscoposque & episcopos & abbatem S. Dionysii Adamum, cum quo fuit Sugerius, qui hæc scripsit, Papam deducere jussit.

CHRISTI AN. 1107 Suger. in vit. Lud. *Trecensis synodus.* Ibid. V. Anno millesimo centesimo septimo circa Ascensionem concilium apud Trecas habuit. In eo sententiam de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates præsumptione, juxta prædecessorum suorum decreta promulgavit; omnes excommunicavit, qui pacem violarent, & præcipue eos, qui res ecclesiasticas usurparent, vel personas in aliquo injuste læderent. Decrevit quoque, ut per nullam querelam incendia domorum fierent. Ex ejusdem synodi sententia Rothardum Moguntinum Archiepiscopum ab officio suspendit, eo quod Udonem Hildinisheimensem episcopum restituerit, & Reinhardum a laica manu investitum Halberstadensi ecclesiæ episcopum ordinaverit: eademque sententia perstrinxit Gebehardum Constantiensem, quia his consensit, & Godescalcum Mindensi ecclesiæ loco episcopi intrusit, & Henricum Magdeburgensem ordinavit. Omnibus his ecclesiis, ut prælatos dignos sibi eligant, libertatem restituit.

Suger. in vit. Lod. Gross apud Duchesn. tom. 4. VI. Henricus rex, postquam Paschale festum egit Moguntiæ, Papæ venit obviam in confinio Lotharingiæ & Franciæ, & plures episcopos & comites ad eum delegavit, qui eum apud S. Memmium prope Catalaunum salutarunt. Trevirensis Archiepiscopus, vir eloquens & sapiens Papæ dixit: Talis est domini nostri Imperatoris, pro qua mittimur, causa: Temporibus antecessorum nostrorum, & Apostolicorum virorum magni Gregorii & aliorum, hoc ad jus Imperii pertinere dignoscitur, ut in omni electione hic ordo servetur: antequam electio publicetur, de ea refertur ad Imperatorem, qui, si persona digna fuerit, det assensum: deinde in conventu secundum canones, populi petitione, electione cleri, assensu honoratorum profertur, consecratus libere nec simoniace ad dominum Imperatorem pro regalibus, ut annulo & virga investiatur, redit, fidelitatem & hominium facit: nec mirum; civitates enim & castella, & marchias, telonia, & quæque Imperatoriæ dignitatis sunt, aliter non debet occupare: si hæc dominus Papa sustineat, prospere & bona pace regnum & Ecclesia ad honorem Dei inhærebunt. Pax iisdem conditionibus facta est sub successore Paschalis; investituræ tantum per sceptrum datæ sunt. Papa super his episcopi Placentini voce respondit: Ecclesiam pretioso Jesu Christi sanguine redemptam, & liberam constitutam, nullo modo ancillari oportere; si Ecclesia eo inconsulto prælatum eligere non possit, cassata Christi morte ei serviliter subjacere; si virga & annulo investiatur, cum ad altaria ejusmodi pertineant, contra Deum ipsum usurpare: si sacratas Dominico corpori & sanguini manus laici manibus gladio sanguinolentis se obligando supponant, ordini suo & sacræ unctioni derogare; sed antequam Imperatorum & Regum possessionem sub sanctissimis Pontificibus non reclamantibus non negavit. Legati his auditis, Non hic, inquiunt, sed Romæ gladiis determinabitur querela. Per triduum, inquit Annalista Saxo, missis invicem legatis, infecto negotio discesserunt. Henricus tamen inducias per annum accepit, ut Romam veniens ejus causa in generali synodo ventilaretur. Papa vero tristis reversus est in Italiam.

Londinensis synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. VII. Henricus autem Angliæ rex, post aliquas dilationes Kalendis Augusti conventum omnium episcoporum, abbatum & procerum Londoniæ indixit in suo palatio. Per tres continuos dies, absente Anselmo, inter Regem & episcopos actum est de ecclesiarum investituris, quibusdam ad hoc nitentibus, ut Rex eas faceret more patris & fratris sui . . . . dehinc præsente Anselmo, Rex annuit, ut ab eo tempore in reliquum numquam per dationem baculi pastoralis vel annuli quisquam de episcopatu vel abatia per laicam manum investiretur in Anglia. Concedente quoque Anselmo, ut nullus in prælationem electus pro hominio, quod Regi faceret, consecratione privaretur. Quibus ita dispositis, omnibus ecclesiis Angliæ & Normanniæ, sine investitura Patres a Rege sunt instituti. CHRISTI AN. 1107.

Anselmus postea coram Rege & proceribus exegit a Gerardo professionem de sua obedientia, quam non fecerat, ex quo de episcopatu Herefordensi in Archiepiscopatum Eboracensem fuerat translatus. Rex dixit, sibi non videri necessarium, siquidem a prima professione, quam fecerat episcopus, non fuerat absolutus. Anselmus verbis Regis acquievit, ea conditione, ut Gerardus in manum sibi daret, se eamdem subjectionem in archiepiscopatu ei servaturum, quam in episcopatu professus fuerat. Annuit Gerardus, & sua manu manui Anselmi imposita, promisit ei & successoribus ejus eamdem subjectionem, quam episcopus promiserat. Demum statutum est, ut electi ad episcopatum irent Cantuariam, ibique dignitatis suæ benedictionem ex more susciperent. Paschalis vero Papa datis ad Anselmum literis ei permisit, ut presbyterorum filios, quorum magna erat in Anglia multitudo, si scientia & virtute pollerent, ad sacros ordines promoveret. Anselmus vero Papæ scripsit: Angliæ rex obedienter suscipiens vestram jussionem, investituram ecclesiarum, renuentibus multis, omnino deseruit. Quod ut faceret, Robertus comes de Mellente, & Richardus de Ridueris, fideles vestri multum institerunt. Rex ipse in personis eligendis, nullatenus propria voluntate utitur, sed religiosorum se penitus committit consilio. Exiguum tamen videtur quod obtinuit Anselmus, siquidem Rex elegit vel designavit episcopos & abbates, qui juramentum fidelitatis ei præstitere, & sic fecere hominium: id unum omisit, baculum pastoralem, & annulum eis non tradidit. Edmer. l. 4. Ibid. Paschal. P. epist. 102.

VIII. Interea Daimbertus Hierosolymorum patriarcha, qui expulsus a Balduino rege Romam venerat, cum nullus eum accusaret, post diuturnam moram, a Papa jussus est ad propria redire & sedem recipere. Qui in Siciliam rediens, & apud Messanam expectans, dum naves transfretarent, gravi correptus ægritudine, die decimo sexto Kalendas Julii mortuus est, postquam quatuor annos in pace sedit, & tres in exilio. Ebemarus, qui sedem ejus occupaverat, audiens quod rediret, Romam venit suam probaturus innocentiam, affirmans, se invitum in ejus sede collocatum: sed nihil impetravit. Papa vero Hierosolymam legatum misit Gibelinum Arelatensem Archiepiscopum, qui de causa ejus hic plenius cognosceret. Ille convocato episcoporum hujus regni concilio, cumque per idoneos testes cognovisset, Daimbertum sine causa, sed Regis violentia expulsum fuisse, Ebemarum deposuit: considerans tamen multam viri religionem & simplicitatem, Cæsarienſem, quæ tunc vacabat, ei concessit ecclesiam. Gibelinus vero, licet jam grandævus, electus est patriarcha Hierosolymitanus. Willelm. Tyr. l. 11. Pasch. P. epist. 18.

Balduinus Hierosolymorum rex, missis ad Papam legatis, postulavit, ut, quascumque infidelium urbes cepisset vel caperet, ecclesiæ Hierosolymitanæ regimini subjicerentur. Papa concessit, ut earum urbium episcopi Patriarchæ tanquam proprio Metropolitano obedientiam exhiberent, datis ea de re literis ad Regem, & ad Patriarcham. Bernardus Antiochenus patriarcha missis nuntiis de ea concessione conquestus est. Papa rescripsit, excusans factum longinquitate locorum, & provinciarum confusione, & permutatione nominum. Antiochenæ ecclesiæ dignitatem & jus velle se conservare protestatus est: hortaturque ne ea de causa inter ipsum & Hierosolymitanum patriarcham aliquod scandalum oriatur. Epist. 20.

IX. Incontinentiæ crimen in clericis Henricus Angliæ rex subvertere cupiens, adunatis ad curiam suam, in solemnitate Pentecostes anni millesimi centesimi octavi, cunctis regni majoribus, de eo negotio cum Anselmo, & aliis episcopis tractavit, eosque ad malum illud extirpandum regali authoritate fultos roboravit. Anselmus & Thomas electus Eboracensis episcopus (Girardus enim nuper obierat) & alii episcopi decem canones edidere. "Primus statuit, ut presbyteri, diaconi, & subdiaconi caste vivant, & fœminas in domibus suis non habeant, præter CHRISTI AN. 1108. *Synodus Londinensis.* Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

proxi-

Christi An. 1108. proxima consanguinitate sibi junctas, ut synodus Nicæna definivit. Secundus. Idem, qui post interdictum Londinensis concilii fœminas suas tenuerunt, vel alias duxerunt, si Missas celebrare voluerint, eas omnino a se sic faciant alienas, ut nec in aliqua domo scientes conveniant, nec hujusmodi fœminæ in territorio Ecclesiæ habitent . . . nec nisi coram duobus legitimis testibus simul extra domos colloquantur. Quintus. Presbyteri qui prælegerint cum mulieribus habitare, a divino officio remoti, & omni Ecclesiastico beneficio privati, extra chorum ponantur infames pronuntiati. Septimus. Eadem sententia Archidiaconos, & canonicos complectitur. Octavus. Archidiaconi & decani jurabunt, quod non tolerabunt presbyteros, quos sciunt habere fœminas, cantare, vel vicarios habere: alioquin Archidiaconatum & decanatum irrecuperabiliter perdent. Nonus. Presbyteri, qui relictis mulieribus, sacris altaribus servire elegerint, quadraginta dies pro transgressione præfati concilii ab officio cessabunt. „

Alford. tom. 4. Elienſis Epiſcopatus erectio. Post mortem Richardi Elienſis Abbatis, erigere novum Episcopatum, qui simul esset Abbas Elienſis, ejusque reditibus sustentaretur, Rex constituit. Rem totam in suis literis ad Paschalem Papam sic exponit Anselmus. " Lincolnensis in Anglia diœcesis tam ampla est, ut ad ea, quæ non nisi ab Episcopali persona fieri queunt, unus Episcopus sufficere plene non possit: quod cum consideraret Rex & Episcopi, & principes . . . ad utilitatem Ecclesiæ visum est hunc Episcopatum in duos dividere: ita ut sedes Episcopalis in quadam Abbatia, quæ sita est in Insula vocata Heli, & est intra præfatam diœcesim, constituatur, monachis ibidem permanentibus: quod libenter concedit Robertus Episcopus Lincolnensis, quia tantum ei restat, ut ipse sufficiens & gratum esse fateatur . . . Mihi visum, ut salva vestra authoritate, assensum præberem. Præcatur igitur suppliciter mea parvitas, quatenus hoc pro utilitate Ecclesiæ sic dispositum, vestra authoritate in perpetuum roboretur. „

Ibid. Eadem Rex Papæ scripsit. Utrique Papa rescribens novam hanc Elienſis Episcopatus erectionem confirmavit, regemque rogavit ut Hervæum Pangarensem Episcopum, subjectorum ferocia de sua sede pulsum, moribus & vita probatum in prima sede vacante, Apostolica authoritate constitueret: Rex qui jam ei Elienſem Episcopatum destinaverat, eumdem anno sequenti tradidit.

Almon. l. 5. c. 49. X. Philippus Francorum Rex die vigesima nona Julii, anno millesimo centesimo octavo, regni sui quadragesimo nono, Meloduni diem extremum obiit. Ludovicus ejus filius ei successit, & procerum consilio, a Daimberto Senonensi Archiepiscopo, præsentibus ejus suffraganeis, Aurelianis Rex coronatus est. Vix ad palatium redierat, cum Remensis Ecclesiæ legati advenientes, ne regia fieret unctio, Apostolica authoritate prohibent, contendentes, hoc jus Ecclesiæ suæ a Clodoveo esse concessum. Ivo Carnotensis in suis literis jus illud infirmavit, utpote minime fundatum privilegiis, quæ prorsus incognita sint, vel consuetudine: siquidem multi Reges extra Remensem diœcesim & ab aliis Episcopis consecrati & coronati sunt.

Ivon. Carnot. epist. 189.

Ibid. Radulphus, quem, rejecta Gervasii electione, Remensem Archiepiscopum consecraverat Papa Paschalis; & urbem, quæ Rege annitente eum non recipiebat, interdicto suppositerat, illos legatos miserat, sperans fore ut Rex ad moras evitandas eum agnosceret Archiepiscopum. Id quidem paulo post contigit. Sed Rex ab eo juramentum fidelitatis exegit, quod prædecessoribus suis fecerant omnes Remenses Archiepiscopi, & tunc fieri volebant omnes optimates. Et quoniam Papa in præcedentibus synodis illud prohibuerat, sic ea de re ad eum scripsit Ivo Carnotensis: " Petimus flexis genibus cordis, ut hoc intuitu charitatis & pacis veniale habeat paterna moderatio, quod illicitum facit non æterna lex, sed intentione acquirendæ libertatis sola præsidentium prohibitio . . . Si enim vult Apostolica authoritas omnia, quæ medicinali condescensione dispensantur, districte judicare, oportebit pœne omnes ministros administrationibus suis renuntiare, aut de mundo exire; nec habebunt ubi seminent spiritualia, nisi permittantur aliqua tolerare carnalia. „

Edmer. l. 4. XI. In Anglia Thomas electus Eboracensis Archiepiscopus, suam consecrationem differebat, suadentibus suis canonicis, qui Cantuarienſi parem esse Eboracensem Ecclesiam ei scripserant, prohibuerantque veluti authoritate Apostolica, ne obedientiam Anselmo promitteret. Procrastinando id se consecuturum putavit; sed ejus astutiam elusit Anselmus. Turgodus monachus Dunelmensis fuerat electus Episcopus S. Andreæ in Scotia: cum autem nimium differretur ejus consecratio, quia Thomas ipsum consecrare non poterat, Ranulfus Dunelmensis Episcopus proposuit, ut ipse eum Eboraci coram Thoma cum Scotiæ Episcopis ordinaret. Sed id prohibuit Anselmus, id esse sui juris affirmans, quamdiu Thomas consecrationem non accepisset. Præterea datis ad Papam literis, obtinuit, ne Thomæ pallium concederetur, priusquam debitam obedientiam sibi fuisset professus; alioquin Anglia schismate scinderetur; quandoquidem ipse numquam ferret, ut Ecclesiæ suæ primatus destrueretur. In iisdem Papæ revocat in memoriam, se jam ei significasse per literas, regem Angliæ conqueri, quod Regem Teutonicorum dare investituras Ecclesiarum sustineret sine excommunicatione: Et ideo, inquit, minatur se sine dubio resumpturum suas investituras. Paschalis Papa rescripsit: " Quæ rogasti, libenter suscipimus, & ad servandum tuum & Ecclesiæ tuæ honorem sollicitudinem adhibemus . . . Teutonicum Regem dare investituras Ecclesiarum nec toleravisse nos aliquando, nec toleraturos scias. Expectavimus quidem ut ferocia gentis illius edomaretur. Rex vero si in paternæ nequitiæ tramite perseveraverit, Beati Petri gladium, quem jam educere cœpimus, procul dubio experietur. Datæ Beneventi, quarto Idus Octobris. „

Christi An. 1108.

Alford. tom. 4.

Papa hic synodum celebravit, in eaque constituit, ut si quis Ecclesiastica beneficia de manu laicorum acciperet, uterque communione privaretur, scilicet & qui daret, & qui acciperet: vestimenta sæcularia & pretiosa reprehendit, & iis uti clericos prohibuit. Romam rediens divertit ad monasterium S. Vincentii, ubi cum comperisset, Joannem monachum scribere cœptam historiam Ecclesiasticam, ejus studium laudavit, eumque amplexatus hæc adjecit: Bene, o fili, magnum opus cœpisti, sed hoc opus melius prosequi stude. Joannes hanc ei postea nuncupavit. Eboracenses canonici, cum Anselmum ætate & morbo infirmum brevi moriturum putarent, ei scripsere, Eboracensem Ecclesiam esse parem Cantuariensi: Episcopum quidem suum Cantuariam ire debere pro consecratione confessi sunt; sed professionem de subjectione sua Cantuariensi Pontifici eum facere debere negaverunt. Anselmus clericis nihil respondit, sed Thomæ mandavit, ut sexto Idus Novembris, post tot tergiversationes Cantuariam veniret, ut susciperet benedictionem Episcopalem. Thomas canonicorum suorum prohibitionem caussatus non venit. Cumque Anselmus duos misisset Episcopos, qui hortarentur, ne perseveraret, eis tradidit Epistolam Regis Henrici, qua jubebat, ut ejus caussæ definitio usque ad Pascha differretur; tunc ipse e Normannia rediens in Angliam, Episcoporum & baronum suorum consilio eos invicem concordaret.

Chron. Cassin. l. 4. c. 35.

Beneventana synodus.

Chron. S. Vinc.

Edmer. l. 4.

Thomas Eborac. Archiep. Cantuar. negat subjectionem.

Anselmus autem cum se morti proximum intelligeret, sequentem ad Thomam misit Epistolam, illiusque exemplar direxit ad singulos Angliæ Episcopos. " Tibi Thomæ, in conspectu omnipotentis Dei, ego Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, & totius Britanniæ primas, loquor: loquens ex parte Dei ipsius: sacerdotale officium, quod meo jussu in parochia mea, per suffraganeum meum suscepisti, tibi interdico, atque præcipio, ne te de aliqua cura pastorali ullo modo præsumas intromittere, donec a rebellione, quam contra Ecclesiam Cantuariensem incœpisti, discedas: & ei subjectionem, quam antecessores tui professi sunt, profitearis. Quod si in iis, quæ suscepisti, perseverare delegeris, omnibus Episcopis totius Britanniæ sub perpetuo anathemate interdico, ne tibi ullus eorum manus ad Pontificatus promotionem imponat; vel si ab externis promotus fueris, pro Episcopo, vel in aliqua Christiana communione te suscipiat. Tibi quoque, Thoma, sub eodem anathemate, ex parte Dei interdico, ut numquam benedictionem Episcopatus Eboracensis suscipias, nisi prius professionem, quam antecessores tui Ecclesiæ Cantuariensi fecerunt, facias: si autem Episcopatum Eboracensem dimiseris, concedo ut officio sacerdotali, quod suscepisti, utaris. „

Ibid.

Ansel-

CHRISTI AN. 1109. Anselmus undecimo Kalendas Maji, anno millesimo centesimo nono, defunctus est, & die sequenti, qui fuit Cœnæ Domini, in majori Ecclesia Cantuarien-
Ibid. *Anselmi mors.* si, ad caput Lanfranci prædecessoris sui honorifice sepultus est, sui Pontificatus anno decimo sexto, ætatis vero septuagesimo sexto. Miraculis clarus in sanctorum numerum relatus est: ejus sedes annis quinque vacavit. S. Anselmus multa scripsit opuscula, in quibus satis accurate discurrit: sed Ecclesiasticæ authoritates in iis sunt rariores; quædam jam superius laudavimus, omissis aliis, vel quia supposititia sunt, ut ejus tractatus de Immaculata conceptione, in ea quippe meminit S. Bernardi, qui necdum natus erat; vel quia minoris videntur momenti: duorum tantum fragmenta præcipua hic referemus. Primum de libero arbitrio scriptum est per modum dialogi. Discipulus suas difficultates proponit, quas magister resolvit. In capite sexto hanc sibi proponit quæstionem: Quomodo voluntas sit, quam tentatio pulsat, etiam cum ab illa vincitur. Discipulus sic objicit: "Si voluntas servandi rectitudinem fortior esset, quam tentationis impetus, fortius illa volendo quæ tenet, resisteret, quam illa insisteret. Non enim aliunde scio, me magis vel minus fortiorem habere voluntatem, nisi quia magis vel minus fortiter volo. „Magister respondet distinguens duas voluntates, seu potius vim volendi & actum ejus: tum subjicit: "Cum ergo videas duas voluntates esse instrumentum volendi, & opus ejus: in qua harum duarum intelligis fortitudinem constare volendi. Discipulus: In illa quæ est instrumentum volendi. Magister . . . Si ergo scias virum ita fortem, ut eo tenente taurum indomitum, taurus non possit se movere: & videas eumdem virum sic tenentem arietem, ut ipse aries sese de manibus ejus excutiat, putabis ne illum minus fortem in tenendo arietem, quam in tenendo taurum? Discipulus: Illum quidem non dissimiliter fortem in utroque opere judicabo, sed eum sua fortitudine non æqualiter uti fatebor: fortius enim operatur in tauro quam in ariete. Magister: sic intellige voluntatem, quam voco instrumentum volendi, inseparabilem fortitudinem habere: qua aliquando magis, aliquando minus utitur in volendo. Unde quod fortius vult, nullatenus deserit, ablato eo quod minus fortiter vult. „

Anselmi liber de libero arbitrio.

Anselmi liber de concordia gratiæ cum libero arbitrio.

Alterum ejus opus est de præscientiæ & prædestinationis & gratiæ Dei & liberi arbitrii concordia. Et primo quidem ostendit Dei præscientiam inducere tantum necessitatem consequentem, quæ supponit libertatis exercitium. "Hoc enim ipso quod præsciri aliquid dicitur, futurum esse pronuntiatur . . . Quare cum dico: quia si præscit aliquid, necesse est illud esse futurum: perinde est ac si dicam, si erit, ex necessitate erit. Sed hæc necessitas non cogit nec prohibet aliquid esse, aut non esse. Ideo enim quia ponuntur res esse, dicuntur ex necessitate esse . . . Hinc sequitur necessitas, quæ rei positionem non præcedit. Secundo. Prædestinare in Deo idem est ac præordinare . . . Quædam tamen præscita & prædestinata non eveniunt ex necessitate, quæ præcedit rem & facit, sed ex ea, quæ rem sequitur; non enim ea Deus quamvis prædestinet, facit voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo, sed illam in sua potestate dimittendo: Quamvis autem voluntas utatur sua potestate, nihil tamen facit, quod Deus in bonis non faciat sua gratia. Quod clarius, cum de gratia loquemur, apparebit. „

Ibid. *Gratiæ concordia cum libero arbitrio.*

Itaque de concordia gratiæ & liberi arbitrii sic loquitur. "Quæstio ista inde nascitur, quia divina scriptura ita loquitur aliquando, ut nihil videatur liberum arbitrium prodesse ad salutem, sed sola gratia: Aliquando vero ita velit ut tota nostra salus in libera nostra consistat voluntate. . . Quod authoritas divina nequaquam faceret, si voluntatis libertatem nullam in homine cognosceret . . . Sed inde quidam superbi totam virtutem & efficaciam in sola libertate arbitrii consistere sunt arbitrati. Et sunt nostro tempore multi, qui liberum arbitrium esse aliquid penitus desperant. In hac itaque quæstione hæc erit intentio: ut liberum arbitrium simul esse cum gratia, & cum ea operari in multis monstremus. „Id ut probet, præsupponit quod antea dixerat in libro de libero arbitrio, scilicet esse posse simul rectitudinem seu justitiam & liberum arbitrium. Unde concludit: "Si ergo possumus ostendere nullam creaturam hanc adipisci posse rectitudinem nisi per gratiam; manifesta erit inter gratiam & liberum arbitrium ad salvandum hominem concordia. „Hic non perpendo vim ratiocinii: sed inde constat evidenter, quantum nostris Novatoribus adversetur Anselmus. Edmerus ejus discipulus, & convictor, & laborum & exiliorum comes individuus ejus vitam duobus libris comprehendit; ejus virtutes & miracula potissimum recenset. Sed in quatuor prioribus libris historiæ novorum, ea refert quæ inter Reges Angliæ & Anselmum gesta sunt: sed amice & fusius.

CHRISTI AN. 1109.

XII. Paucis diebus a morte Anselmi evolutis, venit in Angliam Ulricus Cardinalis pallium Eboracensis Ecclesiæ ferens, quod Anselmo tradendum Papa jusserat, ut juxta consilium ejus de eo disponeret. Expectavit festum Pentecostes, quo Rex Henricus curiam suam Londoniæ celebravit, & cœpit agere cum Episcopis & regni proceribus, quid esset agendum de consecratione electi Ecclesiæ Eboracensis. Anselmi Epistola ad Thomam recitata est. Episcopi statuerunt potius extrema quæque pati, quam ei non obedire: evocant Samsonem Wigornien-
Edmer. l. 4.
sem Episcopum: Ille interrogatus quid de ea re sentiret, quamvis Thomam electum Eboracensem ex conjuge, priusquam ordines sacros suscepisset, genuisset, dixit Anselmi literis se obediturum. Omnes Episcopi idem coram Rege dixerunt. Rex eis consensit, & dixit: Scias, Thoma, te aut obedientiam Ecclesiæ Cantuarien-
Ecclesiæ Cantuar. primatum agnoscit Eboracens.
si, ejusque primatibus, ut antecessores tui professi sunt, professurum, vel Archiepiscopatu Eboracensi cessurum. Thomas consideratis authoritatibus, quibus Ecclesiam Cantuarien-
sem niti videbat, ipsis acquievit. Dominica ergo die, quæ fuit quarto Kalendas Julii, Episcopi Londoniæ convenere in Ecclesia S. Pauli. Thoma priusquam a Richardo Londonien-
si Episcopo consecraretur, legit eique tradidit sequentem obedientiæ professionem, quam conscripserant Episcopi: "Ego Thomas Eboracensis consecrandus Metropolitanus, profiteor subjectionem & canonicam obedientiam Dorobernen-
si Ecclesiæ, ejusque primati canonice electo & consecrato, & successoribus suis canonice inthronizatis, salva fidelitate domini mei Henrici Regis Anglorum, & salva obedientia ex parte mea tenenda, quam antecessor meus Romanæ Ecclesiæ ex parte sua professus est. „

XIII. Venerandus Abbas Hugo Cluniacensis octo dies post Anselmum grandævus ad Christum, cui a pueritia militaverat, migravit. Cluniacense monasterium sexaginta quatuor annis gubernavit, & plusquam decem millia monachorum suscepit. Conventus a fratribus, ut successorem eligerent, imperavit; electumque juvenem nomine Pontium testimonio authoritatis suæ confirmavit. Calixtus Papa secundus S. Hugonem in sanctorum numerum retulit. Plures illustres viri ex ejus schola prodiere, inter quos Urbanus secundus & Gregorius septimus summi Pontifices.
Ordric. l. 1.
Hugonis Cluniacensis mors.

Alphonsus sextus Castellæ rex post annos triginta sex regni, prima die Julii ejusdem anni obiit. Eo regnante B. Geraldus, ut sedi Bracarensi propriam dignitatem restitueret, Romam petiit; a Papa Paschali honorifice susceptus, pallium & privilegium & authoritatem Ecclesiæ suæ inde apportavit. Quod privilegium cum in concilio Palentino coram omnibus fuisset recitatum, Bracareæ Metropolis suffraganei Geraldo Metropolitano, jubente Richardo cardinali, obedientiam & reverentiam promiserunt.
In vit. S. Gerald.

XIV. Thomas Hbaranita Syrus, Episcopus Kfartabensis Maronitarum fidem monotheliſmo labefactare conatus est. Joannes Antiochenus Patriarcha, ne is error revivisceret, adversus præfatum Thomam varia scripta publicavit, eique misit Epistolam, in qua conciliorum & Patrum authoritate confutat ejus errorem, illumque anathemate percutit. Thomas pro responsione aliam scripsit fidei suæ expositionem divisam in decem propositiones, in qua unicam in Christo voluntatem & operationem scripturæ & Patrum testimoniis probare nitebatur; sed Joannes jussit eam comburi, ne populi fides corrumperetur. Thomas id ubi comperit, illam in meliorem formam rescripsit: cumque illam ad valvas Ecclesiæ affixisset, ad montem Libanum se contulit. Balduinus Hierosolymorum Rex Tripolim Syriæ tunc expugnavit. Thomas hac occasione permotus, ut Maronitas in suum errorem adduceret, dixit Maronem ejusdem secum fuisse opinionis: idque Eutychii Alexandrini authoritate probabat: subditque
Narrat. in differtat. de relig. Maron.

divum

Christi An. 1109. divum Maximum authorem fuisse opinionis duarum voluntatum in Christo, sub Imperio Marciani, affirmavitque Heraclium Leonis Papæ authoritate insectatum fuisse Maximum, eique amputasse linguam & manum, atque relegasse in insulam. Ex quibus erratis patet, quanta fuerit Thomæ imperitia: Maximus enim annis fere centum quinquaginta post Marcianum natus est. Hoc tamen libello mendaciis ineptissimis contexto aditum ad plebem imperitam, & ad quosdam e clero viros sibi reperit, ac præcipue placuit Archi-presbytero Farsiacæ, qui ab ipso postulavit, ut suum tractatum decem propositionum rursus in lucem ederet. Hinc factum est, ut ejus asseclæ quædam illius exemplaria inter Maronitas disseminarent, multique illorum ecclesiasticos libros corruperint, eoque dolo multos deceperunt, ejusque erroris venenum in aliis oppidis diffusum est. Infectus est ipsemet Maronitarum patriarcha, prius corruptus muneribus. Quapropter inito inter Maronitarum primates tam ecclesiasticos quam sæculares concilio, rejecta ejus communione, eum deposuerunt, aliumque in ejus locum suffecere; qua novitate perculsi depositi Patriarchæ asseclæ in novum insurrexerunt, eumque interfecerunt: cum prius quadraginta falsi testes fidem ejus non esse rectam, aliaque falsa deposuissent.

Christi An. 1110. Annalist. Saxo. p. 624. XV. Henricus Germaniæ rex anno sequenti, scilicet millesimo centesimo decimo, in Epiphania Domini Ratisponæ cum principibus colloquium faciens, eis aperuit, quod transalpinis partibus se exhibere vellet, ut benedictionem Imperialem a summo Pontifice perciperet, & Italiæ provincias in societatem regni Germanici pace & justitiis ac legibus antiquis componeret. Insuper ad omnia, quæ defensio poscere ecclesiastica, ad nutum Apostolici promptum se demonstraret. Fridericus Coloniæ Archiepiscopus, Bruno Trevirensis, Cancellarius Adelbertus, aliique principes Romam vadunt, inter Papam & Regem concordiam facturi. Papa omni paternitate eum excepturum spondet, si ipse se ut Regem catholicum, & ecclesiæ filium & defensorem Romanæ sedis exhiberet. Legati Leodium ad Regem veniunt responsum ejus referentes.

Chronograph. Hildensheimens. Ibid. Lateranense synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. Nonis Martii synodus in Lateranensi ecclesia, præsidente Paschali Papa, celebratur, præsentibus plurimis episcopis & abbatibus: in eaque communi consensu statutum est: ut quicumque clericorum ab hac hora investituram ecclesiæ & ecclesiasticæ dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subjaceat. Secundo Apostolorum canonibus statutum est, ut omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Domino contemplante dispensetur . . . . Si quis ergo principum, vel aliorum laicorum, dispensationem seu donationem rerum, sive possessionum ecclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus judicetur. Clerici vero sive monachi, qui eas per illorum potestatem susceperint, excommunicationi subjaceant. Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores & fratrum necatores ab ecclesiæ liminibus excludantur. Papa præterea Romanos & Apuliæ principes sacramento adegit, ut auxilium adversus Henricum regem, si res poscret, sibi promitterent.

Annalist. Saxo. p. 625. Henricus rex Augusto mense secum deducens multos literatos, qui jurium suorum rationem reddere possent, & cum ingenti exercitu venit in Italiam: Parmamque perveniens Nathildem comitissam per internuntios sibi subjectam propriis justitiis donavit. Post hæc asperrima hyeme montem Bardonis transcendit, & multis e suis amissis Florentiam instante Domini nativitate pervenit. Ineunte anno

Christi An. 1111. millesimo centesimo undecimo, movit adversus Ariciam, atque ut civium insolentiam domaret, civitatem cum turribus, quas ad ei resistendum paraverant, evertit: ecclesiæ tamen suam justitiam, quam cives violenter abstulerant, restituit. Inde ad Aquampendentem progressus, legatos suos dudum ab Aricia missos ab Apostolico boni nuntii bajulos reperit: remissisque aliis cum Romanorum nuntiis, qui supplices illuc sibi occurrerant, paulatim Sutriam processit: Ibi legati Apostolici cum missis regiis advenientes dixerunt: paratum esse Apostolicum ad consecrationem, & omnem Regis honorem & voluntatem, si tamen ipse sibimet annueret libertatem ecclesiarum, laicam ab illis prohibens investituram, recipiendo nihilominus ab ecclesiis, ducatus, Marchias, comitatus, advocatias, monetas, telonia, cæterorumque regalium quæ possident summam Rex assensum præbuit, sed eo pacto, quatenus hæc transmutatio forma & autentica ratione, concilio totius ecclesiæ & regni principum assensu stabiliretur. Quod tamen vix aut nullo modo fieri posse credebatur. Eamdem conventionem refert Cassinense chronicon, scilicet ut Rex investituris in perpetuum renuntiaret; Papa vero præciperet episcopis & abbatibus, ut in perpetuum dimitterent & Regi redderent omnia dominia temporalia, quæ tempore Ludovici Pii ad Imperium pertinebant, ejusque successores dederant ecclesiis, quarum rectores comitibus laicis fore sibi fideliores putabant, nec unquam ea repeterent. Præterea Rex omnem securitatem Papæ promisit, tam pro ipso, quam pro ipsius dignitate, quam nullo modo violaret, sed potius integram absque ulla imminutione custodiret, omniaque B. Petri patrimonia ei conservaret. Christi An. 1111.

Ibid. p. 616. Ea conventione facta & scriptis utrimque firmata, & subscripta tum a Petro Leone primario Papæ legato, & a Regis ducibus & comitibus, Rex ad urbem properat. Dominus autem Apostolicus cum omni clero, immo tota Roma se in ejus occursum adornat. Rex immensa magnificentia receptus per portam argenteam usque ad mediam Rotam ecclesiæ sancti Petri antiquo Romanorum instituto deductus est. Sed lectis publice privilegiis, seu conventione, qua Papa præcipiebat episcopis & abbatibus ut regalia dominia dimitterent: tumultuantibus in infinitum principibus, pro ecclesiarum spoliatione, ac per hoc beneficiorum suorum ablatione, varia disceptatione, non sine ingenti periculo, tota dies consumpta est. Dum hæc aguntur, factione quorumdam tumultus in ecclesiæ gradibus oritur, plures vulnerantur, quidam trucidantur. Quo audito a Rege, concilium deturbatur: Apostolicus cum cardinalibus Regiæ custodiæ deputatur. Romani trans Tiberim fugiunt. Apostolicus ab episcopis & aliis fidelibus Regis interim est custoditus usque ad pacatam & ecclesiasticam consecrationem Imperatoris. His in Dominica prima quadragesimæ transactis, eadem nocte civitas Lateranensis, seu major pars urbis Romæ, quæ erat ultra Tiberim, tumultu bellico concutitur, Joannes enim episcopus Tusculanensis promissa omnium peccatorum indulgentia cives hortabatur, ut Papam armis liberarent. Orto mane, erectis signis Romani Regem invadunt, ac multos trucidant. Rex autem collecto exercitu Romanos fugat, abductoque secum Apostolico cum cardinalibus versus Albam tendit, ubi per totam quadragesimam moratur. His ita gestis, Regis optimates communicato consilio, Papam, qui adhuc in custodia regia detinebatur, adeunt & exorant, ut super Regis negotio mitius agat; injuriæ, si quam adversus Regem habet, obliviscatur, & fœdus cum eo ineat. Rex ipse pedibus ejus humiliter profusus veniam postulat, obedientiam spondet, dummodo Regia potestate jure antecessorum suorum Catholicorum Regum uti concedat: sicque sæpius Dominum Papam, ut animi rigorem aliquantisper temperaret, attentavit. Tandem Papa cedit, & sic Romam honorifice redire permittitur. Igitur cum cardinalibus, cæterisque personis ad tale negotium dignis de Regis consecratione tractat. Henricus rex Pascha non longe ab urbe in castris suis celebravit, & post octavas Paschæ, Idibus Aprilis in ecclesia B. Petri in Imperatorem consecratur. Cumque usque ad communicandum Missæ solemnitas esset celebrata, Apostolicus, dato silentio, Imperatorem sic alloquitur: Hoc corpus Domini nostri Jesu Christi natum ex Maria Virgine, passum pro salute generis humani, sit confirmatio veræ pacis & concordiæ inter me & te, & communicantes invicem osculati sunt. Donatus est etiam in præsenti per manum Apostolici privilegio investituræ ecclesiasticæ, juxta quod utriusque prædecessoribus placuerat, & per trecentos annos permanserat, cujus inconvulsibilem stabilitatem Papa mox anathemate confirmavit. Illius autem exemplar sic habet: " Illam prærogativam, quam prædecessores nostri prædecessoribus vestris Catholicis Imperatoribus concesserunt, & privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque tuæ dilectioni concedimus: & præsentis privilegii pagina confirmamus; ut regni tui episcopis vel abbatibus libere præter violentiam vel simoniam electis investituram virgæ & annuli conferas; post investionem vero canonice

Papa detinetur.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Investituræ concessio.*

Henrici rex & Papæ conven.

consecra-

CHRISTI AN. 1111. conſecrationem accipiant ab epiſcopo, ad quem pertinuerit. Si quis autem a clero vel populo præter aſſenſum tuum electus fuerit, niſi a te inveſtiatur, a nemine conſecretur, exceptis nimirum illis, qui vel in Archiepiſcoporum vel Romani Pontificis ſolent diſpoſitione conſiſtere . . . Si qua igitur eccleſia vel ſæcularis perſona, hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens contra eam temerario auſu venire tentaverit, anathematis vinculo innodetur, honoriſque ac dignitatis ſuæ periculum patiatur. „

Annal. Saxo. Imperator poſt hæc Apoſtolicum regiis muneribus donat: a quo tanquam filius a patre dimiſſus in Germaniam revertitur. Et menſe Auguſto plurimos epiſcopos, abbates, & principes Spiram convocat, quorum aſſenſu ſui patris anniverſarium magnifice celebrat. Nam toto quinquennio ſine ſepoltura eccleſiaſtica remanſerat. Papa vero epiſcopis, qui Romæ coram eo teſtimonium illius pœnitentiæ reddiderant, conceſſit, ut pro eo orarent, & cum majoribus ſuis ſepelirent. Adalbertus autem cancellarius, qui Imperatoris nomine de primis & ſecundis conditionibus pacis cum Papa tractaverat, communi cleri conſenſu electus Moguntinus Archiepiſcopus præſente Imperatore conſecratur. Annaliſtam Saxonem ſine ſtudio partium hæc eo vivente geſta narrantem in his prætulimus Caſſinenſi chronico, quod continuavit Petrus diaconus ejus monaſterii monachus; quem authorem minime ſincerum fatentur etiam ſcriptores eccleſiaſtici, qui res in eo tumultu & pacificatione geſtas ab eo mutuantes deſcripſere.

Fleu. tom. 4. p. 143.

Hæretici in Oriente. XVI. Orientalis vero eccleſia iiſdem temporibus, variis ſcindebatur hæreſibus ... Imperante Alexio, Nilus monachus in Chriſto negavit unionem hypoſtaticam, docens naturam humanam fuiſſe deificatam, ſicque errorem Eutychis inſtaurabat. Id ubi primum audivit Imperator, hominem evocat, atque a prava opinione revocare conatur, ſed fruſtra. Itaque cogit ſynodum: cum aliis adfuit Nicolaus patriarcha Conſtantinopolitanus: Nilus exponit ſua dogmata, quem in iis pertinacem anathemate ferit ſynodus, & confirmat unionem in Chriſto ſecundum hypoſtaſim.

Anna Comm. l. 10.

Anna Comm. l. 13. Bogomilorum hæreſis ex Maſſilianis & Manichæis erroribus conflata hanc excepit. Baſilius monachus illius fuit author: duodecim habuit diſcipulos, quos & apoſtolos nuncupavit, ſecumque diſcipulos adducens mulierculas quaſdam pravis ac impuriſſimis moribus. Eorum error ſe effudit, multoſque ſeduxit: ejuſmodi enim hæretici erant ad fallendum & diſſimulandum aptiſſimi, exteriorem quamdam pietatem profitentes. Bogomilus enim triſtis eſt, & ad nares uſque cucullo cooperitur, & curvatus incedit, & ore ſubmurmurat: intus vero lupus eſt effrenis. Imperator Alexius tantum ſcandalum ægre ferens, quoſdam Bogomilos in aulam perduci jubet, qui omnes Baſilium ſuæ ſectæ authorem eſſe dixerunt. Baſilius Imperatoris juſſu a multis conquiſitus tandem comparet, habitu quidem monachus, facie macilentus, mento glaber, ſtatura procerus. Imperator errorem, quem occultabat, ſuaſionibus ac illecebris foras educere volens, cum omni obſequio hominem excepit, eique ſedens aſſurrexit, & ſedis illum menſæque participem fecit. Ipſe & frater ejus Iſaacius Commenus per omnia ſimulabant ſe illius diſcipulos fieri velle, & omnia, quæ ab illo dicebantur, veluti divina oracula æſtimare, & in omnibus illi ſubdi, ſi tantummodo animæ eorum ſalutem procurare vellet.

Bogomili hæretici.

Ibid. Baſilius primum quidem diſſimulabat; verum laudibus inflatus hæreſeos dogmata eructavit in loco palatii ſecretiore; Chriſti divinam naturam negavit impius. Incarnationem imaginariam fuiſſe aſſeruit: templa rejecit, & corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium. Scriba latens intra velum ejus dicta ſcripto excipiebat. His auditis ſcenam aufert Imperator; ſex actores coguntur; ordo militaris accurrit; adeſt cum epiſcopis patriarcha Nicolaus Grammaticus. Baſilii dogmata proferuntur, qui ea defendere præparabat, licet ei ignem aliorumque tormentorum genera comminarentur; communis enim Bogomilorum eſt error, ſeſe quibuſcumque tormentis innoxie & ſine ſenſu doloris defuncturos; angelis videlicet præſto futuris, qui eos vel e rogis ardentibus eriperent. Cuſtodiis vero ſæpius mancipatus, accerſitus, ac ſæpius exoratus, ut impietatem ejuraret, nullis adhortationibus flecti potuit.

Imperator juſſit ut ubique Baſilii diſcipuli conquirerentur, præſertim eorum proceres, quos duodecim Apoſtolos appellabant. Hos comprehenſos aggreſſus ad reſipiſcentiam cum adhortaretur, obſtinatiſſimos expertus eſt; verum deprehenſa ingens vis mali latens, quippe peſtis magnatum domos pervaſerat, turbamque omnis generis incredibilem comprehenderat. Hinc Imperator magis ſollicite timere cœpit, ne non ſatis poſſet Eccleſiam ſemel purgare, lue tam late pertinente. Factu optimum judicavit ad retegendum cujuſque animum, ſi palam decretum promulgaretur, quo quicumque delati Bogomilicæ perfidiæ fuerant, flammis pariter cives exterique addicebantur, una cum ipſo hæreſiarcha, ejuſque duodecim diſcipulis. Evenit id, quod præviderat Auguſtus: publicata enim ejuſmodi ſententia, multæ ſtatim extiterunt excuſationes deprecantium falſam accuſationem, & ſe puros Catholicos calumnioſe inſimulari hæreſeos palam conquerentium. Cum interim alii deſperati ultro ſeſe Bogomilos faterentur. At incertum erat, num plerique, qui ſe Bogomilos negabant, vera dicerent, an potius impunitatem mendacio redimerent. Imperator igitur ad hanc diſcretionem faciendam, conſedit in Imperiali throno, aſſidentibus tum e ſenatorio, tum eccleſiaſtico ordine plurimis: productis omnibus qui Bogomilicæ hæreſeos inſimulati fuerant, protulit hanc ſententiam: Volo jubeoque hac ipſa die pyras ſuccendi geminas: harum alteri ſuperpoſitam eminere crucem. Inde optionem do delatis omnibus, ut qui eorum in fide Chriſtiana mori hodie decreverint, ad eam accedant fornacem, quæ crucis ſignum præfert; qui vero Bogomilicam mordicus perfidiam retinent, alteri ſe buſto admoveant, in quod mox conjicientur: cœtumque dimiſit. Ducuntur ex hinc Bogomili. Fornaces hinc inde diſtabant, una extabat cruce inſignis: reis fiebat poteſtas eligendi in quanam uri vellent. Hic omni humana ſpe deſtituti conſcientiæ ductum ſequebantur. Orthodoxi, ut famæ & ſaluti conſulerent, tendebant ad fornacem cruce inſignitam, quos lictores, uti ſecreto præceperat Auguſtus, ab incendio prohibebant; quos collaudatos honeſtiſſime dimiſit Imperator. Bogomili vero, qui crucem averſabantur, pergebant ad alteram fornacem; quos tamen licet certo deprehenſos ignibus tamen necdum abſumere voluit Imperator; ſed in varias cuſtodias diſtribuit, ſejungens ab illis duodecim Baſilii Apoſtolos.

CHRISTI AN. 1111. Ibid.

Catholici qui erant ſervatur.

Alexius hos ſubinde accerſens, tum per ſe, tum per viros eruditos hortabatur, ut a nefaria hæreſi reſipiſceret. Quidam translati ad meliorem mentem & eccleſiæ redditi, dimiſſi ſunt liberi: alios in ſua hæreſi obſtinatos mors oppreſſit in carcere. Baſilium vero ſectæ principem obduratiſſimum animadvertentes epiſcopi, ipſo authore ſententiæ patriarcha Nicolao, igne dignum cenſuerunt: quibus accedens Imperator, parari rogum juſſit in hippodromo. Figitur crux ad latus alterum: optio datur impio, utrum malit reſipiſcere, an mori? idque cruce adeunda & adoranda ſignificet, ut ab incendii pœna liberetur. Baſilius in primo flammæ conſpectu non remiſit ferociam: immo ſecuro riſu renidebat, inſana quædam vaticinans, angelos ſcilicet affuturos, qui ex medio igne ipſum eriperent. Fornaci propinquior conſternari cœpit, oculos ſæpius evertere, manus complodere: averſatus eſt tamen fanatice ſacram crucem, & velut ſtupidus in medio hærebat. Imperator miſſis pluribus nunciis hortabatur, ut vel tum ſibi conſuleret; quos cum pertinax rejeciſſet, jactans ſemper ſeſe ex hoc igne emerſurum incolumem; tortores illius promiſſionis experimentum ut caperent, arreptum ejus mantelum in flammas injiciunt: & quamvis illud ardere omnes viderent, ipſe ſolus illuſus exclamavit: Ecquid videtis mantelum meum evolare inviolatum in aera? Illi ſic cognita hominis inſania, apprehenſum cum veſtibus præcipitem in rogum protrudunt, & flamma ſtatim abſumpſit impium.

Ibid. *Bogomilorum ſupplicium.*

Ibid. Zygabenus monachus Imperatoris juſſu ſcripſit omnium hæreſeon panopliam, & unicuique SS. Patrum refutationes ſuppoſuit; ultimam ſubjunxit Bogomilorum hæreſim, prout eam Imperatori expoſuerat Baſilius. Præcipua eorum dogmata jam attigimus: eorum moralem fuiſſe impuriſſimam ſatis aperte innuit Anna Commena, quæ patris ſui Alexii Imperatoris vitam ſcripſit elegantiſſime, licet

verbis

CHRISTI AN. 1111. verbis copiosior accedat ad Rethoricam narrationem. Nicolaus Patriarcha diem extremum obiit anno millesimo centesimo undecimo; hæc autem ante ejus obitum gesta sunt; Joannem Grammaticum diaconum in sacris & profanis literis eruditum ejus successorem palam in majori ecclesia renunciavit Imperator.

Papa a suis reprehensus.

XVII. In occidente pax inter sacerdotium & Imperium non fuit diuturna, & quorundam factione schisma renovatum est: Papa multas a Romana ecclesia passus est injurias objicientibus ei quod contra instituta totius ecclesiasticæ disciplinæ Regem Henricum tyrannicum Reipublicæ vastatorem, & Ecclesiarum destructorem, Imperiali benedictione sublimasset, insuper sacrilego privilegio donasset. Licet autem tam ipse Paschalis, quam Cardinales, qui cum eo captivi fuerant, pro utilitate factum excusarent; nihilominus parum abfuit, quin apertum in schisma erumperet illa dissensio; nam cum paulo post ab urbe Campaniam versus accessisset Paschalis, iidem seorsim Romæ convenientes cum Joanne Tusculano episcopo & Leone Vercellensi, cardinalibus, confirmaverunt quæ a Gregorio VII. & Urbano II. contra laicorum investituras statuta in pluribus conciliis essent; nihilque roboris habere decrevere, quidquid adversus ea, ab ipso Paschali & ipsis inhærentibus cardinalibus quovis prætextu actum fuisset. Quod ubi audivit Paschalis tunc terracinæ existens, tertio Nonas Julii ad eos literas dedit, quibus leniter eos redarguens, promisit se emendaturum quod egerat. Bruno Signiensis episcopus & abbas Cassinensis, adjunctis sibi quibusdam cardinalibus episcopis, Paschali Papæ innuebat ut privilegium Imperatori concessum, & sacris canonibus contrarium, rescinderet, Imperatoremque anathemate configeret. Imo sciens, ea de causa sibi indignari Pontificem, ad eum literas dedit, in quibus in decretum concedens investituras invehitur tanquam in apertam hæresim, quæ totam subruat ecclesiam: eumque hortatur, ut inhærens prædecessorum suorum decretis, quibus quisquis contradicit, Catholicus non est, illud condemnet, & mox, inquit, pacatam videbis ecclesiam, & nos omnes videbis ad tuos pedes confluentes, & sicut patri obedientes . . . . . Ego autem illam obligationem, & illud juramentum, nempe quæ Papa fecerat Imperatori, parvi pendo, neque pro ejus violatione minus unquam tibi obediens ero. Bruno ejusque fautores hic Papam Imperatori concessisse supponunt, ut episcopatus & abbatias conferret, quod aperte falsum est; sed tantum indulserat, ut præmissa cleri & populi canonica electione, ejus consensus requireretur, & regalium investituram daret per virgam & annulum. Quæ duo prorsus diversa sunt.

Annal. Saxo. p. 829.

Concil. tom. 6. ed. Hard. Pasch. P. ep. 23.

Papa tamen amariorem illius zelum reveritus, & ne sibi pluribus adjunctis ipsum deponere tentaret, illum ab abbatia, quam sine sua dispensatione cum episcopatu retinere non poterat, amovere statuit. Quatropter ei direxit epistolam, qua vetuit, ne ultra episcopus simul esset atque abbas . . . Fratribus etiam per Leonem Ostiensem episcopum literas misit, mandans, ne ipsi Brunoni ulterius obedirent, sed secundum Deum sibi regulariter abbatem eligerent: sin autem secus agerent, in omnibus monasterii cellis abbatem ipse statueret.

Chron. Cassin.

Ibid.

Bruno convocatis fratribus abbatem præficere voluit monachum nomine Peregrinum, suum contribulem. Monachi repugnantes, illi quidem promisere obedientiam, quamdiu præesset; sin autem abdicare vellet, liberam eis permitteret electionem. Bruno per vim ad recipiendum Peregrinum compellere voluit: introduxit igitur armatos, qui monachos ad Missæ celebrationem intrantes in ecclesiam circumstant clamantes: Obedientiam abbati denegant? Exacerbati monachi milites ejiciunt. Id ubi Bruno cognovit, veniens eis dixit: Nolo, ut propter me inter vos & Romanum Pontificem scandalum oriatur, virgamque pastoralem super altare ponens, eam eis reddidit, &, postquam fratres absolvit ab obedientia, quam ei promiserant, rediit ad episcopatum, quem adhuc per annos quatuordecim sanctissime rexit. Post mortem a Lucio III. in numerum Sanctorum relatus est, die decima octava Julii: illius meminit Romanum martyrologium. Leo Ostiensis episcopus, cujus opera in ea re usus est Papa Paschalis, qui, cum esset monachus Casinensis, & patriæ nomine, Leo Marsiacus dictus est, Oderesii abbatis jussu tres priores libros chronici Casinensis composuit, illudque a S. Patre Benedicto ad Desiderium abbatem perduxit.

CHRISTI AN. 1111.

Conon cardinalis episcopus Prænestinus, legatione Apostolicæ sedis in Oriente fungens, ubi primum audivit, Papam captivum ab Henrico Imperatore detineri, convocata mox Hierosolymis synodo, eumdem Imperatorem excommunicavit, & confestim advolans in Occidentem, circumquaque lustrans provincias, collectis in Hungaria, Saxonia, Lotharingia, & Francia synodis, ubique eamdem excommunicationis sententiam repetivit; sed ejus zelus non fuisse secundum scientiam videtur, siquidem Imperium occidentale ad ejus legationem non pertinebat; Imperator igitur in spiritualibus ejus sententiæ non subjiciebatur.

In act. syn. Lat. tertiæ.

Ivo Carnotensis in epistola synodica, quam provinciæ Senonensis episcoporum nomine scripsit ad Joannem Lugdunensem Archiepiscopum, qui eos ad synodum, quam apud Ansam constituerat, convocaverat, ad quam ire noluerunt, quia non erant ipsius provinciæ: Ivo, inquam, longe aliter de Paschalis Papæ concessione sensit: Joannes Lugdunensis Papæ decretum de investituris damnare constituerat; ei respondet Ivo: " Catholicorum Patrum terminis contenti, quæ possumus, secundum decreta Patrum salvo vinculo pacis, corrigere volumus; quæ autem corrigere non possumus, usque ad messem, si necesse sit, Domino docente, tolerare decrevimus. His verbis excusatos nos credimus, quod a laceratione domini Papæ linguas nostras reprimimus: & si quid contra sententiam suam suorumque prædecessorum de remissis Germanico Regi investituris feciſſe videtur, filiali charitate excusamus . . . . ejusque excessum non tantum excusamus, sed dictante ratione approbamus, si imminente strage populi, paterna charitate cum nonnullo vulnere suo se tantis periculis objicere voluit, ut majoribus morbis posset sincera charitate subvenire. „ Deinde reprehendit eos, qui investituram vocabant hæresim. Unde concludit: " Cum ergo ea, quæ æterna lege sancita non sunt, sed pro honestate & utilitate ecclesiæ instituta vel prohibita, pro eadem occasione ad tempus remittuntur, pro qua inventa sunt, non est institutorum damnosa prævaricatio, sed laudabilis & saluberrima dispositio ... Si quis vero laicus ad hanc prorumpit insaniam, ut in datione & acceptatione virgæ putet se tribuere posse sacramentum, vel rem sacramenti ecclesiastici; illum prorsus judicamus hæreticum ... Possumus vero dicere, quod manualis illa investitura per laicos facta, alieni juris est pervasio & sacrilega præsumptio, nempe si per illam laicis beneficia ecclesiastica conferant (ut ea ætate solebant Principes) Quæ, inquit, pro libertate ecclesiæ & honestate, salvo pacis vinculo, si fieri potest, funditus abscindenda est . . . ubi sine schismate auferri non potest, cum discreta reclamatione differatur.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

XVIII. Paschalis tamen Papa, cum videret præcipua Ecclesiæ membra commoveri adversus investituras, quas Henrico indulserat, decimo quinto Kalendas Aprilis, anno millesimo centesimo duodecimo, Romæ synodum celebrat in basilica Constantiniana, ubi episcopi complures ex Italicis provinciis interfuerunt, & cum iis duo Galli, Gerardus Engolismensis, & Galo Legionensis in Britania minore. Quarta die de Guibertinis est facta quæstio, quod referrentur, quasi ex permissione Papæ, interdicta officia celebrare. Tunc Pontifex ait: Nec excommunicatos, sicut ajunt quidam, generaliter absolvit: constat enim, neminem nisi pœnitentem & satisfacientem absolutionis gratiam consequi. Guibertinis nec officia interdicta restitui, immo Ecclesiæ sententiam in eos editam juxta prædecessorum nostrorum deliberationem laudamus & confirmamus.

tom. 10. Lab. *Lateranensis secunda synodus.*

Die autem quinta, idem Pontifex narravit omnibus, qualiter ab Henrico Teutonicorum rege cum episcopis & cardinalibus captus fuerit. Quapropter coactus fuerit deliberationem suam pro redemptione captivorum, pro pace populi, pro liberatione Ecclesiæ, ut supra dicto Regi de investituris, quas sæpius prohibuerat, scriptum concessionis daret, & juramenta per episcopos seu cardinales fieri præceperit, quatenus nec de investituris deinceps eum inquietaret, nec in personam Regis anathema poneret. Quamvis autem conditio juramenti imposita, ab ipso

Ibid.

Christi An. 1112. & suis minus observata sit ; Ego tamen eum numquam anathematizabo , & numquam de investituris inquietabo. Sed quoniam jam nostræ commonitionis instantiam repulerunt , habebunt judicem Deum . Porro scriptum illud, quod magnis Ecclesiæ necessitatibus coactus, sine fratrum consilio aut subscriptione feci, super quo nulla conditione, nulla promissione constringimur, sicut prave factum cognosco , ita prave factum confiteor , & omnino corrigi , Deo præstante , desidero ; cujus correctionis modum , fratrum , qui convenerunt , consilio judicioque constituo : ne forte per hoc in postremum detrimentum aliquod Ecclesiæ aut animæ meæ præjudicium relinquatur. Tunc communi omnium favore laudatum est , ut fratres omnes , qui donum a Deo sapientiæ scientiæque perceperant , maturius super hoc consilium communi collatione susciperent: quod sequenti die per inspirationem Spiritus sancti responderent.

Ibid. Die itaque sexta , quæ & ultima concilii fuit, fidei suæ veritatem SS. Patribus per omnia congruentem domnus Papa Paschalis in audientia totius concilii exposuit: asserens se scripturas sanctas veteris & novi testamenti, & concilia universalia veneranda suscipere ac venerari , quæ catholica Ecclesia suscipit & veneratur , ita dicendo : " Amplector quatuor Evangelia , septem canonicas epistolas , & epistolas glorioſi Doctoris beati Pauli Apostoli, sanctos canones Apostolorum, quatuor universalia concilia, sicut quatuor Evangelia : Nicænum , Constantinopolitanum Ephesinum & Chalcedonense : decreta SS. Patrum, Romanorum Pontificum, & præcipue decreta domini mei Papæ Gregorii , & beatæ memoriæ Papæ Urbani. Quæ ipsi laudaverunt , laudo ; quæ ipsi tenuerunt , teneo ; quæ confirmaverunt , confirmo ; quæ damnaverunt , damno ; quæ repulerunt, repello; quæ interdixerunt , interdico ; quæ prohibuerunt, prohibeo in omnibus, & per omnia, & in his semper perseverabo. „

Papæ fidei professio.

Ibid. Gerardus Engolismensis episcopus ex ore omnium hanc in scriptis sententiam recitavit: " Privilegium illud , quod non est privilegium , sed pravilegium, pro liberatione captivorum & Ecclesiæ a domino Papa Paschali per violentiam Henrici regis extortum, nos omnes in hoc sancto concilio cum eodem domino Papa congregati , canonica censura & ecclesiastica authoritate, judicio sancti Spiritus damnamus, & irritum esse judicamus, atque omnino cassamus, & ne quid authoritatis & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus . Quod ideo damnatum est, quod in eo privilegio continebatur , quod electus canonice a clero & populo , a nemine consecretur , nisi prius a Rege investiatur , quod est contra spiritum sanctum & canonicam institutionem . „ Perlecta vero hac charta , acclamatum est ab universo concilio. Amen, Amen : Fiat , Fiat . Pro codicum diversitate , cum varient subscriptiones, hic episcoporum numerum non indicamus. Hanc synodum fuisse centum viginti quinque episcoporum scripsit Annalista Saxo author coævus , eorumque primus erat Joannes patriarcha Venetus , seu Gradensis.

Ibid. Paschalis Papa, ut Imperatoris ultionem , civile bellum in Imperio, & novum schisma in ecclesia , quæ mox subsecuta sunt , averteret , sequentes ad Henricum Imperatorem literas tunc dedisse fertur . " Gregorius VII. & Urbanus II. felicis memoriæ Pontifices . . . collectis frequenter episcopalibus conciliis , investituras manus laicæ damnaverunt , & si qui clericorum per eam tenuissent ecclesias , deponendos, datores quoque communione privandos censuerunt , juxta illud Apostolorum canonum capitulum, quod ita se habet: Si quis episcopus sæculi potestatibus usus, ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, & segregetur, omnesque, qui illi communicant. Quorum vestigia subsequentes, & nos eorum sententiam episcopali concilio confirmamus. Tibi itaque , fili charissime , Henrice rex , & nunc per officium nostrum, Dei gratia Romanorum Imperatori, & regno regalia illa dimittenda præcipimus , quæ ad regnum manifeste pertinebant tempore Caroli , Ludovici, Ottonis. Interdicimus etiam , & sub anathematis districtione prohibemus , ne qui episcoporum seu abbatum præsentium vel futurorum eadem regalia invadant, id est, civitates , ducatus , marchias , comitatus, monetas, telonium, mercatum , advocatias, jura, centurionum, & turres, quæ regni erant, cum pertinentiis suis, militiam & castra , & ne se deinceps , nisi per gratiam Regis, de ipsis regalibus intromittant, sed nec posteris nostris liceat, qui post nos in Apostolica sede successuri sunt, aut te, aut regnum super hoc inquietare negotio . Porro ecclesias cum oblationibus & hæreditariis possessionibus , quæ ad regnum manifeste non pertinebant , liberas manere decrevimus , sicut in die coronationis tuæ omnipotenti Domino in conspectu totius Ecclesiæ promisisti . " Ego vero puto , ejusmodi literas esse verum exemplar primæ conventionis inter Papam & Imperatorem , qui investituras dimisit , ea conditione , ut Papa præciperet episcopis , ut ei regalia restituerent, idque totius ecclesiæ consensu firmaretur . Quod reclamantibus omnibus episcopis & Principibus , nullo modo perfici potuit . Quæ enim in his literis continentur , perfecte concordant cum fragmento illius primæ conventionis , quod ex Annalista Saxone descripsimus. Secundo . Ut quid Papa secundo tentasset , quod fieri non posse præsens experimento cognoverat. Tertio. Urspergensis, Annalista Saxo, & acta synodi Lateranensis, harum literarum non meminere . Demum idem sequentia confirmant.

Christi An. 1112.

XIX. Guido Viennensis Archiepiscopus Viennæ synodum celebravit decimo septimo Kalendas Octobris. Hec decreta edidere episcopi : " Investituram episcopatuum & abbatiarum, & omnium ecclesiasticarum rerum de manu laica , Romanæ Ecclesiæ authoritatem sequentes, hæresim esse judicamus . Privilegium quod a Paschali Papa violenter Henricus rex . . . extorsit, in virtute Spiritus sancti damnamus, atque irritum esse judicamus. Henricum Teutonicorum regem , qui post data sacramenta Domno Papæ , vitæ membrorum, malæ captionis, refutationis investiturarum , eumdem Papam ante corpus beati Petri . . . . perjurio & sacrilegio , velut alter Judas cum cardinalibus & episcopis cepit , & captum in castris, insignibus Apostolicis exuit , & ab eo detestabile scriptum extorsit , excommunicamus, anathematizamus, & a gremio S. Matris Ecclesiæ separamus, donec his omnibus abdicatis plenam satisfactionem Ecclesiæ exhibeat. „ Hoc decretum , inquit Annalista Saxo, quia Apostolica, indeque omni ecclesiastica videbatur authoritate carere , adversus Imperatorem parum vigere potuit . Viennenses tamen episcopi ad Papam scripsere synodicam , in qua ei sua decreta exponunt , & rogant , ut illa confirmet ; si vero , inquiunt, nostræ paternitatis assertiones prædictas roborare nolueritis , propitius sit nobis Deus , quia nos a vestra subjectione & obedientia repelletis.

Conc. t. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbe. *Viennenſia ſynod.*

Post acta sequens ad Guidonem Viennensem ejusque suffraganeos sub nomine Paschalis Papæ legitur epistola. Fratrum relatione comperimus , vos Viennæ concilium celebrasse, in quo nimirum de augenda religione, de dispositione ecclesiastica seu ecclesiasticarum rerum , & de correctione pravorum hominum adversus S. Ecclesiam differuistis. Unde Deo gratias referimus, & quæ statuta sunt ibi , rata suscipimus, & confirmamus. Data decimo tertio Kalendas Novembris. Hæc autem epistola vel ad aliam synodum pertinet, vel supposititia est . Viennensem enim synodum non confirmasse Paschalem Papam constat ex modo laudatis verbis Saxonis annalistæ , qui ea ætate scripsit . Et certe, quomodo Papa confirmasset synodum, quæ Henricum regem anathematizat, quem se non anathematizaturum in Lateranensi synodo nuperrime protestatus erat , in eaque illum nulla censura notari permiserat , præsertim cum adhuc rescire non potuerit, utrum moderatioribus Lateranensis synodi decretis acquieseret. Demum, numquid Papa se declarasset hæreticum , si confirmasset synodum, quæ investituram, quam ipse permiserat , damnabat ut hæresim.

Sed alia Papæ Paschalis ad Guidonem extat legitima epistola, qua eum hortatur , ut in bono cœpto permaneat , nec minis vel blanditiis cedat , & Lateranensis synodi decreta confirmans, indultum de investituris Imperatori datum damnat, & nullius authoritatis esse declarat , sed regalia se Hencico reddi jussisse nusquam scribit.

Pasch. ep. 24

Ivo Carnotensis in epistola ad Henricum abbatem rursus eorum opinionem, qui investituras approbant, negat esse hæreticam , schismati tamen favere fatetur , a qua suspicione Papam eximit , de quo judicare episcopos non debere contendit. In tertia ad Brunonem

Ivo Carnot. ep. 24

Christi An. 1112. nonem Trevirensem Archiepiscopum, imminenti inter sacerdotium & Imperium divisioni occurrendum monet, etiam dispensatione competenti.

XX. Boemundus Antiochiæ comes circa idem tempus obiit in Apulia, dum in Palæstinam reditum pararet, & Canosæ sepultus est. Boemundus ejus filius cum esset junior, Tancredus principatum Antiochenum obtinuit: sed anno sequenti millesimo centesimo duodecimo mortuus est. Gibilinus patriarcha Hierosolymitanus vir piissimus Idibus Aprilis ejusdem anni migravit ad Deum, eique successit Arnulphus ejusdem ecclesiæ archidiaconus, qui scandalose vixit, & bona ecclesiæ suæ dissipavit. Hierichuntem enim nepti suæ in dotem tradidit: id unum in eo laudatur, quod canonicos regulares in ecclesiam suam introduxerit. Eo sedente Paschalis Papa a patriarcha Antiocheno rursus interpellatus de juribus suæ ecclesiæ, Balduino regi scripsit, ut ipse & Patriarcha Hierosolymitanæ ecclesiæ sint suo jure contenti, nec injuste aut procaciter usurpare ea contendant, quæ certo sciuntur ad jus Antiochenæ ecclesiæ pertinere.

Rupertus abbas.

XXI. Eadem ætate florebat Rupertus abbas monasterii Tuitiensis, in opposito civitatis Colonienſis juxta Rhenum. Fuerat antea monachus cœnobii S. Laurentii in publico monte Leodii. Multa opera tam in juventute, quam jam ætate provectior in lucem emisit; præcipua sunt ejus commentaria in varios scripturæ libros: Libri quadraginta duo de sancta Trinitate & operibus ejus: Libri duodecim de divinis officiis, quorum ipse meminit in sua ad Romanum Pontificem epistola. Eum in illis in gravissimum errorem impegisse putaverunt viri peritissimi, nempe quod unionem hypostaticam panis & vini eucharistici cum Verbo admiserit: cui opinioni ipsemet locum dedit durioribus & subobscuris suis locutionibus. Verum ab eo errore prorsus alienus videtur: In epistola enim dedicatoria libris illis præfixa, Berengarii hæresim clare impugnat, atque in multis locis suam mentem Catholicæ fidei conformem explicat: sic enim loquitur libro sexto in Joannem: " Crede & hoc, quod panis iste visibilis, & vinum, quamvis nihil de exteriori specie mutatum sit, in alium transierint cibum, qui Angelorum victus est; Panis cœlestis, ipse qui dicit: Ego sum panis, qui de cœlo descendi, Verbum scilicet Patris, panem terrenum nobis dat, quem in carnem suam transmutat, & sic Verbum . . . . . jam dudum caro factum, panis visibilis fit: & nihilominus de pane isto visibili vere & Catholice confitemur, quod corpus Christi est. „ Et libro quarto, capite septimo. " Species utraque panis & vini, inquit, de terra sumuntur, sed accedit substantiarum ac specierum creator Deus, non superficie tenus inducit, sed efficaciter hæc in carnem & sanguinem ejus convertit, permanente licet specie exteriori. „ Tunc etiam vivebat Renerus, qui S. Lamberti Leodiensis episcopi gesta scripsit. Extitere quoque in dialectica potentes sophistæ Joannes, qui eam artem vocalem esse disseruit. Robertus Parisiensis, Roscelinus Compendiensis, Arnulphus Laudunensis, qui eam de rebus tractare contendebant. Hinc in schola Parisiensi duæ Philosophorum sectæ exortæ sunt, quorum priores nominales, alii reales vocati sunt. Materia communis totius disputationis erat universale logicum: vetus opinio naturam universalem esse defendebat; nova vero contendebat, nullam naturam dari universalem, sed quidquid est, esse singulare, solasque voces seu nomina universalia dici posse. Quod dissidium adhuc in scholis perseverat: adeo ridiculum est difficiles habere nugas, atque in interminabilibus senescere quæstionibus.

Duchesne tom. 4.

Christi An. 1113. Orderic. l. 12. XXII. Communitatum origines ad hæc etiam tempora referuntur. Ludovicus Grassus imprimis ad comprimendam tyrannidem prædonum & seditiosorum, auxilium episcoporum deposcere coactus est. Tunc ergo communitas in Francia popularis statuta est a præsulibus, ut presbyteri comitarentur Regem ad obsidionem vel pugnam cum vexillis & parochianis omnibus. Erat igitur communitas, incolarum urbis universitas, domino temporali vel Rege concedente, sacramento invicem certisque legibus adscripta, & suos habens magistratus; sed quoniam urbium incolæ tunc ut servi dominis suis subditi erant, ut facti cives jus communitatis obtinerent, grandi pecunia suam libertatem redemerunt.

Laudunensis civitas sic in libertatem sese asseruit. Gualdericus urbis episcopus datis septingentis argenti libris, a Rege obtinuit, ut illa communitas aboleretur, & cives vexavit exactionibus, qui versi in seditionem, episcopum a suis proditum fractis cervicibus interfecerunt, ac ejus domum incenderunt: flamma vento impulsa corripuit cathedralem ecclesiam, quæ cum decem aliis conflagravit. Cædis authores diffugiunt. Rodulphus Remorum Archiepiscopus Laudunum venit, ecclesiam reconciliaturus, solemnesque tunc primum pro episcopo aliisque proceribus cum eo obtruncatis egit Missas, & sermonem habuit de communitatum abusu, & ne servi causentur dominorum duritiam & avaritiam, his adaptavit illud Apostolorum principis: Subditi estote in timore dominis, & non tantum bonis & modestis, sed etiam & discolis. Christi An. 1113. *Communitates civiles.* Metropol. Remens. hist. l. 2. c. 24. Primæ Petri 2.

Extincto Gualderico, Laudunensibus episcopus datur a Rege, nulla electione præmissa, Hugo decanus Aurelianensis. Hugone post septem menses mortuo, Bartholomæus Remensis ecclesiæ canonicus & thesaurarius, tam generis nobilitate, quam morum probitate celeberrimus eligitur. Hic Laudunum veniens animum pascendis ovibus, instaurandisque sacris ædificiis intendit, missisque philacteriis per provincias ad pecuniam corrogandam, tantam ex oblationibus fidelium pecuniam collegit, ut anno sequenti cathedralis ecclesia prorsus reparata dedicaretur octavo Idus Septembris. Ibid.

XXIII. Interea Beneventani variis modis vexabantur, atque internis factionibus, cum alii Landulphum Burellum, alii Ausonem civitatis rectorem sine Papæ voluntate instituere satagerent. Paschalis Papa his auditis, secundo die mensis Decembris Beneventum venit, & turres, quas pro Landulpho quidam civium occupaverant, recipit. Mense Februario anni millesimi centesimi decimi tertii synodum constituit in palatio, & cives vocari jussit, ut a reis justitiam pleniter sumeret; vocantur suspecti, malorumque fautores, quidam conjecti sunt in carcerem, quidam ejecti in exilium, quorumdam domus vel fisco addictæ sunt, vel destructæ. Dominus Apostolicus præterea videns civitatem variis prædarum persecutionibus oppressam, & bona civium a vicinis Normannis quotidie abstrahi, Landulphum natione Græcum, militem solertem connestabilum Beneventanorum instituit, ut civitas secura persisteret. Demum ecclesiam S. Mariæ, quam quidam Benedictus occupaverat, abbati Cassinensi eam repetenti restituit. Quarto Nonas Octobris ejusdem anni obiit Sigibertus Gemblacensis in Brabantia monachus, vir acerrimi ingenii, sed in schismaticorum castris militavit: ejus animus Romanis Pontificibus infensior se prodit in brevi chronico, quod perduxit ad annum millesimum centesimum, & Robertus de monte continuavit. Collect. rer. gest. Benevent.

XXIV. Præsens sæculum maxime illustravit sanctissimus & doctissimus abbas Clarevallensis Bernardus, qui inter sanctos Patres annumeratur, temporis quidem ordine, non rerum gestarum gloria postremus. Fontanis oppido patris sui in territorio Lingonensi tertius inter fratres natus ex nobilibus parentibus, anno millesimo nongentesimo primo. Alais ejus mater, quæ eum divino destinarat obsequio, in ecclesia Castellionis, quæ postmodum Bernardi opera a sæculari conversatione in ordinem canonicorum regularium promota cognoscitur, magistris literarum tradidit erudiendum: ingenio naturali pollens præ coætaneis suis proficiebat. Jam tum publicum fugitans, amabat habitare secum, Deoque devotus eum orabat, ut puram sibi pueritiam conservaret: pietatis opera sectabatur pro viribus faciens eleemosynas. Vix adoleverat, cum mater ejus migravit ad Dominum. Exinde sui juris vivens, cum esset eleganti corpore & suavissimis moribus præditus, mulieres non raro tentarunt ejus castitatem, quarum sollicitationes frequenter superavit, ita ut, cum unam aliquando curiosius aspexisset, continuo ad se reversus, proximo stagno gelidarum aquarum collo tenus insiliens, tamdiu inibi mansit, donec pene exsanguis effectus, a calore carnalis concupiscentiæ totus refriguit. Post hæc perpendens, quod tutius esset tot se subducere tentationibus, mundum relinquere deliberavit: hinc cœpit inquirere, ubinam purius inveniret requiem animæ suæ sub jugo Christi. Vit. S. Bernard. Ejus oper. tom. 2. *S. Bernardus.* Ibid. *S. Bernardus fit monachus.*

Cistercienses, qui arctissimam regulæ sancti Benedicti observationem ab aliquot annis sectabantur,

Christi An. 1113. vix aliquos suæ conversationis sectatores invenerant, ob summam vitæ ipsius & paupertatis austeritatem. Bernardus posthabita omni hæsitatione, ibi delitescere constituit. Ubi primum propositum ejus cognovere fratres ejus & propinqui, animum ejus ad studium literarum divertere tentarunt, ut amore scientiæ sæcularis eum sæculo arctius implicarent. At ille vicissim illos aggressus omnes, excepto minimo fratre, quem patri Tessellino jam seniori ad solatium reliquit, Deo lucratus est, eisque persuasit, ut vitam monasticam secum profiterentur. Guido primogenitus, qui conjugio jam alligatus erat, post aliquam deliberationem consensit, si tamen conjux ejus adhuc junior annueret. Bernardus incunctanter spondet aut consensuram, aut morituram; sed cum illa renueret, vir ejus abjiciens quidquid habere videbatur de sæculo, vitam cœpit agere rusticanam: sed non multo post ejus uxor incidens in gravem morbum, Bernardum evocat, & veniam deprecatur: intervenienteque mutuo consensu, in cœtum sanctimonialium transiit, ibique usque ad mortem religiose Deo serviit.

Ibid. Bernardus anno millesimo centesimo decimo tertio, ætatis suæ vigesimo secundo, se cum quatuor fratribus, aliisque viginti quinque sociis, quos inter erat Hugo Matisconensis, qui postea raptus a Pontiniaco monasterio, quod ipse ibidem abbas ædificavit, Antisiodorensis ecclesiæ factus est episcopus, Cistercium ingressus est, sub abbate Stephano. Nivardus fratrum minimus alios brevi secutus est. Et quoniam aliqui ex ejus sociis uxores habuerant, quæ cum viris sanctæ conversationis votum inierant, ædificatum est cœnobium monialium, quod Jullejum dicitur, in Lingonensi parochia. Bernardus Cistercium ingressus intentione ibi moriendi a cordibus & memoria hominum: novitius in nullo sibi parcens instabat omnimodis mortificare non solum concupiscentias carnis, sed & sensus ipsos, per quos fiunt: eis tantum permittens, quantum sufficeret ad exterioris cum hominibus conversationis societatem, totusque absorptus in spiritum, tota in Deum intentione ferebatur, occupatusque in meditatione spirituali, vix aliquid sensu corporis sentiebat, atque ut conceptum animi fervorem magis accenderet, illud in corde & in ore frequenter habebat: Bernarde, Bernarde, ad quid venisti? Annum exegerat in cella novitiorum, & adhuc ignorabat, an haberet testudinem. Quotidie sæpius ingressus in ecclesiam, in cujus capite tres essent fenestræ, unam tantum esse arbitrabatur. Curiositatis enim sensu mortificato vix quidquam sentiebat, vel spiritualibus occupatus non advertebat; habebat autem in eis, quæ ad Deum sunt, carnem subditam spiritui & servientem. Tanta erat interioris ejus pulchritudo, ut evidentibus indiciis foras erumperet, & de cumulo internæ pietatis perfusus homo exterior videretur: vigilabat ultra humanam possibilitatem, ne quid temporis perderet: sic accedebat ad sumendum cibum quamvis exiguum, quasi ad tormentum. Hinc delicatior ejus complexio vigiliis & jejuniis, frigore, labore, & durioribus exercitiis attrita est, corruptoque stomacho crudos cibos ejiciebat. Nihil tamen indulgentiæ circa corporis quietem seu refectionem, nihil remissionis de communi labore vel opere fieri sibi aliquando acquiescens. Cæteros namque perfectos esse arbitrabatur, se vero novitium indigere ordinis districtione, & rigore disciplinæ: si vero vires deficerent, ad viliora quæque opera confugiens, laborem humilitate compensabat . . . laboris autem tempore intus orabat, seu meditabatur . . . Feriatus autem ab omni opere jugiter orabat, aut legebat, aut meditabatur. Canonicas scripturas simpliciter legebat, nec ullis magis quam ipsarum verbis eas se intelligere dicebat. Sanctos tamen & orthodoxos earum expositores humiliter legens, nequaquam eorum sensibus suos sensus æquabat, sed subjiciebat formandos: & vestigiis illorum fideliter inhærens, sæpe de fonte, unde illi hauserant, & ipse bibebat.

Eodem anno duæ insignes fundatæ sunt abbatiæ. Stephanus Cistercienſis abbas duodecim monachos misit in locum diœcesis Cabilonensis, qui dicitur Firmitas ad Gronam fluvium: hic ejusdem urbis comites fundarant abbatiam, cui præfecit Bertrandum abbatem. Hæc prima est Cistercienſium colonia. Guillelmus de Campanellis, qui diu cum opinione doctrinæ Dialecticam & Theologiam Parisiis docuerat, vitæ perfectioris studio professus est vitam canonicam regularem, & cum aliquot discipulis secessit in ædiculam sub invocatione S. Victoris consecratam: hæc erat extra muros urbis, quæ tota ea parte, quæ nunc dicitur civitas, continebatur. Hinc canonici S. Victoris regulares prodiere. Guillelmus postea promotus est ad episcopatum Catalaunensem. Christi An. 1113.

In Anglia quoque fundata sunt duo monasteria, ex quibus prodiere duæ celeberrimæ universitates. Oxoniæ paucissimis clericis, qui pro libitu viverent, residuis, datus ille locus a Rogero Salisberiensi episcopo, Guimundo excellentis literaturæ canonico, qui operose commisso insudans muneri, multos ibi canonicos regulares Deo exhibuit: Joffredus autem abbas natione Gallus ad Manerium suum juxta Cantabrigiam misit Gislibertum monachum suum & Theologiæ professorem, cum aliis tribus monachis, qui eum secuti fuerunt in Angliam, erantque philosophicis theorematibus instructissimi, qui Cantabrigiæ scientias professi sunt. Alford. annal. eccles. Anglic. tom. 4.

XXV. Henricus Angliæ rex ecclesiæ Cantuariensis reditus invaserat; Rodulphus vero Roffensis episcopus, quæ ad Christianitatem pertinent, in eo Archiepiscopatu ministrabat, & sedes jam ab annis quinque vacabat: cum Rex monitis Papæ, & precibus fratrum Cantuariensium, aliorumque multorum, episcopos & principes Angliæ apud Windleshoram convocat, ut eorum consilio Cantuariensem Pontificem constitueret. Illis placebat, ut clericus de capella Regis assumeretur; verum ubi eis objectum est, omnes a B. Augustino Cantuarienſes Archiepiscopos fuisse monachos, uno duntaxat excepto, qui fuerat depositus, Rodulphum Roffensem igitur designant: Rex eum approbavit, & monachi & populi Cantuarienſes dedere consensum: sic communi consensu electus, die decima septima Maji, anno millesimo centesimo decimo quarto inthronizatus est. Rodulphus in Normannia natus ante episcopatum fuerat Sagiensis abbas. Christi An. 1114. Eadmer. l. 5.

Paschalis Papa circa idem tempus apud Cyprianum conventum habuit, in eoque Guillelmum ducem Apuliæ Calabriæque constituit. Et cum Landulphus Beneventanus accusatus fuisset, quod regalia sancti Petri susceperisset, palatium invasisset, & Landulphum connestabulum expulisset, nec se purgare posset, aliquotque Cardinales eum deponendum jam opinati essent, ille Papæ sententiam audire detrectans fugit in Cassinense monasterium. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

XXVI. Conon Prænestinus episcopus, & sedis Apostolicæ legatus, octavo Idus Decembris ejusdem anni, in civitate Belvacensi synodum celebravit. Aderant Archiepiscopi, Remensis, Bituricensis & Senonensis cum suis suffraganeis, unanimiterque statutum est, ut, quæcumque res vel possessiones cuilibet ecclesiæ datæ, & ab eo anno & die quiete, id est, sine synodali proclamatione, possessæ fuerint, eidem ecclesiæ perpetua stabilitate permaneant. Quod qui violaverit, a communione arceatur, donec ecclesiæ satisfaciat, & quæ abstulerit, libere restituat... Incongruum enim & injustum visum est, ut, cum hæc inter sæculares lex teneatur, sancta Dei Ecclesia minori contra eosdem sæculares jure utatur; verum hoc duntaxat adversus laicos. Inter ecclesiasticos vero tricennalis jus possessionis secundum sacros canones conservetur. Præterea synodorum præcedentium multa decreta innovata & confirmata sunt. Hæc in actis leguntur. Quædam etiam in eadem synodo gesta, quædam privata scripta in monasteriis inventa tradunt, scilicet Thomas de Marna eques perditissimus, qui diœceses, Laudunensem, Remensem, Ambianensem rapinis vastaverat, ecclesiæ bona occupaverat, anathemate percussus est, cingulum militare ei licet absenti Conon decingit, ab omni honore tanquam sceleratum, infamatum, Christiani nominis inimicum, omnium judicio deponit. Ibidem Henricum Imperatorem excommunicatum ferunt. Ibid. Belvacenſi synodus.

B. Godefredus Ambianensis episcopus abdicato episcopatu clam secesserat in Carthusiam. Ambianorum legati de ejus fuga querelas detulerunt ad synodum. Remensis Metropolitanus jubet, ut conquisitum reducant, sancte promittens, quod eo vivente non alium habituri essent episcopum. Dum hæc geruntur, allatæ sunt Godefredi literæ, quibus suos hortabatur, ut alium patrem sibi quærerent, & de se humillime loquebatur. Patres statuunt, ut legati redirent ad synodum Sueſſionensem, quæ habita est die Ibid. B. Godefredus.

Epipha-

Epiphaniæ anni milleſimi centeſimi decimi quarti. In ea, jubente Ludovico rege Francorum, vocati ſunt Henricus abbas ſancti Quintini, ubi vir Dei Godefredus a pueris pie fuerat educatus, & ad ſummum pietatis apicem pertigerat, & Hubertus monachus Cluniacenſis, eoſque cum ſuis literis mittunt ad fratres Cartuſiæ, quibus imperant, ut Godefredum ad ſuam ſedem ocyus redire compellant. Idem Godefredo præcipiunt . . . . . Hæc ubi Godefredus accepit, ad pedes monachorum ſe proſtravit, cum multis lacrymis orans, ne ſinerent ipſum a ſe avelli. Flent pariter illi. Attamen, quia regiæ & epiſcoporum authoritati reſiſtere non poterant, illum in pace dimittunt. Remos venit quinto Kalendas Aprilis, ubi tunc Conon ſynodum habebat. Radulphus Remorum Archiepiſcopus eum adduxit, jejuniis, vigiliis, aliiſque ſanctis exercitiis adeo extenuatum atque confectum, ut vix pedibus conſiſtere poſſet. Conon illum increpavit, quod injunctum ſibi munus reliquiſſet. Deinde admonuit, ut propriæ utilitati multorum ſalutem anteponens Ambianum rediret: obedivit & ab omnibus cupidiſſime excipitur. Anno ſequenti migravit ad Deum die octava Novembris, qua in Eccleſia honoratur: ejus vitam ſcripſit Nicolaus monachus, qui ſæpius eum viderat. Tunc etiam aliqui ruſtici Manichæorum erroribus infecti deprehenſi ſunt: quos populus, ne cum eis mitius agerent epiſcopi, e carcere eductos vivos concremavit.

Christi An. 1114. Sueſſionenſis Synodus. Remenſis Synodus.

XXVII. Henricus rex, poſtquam Radulphus Roſſenſis epiſcopus ad Cantuarienſem ſedem translatus eſt, legatos cum ſuis & Radulphi literis ad Papam direxit, qui pallium referrent. Paſchalis Papa illud negavit; ipſius enim injuſſu tentata fuerat ejuſmodi translatio. Interveniente tamen Anſelmo ſancti Sabæ abbate, qui ſancti Anſelmi Cantuarienſis nepos erat, illud conceſſit; ſed datis ad Regem literis tertio Kalendas Aprilis anni milleſimi centeſimi decimi quinti, ſequentia reprehendit: "Sedis Apoſtolicæ nuncii vel literæ, præter juſſum regiæ majeſtatis, nullam in poteſtate tua ſuſceptionem, aut auditum promerentur, nullum inde judicium ad nos deſtinatur. Quamobrem multæ apud vos ordinationes illicitæ præſumuntur . . . . . Pro his corrigendis cariſſimum filium Anſelmum ad tuam excellentiam deſtinavimus . . . . . Eleemoſyna ſancti Petri ita perperam doloſeque collecta eſt, ut neque mediam ejus partem hactenus eccleſia Romana ſuſceperit. Quod totum tibi, ſicut & alia, imputatur, quia præter voluntatem tuam nihil in regno præſumitur. Volumus igitur, ut eam deinceps plenius colligi facias, & per præſentem nuntium mittas.

Christi An. 1115. Paſch. P. ep. 101.

Anſelmus pallium in vaſe argenteo ferens Cantuariam venit, die vigeſima ſeptima Junii. Itum eſt illi obviam a clero uſque ad portam civitatis. Radulphus ſtipatus epiſcopis, & indutus ſacris veſtibus, nudis pedibus, devotus occurrit; ſicque delatum eſt ſuper altare Salvatoris pallium, & ab Archiepiſcopo inde ſuſceptum, facta prius Romano Pontifici de fidelitate & canonica obedientia profeſſione: tum inthronizatur.

Eadmer. l. 5.

Henricus rex poſt hæc omnes epiſcopos regni & principes ad curiam ſuam venire jubet. Decimo ſexto Kalendas Octobris convenerunt apud Weſtmonaſterium, in Regis palatio. Venit & Anſelmus abbas, & Regi ſequentem Papæ epiſtolam obtulit. Romanæ ſedis primatus in prima ejus parte aſtruitur. Inde concludit: "Vos autem, inconſultis ſobis, etiam epiſcoporum negotia definitis . . . Vos oppreſſis Apoſtolicæ ſedis appellationem ſubtrahitis . . . Vos præter conſcientiam noſtram concilia celebratis . . . Videtis igitur & vos contra ſedis Apoſtolicæ authoritatem plurimum exceſſiſſe, & dignitati plurimum ſubtraxiſſe . . . . Vos præter authoritatem noſtram epiſcoporum quoque mutationes præſumitis: quod ſine Romanæ ſedis authoritate & licentia fieri, novimus omnino prohibitum. Si ergo in his omnibus ſedi Apoſtolicæ dignitatem ac reverentiam ſervare conſentitis, nos vobis ut fratribus & filiis charitatem debitam conſervamus. „ Rex conſilio cum epiſcopis habito, quid ſuper his & quibuſdam aliis, quæ ſuum animum plurimum offenderant, Papæ reſponderet, placuit in communi, ut ſuos nuntios mitteret, per quos quæ vellet ſecurius Papæ mandaret. Conon enim legatus epiſcopos Normanniæ ab officio ſuſpenſos excommunicaverat, eo quod vocati tertio conciliis intereſſe noluerant; quod Regem graviter offenderat; maxime quia eo facto privilegia patri & fratri & ſibi a Romana Eccleſia collata ſcidiſſe viſus eſt. Willelmus Exonienſis quamvis cæcus ad hæc negotia tractanda Romam miſſus eſt, erat quippe Papæ notiſſimus, & Regi fideliſſimus. Re ipſa pacem prudenter compoſuit, atque ex unanimi ſententia negotia confecit. Quibus autem conditionibus, non tradunt hiſtorici.

Ibid. Paſchal. Papæ. ep. 103.

Christi An. 1115. Godwin. in Exonien.

XXVIII. Ordo Ciſtercienſis per hæc tempora mirifice propagatus eſt. Poſt Firmitatem, Pontiniacum quatuor ab Autoſiodoro leucis conditum eſt anno milleſimo centeſimo decimo quarto. Currenti vero anno, Claravallis & Morimondus abbatiæ in diœceſi Lingonenſi inſtitutæ ſunt. Hæ quatuor abbatiæ dicuntur Ciſtercii filiæ primogenitæ. Ex iis enim cæteræ omnes exortæ ſunt. Claravallis locus eſt non longe a fluvio Alba, antiqua ſpelunca latronum. Hunc locum horroris & vaſtæ ſolitudinis Ciſtercienſibus dedit Hugo comes Trecenſis. Stephanus abbas huc aliquot ſuos monachos miſit, quibus Bernardum dedit abbatem, quamvis annum primum a profeſſione & vigeſimum quartum ætatis ageret. Cum autem Joceranus Lingonenſis epiſcopus abeſſet, ad quem pertinebat ejus ordinatio; Willelmus Catalaunenſis epiſcopus ſe obtulit. Bernardus ergo comite Elbodone monacho jam ſene venit Catalaunum. Cum autem quæreretur, quis eorum eſſet abbas? epiſcopus ſtatim agnovit virum Dei. Cumque juvenis prudentiam proderet loquendi verecundia, ex illa die facti ſunt cor unum & anima una in Domino: Et tota Gallia per eum in Bernardi reverentiam excitata eſt.

Claræ-vallis fundatio.

S. Bernard. vit. oper. ejus tom. 2. nov. ed.

Bernardus redux hanc ſpeluncam latronum fecit templum Dei, & locum orationis; hic vivens cum ſuis in paupertate ſpiritus, in fame, in ſiti, in frigore, in nuditate, in vigiliis multis. Pulmentaria ſæpius ex foliis fagi conficiebantur: panis vero ex hordeo & milio & vicia erat. Cætera quoque alimenta vix habebant aliquid ſaporis, præterquam quod fames & Dei amor faciebat. Vir religioſus hoſpitio exceptus ejuſmodi panem ſibi appoſitum ubertim plorans clam aſportavit, omnibuſque oſtendit quaſi pro miraculo, quomodo tales homines ex eo viverent. Bernardum iſta minus movebant: ſumma ei ſollicitudo de ſalute animarum, quæ ſemper ſacrum illius pectus poſſedit.

Ibid.

Gerardus ejus frater, & cellarius domus cum apud eum conquereretur ad neceſſaria fratrum multa deeſſe: vir Dei, quantum ad præſentes anguſtias ſufficere poſſet, inquiſivit: ille vero duodecim libras reſpondit. Tunc dimittens eum ad orationem confugit. Poſt paululum rediens Gerardus, mulierem de Caſtilione foris eſſe, & velle ei loqui nuntiavit. Illa ad pedes egredientis procidens ei duodecim libras obtulit, orationum ſuffragia poſcens pro viro ſuo graviter ægrotante. Bernardus illi dixit: Vade, ſanum invenies virum tuum: quem reipſa ſanum reperit. Abbas conſolatus puſillanimitatem cellarii, ad ſuſtinendum Dominum reddidit fortiorem. Sæpius aliqua inſtante neceſſitate ei divinum adfuit auxilium. Itaque fratres ejus manum Domini cum eo eſſe intelligentes, rerum exteriorum ſollicitudine illum inquietare pertimeſcebant; eas ipſi, ut poterant, dirigentes, ipſum tantum de ſpiritualibus conſulebant.

Ibid.

Viri divites in ſæculo & honorati ad Bernardi diſciplinam confluebant, ut in Chriſti paupertate gloriarentur. Venit & ipſius pater, qui cum aliquantulum tempus hic pie vixiſſet, obiit in ſenectute bona. Inhabitantium ſimplicitatem & humilitatem oſtendebant exigua & vilia ædificia: & quod mirum magis in tanta hominum multitudine, laborantium; nulli enim otioſum eſſe licebat: mediæ noctis ſilentium a ſupervenientibus inveniebatur, & nihil audiebatur niſi laborum ſonitus, vel voces Deum laudantium in ſacris officiis . . . . . religioſum illud ſilentium etiam apud ſupervenientes ſui faciebat reverentiam, ita ut etiam aliquid non neceſſarium loqui vererentur: ſicque omnes etiam in multitudine ſolitarii erant. Hic fuit fervor regularis diſciplinæ ſub abbate Bernardo & magiſtro.

XXIX. Idibus Decembris ejuſdem anni mortuus eſt vir religioſus & magnæ literaturæ Ivo Carnotenſis epiſcopus, cum hanc eccleſiam religioſe rexiſſet annos

Ivonis Carnot. mors & opera.

Christi An. 1116. annos fere viginti tres. Reliquit autem multa monumenta suæ industriæ, religionis & sapientiæ, ædificando scilicet monasterium canonicorum S. Joannis de Valle, in quo sepultus est: & domum Episcopi faciendo: & a multis consuetudinibus & exactionibus comitis Carnotensis idem Episcopium liberando; & multa utilia scribendo: imprimis exceptiones Ecclesiasticarum regularum partim ex Epistolis Romanorum Pontificum in unum corpus adunavit: & multas SS. Doctorum sententias ad capitula pertinentes interseruit. Hoc ejus decreto ante Gratianum per annos sexaginta usi sunt Juristæ. Panormia non est opus Ivonis, sed Hugonis Catalaunensis, qui decretum in compendium redegit. Cum in pluribus canonicorum Carnotensium desuevisset disciplinæ regularis observantia, ut de negligentibus faceret diligentes, & de somnolentis vigiles & assiduos ad frequentandas horas canonicas, dedit eis dimidiam præposituram, ut inde fieret panis quotidianus, quem acciperent assidui, & tardi amitterent. Sed cum in negligentia sua perseverarent, promissam abstulit retributionem. Ecclesiæ suæ & monasterio S. Quintini multa largitus est. Pius V. Romanus Pontifex canonicis regularibus congregationis Lateranensis, Bulla anno millesimo quingentesimo septuagesimo emissa concessit ejus festum die vigesima mensis Maji celebrare.

Robert. de monte chron.

Vincent. Bellov. l. 25. specul. hist.

Robertus de Abrissello.

Carnotensem sedem post eum tenuit Goffridus; sed comes ejusdem urbis eum ejecit, & canonicorum domos diripuit. Robertus de Arbrissello, cujus tunc magna erat opinio sanctitatis, a clero evocatus pacem in ea Ecclesia restituit. Comes Episcopum sedi suæ restituit, ablata reddidit canonicis, qui ejus exhortationibus inducti, sacramento simoniæ se renuntiare professi sunt. Robertus monasterii & ordinis Fontebraldensis fundator his diu non supervixit, sed die vigesima quinta mensis Februarii anni millesimi centesimi decimi sexti migravit ad Deum. Ecclesiam licet virtute sua vivens & mortuus illustraverit, calumniam tamen passus est a Roscelino hæretico, & a quibusdam æmulis. Imo Goffridus Vindocinensis Abbas ejus amicus, in Epistola quadragesima septima sic eum redarguit: "Fœminarum quasdam, ut dicitur, nimis familiariter tecum habitare permittis: quibus privatim sæpius loqueris: & cum ipsis etiam & inter ipsas noctu frequenter cubare non erubescis. Hinc tibi videris, ut asseris, Domini Salvatoris digne bajulare crucem, cum extinguere conaris male accensum carnis ardorem. Hoc si modo agis, vel aliquando egisti, novum & inauditum, sed infructuosum martyrii genus inveniſti. „ Hanc Epistolam esse suppositiam dixere viri periti. Verum ea legitur in antiquissimo manuscripto Cenomanensi eadem manu scripta, qua cæteræ, & Reverendus P. Mabillonius eam Florentiæ & in Bibliotheca Reginæ Sueciæ legisse testatur in manuscriptis duodecimi sæculi. Goffridus autem non alicujus comperti sceleris accusat Robertum, sed ex quibusdam rumoribus vel relationibus temerariam præsumptionem coarguit. His adde, quod monachi tunc non depositis vestibus somnum caperent.

Mabillonius. Mus. Ital. tom. 1.

B. Bernardus & Vitalis.

XXX. Die vigesima quinta mensis Aprilis ejusdem anni B. Bernardus fundator congregationis de Tironio, quod est in Pertico, sanctissime obiit. Illum viris principibus acceptissimum reddidere, vitæ austeritas & sanctitas, & simplex prudentia. Guillelmus Nimbrigensis his addit Vitalem Saviniacensis cœnobii conditorem, eosque sic laudat: Tres memorabiles viri tunc fuere, scilicet Robertus de Arbrissello, Bernardus, & Vitalis. Hi non ignobiliter eruditi, & spiritu ferventes circuibant per castella & vicos, seminantes secundum Isaiam super omnes aquas, de conversione multorum fructus uberes colligebant, pro inter se placito constituto. Robertus quidem fœminarum communi labore ad meliora conversarum sollicitudinem gerebat: Bernardus vero & Vitalis maribus propensius providebant. Robertus itaque famosissimum illud monasterium fœminarum de fonte Ebraudi construxit, & regularibus disciplinis informavit. Bernardus vero apud Tironium, & Vitalis apud Saviniacum monachis regulariter institutis, suos quisque ab aliis per quasdam præceptorum proprietates distinxit.

Nimbrig. l. 1. c. 15.

S. Petrus Anagnius.

S. Petrus Anagnius Episcopus iisdem temporibus floruit, quem virtutibus insignem & miraculis clarum, anno decimo sui Pontificatus Paschalis Pontifex inter sanctos retulit, ut constat ex sequenti ejus diplomate, dato Signiæ secundo nonas Julii: "Considerantes, inquit, probatæ vitæ merita, quibus vir Sanctus Petrus quondam Anagniæ Episcopus, de regula monachorum assumptus, in pastorali officio pure, simpliciter, solerti vigilantia & exemplo, Deo servivit: admirantes etiam miraculorum insignia, quibus sanctum suum ante & post obitum Deus decoravit, prout per Brunonem Episcopum Signiensem fideliter annotatur, & usque ad nostra tempora decorare non desinit: authoritate præsentium vobis licere volumus & mandamus: quatenus tertio nonas Augusti, diem natalem ejusdem confessoris & præsulis memorandi, celebrem recolatis. Ejus nomen Martyrologio Romano adscriptum est ad diem tertium mensis Augusti, quo quinque annis antea migraverat ad Deum.

Christi An. 1116.

XXXI. In Germania decretorum ultimæ synodi Lateranensis publicatio civili bello & schismati dedit initium. Adalbertus Moguntiæ Archiepiscopus, licet omnia sua deberet Imperatori, qui sine ejus consilio nihil facere solebat, adversus eum cum quibusdam principibus conspirare cœpit. Re cognita, custodiæ traditur. Saxones autem rebellarunt; sed expugnato ab Imperatore castello Horneburg, bellicus ille tumultus solutus est. Henricus autem Natale Domini Bambergæ celebravit, & Mathildem Anglorum Regis filiam legitime sibi conjungens regni consortem instituit. Saxones rursus deficiunt, & Theodoricum cardinalem in Pannoniis legatum ascisciunt, qui Imperatorem excommunicaturus indixit synodum. Mathildem comitissam anno millesimo centesimo decimo quinto obiisse nuntiatum est, ad ejusque prædiorum terras amplissimas hæreditario jure possidendas Imperatorem invitant nuntii. Hac fœmina sicut nemo tunc ditior ac famosior, ita nemo virtutibus ac religione sub laica professione reperitur insignior. Romanum Pontificem, ut tam opulentam hæreditatem vi donationis sibi assereret, aliquid egisse non legimus.

Annal. Saxo. p. 628.

Schisma & bellum in Germania.

Imperator amicorum consiliis, imo totius regni querimoniis compulsus, generalem pro Kalendis Novembris curiam Moguntiæ fieri instituit, ubi liberam omnibus obedientiam, de sibi objectis satisfactionem, & de suis gestis correctionem ad senatus consultum repromisit. Imperator dum statuto tempore indictum frustra præstolatur conventum, Moguntini armati vallant palatium, omniaque strepitu & clamoribus implentes, aulicis spectaculum horribile demonstrant; & dubium non est quod, nisi datis obsidibus Imperator, ea quæ sibi imponebantur, facturum se confirmasset, ipsum fortasse palatium cum universorum, qui in eo erat, crudelissima nece illico corruisset. Ita vix sedato plebis furore, Cæsar ab urbe recessit, Adalbertumque Archiepiscopum, quem per tres annos arctissimæ mancipaverat custodiæ, vix ossibus hærentem cathedræ suæ remisit. Qui non multo post literis se Theodorico legato subjiciens, ipsum sibi cæterisque non paucis Coloniam occurrere postulavit, ubi & mandata Papæ, quæ ipse detulerat, communiter perciperet. Qui conventus instante festo natalis Domini factus est, non sine indignatione Imperatoris, qui necdum plene ejus consecrationi consenserat.

Ibid. p. 631.

Henricus anno domini millesimo centesimo decimo sexto natale Domini Spiræ cum paucis Episcopis & Principibus celebrans, ea, quæ Coloniæ gerebantur, graviter tulit. Audivit enim quam plurimos conveniſſe Metropolitanos, & Episcopos & optimates, ut excommunicationem ei denuntiarent, quamvis Theodoricus Cardinalis, cujus authoritate hæc fiebant, in itinere jam defunctus illuc ad sepulturam delatus esset. Erluwinus Wirceburgensis Episcopus illuc ab Imperatore missus audientiam vel communionem non nisi reconciliatus habere meruit. Reversus vero post redditam legationem, Imperatori communicare renuit: sed vitæ periculo coactus Missam coram eo celebravit, indeque usque ad mortem contristatus latenter discessit; sicque rursum communioni Ecclesiæ multis lacrymis reconciliatus ultra Imperatoris aspectu & gratia caruit. Imperator

vero

Christi An. 1116. vero offensus ducatum Orientalis Franciæ, qui Wirceburgensi episcopio antiqua Regum concessione competebat, Conrado fororis suæ filio, qui postea regnavit, commisit. Ipseque scandala principum declinans, in Italiam se una cum regina totaque domo sua contulit: ac circa Padum regni negotiis insistens, legatos ad Apostolicum pro componendis pacifice causis, quæ iterum regnum & sacerdotium disturbare cœperunt, suppliciter destinavit: cujus legationis primatum Pontius abbas Cluniacensis tenuit, qui inter utramque partem pro componendis pacifice rebus fidelis & impiger apocrisiarius invigilare studuit.

Lateranense III. Synodus. XXXII. Paschalis Papa convocatis ex diversis regnis & provinciis, episcopis, abbatibus, ducibus & comitibus, secundo nonas Martii ejusdem anni synodum celebravit in ecclesia Lateranensi, secunda feria tertiæ hebdomadæ quadragesimalis. Rejectisque aliis causis, quæ proponebantur, dixit. Postquam Dominus me & populum Romanum tradidit in manus Regis, videbam quotidie passim fieri rapinas, incendia, cædes, adulteria: hujusmodi mala cupiebam avertere ab ecclesia & populo Dei: quod feci, pro populi Dei liberatione feci: fateor autem me male feciſſe: sed rogo vos omnes orare pro me ad Deum, ut indulgeat mihi. Illud autem scriptum, quod in tentoriis factum est, quod pro pravitate sui privilegium dicitur, condemno sub perpetuo anathemate: & rogo vos omnes ut idem faciatis. Tunc ab omnibus conclamatum est: Fiat, Fiat. Bruno autem Signinus episcopus ait: Gratias agimus omnipotenti Deo, quod domnum Paschalem Papam, qui præsenti consilio præsidet, audivimus proprio ore damnantem illud privilegium, quod hæresim continet. Ad hæc quidam cavillatorie subjunxit: Si privilegium illud hæresim continebat, qui illud fecit, hæreticus fuit. Joannes autem Cajetanus Signino respondit: Tune hic & in concilio nobis audientibus Romanum Pontificem appellas hæreticum? scriptum quod fecit Dominus Papa, malum quidem fuit, sed hæresis non fuit. Et alter quidam adjecit: Immo nec malum dici debet; quia si liberare populum Dei bonum est, quod Dominus Papa fecit, bonum fuit. Ad hæc patientia domini Papæ horrendo hæresis nomine expergefacta est, & manu silentium indicens, dissidentium clamores compescuit, dicens: Fratres, & Domini mei audite: Ecclesia ista numquam habuit hæresim: immo hic omnes hæreses conquassatæ sunt. Pro hac ecclesia Filius Dei in passione oravit, cum dixit, Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua.

Ibid. Ibid. & Concil. tom. 6. ed Hard. tom. 10. Labbe.

Domnus Papa V. feria in concilio non sedit, multis & maximis Regis negotiis, per Cluniacensem abbatem, Joannem Cajetanum, & Petrum Leonis, & Præfectum urbis, cæterosque illius partis fautores, impeditus. Sexta feria, Papa in generalem omnium ecclesiarum causam animum advertit: iisdem in faciem resistentibus Cononi legato verbum excommunicationis exponere cupienti, Papa hæc murmura verbis & manu sic compescuit. Ecclesia primitiva martyrum tempore floruit apud Deum, & non apud homines: Dein ad fidem conversi sunt Imperatores Romani & principes, qui matrem Ecclesiam sicut boni filii honestarunt, conferendo Ecclesiæ Dei prædia, & allodia, sæculares honores & dignitates, regalia quoque jura & insignia: & cœpit Ecclesia florere tam apud homines, quam apud Deum. Habeat ergo mater ecclesia sibi a principibus collata, & tribuat ea filiis suis, sicut fecit, & sicut vult. Privilegium autem investituræ, quod in tentoriis concessisse videbatur, abolere volens, iteravit sententiam Gregorii Papæ VII. investituram ecclesiasticarum rerum a laica manu rursus excommunicavit sub anathemate dantis & recipientis.

Ibid. Henrici Imper. excommunicatio confirmatur.

Conon cardinalis tunc dixit: Domne Pater, si tuæ placet majestati, si vere tuus fui legatus, & quæ feci, tibi placeant, esse rata in auribus præsentis concilii, edicito, & legationem meam tua authoritate corrobora: ut sciant omnes, quia tu me misisti. Papa respondit: Vere legatus ex latere nostro fuisti missus . . . . . & quidquid tu cæterique fratres nostri cardinales, episcopi & legati hujus sedis ex nostra authoritate fecerunt, probaverunt, confirmaverunt, ego quoque probo & confirmo: quidquid autem damnaverunt, damno. Et Conon narravit, qualiter, cum legatus esset Hierosolymis, in Henricum regem, qui post sacramenta & obsides Papam cum cardinalibus captum tenuerat, & indigne tractaverat, ex Hierosolymitanæ ecclesiæ consilio, excommunicationis sententiam dictaverit, & eamdem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque conciliis, consilio prædictarum ecclesiarum renovando confirmaverit: orare se demum, ut sicut Papa legationem suam confirmasset, ita concilii Patres concorditer annuerent. Idem postularunt legati Viennensis Archiepiscopi. A saniori parte nihil contradictum est, a paucis submurmuratum est, ab episcopis & abbatibus nullo modo declaratum. Christi An. 1117.

Ibid. Sabbato inter duos contendentes de archiepiscopatu Mediolanensi controversia tali dispensatione terminata est: Apostolico docente duobus modis translationes episcoporum fieri, scilicet necessitate, & utilitate, hujus translationis Grosolani ex episcopatu Savonensi ad Mediolanensem, utilitatem in animarum & corporum damna conversam. Grosolanum quidem in locum, unde translatus fuerat, restituit. Jordanem vero Mediolanensibus concessit. Grosolanus a Librando presbytero simoniæ fuerat accusatus: & licet post ejus electionem ei Papa stolam miserit in signum confirmationis, a Mediolanensibus rejectus profectus est Jerosolymam. Redux Jordanem invenit hanc sedem occupantem: hinc atrox inter utramque partem civile bellum exoritur.

Ibid. Chron. Cassin. His peractis, Papa iis, qui propter consilium & animarum suarum remedium Apostolorum limina visitarent: qui de capitalibus pœnitentiam agerent, quadraginta dierum pœnitentiam indulsit, & Apostolica benedictione concilii hexameron laudabiliter absolvit. Pontius Cluniacensis, cum abbatem abbatum se diceret, rogatus a Joanne cancellario, an Cluniacenses a Cassinensibus; an Cassinenses a Cluniacensibus regulam sumpsissent? Respondit: Non modo Cluniacenses, verum omnes in Romano orbe monachos, regulam Patris Benedicti a Cassinensi accepisse cœnobio. Ergo, inquit cancellarius, si a Cassinensi monasterio tanquam a vivo fonte monasticæ religionis norma manavit, jure a Romanis Pontificibus Cassinensi abbati hæc prærogativa concessa est, ut ipse solus, qui tanti legiferi vicarius est, abbas abbatum appelletur.

Annal. Sax. p. 637. *Calamitates & prodigia.* XXXIII. His decretis velut classico commota est in varias factiones Germania; rapinæ, incendia, cædes grassabantur per omnes ejus provincias, nec ecclesiis, nec monasteriis parcitum, exercitibusque succedentes latrones nihil reliqui faciebant. Pestis tot malis supervenit, quæ multos absumpsit episcopos. Hinc undique vastatis agris, villis depopulatis, ac regionibus nonnullis pene in solitudinem redactis, deficiente quotidiana per ecclesias clericis præbenda, cessarunt in quibusdam ecclesiis clericalia officia. Fuerunt & signa in cœlo: circa Natale Domini luna clare fulgente, alia orta est ab Occidente, quæ diu cum naturali luna congressa, modo assultus, modo fugam utriusque simulantibus, obscurissima tandem nube tectæ sunt, qua recedente, luna naturalis sola fulgebat. Tertio Nonas Januarii, anno millesimo centesimo decimo septimo, factus est terræ motus maximus, præsertim in Italia per multos dies continue desæviit, adeo ut montium collisione & subversione, Edessæ fluminis meatus per aliquot dies obstrueretur. Verona concussis multis ædificiis & hominibus obrutis corruit. Similiter in Parma & Venetia, aliisque urbibus, oppidis, & castellis non pauca hominum millia interierunt. Quin etiam tonitrua valde terribilia tertio Kalendas Februarii cum grandi turbine audita sunt. Decimo tertio Kalendas Martii hora vespertina, vidimus, inquit Annalista Saxo, nubes igneas vel sanguineas ab Aquilone surgere, & per medium firmamentum sese extendendo unicuique civitati sic imminere, ut rerum omnium finem minitari viderentur. Henricus his & aliis cladibus corde tenus sauciatus, non cessat legationes satisfactorias destinare ad sedem Apostolicam, quæ nihil profecerunt: Respondebat enim Papa, juxta promissum licet coactum, se anathematis vinculo non colligasse Imperatorem, excommunicationem tamen, quam ei præcipua Ecclesiæ membra denuntiaverant, se

nonnisi

Christi An. 1117. nonnisi eorum consilio dissolvere posse negat : concesso scilicet utrimque synodalis audientiæ jure. Ultra-montanorum, & maxime Adalberti Moguntini Archiepiscopi literis se impelli affirmat, qui erat in Germania fax incentor rebellionis adversus suum Imperatorem.

Falcon. Chronic. Paschalis Papa Romanorum seditionibus urbe exire compulsus est. Cum enim præfectus urbis obiisset, rumor pererebuit, Petrum Leonis, Papæ consilio, filium suum velle facere præfectum. Unde Romanus populus defuncti filium ad præfecturæ honorem evexit, & misit quosdam ad Papam suppliciter postulantes, ut eorum ordinationi assensum ipse præberet, quem dare noluit. Romani itaque conjuratione facta, domos & turres eorum, qui Petro Leoni favebant, radicitus prostraverunt. Unde factum est, ut Ptolomæus præfecti avunculus, & alii barones Apostolici castra occuparent. Præfectus autem quadam die militibus quinquaginta stipatus extra urbem processit, quos comestabulus Apostolicus ex improviso aggrediens, prostravit, & præfectum comprehendit. Ptolomæus sui nepotis captionem audiens assumptis militibus, Papæ comestabulum invadens, præfectum liberavit, & secum gaudens ad propria perduxit.

Papa, dum hæc geruntur, Roma egreditur, & Sessæ in Campania commoratus est : hanc quippe seditionem magis ac magis inflammari viderat, & Petrum Leonis magis acriter impugnari. Diebus multis elapsis cum minueretur seditio, collectis militibus Romam ingressus, ad palatium Lateranense contendit, ibique Missarum solemnia decantat. Romanus populus hactenus rebellis fere ad ejus imperium conversus est. Sicque Papa tranquillitate restituta Romæ securus habitavit, & Landulphum, quem deposuerat, undecimo die mensis Augusti in sedem Beneventanam restituit.

Eadmer. l. 5. *Legatus in Anglia non recipitur.* Aliud in Anglia non minus triste Papæ contigit. Henricus rex Kalendis Aprilis ejusdem anni, episcopos, abbates & principes totius regni apud Serberiam convocat, & Willelmum filium suum regni hæredem sibi substituit. Post hæc in Normanniam transfretavit : Anselmus abbas circa mensem Augustum rursus ad eum venit literas Apostolicas deferens, quæ sibi vices Apostolicas in Anglia administrare concedebant. Episcopi, abbates & proceres, his auditis, Londoniæ adunantur, præsente Mathilde regina, & placuit omnibus, Archiepiscopum Cantuarienſem adire Regem, expositaque ei antiqua regni consuetudine simul ac libertate, si consuleret, Romam iret, & hæc nova annihilaret. Ille profectus Regem Rotomagi reperit, qui per plures dies eum detinuit, & antiquis Ecclesiæ consuetudinibus præjudicium inferri non sustinens, legatum ab ingressu Angliæ prohibuit.

Analect. tom. 3. de gestis epis. Ceno manensis. *Henricus hæreticus.* XXXIV. Henricus novus hæreticus circa idem tempus Cenomanenses & Pictavos infecit suis spurcitiis : nullus ei nitor in vestibus, victus ejus a publico dissimilis, hospitium in ædibus Burgensium, mansio in porticis, cubile in cœnaculo, magnaque sanctitatis & scientiæ opinione celebris. Matronæ & pueri, (nam utriusque sexus utebatur lenociniis) corpus ejus tenera manu demulcebant, asserebantque, ei a Deo antiqua prophetarum collatam fuisse benedictionem, & spiritum, quo mortalium excessus cæteris incognitos, visa tantum eorum facie, cognosceret & proderet. Cum hujusmodi fama has afflasset regiones : populus quotidie illudi illis confabulationibus suspirabat. Ille Hildeberto Cenomanensi episcopo duos ex discipulis suis destinavit. Qui cum die Cinerum intrassent civitatem, plebs eos tanquam Angelos suscepit. Ex magistri consuetudine baculos gerebant, in quibus infixum erat ferreum crucis vexillum, exteriori conversatione speciem prætendentes pœnitentium. Episcopus, vir quidem magnæ pietatis, eos blande recepit ; sed Romam proficiscens suis injunxit archidiaconis, ne pacificum ingressum & licentiam sermocinandi ad populum Henrico permitterent. Ille tamen susceptus est, ejusque schismate, factionibus & privatis largitionibus plerique clericorum excœcati plebeculæ declamationibus alimenta ministrabant. Henricus facundus erat, ejusque sermonibus plebs in clerum versa est in furorem, nec quidquam eis vendere, vel ab eis emere volebat ; eorum domos diruere, & lapidibus eos obruere decreverat, nisi civitatis optimates aperta vi restitissent, & clerici latebras quærere coacti sunt, & per quemdam canonicum ei sequentes literas transmisere. Primo exprobrant, quod mala pro bonis eis reddiderit, siquidem cum honore & amore susceptus decies plebis multitudinem adversus eos commoverit. Igitur, inquiunt, ex authoritate summæ & individuæ Trinitatis, & S. Petri Apostolorum principis, & vicarii ejus Reverendi Patris nostri Paschalis, atque Antistitis nostri Hildeberti, tibi sociisque tuis penitus prohibemus, ne in toto Cenomanensi episcopatu ulterius, nec privatim nec publice prædicationem facere, nec perversorum dogmatum ineptias propagare præsumas : si vero contra tantam authoritatem hæc usurpaveris, eadem authoritate excommunicamus te, omnesque complices, fautores & adjutores tuos. Ille vero literas non recepit. Willelmus earum seriem ei retulit. Henricus ipsi dixit : Nisi dapifer comitis hic adesset, cujus conductu Willelmus illud iter sumpserat, numquam vivus remeasses ad ecclesiam. Christi An. 1117.

Ibid. His ita gestis nihilominus apud SS. Germanum & Vincentium sacrilegos agebat conventus, & docebat, quod fœminæ, quæ minus caste vixerant, coram omnibus vestes suas cum crinibus nudæ comburerent : nec amplius quilibet aurum, argentum, possessiones, sponsalia cum uxore sumeret : sed nudus nudam, pauper duceret egenam, nec curarent, sive caste, sive inceste connubium sortirentur. Ejusque quoque admonitu multi juvenum ducebant venales uxores, quibus ipse pannos pretio quatuor solidorum emebat, qui nuditatem tantummodo supertegerent. Plures enim ad eum suas opes deferebant, & licet multa reciperet, tamen parcebat cupiditati, ne nimis ambitiosus videretur. Juvenes autem, qui ejus consilio uxores acceperant, earum stupro compulsi eas relinquebant totius egentes auxilii, quæ aliorum connubia expetebant, & ipsi aliis uxoribus adhærebant : ille vero aliis præibat exemplo.

Ibid. Hildbertum episcopum redire ubi comperit, in castrum S. Karileffi secessit, hic palam luxuriose vivens. Hildebertus redux ubi vidit suorum animos alienatos, penitusque ab eo nebulone dementatos, eorum misertus erroris & insciticæ, illata sibi ab eis opprobria clementer sustinuit, exorans pro salute delinquentium. Deus autem repentino incendio partem suburbii maximam permisit comburi, ut saltem temporali jactura malum propositum deponerent. Episcopus autem adiit seductorem, & cum eo colloquium habuit, petiitque, cujus esset professionis. At ille ignorans, quid esset professio, obmutuit. Quæsivit ergo, cujus ordinis fungeretur officio ? At ille : Diaconus sum. Pangamus igitur, inquit episcopus, hymnos matutinales. Henricus confessus est, se ignorare dietam, id est, cursum ecclesiæ ordinarium, seu officium. Episcopus rogavit, ut psalmos canerent, sed nec eorum versus nec seriem noverat, suamque sic prodiit insciticm. Episcopus igitur ipsi prohibuit, ne amplius in episcopatu suo permaneret. Ille vero confusus aufugit, ejusque rei fama in vicinis consistere prohibitus. Hildebertus mitigato populi furore eum cum clero reconciliavit.

Hist. Trevir. Spicil. tom. 12. Ivodii, quod Trevirensis diœcesis appenditium est, tunc fuerunt alii hæretici, qui substantiam panis & vini, quæ in altari per sacerdotes benedicitur, in corpus Christi & sanguinem veraciter transmutari negabant, nec baptismi sacramentum parvulis ad salvationem proficere dicebant, & alia perplura profitebantur erronea. Ex his quatuor oblati sunt Brunoni episcopo, scilicet Fredericus & Dominicus Willelmus presbyteri, & duo laici Durandus & Halmericus, qui fuga lapsus est. Durandus vero errorem ejuravit, adhibitisque Sanctorum reliquiis juramento verbis fidem fecit. Fredericus autem in errore perstitit, nec cessit instructionibus episcopi sui .... Præsentes clamaverunt : Gradu amoveatur atque damnetur. Ille nactus opportunitatem se inter adstantes subduxit, & evasit, cumque vocatus non compareret, damnatur absens. Dominicus autem negavit, hunc errorem se esse professum, atque, ut se purgaret, Missam celebravit ; sed postea hæresim abdicatam majori pertinacia quam antea roboravit : sed de vitio in vitium corruit, & spiritu fornicationis seductus, non

Sacramentum hæreticis.

multo

CHRISTI AN. 1117. multo post in adulterio deprehensus est, & digna iniquitatis suæ morte peremptus est.

Henricus coronatur Imperator.

XXXV. Paschalis Papa anno millesimo centesimo decimo septimo Imperatorem cum exercitu Romam adventare ubi comperit, fugit Beneventum. Henricus Romam ingressus, consules, senatores, & optimates muneribus sibi demeruit, Ptolomæoque suæ factionis duci Bertham filiam suam dedit uxorem, Paschalemque festivitatem cum magna magnificentia peregit, & veniens in ecclesiam sancti Petri a clero petiit coronam Imperialem. Responderunt, abesse Papam, qui solus eam dare posset. Baluz. l. 3. miscel. Paschalis, & Henricus missis invicem legatis de pace agere cœperunt. Mauritius Burdinus episcopus Bracarensis Romani Pontificis legatione fungebatur apud Imperatorem, qui ea de causa, cum pax parum procederet, & instantes æstatis calores ab urbe recedere cogerent, ne periret exercitus, eum sollicitavit, ac tandem persuasit, ut ipsum coronaret. Concil. tom. 6. ed. Hard. Paschalis Papa id ubi cognovit, incanduit adversus Burdinum uti proditorem ac perfugam, synodumque congregavit apud Beneventum, in qua eum publice ob eam causam excommunicavit, & Bernardo Toletano episcopo mandavit, ut alium episcopum in locum Burdini eligendum curaret, ipsumque excommunicatum fuisse cæteris Hispaniarum episcopis significaret.

Baluz. Ibid. *Burdini vita.* Burdinus in Lemovicensi provincia natus, vir fuit literatus, curialis, & eloquens. Bernardus Archiepiscopus Toletanus illum post Claromontanam synodum secum duxit, ac primum quidem archidiaconum Toletanum, dein episcopum Conimbricensem constituit, defunctoque S. Gerardo Bracaræ episcopo, Burdinus ei suffectus est communibus cleri suffragiis, atque ut ejus translatio confirmaretur, accessit ad sedem Apostolicam, atque a Papa Paschali obtinuit, ut postulata cleri Bracarensis valerent: postea pallium accepit per manus Joannis Cajetani diaconi cardinalis. Bracaram reversus ecclesiæ suæ gradum etiam adversus benefactorem suum fortissime defendit. Bernardus enim Toletanus, cui recens collatus fuerat primatus, totis viribus incumbebat, ut sibi subjiceret universas Hispaniarum ecclesias. Intercessit Burdinus, appellavitque Paschalem Romanum Pontificem, qui sæpe monuit Bernardum, ut abstineret ab inferendis injuriis Archiepiscopo Bracarensi: sed quia Bernardus, qui præterea Romanæ sedis erat legatus, multum authoritate polleret, Burdinus perrexit in Italiam, ut a Papa rebus afflictis remedium posceret, eoque pervenit anno millesimo centesimo decimo quinto. Paschalis, auditis quæ adversus Bernardum proponebantur, ejus legationi posuit terminos, & Burdinum Archiepiscopum Bracarensem, universamque provinciam ab illius jurisdictione liberavit, simulque Conimbricensem diœcesim, quam Bernardus subtrahere conabatur Metropoli Bracarensi, ad eam pertinere declaravit. Tanti autem Burdinum Paschalis Papa fecit, ut eum hoc anno super tractanda pace legatum ad Henricum miserit: sed elatus superbia Ecclesiam graviter afflixit, seque ipsum perdidit, ut constabit ex consequentibus.

D'Aguir. Concil. Hispan. tom. 3. Synod. Palent. Innocent. III. epist. 116. l. 2.

Eadmer. lib. 5. Radulphus Cantuariensis Archiepiscopus tunc etiam pro ecclesiæ suæ causa Romam venit, & quoniam Papa Beneventum profugerat, eoque secure pervenire non poterat, missis nunciis cum literis adventus sui causam ei significavit, scilicet, ut ait Baronius, ad propulsandam ingruentium legatorum rapacitatem: siquidem Sanctus Gregorius Papa vices Romanæ sedis commiserat Archiepiscopis Cantuariensibus. Paschalis illos benigne suscipiens episcopis Angliæ, & Regi scripsit . . . . . " Vestræ dilectioni notum haberi volumus, quia Cantuariensis ecclesiæ dignitatem nec imminuimus, nec imminuere deliberamus. Beatum nempe Gregorium Apostolicæ sedis Pontificem . . . . in omnibus veneramur, & rata esse cupimus quæ ab ejus institutionibus processerunt. Illam ergo dignitatem, quam ab eo per beatum Augustinum, Cantuariensis suscepit ecclesia, & quam frater noster sanctæ memoriæ Anselmus jure ac possessione legitima tenuisse cognoscitur, nos profecto nullatenus imminuimus; sed in eodem statu esse Cantuariensem ecclesiam volumus. „ Datum Beneventi nono Kalendas Aprilis.

Alford. Annal. tom. 4. Thurstanus post Thomam electus Eboracensis episcopus tunc quoque literas ad Papam dedit, ut sedem suam reciperet; huic enim renuntiaverat, ne, prout ei persuaserant ejus clerici, professionem obedientiæ Cantuariensi primati faceret; Rex autem, & Papa illum aliter consecrari non permitterent. Ille postmodum facti pœnitens Regem in Normannia convenit, qui in ejus gratiam successorem ei dare non permisit. Oratores ad Paschalem ille mittit pro sede recipienda, non tam suo, quam ecclesiæ suæ nomine, iisque in mandatis dat, ut Eboracensem episcopatum sine subjectionis juramento postulent, ratus, quod, si a subjectione solvi non posset, sedem suam, quam imprudens dimiserat, impetraret; uti contigit. Regi enim Papa scripsit: ut electus ad sedem suam revocetur, quemadmodum justitia exigit, servata Sancti Gregorii Papæ constitutione. Et si quid inter utramque ecclesiam nascatur quæstionis, illius judicium sibi reservat. CHRISTI AN. 1117.

Pandul. Pisan. apud Papebr. XXXVI. Hæc acta sunt Anagniæ, quo, postquam Roma discessit Imperator, Paschalis Papa venit, ibique gravissime ægrotavit: sed eo morbo liberatus, venit Prænestæ, & B. Agapiti ecclesiam dedicavit, & Nativitatis Domini vigilias Romæ celebravit. Inopinatus ejus adventus sic terruit adversarios, ut rebus prope desperatis latibula quærerent. Pontifex enim machinas, tormenta, & quæque bello necessaria per suos parari fecerat, ut eos per vim ad debitum cogeret obsequium; sed senio, & laboribus afflictus, in morbum recidit: morti proximus, convocatis Patribus, ut in constantia fidei, & sinceritate veritatis Deum sequerentur, injunxit, ut caverent dolos ab his, qui intus erant, & extra in execratione Guibertinorum ac enormitatis Teutonicæ, & sese invicem diligerent, & idem dicerent. Post hæc unctus oleo sacro, facta confessione, peractis in eo omnibus, ut decuit, secundum Ecclesiæ ritum, psallendo cum psallentibus, media nocte carnis debitum solvit, die decima octava Januarii, anno millesimo centesimo decimo octavo, pontificatus decimo nono, quinque mensibus, & septem diebus inchoato. Ejus corpus balsamo perunctum, & sacris vestibus indutum cardinales deportarunt in basilicam Salvatoris, in patriarchio, in dextro latere templi, collocatum est in mausoleo purissimi marmoris, mirifico opere sculto. Sedes septem diebus vacavit. Ejus epistolarum insigniora fragmenta retulimus. Notabilis est, quam scripsit ad Pontium abbatem Cluniacensem, de non porrigenda communione intincta. " In sumendo corpore, & sanguine Domini, inquit, juxta Cyprianum, Dominica traditio servetur, nec ab eo, quod Christus magister, & præcepit, & gessit, humana, & novella institutione discedant. Novimus enim per se panem, per se vinum ab ipso Domino traditum. Quem morem sic semper in sancta Ecclesia conservandum docemus atque præcipimus, præterquam in parvulis, & omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt. „ Communio igitur sub duplici specie panis, & vini tunc sic vigebat, ut in casu necessitatis sub una tantum specie daretur, nempe parvulis digitum in calice intinctum sugendum porrigebat diaconus: infirmi vero sub sola specie panis communionem accipiebant.

Paschalis Papæ II. mors.

CHRISTI AN. 1118.

Pasch. P. epist. 32.

Communio sub duplici specie.

Pandul. in ejus vit. apud Papebr. in conatu chron. Joannes Cajetanus, a patria sic dictus, omnium Cardinalium consensu, cleri, & populi voce ac votis expetitus, invitus ac renitens electus est Romanus Pontifex, die vigesima quinta ejusdem mensis, & dictus Gelasius II. Cajetæ nobili genere natus, ingenueque a teneris annis educatus in monasterio deinde Cassinensi monachalem vestem assumpsit, ibidemque multo tempore religiosissime vixit. Urbanus autem II., cognita illius virtute, eum ad se accersitum S. Romanæ Ecclesiæ diaconum cardinalem ordinavit, & sedis Apostolicæ cancellarium constituit. Ejus vitam scripsit Pandulphus Pisanus ejus familiaris, quam anno millesimo sexcentesimo trigesimo octavo edidit Constantinus abbas. Cencius Fragipanes, ubi primum audivit ejus electionem, accinctus gladio venit ad monasterium, quod Palladium dicebatur, ubi hæc peracta erat, effractisque foribus, submotisque custodibus Papam per gulam acceptum distraxit, ac intra limen ecclesiæ pugnis, calcibus, & calcaribus percussit, & cruentavit, & per capillos, & brachia ad domum usque deduxit, ibique catenatum inclusit. Episcopi, cardinales, & clerici, qui convenerant, ab apparitoribus ejus vinciuntur, & exspoliantur: pauci semivivi ad domum propriam remearunt.

Gelasius II. Papa.

Ibid.

Hæc

Christi An. 1118 Ibid.

Hæc ubi divulgata sunt, Petrus præfectus urbis aliique Romani proceres cum suis arma capiunt, & capitolium scandunt, missisque ad Frangipanes nunciis Papam repetunt, quem statim reddidere. Unus ex eis nomine Leo pedes ejus amplexans clamavit: Domine miserere, & sic pacatis inimicis evasit. Tunc Papa levatur, & coronatus niveum ascendit equum, & Lateranum venit, bannis, & aliis insignibus juxta morem eum præcedentibus, & subsequentibus, seditque in pace, uti videbatur: sed dum deliberatur, quandonam consecrari debeat, Henricus rex die secunda Martii noctis silentio Romam ingressus S. Petri basilicam occupat, & Papæ mandat, quod, si ratam haberet conventionem, quam cum Paschali fecerat, ei ut legitimo Pontifici juraret obedientiam; sin minus, alium eligi curaret. Papa statim convocatis cardinalibus, fluvium Tiberim ingressus pervenit in portum Romanum: ulterius progredi non potuit ob sæviſſimam maris, & aeris tempestatem. Nec tamen in portu tuto consistere poterant: Germani enim supervenientes tela venenata jaciebant, & extrema minabantur, nisi Papam redderent: eos sola nox, & interpositi fluminis vehemens commotio a captione Papæ prohibuit. Hugo de Alatro presbyter cardinalis Gelasium Pontificem in collum suum suscipiens, ad castrum S. Pauli Ardeam de nocte portavit. Germanis mane vim ultimam parantibus juratum est, quia Papa fugisset. His igitur recedentibus rursum Pontifex mare ingressus Cajetam pervenit incolumis.

Falco.

Henricus id ubi didicit, ad eum delegavit, orans, ut in urbem reverteretur, quoniam ejus consecrationi interesse eamque corroborare desideraret. Gelasius autem perfidiam ejus præsentiens, legatis respondit: Miramur super tanti viri legationibus: ad nos se venturum die Paschatis nuper promisit, & postea nocturno tempore, & ante conditum tempus eum adventasse comperimus. Ego vero, Deo annuente, consecrationis accipiam firmitatem, & tum de pace cum eo agam. Re ipsa a Cardinalibus, qui cum eo venerant, episcopus consecratus est infra octavas Idus Martii.

Idem Chron. Casin. lib. 4.

Pontificis responsum audiens Henricus Burdinum Bracarensem Archiepiscopum die decima quarta Martii constituit Romanum Pontificem, & Gregorium VIII. vocavit, qui vicissim Henricum die Pentecostes rursus coronavit Imperatorem. Romanorum complures tantum scelus improbaverunt, & Gelasio quosdam legaverunt, dicentes: Vestra noscat paternitas, Pater, & Domine, nos consecrationi illius excommunicati nullatenus consilii, & auxilii manus dedisse. Papa literis gratias egit, & hortatus, ut constantes in eo proposito permanerent, atque a Burdino perjuro invasore, & excommunicato prorsus abstinerent. Eadem Gallis scripsit, eis significans suam electionem, & Burdini invasionem, quam etiam mandavit Bernardo Toletano Archiepiscopo, & Primati Hispaniæ, cui præcepit, ut alium pro Bracarensi ecclesia eligi curet Archiepiscopum, & Burdinum cæteris Hispaniarum episcopis excommunicatum denuntiet . . . . . Demum congregatis apud Capuam suis cardinalibus, cæterisque Catholicis, quos potuit, ut literæ ab ipso circumquaque transmissæ testantur, Cæsarem cum idolo suo damnavit.

Gelas. II. P. epist. 3.

Epist. 1. & 2.

Concil. tom. 6. edit. Hard.

Burdinus pariter literis suis omnes, ut eum agnoscerent, sollicitabat. Pauci episcopi in Germania, & Anglia ei adhæsere: quidam utrumque respuebant. Maxima vero pars orbis Christiani Gelasium suscepit ut verum Pontificem. Imperator vero paucis diebus post Pentecosten in Liguriam rediit. Gelasius Papa, postquam Roma digressus est Imperator, intravit in eam urbem, & latuit in ecclesia S. Mariæ in secundo cereo, inter domos illustrium virorum, qui ejus partes tuebantur. S. Praxedis die festo Desiderius cardinalis Papam simpliciter invitavit, ut Missam cantaret in ecclesia, cujus erat titularis. Papa, quamvis esset in fortalitiis Frangipanum, annuit, plus æquo confisus præsidio quorumdam nobilium. Frangipanes necdum finitis officiis cum manu militum advolant. Normannus, & Crescentius cum suis licet numero inferioribus fortiter resistunt. Dum acriter pugnatur, Papa fuga lapsus est, equoque conscenso, quam celerrime potuit, se proripuit. Stephanus Normannus, ubi eum in tuto credidit, Frangipanes sic alloquitur: Quo ruitis? Papa jam recessit. Numquid & nos perdere cupitis? Romani sumus, & vestri consanguinei: pariter ergo recedamus. Frangipanes ejus nepos, his auditis, dolens cum fratre Cencio recessit. Papa fessus inventus est a suis intra campos ecclesiæ S. Pauli, & reductus.

Pandulp.

Christi An. 1118.

Altera die Papa cum suis consilium iniit. Post omnium sententias, ipse dixit: Viri fratres, & filii, sequamur Evangelium, quandoquidem in ista civitate vivere non possumus, fugiamus in aliam, veniet aliquando tempus, cum redibimus . . . . . Omnes clamavere: Fiat. Itaque Papa dignis personis assignat ecclesiæ ministeria. Petrus episcopus Portuensis ejus vicarius constituitur. Cardinales aliqui ei in auxilium sunt sociati. Hugoni cardinali SS. Apostolorum Beneventanæ civitatis custodia commendata est. Nicolao seni cantorum scholam concedit. Petrus, licet præcedenti Papæ sit adversatus, in præfecti officio conservatur; sed Stephanus Normannus protector, & signifer urbis ordinatur, eique cum prædictis urbis custodia demandatur. Demum pridie quam proficisceretur, Gualterius electus Ravennatis ecclesiæ Archiepiscopus, legatos ad eum direxit, ut suo, & ecclesiæ suæ nomine electionis suæ confirmationem, & pallium peterent. Gelasius adeo gratanter accepit ecclesiam hanc, jam dudum Guibertino schismate separatam a Romana Ecclesia, redire ad unionem, & obedientiam, ut non solum ei postulata concesserit, sed & omnia pristina jura, & dignitatem, quæ in concilio Guastallensi fuerant ablata, restituit, & subjectionem omnium episcoporum Æmiliæ, ducatum Ravennæ, & omnia monasteria, quæ ante hanc divisionem possederat. Datum Romæ Kalendis Septembris, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo decimo octavo.

Ibid. *Gelasius Papa in Gallias proficiscitur.*

Ughell.

Die secunda Novembris viæ se dedit, ut iret in Gallias, cumque veniſſet in civitatem Pisanam, inter Missarum solemnia Pisanorum ecclesiam sub invocatione S. Mariæ Virginis consecravit, ac privilegiis decoratam in Metropolitanam confirmavit sublimitatem: Inde comitantibus Petro Pisanorum episcopo, & Petro cardinali, & urbis primoribus in Corsicam venit, ibique honorifice receptus, in conspectu cleri, & populi Marsicani Maranensem electum, & ipsius ecclesiam consecravit, aliorumque Corsicæ Pontificum obedientiam, & fidelitatem recepit. Genuam postea profectus S. Laurentii ecclesiam dedicavit, sexto Idus Octobris. Imperatoris persecutionem fugiens in Galliam profectus est.

Gelas. P. epist. 3.

XXXVII. Interea Alphonsus Aragoniæ rex ad Mauros debellandos arma convertit, quibus ingenti prælio devictis Cæsar-Augustanam urbem obsidione cinxit, & expugnavit, tertio Idus Decembris. Gelasius plenariam indulgentiam Christianis militibus indulsit, & indulgentias episcoporum arbitrio determinandas his, qui pecuniam ad ecclesiarum illius urbis reparationem contulerint. Petrus illius episcopus datis ad omnes fideles encyclicis literis, eleemosynarum subsidium pro reparandis ecclesiis dirutis postulavit. Postea octo urbes, & castella se Regi reddiderunt.

Cæsar-Augusta a Mauris recepta.

Annal. Saxo.

Balduinus Hierosolymorum rex in expeditione contra Arabes positus, cum languorem, quo licet lenius, tamen diu vexabatur, ad vitalia perveniſſe sentiret, Balduinum Edessæ comitem suum consanguineum Regem pro se designavit: ipseque Christo Domino, pro quo multa prælia præliatus est, animam fide plena, & confessione bona tradidit, die Dominica Palmarum: juxta fratrem suum Godefridum in monte Calvariæ, cum maximo populorum fletu mausoleum suscepit. Omnes regni ordines convenientes Balduinum evocatum regem crearunt: die Paschatis coronatus est. Eustachius Bolonienſis comes, & Balduini regis frater, a quibusdam proceribus evocatus, ut fraternum regnum susciperet, jam venerat in Apuliam, cum alterius electionem audivit. Multis hortantibus, ut iter prosequeretur, respondit: Absit, ut civile bellum moveam in regno, cui Christi pacem asseruere fratres mei, & non sine immortali gloria infidelibus ereptum pacificaverunt, & statim magna animi constantia, religione non impari, Bononiam reversus est. Arnulphus ejusdem regni patriarcha, vir corruptissimis moribus, cujus consilio Adelaidem Rogerii Siciliæ comitis filiam, adhuc vivente prima uxore, in conjugem rex acceperat Balduinus I., sed ante mortem remiserat, ad divinum judicium evocatus est. Germundus vir bonæ conversationis ab omni clero, & populo in Patriarcham eligitur.

Baldvini regis mors & successio.

Ale-

Christi An. 1118. Alexii Imperat. anno 4. Anna Comn. l. 10.

Alexius Orientis Imperator die decima quinta Augusti e vivis excessit, anno suæ ætatis septuagesimo, cum imperasset annos triginta septem & menses quatuor, ut tradit Zonaras, qui in eo suos annales absolvit, & Anna Commena ejus filia, quæ vitam ejus panegyrice scripsit. Bellica laude fuit clarissimus, sed in Latinos perfidus: eorum duces sic de eo scripserunt ad Romanum Pontificem: Tu nos filios per omnia tibi obedientes, Pater piissime, separare debes ab injusto Imperatore, qui nobis multa bona promisit, sed minime fecit. Omnia autem mala & impedimenta, quæcumque facere potuit, nobis fecit. Bogomilos & Paulicianos hæreticos sic insectatus est, ut plurimos suis adhortationibus & beneficiis ad fidem reduxerit. Nilus monachus varia ex Armenorum erroribus orta de Christi Incarnatione disseminare deprehensus est: quem rationibus ad saniorem mentem reducere tentavit: sed cum ille suis erroribus pertinacius inhæreret, Imperator synodum convocat. Nilus in medio stans cum Armenis, clara voce sua dogmata proponebat. Synodus, ut multorum animas servaret, eum anathemate feriit, & unionem secundum hypostasim manifestius evulgat. Blachernita clericus Eutychianus cum eo proscriptus est. Ejus Imperatoris plures habemus constitutiones de rebus ecclesiasticis: ex quibus intelligimus, Imperatores Græcos magnam partem jurisdictionis ecclesiasticæ sibi vindicasse: in quarta, episcopis jura & prærogativas Metropolitanorum se conferre posse asserit, salvis tamen privilegiis Metropolitarum, quibus antea subjacebant, eorumque dispositionem sibi reservat. In alia taxat, quid episcopo pro sua promotione ad sacros ordines solvat quilibet clericus; quod simoniam valde redolet. Plures etiam literas & quandoque legatos misit ad Romanos Pontifices, quibus etiam suum adversus vexationes occidentalium Imperatorum obtulit auxilium; verisimillimum est, temporale tantum spectasse commodum, nempe, si inita societate cum Romanis Pontificibus, saltem Italiæ partem sibi subjicere, & ablata suis prædecessoribus recuperare posset, numquam enim de præteritis offensionibus vel erroribus retractationem vel sufficientem satisfactionem obtulit.

Pandul.

XXXVIII. Gelasius Papa post aliquot navigationis dies portum S. Ægidii in provincia cum suis incolumis attigit. Hic literas dedit ad Bernardum Toletanum Archiepiscopum, quibus ei ejusque successoribus totius Hispaniæ primatum contulit. Hic ei occurrerunt omnis generis homines ecclesiastici & laici, qui necessaria ei liberalissime providerunt. Pontius Cluniacensis abbas equos triginta donavit. Inde venit Magalonam nunc excisam, cui successit mons Pessulanus, ubi Sugerius S. Dionysii abbas a Ludovico VI. Francorum rege missus eum convenit; Papæ extrema inopia laboranti legati regni primitias obtulere, quibus dedit benedictionem Apostolicam.

Suger. in vit. Lud. VI.

Bolland. die 6. Junii. S. Norbertus.

S. Norbertus cum aliis Papam convenit: erat natione Teutonicus, ex illustri natus familia, scientia tam literarum, quam curiæ & sæculi eruditus: adolescens factus subdiaconus, in curia Frederici Colonienſis episcopi, deinde in aula Imperatoris, propter affabilitatem vitæ & elegantiam morum fuit dilectus & honoratus, sæculi laqueis prope irretitus est. Aliquando contigit, ut cum in quemdam locum, uno servo comite properaret, ingrueret magna tempestas; servus hortatur, ut redeat; dum hæsitat, ictus fulminis ante pedes ejus terram aperit profundius quam ad staturam hominis, ipsumque & ejus equum turbo prosternit, jacuitque per horam veluti mortuus. Ad se reversus, tactus dolore cordis intrinsecus, in corde suo dixit: Domine, quid me vis facere? Et statim quasi responderetur: Define a malo & fac bonum; intermisso itinere reversus est. Conceptum divini amoris ignem non statim prodidit, sed asperitate cilicii membra domabat sub mollibus indumentis. Dein aula relicta domi resedit, vel in abbatia Sigebergensi, cum abbate Conone mirandæ sanctitatis viro, scripturas sacras memoria colligens.

Ibid.

Cum autem ordinum tempus appropinquaret, adiit Fredericum Colonienſem, petens, ut se ordinet diaconum & presbyterum. Archiepiscopus causam inquirit: Norbertus ei propositum suum aperit, & cum lacrymis procidens ad ejus pedes peccatorum veniam petit & accipit. Archiepiscopus intelligens non sine divino instinctu factam esse tantam mutationem, admissa pro causa & tempore dispensatione, eum diaconum & presbyterum consecravit. Norbertus abjectis pretiosis vestibus, indutusque pelliceo agnino, quod rusticorum erat indumentum, in monasterium secessit, ut suscepti sacerdotii ediscceret usum, & cætera religiosæ vitæ caperet documenta. Post dies quadraginta domum repetit. Santenensis cum esset canonicus, decanus & canonici eum orant, ut sequenti die Missæ mysteria celebraret. Annuit. Post Evangelium zelo divini fervoris accensus, sermonem habuit adversus hujus vitæ oblectamenta, quorum brevitatem & vanitatem ostendit, canonicosque suos sic perstrinxit, ut neminem læderet. Christi An. 1118.

Altero die cum in capitulo resideret, accepto codice regularum decanum alloquitur, ostendens ex verbis S. Gregorii & Isidori, quorum regulam se tenere dicebant, quoniam debebat eos ad rectum sanctæ vitæ tramitem revocare. Die sequenti cum iterum convenissent, nominatim unumquemque designans, indicavit, ubi, & quidnam minime licitum egerit & dixerit, eoque sic per plures dies perseverante. Cum jam eis intolerabilis videretur, adversus illum concitaverunt ignobilem clericum, qui conviciis & sputis eum perfudit, quam ille contumeliam patientissime tulit: semper prædicans omnibus & annuntias verbum Dei opportune, ut dicitur, & importune, seque quotidie reddens meliorem. Non multo post cum Conon Papæ legatus Friteslariensem synodum celebraret, eum accusarunt, quod sine missione prædicaret, eosque verbis insequeretur, quamvis bonorum proprietatem retinuisset. Inanes querimonias contempsit synodus; sed in ea Conon Imperatoris excommunicationem publicavit, quam paucis ante diebus in synodo Colonienſi manifestaverat. Ibid.

Norbertus in patria parum proficiens, ubi plurimos patiebatur adversarios, dolens venit ad Archiepiscopum suum, eique resignavit quidquid beneficiorum ac redituum in ecclesia fuerat consecutus, venditoque amplissimo patrimonio, collectam ex eo pecuniam pauperibus erogat, nihil sibi retinens præter decem marcas argenti, & mulam & capellam ad Missam celebrandam, & duobus laicis comitibus peregrinari statuit. Ubi vero pervenit ad castrum Hoyum super Mosam fluvium, quæ retinuerat, pauperibus erogavit, retenta sola capella.

Audito Gelasii Papæ adventu ad eum contendit, exponitque animi sui propositum. Papa videns ejus prudentiam, & spiritum Dei habitantem in eo, dedit ei licentiam prædicandi verbum Dei, ubicumque vellet, & illam literis suis firmavit, & veniam de duobus supremis ordinibus simul susceptis indulsit. Norbertus media horrendæ hyemis tempestate nudis pedibus, & lanea indutus veste cum pallio inter medias nives remeavit, nonnisi vespere vescens cibo quadragesimali, exceptis diebus Dominicis; piscibus autem & vino rarissime utebatur. Ibid.

XXXIX. Gelasius, ut præsenti necessitati subveniret, Conradum Romanum clericum misit ad conventum generalem episcoporum & procerum Normanniæ, quem pro die septima Octobris Rotomagi rex Henricus indixerat. Conradus hic eloquenter querimoniam fecit de Henrico Imperatore, & Burdino antipapa, & de Gelasii Papæ exilio: & a Normannica ecclesia petiit subsidium orationum & pecuniarum. Gelasius vero statuerat mense Martio synodum cum Patribus Franciæ & Teutonicis celebrare, ibique de sacerdotii & regni dissidio loqui; sed antequam terminus statutus adveniisset, pleuresi & podagra correptus Cluniacum se perferri præcepit: valetudine desperata, jussit acciri Cononem Prænestinum episcopum, eique imponi Romanæ sedis culmen fatagebat: Conon hoc audiens, Absit, inquit, ut tanti honoris & oneris pondus infelix suscipiam: auxilio & virtute divitiarum Romana sedes sub persecutione nunc eget ad suam defensionem: si vero meis acquiescere vultis consiliis, Viennensem Archiepiscopum, virum religiosum, prudentia, potentia, & nobilitate sæculari pollentem, virtutibus ornatum, ad tantum patrocinium eligamus. Dei consilio, & hujus solatio Romanam sedem credimus ad pacem & triumphum sublevandam: Gelasio, cardinalibus & cæteris, qui aderant, sermo placuit: dum ejus adventus expectatur, Papa quarto Kalendas Februarii anni millesimi centesimi decimi Concil. tom. 6. edit. Hard. *Gelasii P. mors.* Fulco chron.

noni

Christi An. 1119. noni migravit ad Deum, cum sedisset anno uno, & diebus quatuor.

Calixtus II. fit Papa. Viennensis Archiepiscopus, electionis ac promotionis suæ modum, postquam peracta est, sic scripsit ad Albertum Moguntinum Archiepiscopum: Gelasius a Vienna discedens, injunxit mihi, ut ad ejus

Calixti II. epistola prima. præsentiam festinarem, postquam ipse Cluniacum perveniisset: Quod cum implere satagerem, in itinere de ejus obitu mihi nuntiatum est: ego ut fratribus, qui cum Domino eodem venerant . . . . . solatium exhiberem, Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem super eorum consolatione attentius cogitarem, ipsi gravissimum onus . . . . . imposuerunt. Congregati namque in unum episcopi, cardinales, & centum clerici & laici Romani, invitum me penitusque renitentem in Romanæ Ecclesiæ pontificatu Calixtum unanimiter assumpserunt. Et quidem ipsis Kalendis Februarii.

Suger. in vit. Lud. VI. Calixtus II. Guido antea dictus, Willelmi Magni Burgundiæ comitis erat filius, Adelaidis Francorum reginæ, Ludovici VI. uxoris avunculus, & Henrico Imperatori consanguinitate junctus; sublimatus tantæ celsitudinis dignitate, glorioſe, humiliter, sed strenue Ecclesiæ jura disponens, amore & servitio Ludovici regis & Adelaidis reginæ, aptius ecclesiasticis providit negotiis. Cardinales, qui eum elegerant, Petrum Portuensem episcopum Papæ vicarium Romæ de Gelasii morte & Calixti electione fecere certiorem. Ille capitolium ascendens Romanis literas ostendit, qui una voce Dominum laudaverunt, qui talem eis Pontificem largitus esset. Petrus Portuensis Hugoni cardinali Beneventi legato relicto, & Landulpho episcopo & clero & populo ejusdem urbis eadem literis significavit, qui omnes Calixti electionem laudantes unanimiter firmaverunt. Episcopus ascendens in altiorem locum populum hortatus est, ut sedi Romanæ fidelitatem perpetuo servaret.

Pandulp.

l. 1. hist. Vezel. tom. 3. Spicileg. Missi sunt ab urbe legati Papæ Calixti confirmationem ferentes. Priusquam advenirent, Papa Viennam venit, ubi in Dominica Quinquagesimæ, quæ in diem nonum mensis Februarii incidebat, coronatus est a Lamberto Ostiensi episcopo.

Annal. Saxo. p. 642. XL. Henricus Imperator, ubi primum cognovit excommunicationem suam in duobus Germaniæ conciliis fuisse publicatam, insuper Principum consensu generale colloquium non multo post apud Wirceburgum habendum, ubi ipse aut præsentiam exhibere, aut absens regno deponi deberet, efferatus animo, Italiæ copiis cum regina relictis, Germaniæ regionibus insperatus se exhibuit. Deprædationum & incendiorum furor ejus adventu crevit. Quapropter totius Imperii sacerdotum atque procerum nuntiis compulsus generalem fieri apud Tiburium conventum consensit, in festo S. Joannis Baptistæ: ubi de omnibus, quæ sibimet imponerentur, juxta senatus consilium se satisfacturum spopondit. Quo conventu circa Novembris initium in Rhenanis partibus habito, tam adversariorum quam amicorum usus Imperator consilio, per omne regnum unicuique suis rebus spoliato propria concedi præcepit, cunctaque Regum antiquorum fiscalia suam in ditionem interim recepit, paxque universalis per provincias habenda præcipitur. Eum tamen parum profeciſſe declaravit eventus.

Ibid. Concil. tom. 6. ed Hard. Prædicto conventu aderant legati Romanorum & Viennensium confirmantes electionem Domini Calixti, cui omnes Germaniæ episcopi obedientiam professi sunt, & synodum, quæ Remis circa festum S. Lucæ indicebatur, collaudarunt. Imperator ei se præsentem fore ob reconciliationem totius ecclesiæ pollicitus est Catalaunensi episcopo & abbati Cluniacensi, qui cum apud Argentinam convenientes id multis rationibus obtinuerant, propositoque exemplo suæ fidelitatis erga Regem, a quo nullas investituras accepissent, ei persuasere, ut investituris renuntiaret: quod data manu eis promisit cum omnibus, qui eum comitabantur.

Tolosana synodus. Concil. tom. 6 ed. Hard. tom. 10. Lab. XLI. Calistus Viennæ rebus dispositis Gallias pertransiens Tolosam venit, ibique octavo Idus Junii synodum celebravit cum cardinalibus, episcopis, abbatibus provinciæ Gothiæ, Gasconiæ, Hispaniæ & exterioris Britanniæ; decem canones editi sunt. Primus prohibet simoniam. Tertius sic habet: " Eos, qui religionis speciem simulantes, Dominici corporis & sanguinis sacramentum, puerorum baptisma, sacerdotium, & cæteros ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, tanquam hæreticos ab Ecclesia Dei pellimus & damnamus, & per potestates exteras coerceri præcipimus. Defensores quoque ipsorum ejusdem damnationis vinculo, donec resipuerint, innodamus. „ Ejusmodi hæretici erant discipuli Henrici, cujus supra meminimus. Quartus. " Primitias, decimas, oblationes & cœmeteria, domos etiam, & cætera bona deficientis episcopi, & clericorum, a principibus, vel quibuslibet laicis diripi & teneri, prorsus interdicimus. „ Nonus. Præcipimus, ut pro sacri olei & chrismatis, & sepulturæ acceptione, nullum venditionis pretium exigatur.

Christi An. 1119. Catel. 2. Comt. Tolos. c. 3.

Ibid. Ex comment. Hesson. Calistus inde Parisios venit, quo Willelmus Catalaunensis episcopus & abbas Cluniacensis ei occurrentes Henrici promissa fideliter intimaverunt. Papa communicato cum cardinalibus & episcopis consilio, cum iisdem episcopum Ostiensem & Gregorium cardinalem ad Regem misit, ut ejus promissa diligentius retractarent, atque scripta ex utraque parte firmarent, & diem, quo ista complerentur, ante finem concilii denominarent. Regi inter Virdunum & Metas occurrerunt, quod dominus Papa eum libenter reciperet, si promissum exequi vellet, retulerant. Rex gavisus promissa confirmavit, scilicet, quod capitula, quæ in sequenti scripto continentur, apud Mosonum in præsentia Papæ fideliter sine omni fraude exequeretur. Idem juraverunt dux Welpho & tres comites, & alii episcopi & clerici. Scriptum concordiæ hoc fuit: " Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei & B. Petri, & domini Papæ Calisti, dimitto omnem investituram omnium ecclesiarum, & do veram pacem omnibus, qui, ex quo discordia illa cœpit, pro Ecclesia in guerra fuerunt, vel sunt: possessiones autem ecclesiarum & omnium, qui pro Ecclesia laboraverunt, quas habeo, reddo: quas autem non habeo, ut rehabeant, fideliter adjuvabo. Quod si quæstio inde emerserit, quæ ecclesiastica sunt, canonico; quæ autem sæcularia sunt, sæculari terminentur judicio. „ Papæ vero scriptum sic habebat: " Ego Calistus II. Dei gratia Romanæ Ecclesiæ episcopus Catholicus, do veram pacem Henrico Romanorum Imperatori Augusto, & omnibus, qui pro eo contra Ecclesiam fuerunt, vel sunt. „ Reliquum idem prorsus, ac in priori.

Ibid. Legati Remos redeuntes hæc scripta ad Papam retulerunt, qui ibi concilium tenuit. In eo fuerunt quindecim Archiepiscopi, & plus quam ducenti episcopi cum multis abbatibus, Apostolico jussu evocati de Italia, Germania, Gallia, Hispania, Britannia, & Anglia, & de cunctis occidentalibus provinciis. Moguntinus Archiepiscopus cum septem Germaniæ episcopis venit, quos quingentorum militum cohors vallabat. Anglorum rex Prælatis regni sui ad synodum quidem ire permisit: sed omnino, ne alicujusmodi querimoniam alterutrum facerent, prohibuit. Ite, inquit, dominum Papam de parte mea salutate, & Apostolica tantum præcepta humiliter audite: sed superfluas adinventiones regno meo inferre nolite.

Remensis synodus.

Ibid. In ecclesia Metropolitana celebratum est. Papa decimo quarto Kalendas Novembris anni millesimi centesimi decimi noni, die Dominico Missam cantavit, & Thurstanum Eboracensem episcopum consecravit, privilegioque, ne Cantuarienſi Metropolitano velut magistro, sed quasi coepiscopo subjiceretur, donavit, quamvis Joannes Cantuarienſis archidiaconus intercederet, contendens sic derogari juribus sui Archiepiscopi, cui sub juramento promiserat Thurstanus, quod consecrationem de manu ejus reciperet. Sequenti autem Dominico Fredericum Hermanni Namurci comitis fratrem, Leodienſibus episcopum benedixit: qui infra triennium ab æmulis veneno infectus obiit, & nunc miraculis ad ejus sepulchrum coruscantibus feliciter splendescit.

In basilica sanctæ Mariæ Virginis ante Crucifixum duodecimo Kalendas Novembris, Archiepiscopi, quorum primus erat Radulphus, cognomento Viridis, Archiepiscopus Remensis, ordinate consederunt, prout antiquitus constitutum est . . . . . In sublimi consistorio Apostolica sedes erat ante januas ecclesiæ. Finita Missa Calistus Papa resedit, & in prima fronte coram eo Romanus senatus constitit. Conon Prænestinus, Boso Portuensis, Lambertus Ostiensis episcopi cardinales, Joannes Cremensis, &

Hato

Christi An. 1119. Hato Vivariensis: Hi nimirum præ omnibus aliis quæstiones subtiliter discutiebant. Chrysegonus diaconus dalmatica indutus Papæ adstabat, manuque canones gestabat, promptus eos legere, prout res exigebat. Alii sex ministri dalmaticis vestiti circumstabant, & insurgente dissidentium tumultu, silentium imperabant. Post litaniam & orationes Papa paucis Evangelium hujus diei exposuit. Conon autem cardinalis pastores de officio admonuit.

Ibid. Ex comment. Hesson. Papa decimo tertio Kalendas Novembris in concilio residens sic exorsus est: "Domini Patres & fratres, causa, pro qua vos de tam remotis regionibus ad concilium vocavimus, hæc est: Scitis, quamdiu Ecclesia contra diversas hæreses laboravit: & sicut per B. Petrum, cui specialiter dictum est a Domino: (Rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua, Luc. 22. & tu aliquando conversus confirma fratres tuos:) Simon magus judicio Spiritus sancti, ab Ecclesia Dei eliminatus periit: sic usque ad nostra tempora idem, per vicarios suos, sequaces Simonis expugnare, & ab Ecclesia Dei extirpare non desinit. Ego quoque qualiscumque, licet indignus ejus vicarius, simoniacam hæresim, quæ maxime per investituras contra Ecclesiam Dei innovata est, ab Ecclesia Dei, opitulante Deo, vestro consilio & auxilio omnibus modis eliminare desidero. Unde, si placet, a fratribus nostris, qui inter Nos, & Regem Teutonicum, verba concordiæ portaverunt, causæ ordinem diligentius audiatis: & quid nobis super his agendum sit, unusquisque, pro modo suo, quia causa communis est, prudentiori consilio attendatis. ,, Tunc jubente Papa episcopus Ostiensis latine universo concilio, Catalaunensis episcopus Gallice laicis ordinem causæ exposuit.

Ibid. ex Orderic. Ludovicus Francorum rex synodum introivit, & conscendit consistorium, ubi Papa residebat, & de Angliæ rege conquestus est, qui per vim Normannicam, Franciæ feudum occupaverat, & Robertum ducem, hominem suum in carcere detinebat, & Guillelmum ejus filium exhæreditaverat. Goffredus Rotomagensis Archiepiscopus pro Angliæ rege respondere cœpit: verum orto tumultu dissidentium interceptus conticuit.

Hildegardis comitissa Pictavorum postea procedens cum pedissequis suis dixit, se a marito suo esse derelictam, sibique Albergionem vice-comitis de Castello Airaldi conjugem in toro subrogatam. Guillelmus Sanctonensis episcopus Aquitaniæ ducem excusavit, quod ad synodum non venisset: asseverans, quod in itinere detentus ægritudine remanserit. Excusationem Papa suscipiens certum terminum constituit, quo in curiam Papæ veniret, ac legitimam uxorem reciperet, aut pro illicito repudio sententiam anathematis subiret. Guillelmus Aquitaniæ dux vir fuit flagitiosissimus: cum aliquando ejus scelera coargueret Petrus Pictavensis episcopus: dux vero ejus verba contemneret, Petrus adversus eum excommunicationis sententiam proferre cœpit. Dux in furorem versus eumque crinibus retinens acinace stricto mortem comminatur, ni statim eum absolvat. Episcopus, ut sibi libere loqui liceat, exorat, & dimissus inchoatam absolvit excommunicationem & duci caput amputandum obtulit. Dux, uti solebat, res religionis irridens, Facite, respondit: ego te hominem inimicissimum in cœlos transmittere nolo. Non multo post tamen eum ejecit in exilium, ubi Petrus sanctissime obiit, & post mortem miraculis claruit. His auditis dux dixit: Pœnitet me, quod ejus beatitudinem non acceleraverim.

Ibid. Audinus Ebroicensis episcopus de Amalrico conquestus est, a quo se turpiter expulsum & episcopium incensum denuntiavit: Amalrici capellanus mendacem vocavit episcopum: Nequitia tua, inquit, te merito expulit, & combussit episcopium ..... Rex, quem adversus Amalricum concitaveras, urbem obsedit, imperioque tuo ignem injecit, & basilicas omnes cum ædibus cremavit. Et cum grandis facta esset verborum altercatio, indicto silentio, omnes ad pacem Papa hortatus est, sicque concluſit: "Treviam Dei, sicut eam sanctæ memoriæ Urbanus Papa in concilio Claromontano tenendam constituit, præcipio: & reliqua decreta, quæ ibi a sanctis Patribus sancita sunt, ex authoritate Dei confirmo. ,,

Ibid. Papa sic prosecutus est: "Imperator Alemannorum mandavit mihi, ut Mozonem castrum adeam, ibique pacem cum eo ad utilitatem sanctæ Matris Ecclesiæ faciam. Illuc utique pro pace laboraturus nunc ibo, & coepiscopos meos Remensem & Rotomagensem, & alios mihi necessarios mecum ducam. Aliis omnibus episcopis & abbatibus jubeo, ut hic præstolentur nos, quantocius redituros. Conventionem pacis, si fiat nobiscum, & per vos confirmare optamus; sin infidelis evaserit, judicio Spiritus sancti & vestro gladium beati Petri vibrare tentabimus. ,, Præcepit etiam, ut interim, & maxime die colloquii, psalmos, orationes, & sacrificia spiritualia Deo offerrent, & a majori Remensi ecclesia usque ad ecclesiam beati Remigii cum processione nudis pedibus exirent. Deinde spiritualem filium & consobrinum regem Anglorum adibo, precibus & colloquiis ipsum, & Theobaldum comitem, aliosque dissidentes commonebo, ut in omnibus rectitudinem & pacem faciant. Illos autem, qui persuasionibus nostris obtemperare noluerint .... terribili anathematis sententia feriam. His dictis cœtus solutus est. Christi An. 1119. Ex comment. Hesson. Orderic.

Ibid. Ex comment. Hesson. Sequenti die, feria quarta, dominus Papa ad locum colloquii exiit, & feria quinta cum maximo labore pervenit. Feria sexta, vocatis in cameram Archiepiscopis & abbatibus, & cæteris sapientibus viris, quos multos secum duxerat, coram omnibus fecit legi scriptum utrumque concordiæ. Regis scriptum diligentius retractantes episcopi, maxime hæc verba: Dimitto omnem investituram omnium ecclesiarum: dixerunt: Si Rex simpliciter agit, ista verba sufficiunt: si cavillari conatur, determinatione nobis videtur indigere: ne forte aut possessiones antiquas ecclesiarum sibi conetur vindicare, aut iterum de iisdem episcopos investire. In scripto Papæ hæc verba retractabant: Do veram pacem Regi & omnibus, qui cum eo in guerra ista fuerunt: ne forte in danda pace amplius intelligerent, quam reddendam communionem Ecclesiæ, & sub hoc verbo Ecclesia cogeretur suscipere quos aut superpositos legitimis pastoribus, aut canonice depositos sine gravi offensione non posset sustinere. *Henricus Rex non stat promissis.*

Ibid. Diligenter omnibus retractatis, missi sunt ad castra Regis, Episcopus Ostiensis, Joannes Cardinalis, Episcopus Vivariensis, Episcopus Catalaunensis, & abbas Cluniacensis scripta portantes. Quæ cum ostendissent, Rex prima fronte, se nihil horum promisisse negabat. Tunc Episcopus Catalaunensis respondit pro omnibus: Si, Domine, negaveris scriptum, quod tenemus in manibus, & determinationem quam audisti, paratus sum sub testimonio religiosorum virorum, qui inter te & me fuerint, jurare super reliquias Sanctorum, & super Evangelium Christi, te illa omnia in manu mea firmasse, & me sub hac determinatione recepisse. Cumque omnium testimonio convinceretur, confessus est quod negaverat. Sed de eis graviter conquerebatur, quia eorum consiliis promiserit quod absque diminutione regni exequi non valeret. Cui sic respondit episcopus: In promissis nostris, domine Rex, per omnia fideles nos invenies. Non enim dominus Papa statum Imperii in quolibet imminuere attentat: immo palam omnibus denunciat, ut in exhibitione militiæ & cæteris omnibus, quibus tibi & antecessoribus tuis servire consueverant, modis omnibus deserviant. Si autem in hoc Imperii statum imminui existimas, quod ulterius episcopatus vendere tibi non liceat: hoc potius regni tui augmentum ac profectum sperare debueras, si, quæ Deo contraria sunt, pro ejus amore abjicias.

Ibid. Ad hæc cum respondere non posset, inducias petiit usque mane, dicens se velle cum principibus nocte illa de hac causa conferre, & ad exequendum promissum, si posset eorum corda inflectere, & alterutrum summo mane renunciare. Post hæc de modo suæ absolutionis & susceptionis cum nostris conferre cœperunt: importabile sibi videri, si more aliorum, dominus suus nudis pedibus ad absolutionem accederet. Quibus condescendentes legati responderunt, quod modis omnibus laborarent, ut Papa calceatum eum, quanto privatius posset, reciperet. Colloquio sic terminato, gesta reportantes ad Papam redierunt: qui de pace desperans Remos mane redire cogitabat: sed consilio comitis Trecensis & aliorum compulsus est sabbatho fere usque ad horam sextam in eodem loco manere.

Summo mane iterum ad castra missi sunt episcopus Catalaunen-

Christi An. 1119. talaunensis, & abbas Cluniacensis, super inducias acceptas responsum audituri. Regi dixit episcopus:

Ibid. Heri quidem cum justitia potuimus a te recedere, quia die denominata parati fuimus, & promissum hunc diem postulasti: Nolumus ut propter intervallum unius noctis tantum bonum in nobis remaneat, & si hodie promissum tuum exequi volueris, paratus est adhuc dominus Papa, quod per nos tibi promisit, modis omnibus adimplere. Rex iratus iterum cœpit inducias quærere, donec colloquium generale cum regni principalibus habere posset: sine quorum consilio investituras dimittere non audebat. Ad hæc episcopus: Quia inducias sæpe quærendo, quod promisisti implere dissimulas, nihil nobis & tibi amplius: revertar ad dominum Papam. Sic insalutatus abiit, nec Regis responsa nunciavit. Mox Papa cum suis ad aliud castrum comitis Trecensis transivit. Rex autem nuncium ad comitem direxit, summopere rogans, ut Papam ibi die Dominica detineret, promittens se facturum feria secunda, quod toties abnegaverat. His ad Papam delatis respondit: Feci pro desiderio pacis, quod ab antecessoribus nostris factum numquam audivi: generalem synodum reliqui, ad hominem istum cum multo labore perveniens, quæ pacis sunt, in eo non inveni: unde nullatenus eum ulterius expectabo . . . Si post concilium veram pacem nobis Deus dederit, paratus ero suscipere & amplecti: & cum tanta festinatione Remos usque cucurrit, ut eadem die Remis Missam celebraret. Sed priusquam proficisceretur, Colonensis Archiepiscopus legatos & literas ei direxit, & professa subjectione pacem & amicitiam cum illo pepigit: & filium Leonis, quem obsidem habebat, ob amoris speciem gratis reddidit.

Ibid. Feria secunda præ nimio labore infirmatus vix ad concilium accessit: exitum & reditum suum, & ordinem causæ ejus justu patribus exposuit Joannes Cremensis Cardinalis, insinuavitque Papam timuisse, ne vim ei inferre vellet Imperator, qui cum ingenti exercitu venerat. Feria tertia infirmitate detentus in concilio sedere non potuit. Feria quarta circa horam tertiam ad concilium accessit, & multorum proclamationes usque ad horam nonam recepit. Lugdunensis episcopus surgens dixit: Matisconensis episcopus conqueritur, quod Pontius Cluniacensis abbas ipsum ecclesiamque suam damnis & injuriis afficiat; ecclesias decimasque suas & debitas subjectiones auferat. Pontius respondit: ecclesiam suam servare privilegia, quæ ipsi concessit Romanus Pontifex, cui soli subjecta sit. Eorum judicium Papa in crastinum remisit.

Synodalia decreta post hæc in medio prolata & lecta sunt, & omnium ore confirmata. Primum prohibet simoniam: secundum sic habet: " Episcopatuum & abbatiarum investituras per manus laicas fieri penitus prohibemus. Quicumque laicorum deinceps investire præsumpserit, anathematis ultioni subjaceat. Et qui investitus fuerit, absque ulla recuperationis spe, honore, quo investitus est, careat. „ Illud decretum primo generalius conceptum, post multas contentiones sic promulgatum est. Quintum " Presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus, concubinarum & uxorum commercia prorsus interdicimus. Si qui autem hujusmodi reperti fuerint, ecclesiasticis officiis priventur, & beneficiis. Si neque sic immunditiam suam correxerint, communione careant Christiana. „ Decretum etiam pro observatione treviæ Dei publicatum est.

Ibid. *Synodi Remensis decreta.*

Papa feria quinta venit ad concilium, & post hymnum sancti Spiritus, de illius donis disseruit. Demum allatæ sunt candelæ quadringentæ viginti septem, & accensæ datæ sunt singulis episcopis & abbatibus, injunctumque eis, ut omnes candelas tenentes assurgerent; & recitata sunt nomina eorum, quos præcipue excommunicare Papa proposuerat. Primi nominati sunt, rex Henricus, & Romanæ Ecclesiæ invasor Burdinus, qui præ cæteris solemniter excommunicati sunt. Absolvit etiam Papa a fidelitate Regis, omnes, quotquot ei juraverant, nisi forte resipiscerent, & Ecclesiæ Dei satisfaceret. His completis authoritate Patris, Filii & Spiritus sancti omnes absolvit atque signavit, & sic ad propria unumquemque redire permisit, conciliique finem fecit. Quod vidi & audivi, inquit Hesso prædictæ relationis author, pedestri sermone descripsi. Sed ea tantum quæ ad regis Henrici causam pertinent, & decreta synodi refert . . .

Ibid. Ex comment. Hesson. *Henricus excommunicatur.*

XLII. S. Norbertus austerioris vitæ sanctitate & concionum energia celeberrimus, Calistum Papam Remos nudis pedibus adiit: omnes admirabantur ejus prudentiam & vim eloquentiæ, & assumptæ pœnitentiæ asperitatem, quam ut temperaret, induci non potuit, sed ne sub eo prætextu ejus doctrina posset ab aliquibus infamari, literas authoritatis Apostolicæ, quas a Gelasio acceperat, renovari postulavit. Quibus acceptis, dominus Papa Bartholomæo Laudunensi episcopo præcepit, ut curam ejus susciperet. Qui secum eum deducens Laudunum, ei obtulit B. Martini ecclesiam, quæ sita est in suburbio, ubi pauci erant canonici regulares. Norbertus primum renuit, nec nisi obedientia compulsus recepit, ea conditione, ut canonici Apostolicam institutionem, quam eos doceret, observare vellent. Sed illi tam asperum vitæ genus postea ut novum respuerunt. Episcopus tamen illius valetudinis curam agens, illum tota hyeme detinuit, hortabaturque ut in episcopatu suo remaneret: ac circumducens ostendebat, si qua ei placeret vel ecclesia, vel solitudo. Victus tandem multorum precibus elegit locum valde solitarium, qui Præmonstratum vocabatur, in quo socios colligeret, in eoque se mansurum spopondit.

Christi An. 1119. S. Norbert. vit. apud Bolland. 6. Jun. *S. Norbertus Præmonstrat. Ordinis Fundamenta jacit.*

Transacta hyeme, ad prædicandum exiit, solus Cameracum veniens; ibi suis concionibus Deo lucratus est adolescentem nomine Evermodum, qui relictis omnibus eum secutus est. Nivellam perveniens alium juvenem nomine Antonium, a Deo sibi datum recepit. Hi duo, & Hugo, quem prius susceperat, fuere radices futuræ multitudinis, quæ subsecuta est. Plures tamen habuit vitæ suæ imitatores: nam Dominica Passionis cum tredecim reversus est Præmonstratum: & novis advenientibus Dei domus ampliabatur. Non defuerunt adversantis hostis insidiæ. Petrus de Honestis, qui canonicos regulares in ecclesia sanctæ Mariæ in Portu, in agro Ravennate instituit; hoc anno quarto Kalendas Aprilis mortuus est, & in Portuensi a se extructo cœnobio sepultus est.

Ibid. Rub. l. 5.

XLIII. Calistus Papa post absolutam synodum, Gisortium Normanniæ oppidum venit, quo ei occurrit rex Henricus. Rex impetravit, ut omnes consuetudines, quas pater suus in Anglia & Normannia habuerat, sibi concederet: & maxime ut neminem aliquando legati officio in Anglia fungi permitteret, nisi ipse illum postularet: Papa vicissim regem rogat, ut Thurstano, quem contra ejus voluntatem consecraverat, reconcilietur, eique suam ecclesiam restituat. Rex hoc se non facturum juraſſe respondit. Apostolicus sum, inquit Calistus, si feceris quod postulo, ab hac fidei sponsione te absolvam. Rex petiit tempus ad deliberandum. Et recedens postea per nuncios Papæ respondit. Si contra fidem Thurstanum Eboraci recepero, non videtur honestati regiæ convenire, tuam absolutionem recipere: quis enim deinceps mihi crederet, si datam fidem tam facile annihilari posse sciret? Thurstano tamen pro illius amore suam ecclesiam ea conditione concederet: ut ipse primum Cantuariam veniret, & plenam obedientiam primati Cantuariensi profiteretur.

Eadmer. l. 5. *Pape & Regis Anglie colloquium.*

Thurstanus propositi sui tenax noluit subesse Cantuariensi: non ausus est tamen Angliam ingredi. Quod ubi Calistus audivit, Henrico regi & Radulpho Cantuariensi succensuit: adeo ut minaces in Angliam literas miserit. Radulpho episcopale interdixit officium, nisi infra unum mensem, post acceptam suam epistolam, Thurstanus, sine exactione professionis obedientiæ, in suam restituatur sedem. Quamobrem a Rege revocatus in Angliam, reducitur in Archiepiscopatum suum. Calistus, qui Henrico regi se Cantuariensis ecclesiæ jura conservaturum promiserat, hanc tamen aperte violavit, quia Radulphus factus Cantuariensis episcopus, investituram per annulum & baculum pastoralem a Rege receperat; vel saltem, quia Remensi synodo non adfuerat: & tunc nonnuli in Anglia Burdino favebant, qui juxta priora pacta conventa, ex Imperatoris consensu fuerat inthronizatus. Calistus in eodem colloquio postulavit, ut Robertus Normanniæ dux liber dimitteretur, ejusque filio restitueretur Normannia. Rex utrumque negans respondit: Frater meus per septem annos Normanniam diripuit, non parcens ecclesiis & monasteriis. Evocatus sum, ut tot malis aliquod afferrem remedium, quod sine bello fieri non potuit; victoriam mihi dedit Deus, quoniam tot malis finem afferre po-

Huved. Eadmer. l. 5. Matth. Paris.

Christi An. 1119. re potuit ſola captivitas fratris mei, qui ſceleratis & prædonibus favebat. Ejus filium niſi fugiſſet, cum meo educari curaſſem. Papa non inſtitit.

Eadmer. l. 5. Priuſquam autem ad ſedem ſuam rediret Thurſtanus, Alexander Scotorum rex Petrum monachum & priorem eccleſiæ Dunifermelinæ, & duos clericos cum literis miſit ad Radulphum Cantuarienſem Archiepiſcopum. Poſtulabat Eadmerium monachum ad ſe tranſmitteret, ut ſancti Andreæ epiſcopus conſtitueretur. Radulphus per eoſdem legatos epiſtolam direxit ad Anglorum Regem, ejuſque conſenſum popoſcit; quem utro dedit. Eadmerus igitur in Scotiam cum Radulphi literis ad Regem proficiſcitur. Hic tertio die ſui adventus, qui fuit dies feſtivitatis B. Apoſtolorum Petri & Pauli, eligente eum clero & populo, & concedente Rege ſuſcepit pontificatum ſancti Andreæ Kelrimuntenſis, & nullam a Rege accepit inveſtituram, nec ei hominium fecit. Sequenti die Rex cum electo de conſecratione illius ſecretius agens, & nolens eum ab Eboracenſi conſecrari; Cantuarienſem Archiepiſcopum ei inſinuat Eadmerus. Rex conturbatus diſceſſit, nolens eccleſiam Cantuarienſem anteferri eccleſiæ ſancti Andreæ. Vocans itaque Guilelmum monachum ei præcepit, ut illius epiſcopatus curam ageret. Poſt menſem Eadmerum reſtituit, qui virgam paſtoralem in altari poſitam ſumpſit. Thurſtanus Eboracenſis, hæc ubi comperit, Anglorum Regem literis exoravit, ut Cantuarienſem ab ea ordinatione prohiberet, & Scotorum Regi ſcriptis mandaret, ne illam permitteret. Alexander rex his offenſus, Eadmerum contemnere, & multis injuriis exagitare cœpit, eumque dignitate & rerum epiſcopalium proventu ſpoliare. Eadmerus hæc advertens, intelligenſque, quod quamdiu rex adverſaretur, in correctione illius chriſtianitatis parum proficeret; ex conſilio Glaſconenſis Epiſcopi, & duorum monachorum Cantuarienſium, quos ſecum adduxerat, annulum Regi reddidit, virgaque paſtorali ſuper altari depoſita, rediit Calaturiam.

Rotomagenſ. Synodus. XLIV. Godfredus Archiepiſcopus de Remenſi concilio, poſtquam Rotomagum reverſus eſt, tertia Novembris hebdomada ſynodum habuit: & Remenſis ſynodi capitula publicavit, & presbyteris ſuis omnes fœminarum conſortium interdixit, atque in tranſgreſſores terribilem anathematis ſententiam vibravit. Cumque presbyteri pondus illud abhorrentes inter ſe muſſitarent, Albertum quemdam duci juſſit in carcerem. Dum reliqui, quid agendum ſit, deliberarent, Præſul furens de ſynodo exivit, ſatelliteſque ſuos advocat. Illi protinus cum fuſtibus & armis in eccleſiam irruunt, & clericos adhuc mutuo colloquentes feriunt. Quidam poderibus ſuis induti per vicos cœnoſos diffugiunt. Alii podiis & lapidibus hic forte inventis repugnare conati ſunt. Clientes ſic fugati coquos, piſtores & vicinos aſſeclas adſciverunt, & certamen in ſacris penetralibus iteraverunt, & multos vulnerant, presbyteri diffugiunt, & diros rumores parochianis & pellicibus referunt, quos oſtenſis corporis læſionibus comprobant. Illius ſeditionis clamor ad aures Regis pervenit: ſed aliis intentus negotiis diſſimulavit.

Concil. tom. 6. ed Hard. tom 10. Lab.

Christi An. 1120. *Caliſtus Romam revertitur.* XLV. Caliſtus Papa poſt Giſortii colloquium Romam revertens per Burgundiam tranſiit, ibique Ciſtercienſis monaſterii ſtatuta confirmavit, juſſitque, ut ſinguli abbates quot annis ad generale capitulum convenirent. Ejuſmodi capitula generalia ob ſuam utilitatem, licet minus frequentia, poſtmodum inſtituere cæteri ordines religioſi, quorum authoritas ſi infringatur, deficit diſciplina religioſa. Papa Natale Domini Auguſtoduni celebravit: quo eum conveniens Bruno Trevirenſis, ſedis ſuæ privilegia renovari poſtulavit, & obtinuit. Adalbertus Moguntinus de legatione Romanæ ſedis ſibi commiſſa ſeſe ſuperbe efferens, eum ſibi ſubjicere tentabat, quamvis ex conceſſione priorum Apoſtolicorum epiſcopus Trevirenſis ſoli Papæ, vel ejus legato a latere debeat obedire. Conqueſtus eſt etiam de Stephano Metenſi ſuo ſuffraganeo, qui pallium a Papa ſuo avunculo obtinuerat. Cluniaci privilegiorum confirmationis, & exemptionis juriſdictionis legatorum, niſi a latere miſſi ſint, literæ datæ ſunt die tertio Januarii, anno milleſimo centeſimo vigeſimo.

Spicileg. tom. 12.

Caliſti P. epiſt. 5. Cluniaco Viennam cum Papa ſe contuliſſet, huic eccleſiæ, cujus fuerat Archiepiſcopus, jus primatus in ſeptem provincias attribuit, ſcilicet Viennenſem, Bituricenſem, Burdigalenſem, Auſcitanam, Narbonenſem, Aquenſem, & Ebredunenſem, illiuſque Archiepiſcopum in his ſuum vicarium inſtituit, cum poteſtate indicendi ſynodos, & negotia eccleſiaſtica dirimendi. Tarentaſiæ etiam Archiepiſcopum Viennenſi ſubjecit ut Primati. Et ne nova videretur hæc inſtitutio, a Sylveſtro I., & aliis Romanis Pontificibus ejus originem accerſit: quorum ſuppoſititia reſcripta edidit Joannes Boſco. Primatus titulum ſine re retinuere ſequentes Archiepiſcopi Viennenſes; qui tamen vi illius reſcripti Dienſem & Albenſem ſeu Vivarienſem epiſcopatus ab Arelatenſi diſtractos in ſuam adſcivere provinciam.

Christi An. 1120

Paticell. Inde faucibus Alpium ſuperatis ad S. Ambroſium Papa pervenit: ingreſſuſque Longobardiam, occurrentibus ſibi populis, ubique honorifice ſuſceptus eſt. Jordanus Mediolanenſis Archiepiſcopus huic officio non defuit. Mediolanenſes tamen antea Henrici partes ſequebantur. Jordano ſedente, Otricus archipresbyter, & vice dominus eccleſiæ Mediolanenſis, ejuſque ſucceſſor, ordinavit feſtum mortuorum ſequenti die poſt feſtum dedicationis, quæ ſemper erat Dominica tertia Octobris. Burdinus audito ejus adventu fugit Sutrium, Petri Leonis caſtrum. Petrus autem Portuenſis epiſcopus & urbis vicarius cum aliis cardinalibus, aliiſque clericorum populique turmis obviam Pontifici longiſſime properavit. Caliſtus tertio Nonas Junii Romam ingreſſus eſt, cantantibus & plaudentibus præ gaudio omnibus ordinibus. Sequenti menſe, ut Normannos ad Sutrii expugnationem hortaretur, Beneventum ſe contulit, & octavo die menſis Auguſti civitatem hanc ingreſſus eſt. Venerunt ad eum illico Guillelmus Apuliæ dux, princeps Capuanæ urbis, Jordanus comes, & Papæ fidelitatem fecerunt, qui inveſtituram illarum regionum eis prædeceſſorum ſuorum more conceſſit. His ita diſpoſitis Romam per mare rediit, ibique ſacrum Paſchæ diem celebravit, anno milleſimo centeſimo vigeſimo primo. Et Lambertum Oſtienſem epiſcopum, & Saxonem cardinalem presbyterum S. Stephani, & Gregorium diaconum, qui poſtea fuit Pontifex, ſub Innocentii II. nomine, ut pacem in regno & Eccleſia reformarent, ad Henricum Imperatorem delegavit.

Falco. Pandul. Christi An. 1121.

Falco. chron. *Burdinus antipapa captus.* Exercitu etiam congregato Sutrium oppugnari juſſit Burdinus, a ſuis dictus Gregorius VIII. A civibus detentus Caliſti militibus traditur, qui injuriis afflictum ligaverunt, & propriis veſtibus exutum camelo impoſuere, ejuſque caudam pro fræno tenere coegerunt, captivumque Romam perduxerunt nono Kalendas Majas. Pontifex inito conſilio ad monaſterium ſanctæ Trinitatis illum relegavit, quod Cava dicitur, cum triennio fere integro Romanum invaſiſſet Eccleſiam, ibique habitu monachi indutus ad vitam cœnobiticam reverti compulſus eſt. Caliſtus anno ſequenti illum de Cavenſi monaſterio extractum in arce Janula cuſtodiendum tradidit. Poſt biennium Honorius Papa II. illum in arcem Fumonis tranſtulit, ibique mortuus eſt.

Caliſtus poſtea Fragipanum turres demolitus eſt, & quoſdam comites, qui latrociniis vias infeſtabant, Eccleſiæque bona depredabantur, perdomuit, ſicque pacem & ſecuritatem Romæ & in Italia reſtituit: ita ut peregrini S. Petri eccleſiam ſecuri frequentarent. Literis datis ad epiſcopos & omnes regni Franciæ fideles, Burdini captivitatem ſignificaverat, ut Deo gratias referrent. Ludovicus rex ei reſcribens, de ea re gratulatur, & revocans in memoriam, quomodo ei in neceſſitatibus ſubvenerit, nec ab ejus fidelitate Imperatoris precibus & promiſſionibus avelli potuerit, inſtanter efflagitat, ut Senonenſem eccleſiam, quam ad certum tempus a Lugdunenſis primatus ſubjectione exemerat, in perpetuum liberet, ac priſtinæ libertati reſtituat. Hujus poſtulationis cauſam ſic aperit: Videat, dulciſſime Pater, diſcretio tua, ne civitas Lugdunenſis, quæ de alieno eſt regno, de noſtro floreat detrimento. Lugdunum enim tunc pertinebat ad Burgundiæ regnum, quod erat dominii Imperatoris.

Caliſt. P. epiſt. in act. ſynod. Lateran.

S. Norbertus inſtituit canonicos regulares. XLVI. S. Norbertus interim congregatis clericis ferme quadraginta, & plurimis laicis, eos frequenter hortabatur, ne deſiſterent a felici propoſito, & ſpontanea paupertate, quam ſuſceperant, & ſubmonuit de Patrum inſtitutionibus. Et quoniam vitæ canonicæ cum ſuis ab infantia fuerat deputatus, S. Auguſtini regulam elegit, & die Natalis Domini, anno mille-

Christi An. 1121. simo centesimo vigesimo primo, sub eadem, stabilitatis in loco, & professionis gratia se ipsos conscripserunt. Vestem albam & lanean suis dedit, sed sine lineis, nisi quæ vestibus in choro superponerent. Severus erat in censura, & suos docebat, neglectis corporalibus, totos se ad spiritualia convertere; sicque sub tanto magistro profecere, ut potius veterem, quam novam tunicam eligerent, nullumque opus erat tam vile, quod respuerent: obedientia erat promptissima, illic silentium omni tempore; jejunabant, una refectione contenti in die. Imprimis tria sæpe suis commendabat: scilicet, circa altare & divina mysteria munditiam, excessuum & negligentiarum in capitulo & ubique emendationem, pauperum curam & hospitalitatem. Sic per Dei gratiam profecit ejus institutum, ut anno trigesimo ejus conversionis, jam fere centum monasteria a sequacibus ejus per diversas orbis partes constructa numerarentur.

Bolland. 6. Junii.

Hist. restaur. abbat. S. Martin. Torn. Spicileg. tom. 12.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. *Bellovacensis synodus.*

XLVII. Episcopi duodecim & duo Archiepiscopi, Remensis & Turonensis cum Conone legato, decimo quinto Kalendas Novembris convenere Bellovaci, ut de S. Arnulphi Suessionensis episcopi corpore de terra levando tractarent: sic Sanctorum tunc fiebat canonizatio. Aldebergensis abbas libellum de ejus vita, moribus & miraculis, obtulit episcopis; Lisiardus Suessionensis episcopus, hæc esse vera & multis testibus comprobari posse affirmavit. Quidam nobiles magistri scholarum acceperunt libellum, & quædam capitula cursim perlegerunt, & dixerunt: Revera de Deo non est, qui ejus Sancti exaltationi contrarius est.

Willelmus Catalaunensis episcopus, qui columna Doctorum dicebatur, rogatus a Lamberto Tornacensi, causam ante Legatum & Archiepiscopos exposuit; qui una voce responderunt: Judicium vestræ authoritatis suscipimus, & decretum vestri consensus roboramus. Lambertus episcopus tunc vocans prædictum abbatem, designavit Kalendas Maji anni sequentis, quibus viri Dei corpus de humo levatum juxta morem Gallicanæ ecclesiæ, subtus sanctum altare reponeret. Jam dudum longe maturius & accuratius fiunt inquisitiones, examina & judicia de eorum moribus & miraculis, qui in Sanctorum numerum referuntur.

Ibid. *Napolitana synodus.*

Sex episcopi Palæstinæ præside Guaremundo patriarcha Hierosolymitano convenere Samariæ, quæ Neapolis dicebatur, & edidere viginti quinque canones de reformatione morum, qui exciderunt.

Abaelar. epist. 1. *Abaelardi initia.*

XLVIII. Eadem ætate florebat Petrus Abaelardus Nannetensis: natus ad literarum disciplinam, facile eas didicit, præsertim dialecticam, cujus discendæ percupidus, diversas disputando perambulavit provincias, ac tandem Parisios venit, ubi audivit Guillelmum Campellensem, cui primo fuit acceptus, sed postmodum gravissimus ob ingenii juveniliter exultantis superbiam, quam sic ipse prodit in epistola, qua calamitatum suarum historiam complexus est. Adolescens Melodunum veniens docere cœpi: & ab hoc scholarum nostrarum exordio, ita in arte dialectica nomen meum dilatari cœpit, ut non solum condiscipulorum meorum, verum etiam magistri fama contracta paulatim extingueretur. Hinc factum est, ut de me amplius ipse præsumens, ad castrum Corboli, quod Parisiacæ urbi vicinum est, quantocius scholam nostram transferrem, ut inde videlicet crebriores disputationis assultus nostra daret opportunitas. Plura ejusdem modestiæ in ejus scriptis leguntur. Post aliquod tempus Parisiis sacram scripturam legit.

Fulbertus canonicus ecclesiæ cathedralis Parisiensis eum rogavit, ut succisivis horis Heloissam nobilem virginem neptem suam, forma venustam, doctrina præstantiorem (Hæbraicam enim, Græcam & Latinam linguam noverat) philosophicis aliisque liberalibus artibus imbueret: verum Abaelardus amoribus ejus illaqueatus, ipsam quoque suis illaqueavit, ex eaque suscepit filium, quem vocari voluit, Astrolabium. Hoc scelus nuptiis, consentiente Fulberto, imminuere voluit; sed ut interim liberius scholis vacaret, Heloissam cum Argentolienſibus monialibus recluſit, monuit tamen, ne velum indueret. Fulbertus autem aliique Heloissæ consanguinei eum sibi illusisse credentes, qua parte peccaverat, crudeliter mutilaverunt, & eunuchum effecerunt. Indeque ipse pudore suffusus monachum in monasterio S. Dionysii juxta Parisios induit. Heloissa vero ab episcopo velum gemens accepit in monasterio Argentolienſi, in quo postmodum prioriſſa & abbatiſſa fuit.

Christi An. 1121.

Scholares cum ad eum confluere non desisterent, ab eis rogatus est Adamus Abbas, ut eum docere permitteret; quod facile concessit. De monachis autem, quibuscum vivebat, sic ipse scribit: Eorum intolerabiles spurcitias ego frequenter atque vehementer modo privatim, modo publice redarguens, omnibus me supra modum onerosum atque odiosum effeci. Qui ad quotidianam discipulorum nostrorum instantiam maxime gavisi occasionem nacti sunt, qua me a se removerent; sed non multo post multorum odiis in eum ardentibus, dum ipse nimis ingenio suo indulget, aliosque despicit, variis erroribus insimulatur.

Otho Frising. l. 1. c. 47.

De sancta Trinitate scribens & docens, tres personas, quas sancta Ecclesia non vacua nomina tantum, sed res distinctas, suisque proprietatibus discretas, hactenus & pie credidit, & fideliter docuit, nimis attenuans, non bonis usus exemplis, inter cætera dixit: sicut eadem oratio est propositio, assumptio & conclusio; ita eadem essentia, est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: ob hoc Suessione provincialis contra eum synodus, sub præsentia Cononis Romanæ sedis legati, congregata est, & ab egregiis viris & nominatis magistris, Alberico Remensi, & Leuthaldo Novatiensi, Sabellianus hæreticus judicatus, libros, quos ediderat, propria manu ab episcopis igni dare coactus est, nulla sibi respondendi facultate concessa: eo quod disceptandi in eo peritia ab omnibus suspecta haberetur. Gaufridus S. Bernardi abbatis Clarevallensis notarius in epistola ad Henricum cardinalem & episcopum Albanensem eadem de ejus damnatione scribit: Audivi, inquit, quod super damnatione Petri Abaelardi diligentia vestra desiderat plenius nosse similiter veritatem: cujus libellos piæ memoriæ Innocentius Papa II. Romæ in ecclesia B. Petri incendio celebri condemnavit, Apostolica authoritate hæreticum illum denuncians; nam & ante plures annos, Cono cardinalis & legatus Romanæ Ecclesiæ, Theologiam ejus, Suessione concilium celebrans, & similiter concremaverat, ipsum Petrum præsentem arguens, & convictum de hæretica pravitate condemnans. Istius synodi acta periere. Quid in ea gestum sit, sic refert Abaelardus, ut potius apologiam suam texuerit, superbe & acriter perstringens adversarios. Hinc præter ea, quæ diximus, id unum certo ex ejus narratione colligi potest. Cum, inquit, ad profitendam fidem meam assurgerem, ut, quod sentiebam, verbis propriis exponerem: adversarii dixerunt: non aliud mihi necessarium esse, nisi ut symbolum Athanasii recitarem .... & scriptum ad legendum afferri fecerunt. Legi inter suspiria, singultus & lacrymas, prout potui. Inde quasi reus & convictus abbati S. Medardi traditus, ad claustrum ejus quasi ad carcerem trahor. Non multo post remissus est in monasterium suum.

Suessionensis synodus damnat Abaelar.

Apud Duchesn. tom. 4.

Ibid. *Abaelardi palinodia.*

Monachi S. Dionysii ei infensi erant, non tantum quia licentiorem eorum vitam redarguebat, sed etiam quia in privato colloquio quibusdam monachis dixit: veriorem sibi videri Bedæ quam Hilduini sententiam. Beda autem asserit, Dionysium Areopagitam Corinthiorum potius quam Athenienſium fuisse episcopum. Inde enim sequebatur, Dionysium Galliarum Apostolum, non esse Areopagitam: siquidem acta, quæ de eo circumferuntur, eum faciunt Athenienſium episcopum. Adam abbas non modo cœnobium suum læsum, sed regiam quoque majestatem imminutam ratus, Abaelardum sese Regi declaraturum minatus est; sed is opportunam nactus occasionem, custodes incautos fefellit, atque ad Theobaldum Tricassinæ civitatis & Provini dominum confugit, & apud Provinum in cella S. Argulphi cum monachis S. Petri Trecensis commoratur. Adam abbas comminatur, se illum excommunicaturum, ni redeat: & jubet, ut ad reparandam injuriam monasterio sancti Dionysii illatam cantet palinodiam, & Dionysii Areopagitæ historiam ab Hilduino editam, scriptis suis confirmet. Acquiescit Abaelardus, & seu volens, seu invitus, epistolam dirigit abbati suo cum hac inscriptione: Adæ dilectissimo Patri suo, abbati, D. G. gloriosissimorum martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii ibidem corpore quiescentium, unaque fratribus & commonachis suis charissimis, Petrus habitu monachus, vita peccator. Dum autem

Christi An. 1121. autem inter abbatem Adam, & Priorem cellæ ſancti Petri Trecenſis, atque ipſum Abaelardum de reditu tractatur, Adam abbas obiit.

Annal. Saxo. p. 645. XLIX. In Germania dum civile bellum magis ac magis ardere videtur, Imperatorque Moguntiam expugnare parat, & Saxones aliique Principes ab Adalberto Archiepiſcopo concitati, in ejus auxilium milites colligunt. Fiunt interim per omnes eccleſias jejunia, ſupplicationes, litaniæ. Quapropter Deus reſpexit in orationem humilium & miſit ſpiritum pacis inter Principes, dum longe ab invicem conſediſſet uterque exercitus. Miſſis utrimque quibuſdam ſapientiſſimis & religioſis Principibus de concordia honorabiliter tractare cœperunt, & Regis indignatio ſic mitigata eſt, ut ipſe præſens negotium non ſuo, ſed optimatum utriuſque partis arbitrio terminaturum decreverit. Inde denominati ſunt utriuſque partis duodecim primates, quorum corda timor Dei poſſidens inveteratam diſcordiam inter regnum & ſacerdotium ſedare nemine reſiſtente ſufficeret. Ad hæc terminanda collaudatur conventus totius regni principum Wirceburgi ſeu Herbipoli, die feſto ſancti Michaelis anni milleſimi centeſimi vigeſimi primi.

Ibid. Conventus Wirceb. de pace. Evolutis tribus menſibus, Henricus Imperator cum ingenti comitatu venit Wirceburgum, & pariter Saxonum principes cum Adalberto Archiepiſcopo Moguntino. Cæteri caſtrametati ſunt juxta rivum, qui Werna dicitur. Ibi ſecuritate per internuntios utrobique compoſita, poſt triduo Imperatorem conveniunt, a quo pacifice extra muros recepti: exinde per continuam ſeptimanam in curia conveniunt, ibique ſuper præſenti ſchiſmate regni & ſacerdotii ſolerter tractare non ceſſaverunt. Et quamvis nonnulli pacem odientes ſcandala nova veteribus ſuperſeminare tentaverint, Imperator ſponſionis ſuæ non immemor, univerſas quæſtiones, quæ ventilabantur, juxta ſenatus conſultum concludi per omnia conceſſit. Tandem pacem firmiſſimam ab omnibus legaliter eſſe ſervandam. Regalia vel fiſcalia regno, eccleſiaſtica eccleſiis, prædia depredatis, hæreditates hæredibus, adjudicata ſunt. Prædones & fures edictis Imperialibus perſequendos, & legibus antiquitus conſtitutis coercendos unanimi conjuratione confirmatum eſt. De verbo autem excommunicationis, unde ſcandala cuncta pullulaverant, nihil eſt definitum: tamen ad Apoſtolicam audientiam concorditer delatum, denominatis in præſenti legatis, qui Romam hæc omnia deferrent: quatenus indicto per authoritatem Apoſtolicam generali concilio, ſpiritus Dei judicio terminarentur. Legati deſignati ſunt, Otto Bambergenſis epiſcopus, dux Henricus, comes Beringerus, qui hæc omnia Noricis principibus, qui aliis reipublicæ cauſis occupati huic conventui deerant, intimarent. Illi Kalendis Novembris apud Ratiſponam convocati his conſenſere.

Goffrid. Vindoc. opuſc. 2. L. De inveſtituris, tantorum diſſidiorum materia, quatuor opuſcula tunc edidit Goffridus abbas Vindocinenſis, in Andegavis nobili genere natus: tribus Romanis Pontificibus fuit intimus: vir acris ac fervidi ingenii, quod in ſacris præcipue literis, canonibuſque exercitatum omnia paſſim opera cum ſingulari ejus pietate teſtantur. In primo reſpondens Petro Leoni Cardinali, qui de inveſtituris eum interrogaverat, legitime rejicit inveſtituram a laicis datam, qui ſpiritualia conferre præſumunt: & ſubjicit. " Ibi imprimis omnis eccleſiaſticus ordo confunditur, quando hoc, quod unicuique a ſolo ſuo conſecratore in eccleſia, cum orationibus, quæ ibi conveniunt, dari debet, a ſæculari poteſtate prius accipitur. Quod ſancti Apoſtoli non ſolum interdixerunt, verum etiam omnes illos, qui per ſæcularem poteſtatem eccleſiam obtinent, damnaverunt .... Inveſtitura enim, de qua loquimur, ſacramentum eſt, id eſt, ſacrum ſignum, quo epiſcopus a cæteris hominibus ſecernitur. „ Ejuſmodi inveſtituram merito vocat hæreſim, quæ ſæpius adjunctam habet ſimoniam, cum inveſtiens exigit pecuniam. Eadem docet in alio opuſculo, quod ad Caliſtum Papam miſit.

De Inveſtituris. Opuſc. 3.

Ibid. opuſc. 4. In tertio opuſculo ſic exponit, quænam inveſtitura poſſit laicis concedi. " In eccleſiaſticis poſſeſſionibus, quamvis nec in legibus, nec in canonibus inveniatur, tamen propter ſcandalum & ſchiſma vitandum, talis Regibus inveſtitura conceditur, ut nec ipſi propter hoc pereant, nec ſancta Eccleſia detrimentum patiatur ..... Alia eſt utique inveſtitura, qua epiſcopum perficit, alia vero, quæ epiſcopum paſcit. Illa ex divino jure habetur, iſta ex jure humano .... Subtrahe jus divinum, ſpiritualiter epiſcopus non creatur: ſubtrahe jus humanum, poſſeſſiones amittit, quibus ipſe corporaliter ſuſtentatur. Id ſequenti D. Auguſtini authoritate confirmat: Noli dicere, quid mihi, & Regi? Quid tibi, & poſſeſſioni? nam per jura Regum poſſeſſiones habentur. Si vero dixeris, quid mihi, & Regi? Noli jam dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa jura, quibus poſſeſſiones poſſidentur, renuntiaſti. Nam ſecundum jus Imperatorum poſſides terrena. Tolle Imperatorum jura, quis audet dicere, mea eſt iſta villa, aut meus eſt iſte ſervus, aut mea eſt iſta domus .... Jure ergo humano, jure Imperatorum. Quare? quia ipſa jura humana per Imperatores & Reges ſæculi Deus diſtribuit Eccleſiæ ſuæ. Poſſunt itaque ſine offenſione Reges, poſt electionem canonicam & conſecrationem, per inveſtituram regalem in eccleſiaſticis poſſeſſionibus conceſſionem, auxilium, defenſionem epiſcopo dare. Quod quolibet ſigno factum extiterit, Regi, vel Pontifici, ſeu catholicæ fidei non nocebit. „ Juxta ejus ſententiam poſtea de pace conventum eſt.

Christi An. 1121.

LI. Bruno Spirenſis epiſcopus, & Arnulphus abbas Fuldenſis, ab Imperatore & Germaniæ principibus ad Papam delegati, legatione peracta, rediere ducentes ſecum Lambertum Oſtienſem epiſcopum vicem Papæ per omnia tenentem, cum duobus Cardinalibus, Saxone presbytero, & Gregorio diacono, qui ob reconciliationem regni & ſacerdotii miſſi fuerant. Ubi primum pervenere in Germaniam, conventus Wirceburgi indictus habitus eſt Wormatiæ, die octava Septembris, anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo. Incredibile eſt, quam prudenti, quam inſtanti cunctorum procerum conſilio pro pace & concordia per unam vel amplius hebdomadam certatum ſit. Pax tandem ſancita eſt iis conditionibus, quæ in ſequentibus Papæ & Imperatoris ſcriptis continentur. " Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus pro amore Dei & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & domni Papæ Caliſti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæque Catholicæ Eccleſiæ omnem inveſtituram, per annulum & baculum: & concedo in omnibus eccleſiis, quæ in regno & in Imperio meo ſunt, canonicam fieri electionem & liberam conſecrationem. Poſſeſſiones & regalia B. Petri, quæ a principio hujus diſcordiæ, uſque ad hodiernum diem, ſive patris mei tempore, ſive etiam meo, ablata ſunt, quæ habeo, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo: quæ autem non habeo, ut reſtituantur, fideliter juvabo. Poſſeſſiones etiam omnium eccleſiarum aliarum & principum, & aliorum tam clericorum quam laicorum principum conſilio & juſtitia, quæ habeo, reddam: quæ non habeo, ut reddantur, fideliter juvabo. Et do veram pacem domno Papæ Caliſto ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, & omnibus, qui in partibus ipſius ſunt & fuerunt, & in quibus ſancta Romana Eccleſia auxilium poſtulaverit, fideliter juvabo. „

Ufperg.

Annaliſt. Saxo. 648.

Concordia ſacerdotii & Imperii Concil. tom. 6. ed. Hard.

Papæ vero ſcriptum ſic habet: " Ego Caliſtus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Henrico, Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto, concedo electiones epiſcoporum & abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in præſentia tua fieri abſque ſimonia & aliqua violentia. Et ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & comprovincialium conſilio, vel judicio ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem a te regalia per ſceptrum recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur: & quæ ex his tibi jure debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii conſecratus infra ſex menſes regalia per ſceptrum a te recipiat. De quibus vero querimoniam mihi feceris & auxilium poſtulaveris, ſecundum officii mei debitum auxilium tibi præſtabo. Do tibi veram pacem & omnibus, qui in parte tua ſunt, aut fuerunt tempore hujus diſcordiæ. Datum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, nono Kalendas Octobris. „

Papæ ſcriptum. Ibid.

Hujuſmodi ſcripta & reſcripta propter infinitæ multitudinis conventum in loco campeſtri juxta Rhenum lecta ſunt, data & accepta, moxque ab Apoſtolicæ ſedis apocriſiariis in communionem receptus Imperator, & univerſus ejus exercitus, & generali abſo-

Ibid.

Christi An. 1122. absolutione cunctis hoc schismate pollutis per auctoritatem Apostolicam facta. Celebratis a domno Ostiensi divinis sacramentis, inter quæ domnum Imperatorem cum pacis osculo sanctaque communione plenissime reconciliavit, discessum est ab omnibus cum infinita lætitia.

Ibid. Imperator die festo S. Martini Bambergæ alterum colloquium habuit cum Principibus, qui priori non adfuerant. Et cunctis in sua vota concordantibus, legatos proprios cum Romanis destinavit, & per eos munera honorifica Papæ consanguineo suo direxit. Calistus Papa Henrici legatione suscepta, ad eum rescripsit, Deo gratias agens, qui eum tandem ad Ecclesiæ suæ gremium revocavit. Tum subjicit: " Age ergo, fili charissime, ut tu nobis, & nos te fruamur in Domino, perpendat imperialis excellentia tua, quantum diuturna Ecclesiæ Imperiique discordia Europæ fidelibus attulerit detrimentum, & quantum nostra pax afferre poterit boni fructus, Domino cooperante, incrementum. „ Demum hortatur, ut alios suos legatos quamprimum remittat, quoniam instabat tempus concilii, quod indixerat. Sic salvis Imperii & regni juribus, provisum est, ne principes episcopatuum & abbatiarum collationes sibi vindicarent, vel quod deterius est, ea simoniace venderent, uti sæpissime contigerat.

Calist. P. epist. ad Henric. Imp.

Eadmer. l. 6. LII. Calistus Papa sic authoritate sua confirmata, legatos direxit in varias provincias, qui pariter ubique non suscepti sunt. Petrum Cluniacensem monachum tunc cardinalem presbyterum misit in Galliam, Britanniam & Hyberniam. Erat autem filius Petri Leonis Romanorum potentissimi. Henricus Angliæ rex, audito illius adventu, direxit Bernardum episcopum S. David de Walis, & Joannem clericum trans mare, eo usque, ubi Petrus Regis voluntatem de suo introitu opperiens commorabatur, ut illum ad se perducerent. Rex eis injunxerat, ut iter ejus sic disponerent, ut nec ecclesias, nec quælibet Angliæ monasteria hospitandi gratia ingrederetur, nec aliunde quam de suis vicis necessaria ei ministrarentur. Perductus ad Regem digne susceptus est: & exposita sui adventus causa, Rex obtenta expeditione dixit: Se tanto negotio tunc operam dare non posse; cum legationis illius stabilem authoritatem nonnisi per conniventiam episcoporum, abbatum & procerum, ac totius regni conventum roborari posse constaret: super hæc patrias consuetudines ab Apostolica sede sibi concessas nequaquam se æquanimiter amissurum fore testabatur, (in quibus hæc erat præcipua, quæ regnum Angliæ liberum ab omni legatione constitueret.) His Petrus assensum præbere utile judicavit & annuit. Quapropter magnifice honoratus, nullo modo se illi quidquam antiquæ dignitatis derogaturum; imo ut dignitatis ipsius gloria augmentaretur, spopondit, plena fide elaboraturum. Pax itaque firma inter eos confirmata est, sicque cum ingenti pompa extra Angliam missus est.

Petrus legatus in Angliam non admissus.

Ibid. Cantuariam dum pertransiret, ubi magnifice susceptus est, querimonia apud eum deposita est pro gravi injuria, qua Calistus Papa Cantuariensem ecclesiam, in causa Thurstani Eboracensis, humiliare non veritus est. Quam ipse leni mente suscipiens, privilegia dudum a Romana sede concessa ostendi sibi postulavit: & si rata esse probarentur, promisit se elaboraturum, ut, quod nuper factum erat, in nihilum redigeretur. Prudentum igitur ratione virorum probatum est, bullatas antiquitus chartas incendio, quo tota conflagravit Ecclesia, quinquaginta annis necdum transactis fuisse consumptas: paucis illarum in antiquis schedulis, seu veteribus libris passim transcriptis: quarum veritas, & Romani styli eloquio, & authoritate jam per quadraginta & amplius annos ab ipsa Ecclesia inconcusse possessa declaratur. His ille perspectis, ut, quod factum fuerat, corrigeretur, se modis omnibus opem adhibiturum pollicitus est. Petrus iste postea fuit antipapa sub nomine Anacleti.

Chron. Cluniac. LIII. Pontius Cluniacensis abbas, vir ferventioris indolis, suorum odia in se concitavit, qui eum dissipationis accusarunt, ita ut Papæ res innotesceret. Pontius indignatus Romam proficiscitur, atque in manu Papæ suam abbatiam sponte resignavit, & Hierosolymam devotus petiit. Hugo prior sanctimonialium de Marciano ei in abbatiam substituitur; sed post tres menses octavo Idus Julii obiit. Petrus I. post eum electus est in octavis Assumptionis B. Dei Genitricis Mariæ: hic cognominatus fuit Venerabilis. Originem ducebat ex nobilissimis Arverniæ magnatibus. Ejus parentes ipsum ab infantiæ cunis Deo militaturum sub monastica observantia obtulerant. Algerus canonicus & scholasticus Leodiensis, postquam per viginti annos in rebus ecclesiasticis duobus episcopis ministravit, scribens de iis ad multas ecclesias & personas, multas insignes epistolas, post obitum S. Friderici episcopi, cum adhuc firmo corpore valeret, vitam monasticam circa hæc tempora professus est in Cluniacensi monasterio. Adhuc canonicus scripsit tres egregios libros imprimis adversus hæresim Berengarii de sacramento corporis & sanguinis Domini. Alios etiam errores, qui tunc circa Eucharistiam grassabantur, in eo refert & docte refellit. Alia ejus opera & epistolæ vel excidere, vel nondum edita sunt. Ejus humilitas, morum innocentia & suavitas maxime laudantur. Post decem annos sanctæ conversationis migravit ad Deum. Christi An. 1122.

Radulphus Cantuariensis Archiepiscopus decimo tertio Kalendas Novembris ejusdem anni, e paralysi mortuus est, & tertio die in medio aulæ majoris ecclesiæ decenter sepultus. Quibus verbis Eadmerus ejusdem ecclesiæ monachus, S. Anselmi & Radulphi fidelis comes & minister, sex suos libros novorum absolvit, quos Joannes Seldenus magno historicæ veritatis compendio edidit. Illius postea nulla fit mentio, ac proinde non diu supervixit. S. Wilfridi & S. Anselmi vitam composuit, & alia quædam opuscula. Eadmer. l. 6. nov.

LIV. Calistus Papa Romæ synodum celebravit, decimo quarto Kalendas Aprilis, anno millesimo centesimo vigesimo tertio, quam Imperator & Germaniæ principes postulaverant. Ultra-montanos omnes fere episcopos & Archiepiscopos & abbates, & totius Italiæ ecclesiarum pastores accersiri præceperat, ut authoritate synodali pactum cum Henrico Imperatore initum confirmaret. Trecenti & amplius episcopi consedere in basilica Lateranensi, ut refert Sugerius abbas, qui synodo interfuit. Apostolicus præsidens jussit afferri, & coram omnibus legi suum & Imperatoris libellum, quibus pacis inter se sacerdotium & Imperium initæ conditiones continebantur, & continuo confirmatæ sunt ab omnibus. Imperatoris scripto, quo investituras per annulum & baculum pastoralem remittebat, in actis subscripsere Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus, & Fridericus Colonienſis, & sex episcopi, tum abbas Fuldensis, & duo duces, totidem marchiones & tres comites. Imperatoris aureo sigillo munitum in archivis Romanæ Ecclesiæ tenetur reconditum. Christi An. 1123. Landulph. Falc. chron. *Synodus Lateranensis prima generalis.* Suger. in vit. Lud. VI.

Editi sunt præterea viginti duo canones. Primus prohibet simoniam, si quis vero in ecclesia ordinationem vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate. Tertius sic habet: " Presbyteris, diaconibus, vel subdiaconibus, concubinarum & uxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulierum cohabitationem, præter quas synodus Nicæna, propter solas necessitudinum causas habitare permisit. „ 21. iisdem matrimonia contrahere prohibet, & contracta disjungit: & contrahentes pœnitentiæ publicæ subjicit. Quartus. " Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante disponat; si quis ergo Principum, aut laicorum aliorum dispensationem, vel donationem rerum, sive possessionum ecclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus judicetur. „ Sextus Burdini antipapæ ordinationes declarat irritas. Octavus sub anathemate prohibet, ne quis civitatem Beneventanam invadat, vel retineat. Nonus. A suis episcopis excommunicatos, ab aliis episcopis, abbatibus & clericis in communionem recipi prohibemus. Decimus. " Nullus in episcopum nisi canonice electus consecretur. Quod si præsumpserit, & consecratus & consecrator absque recuperationis spe deponantur. Decimus tertius. Si quis ter admonitus treugam non servaverit, excommunicetur. Decimus septimus. Interdicimus abbatibus & monachis publicas pœnitentias dare, & infirmos visitare, & unctiones facere, & Missas publicas cantare. Chrisma & oleum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum, ab episcopis accipiant, in quorum parochiis manent. Decimus nonus. Servitium, quod monasteria, aut eorum ecclesiæ, a tempore Papæ Gregorii VII., usque ad hoc tempus episcopis fecere, & nos Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. *Lateranensis synodi decreta.*

Christi An. 1123. & nos concedimus . . . Poſſeſſiones eccleſiarum, & epiſcoporum tricennales, abbates vel monachos habere non permittimus. Vigeſimus ſecundus. Alienationes in Ravennatis exarchatu, & alibi non legitime factas irritat. Illud etiam, inquit, interdicimus, ut nullus clericus præbendam ſuam, ſeu aliquod eccleſiaſticum beneficium, aliquo modo alienare præſumat: quod ſi præſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & canonicæ ultioni ſubjacebit. „

Undecimus. " Iis, qui Hieroſolymam proficiſcuntur, & ad Chriſtianam gentem defendendam, & tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium præbuerint, ſuorum peccatorum remiſſionem concedimus, & domos & familias, atque omnia bona eorum in B. Petri, & Romanæ Eccleſiæ protectione ſuſcipimus. Quicumque ergo ea diſtrahere vel auferre, quamdiu in via illa morantur, præſumpſerint, excommunicationis ultione plectantur. Eos autem, qui pro Hieroſolymitano, vel Hiſpanico itinere, cruces ſibi in veſtibus poſuiſſe noſcuntur, & eas dimiſiſſe, cruces iterato aſſumere, & viam ab inſtanti Paſcha uſque ad ſequens proximum Paſcha perficere, Apoſtolica authoritate præcipimus. Alioquin ex tunc eos ab eccleſiæ introitu ſequeſtramus: in omnibus terris eorum, divina officia, præter infantium baptiſma, & morientium pœnitentias, interdicimus. „ Caliſtus poſt ſynodum Hiſpaniæ epiſcopis & Principibus ſcripſit, ſe omnibus adverſus paganos Hiſpaniæ eccleſias opprimentes militantibus eamdem peccatorum remiſſionem, quam orientalis eccleſiæ defenſoribus concedere, & B. Oldegarium Tarraconenſem epiſcopum inſtituit ſuum legatum in Hiſpaniis. Tunc ſpes erat Hiſpanias a Saracenorum jugo brevi liberandas, anno enim præcedenti Aquitaniæ ducis auxilio magnam Aragoniæ partem a devictis Saracenis receperat rex Alphonſus, qui anno ſequenti cum ingenti exercitu ingreſſus Valentiæ regnum vaſtavit, incendit, everſitque loca omnia, quæ repugnabant, acieque congreſſus cum Mauris, undecim eorum regulos internecione delevit. Alphonſus autem VII. Caſtellæ rex Burgos profectus urbem recepit, & caſtellum expugnavit. Papa, eodem Rege poſtulante, dignitatem archiepiſcopatus Emeritenſis eccleſiæ a Saracenis penitus devaſtatæ, & quæ jam diu ſine titularibus, ſine eccleſiis, ſine epiſcopis fuerat, in Compoſtellanam tranſtulit; ſed Bracarenſi Metropoli ſua jura reſervavit. Tunc quoque Beneventum profectus, Rofridum ejusdem urbis epiſcopum ſimoniæ a civibus accuſatum abſolvit: cum prius ipſe cum duobus epiſcopis & tribus presbyteris juraſſet, ſe ſimoniace non fuiſſe ingreſſum.

LV. Iisdem temporibus quatuor in Galliis habita ſunt concilia, ſed nihil eorum ſupereſt. Gregorius & Petrus Leonis cardinales, & Papæ legati, qui iis præfuere, tunc inviſerunt S. Stephanum de Mureto, qui in ſolitudine diœceſis Lemovicenſis, in jejuniis & orationibus jam a quinquaginta annis Deo ſerviebat, congregatisque diſcipulis fundarat ordinem Grandimontenſem, & de ejus converſatione diligenter inquiſierunt. Octavo die ab eorum receſſu, pridie Nonas Februarii, ſe totum contulit doctrinæ diſcipulorum ſuorum & orationi, & quinta die cœpit ægrotare, & ſexto Idus feliciter migravit ad Dominum, in ordine diaconatus, anno Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo quarto, ejus ætatis octogeſimo: eum Clemens III. in Sanctorum numerum retulit.

LVI. S. Norbertus tunc multa pro fidei & inſtituti ſui propagatione præclare geſſit. S. Godefridus Weſtphaliæ comes potentiſſimus ejus virtutibus permotus, illius inſtitutum profeſſus eſt, atque in caſtro ſuo Cappenbergenſi monaſterium condidit, opulenterque fundavit, & poſt annos quinque migravit ad Deum: die decima tertia Januarii illius memoriam recolit Eccleſia. Theobaldus Campaniæ comes, beneficus erga eccleſias, & liberalis erga pauperes, illius exemplum ſequi propoſuerat, ſeque ſuaque Norberto obtulerat, qui re coram Deo conſiderata, ei ſuaſit, ut in bonis operibus perſeverans Deo in ſæculo militaret. Antverpienſes Norbertum evocaverunt, ut Tanchelini ſectatoribus, qui tum graſſabantur, ſeſe opponeret. Antverpiæ rerum ſpiritualium curam agebat unus presbyter, qui contemptum omnium incurrerat, quippe concubinam habebat neptem ſuam; unde contigit, ut Tanchelinus in ea gente ſeductionis locum inveniret; erat Dei & omnium ſacramentorum inimicus, docens, non obſequendum eſſe epiſcopis & presbyteris, & nihil ad ſalutem prodeſſe corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem, imo nihil eſſe, quod ſacerdotum officio in menſa Domini conficeretur: ex meritis & ſanctitate miniſtrorum virtutem ſacramentis accedere: imperitamque multitudinem in ſuos induxit errores. Pugnatorum tria millia eum ſequebantur; veſtibus deauratis indutus incedebat: imprimis conviciis in adverſarios ſic populum dementaverat, ut ejus balnei aquam velut reliquias reconderent, ex eaque biberent. Vir impuriſſimus filias & ſponſas coram matribus & viris corrumpebat, infelicesque ſe dicebant, quas intactas reliquerat. Penes ſe & ſuos tantum Eccleſiam eſſe contendebat: Dei vero eccleſias lupanaria eſſe reputanda. Earum miniſtris decimas dari prohibebat; quod facile volentibus perſuaſit. Blaſphemus adverſus Chriſtum, ajebat, quod ſi Deus eſſet, quia Spiritum S. habuiſſet, ſe ei inferiorem non eſſe, ut qui ſancti Spiritus plenitudinem acceperiſſet. Ut vero pecunias corrogaret, imaginem S. Mariæ Virginis afferri juſſit, ejusque manum contingens, hanc ſibi deſponſavit, benedictionis nuptialis verba proferens. Tum converſus ad multitudinem, ait: En, dilectiſſimi, Virginem Mariam mihi deſponſavi, vos ſponſalia & ſumptus ad nuptias exhibete, exponensque duos loculos: Huc, inquit, offerant viri, illuc mulieres. Intelligam nunc, cujus ſexus major circa me & ſponſam meam ferveat charitas. Statim omnes certatim offerunt, ita ut mulieres inaures & monilia jacerent. Antverpiam & vicinas regiones his erroribus infecit. Tandem anno milleſimo centeſimo decimo quinto a presbytero percuſſus in cerebro occubuit. Ejus diſcipuli ſectam propagarunt novas addentes blaſphemias, & nullatenus extirpari potuerunt, quamvis clericos duodecim ad eos miſiſſet Cameracenſis epiſcopus. Norbertus igitur cum aliquot e ſuis fratribus eo venit, & multos ſuis adhortationibus & virtutum exemplis ad viam veritatis reduxit. Quapropter Antverpienſes canonici ex conſilio & conſenſu Burchardi Cameracenſis epiſcopi ei & fratribus ſuis conceſſere S. Michaelis eccleſiam, ubi nunc eſt illuſtris abbatia.

Guibertus abbas Novigenti in diœceſi Laudunenſi circa idem tempus migravit ad Deum: inter multa ſcripſit plures tractatus morales in Geneſim, in prophetiam Oſee & Amos, & in lamentationem Ieremiæ: libros octo geſtorum Dei per Francos, ſive Hieroſolymitanæ expeditionis: libros tres de vita ſua, & quatuor de pignoribus Sanctorum. In iis de ſacrarum reliquiarum ſuppoſitione fuſe diſſerit, & circa ipſas plurimos errores facti contigiſſe contendit; ſed eorum tantum abuſum & quorumdam avaritiam, non autem fidelium pietatem improbat. Sanctorum tamen corpora ex eorum ſepulchris extrahenda, transferenda, dividenda, vel argenteis & aureis thecis includenda minus recte negat. Imprimis invehitur in eos, qui Chriſti pueri dentem, & ejus umbilicum ſe habere dicebant: quas reliquias prioribus ſæculis nemo cognovit, vel earum meminit, quamvis multi de Sanctorum reliquiis plura ſcripſerint.

LVII. Caliſtus Papa menſe Decembri ejuſdem anni in febrim incidit, & ſtatim confeſſus eſt, & die duodecima migravit ad Dominum; die ſequenti ſepultus eſt in baſilica Lateranenſi juxta dominum Paſchalem, poſt annos quinque & menſes decem glorioſi pontificatus; ſiquidem pacem & in Eccleſia, & Imperio reſtituit, difficillima & diuturna diſſenſione ſic compoſita, ut prorſus extingueretur. S. Petri eccleſiam ſine donis numquam ingreſſus eſt, & plurimas eccleſias exornavit. Andreas du Sauſſay in martyrologio Gallicano ſic ejus memoriam celebrat: Romæ depoſitio beatæ memoriæ Caliſti Papæ II., ex Archiepiſcopo Viennenſi, qui pacem cum Henrico V. Imperatore Eccleſiæ infeſtiſſimo feliciter compoſuit, virque plane Apoſtolicus cum eſſet, virtutibus atque miraculorum ſignis enituit: varia quoque ſcripſit opuſcula. Aliquot ante mortem menſibus ſequentes ad Gaufredum Carnotenſem, Joannem Aurelianenſem & Stephanum Pariſienſem epiſcopos literas dedit: " Matrimonii cauſam inter Guillelmum filium comitis Roberti, & filiam comitis Andegavenſis contracti, cui parentelæ titulus opponitur, dilecto filio noſtro Joanni presbytero Cardinali commiſimus finiendam. Qui poſt ſuſceptam idoneorum

Ibid.

Bolland. 6. Mart. in vita S. Oldegar.

Surita Annal. c. 47.

Fulc. chron.

Malleac. chron.

Bolland. 8. Febr. in ejus vit.

Christi An. 1124.

S. Norb. Bolland. 6. Junii.

Christi An. 1124. *Tanchelinus hæreticus.* Ibid. c. 13.

Ibid. ex epiſt. Traject. eccl.

Chron. Gembl.

Caliſti P. mors.

Caliſt. P. epiſt. Concil. tom. 6. edit. Hard.

CHRISTI AN. 1124. rum testium de parentela probationem, ubicumque Guillelmus comitis Roberti filius fuerit, prohibuit officia celebrari, nisi utique ad datum a se terminum conjugium idem dissolverit. Unde fraternitati vestræ præcipimus, ut eamdem sententiam a nobis firmatam per vestras faciatis parochias observari. „ Data septimo Septembris. Guillelmus exasperatus legati nuncios in arcta custodia per duas hebdomadas detinuit, & literas in conspectum omnium cremavit, sed a Calisti successore excommunicatus resipuit, & postea duxit aliam uxorem.

Pandulp. Frangipanes Calisto defuncto cum aliis Cardinalibus condixerunt, ne usque in tertiam diem de successoris electione pertractarent, ut ea mora interposita, Lamberti Ostiensis episcopi electionem promoverent. Vespere vero Leo Frangipanes per nuncios Cardinalium capellanos præmonet, ut summo mane cum pluviali rubeo sub cappa nigra venirent, & dominum suum secum introducerent; hac arte spem singulis faciens, fore ut eligeretur. Crastina die conveniunt ad basilicam sancti Joannis, & Jonathas SS. Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis, collaudantibus omnibus, ipso etiam Lamberto Ostiensi, Theobaldum Cardinalem presbyterum S. Anastasiæ cappa rubea induit, & Cælestinum appellat. Incœptum est, Te Deum laudamus, cum Robertus Frangipanes cum quibusdam de curia, acclamat Lambertum Papam, eumque cappa rubea vestiunt ante oratorium S. Sylvestri. Maximus emersit tumultus: postea pacificatis omnibus, & ad concordiam reductis, Lambertus Cardinalis Ostiensis in Honorium Papam sublimatur. Sed quia ejusmodi electio minus canonica videbatur, post septem dies, nempe vigesimo primo Decembris, Lambertus in conspectu fratrum habitum pontificalem sponte deposuit. Cardinales autem videntes ipsius humilitatem, ad ejus vestigia prociderunt, & tanquam universali Papæ obedientiam exhibuerunt.

CHRISTI AN. 1125. LVIII. Honorius Papa II. S. Ottoni Bambergensi episcopo licentiam, quam petebat prædicandi gentilibus, ultro concessit. Boleslaus III. Poloniæ Rex postquam variis præliis Pomeraniam sibi subjecit, de fide christiana in illam gentem referenda cogitavit, literasque dedit ad S. Ottonem; quibus eum rogavit: ut quia in diebus juventutis suæ apud patrem suum decentissima honestate conversatus esset, ipseque per triennium frustra laborasset ad sacerdotes huic operi idoneos inveniendos, eum non pigeret id laboris assumere, & ad se venire, ut omnia ad tantum opus necessaria reciperet. Otto consentientibus Papa & Imperatore, huic gravissimæ sarcinæ humeros devote applicuit. Et quia Pomerani quosdam prædicatores censu tenues propter inopiam contemserant, quasi non pro salute hominum, sed pro sua necessitate relevanda, officio insisterent prædicandi, studiose procuravit, ut opulentus appareret. Assumptis ergo clericis idoneis, missales, aliosque libros, & calices cum indumentis sacerdotalibus, & alia quæque utensilia, vestes pretiosas, aliaque donaria provida liberalitate secum portari fecit: ne forte indigentiæ causa videretur evangelizare. Et die vigesima quarta Aprilis anni millesimi centesimi vigesimi quinti profectus est, Gneznamque perveniens a Rege cum magna reverentia susceptus est, qui eum per septem dies humanissime detinuit: eique dedit Polonicæ & Teutonicæ linguæ gnaros satellites, ad diversa ejus ministeria: currus etiam, qui illius sarcinas portarent, & monetam illius terræ liberaliter contulit. Tres etiam presbyteros capellanos verbi divini coadjutores ei sociavit, & Paulicium centurionem virum strenuum & catholicum.

Vita S. Otton. lib. 3. Canis. tom. 3.

Pomeranorum conversio.

Ibid. Pomerannorum dux clam catholicus cum quingentis viris christianis ei occurrit, quorum tamen aspectu barbaro clerici Ottonis perterriti sunt. Otto ducem donariis honoravit, qui conversus ad milites, Videte, inquit, qualem nobis fratrem Deus dedit, & qualia ejus dona: eisque præcepit, ut per cuncta loca suæ possessionis eum deducerent, & liberaliter ei præberi hospitia curarent. Dux autem ab eis ad sua negotia divellitur.

Ibid. Otto cum suis ductoribus ingressus Pomeraniam, iter ad castrum Piriffam direxit: in ea regione belli furore vastata paucos viculos & raros incolas invenit, hinc triginta tantum homines baptizavit. Vespere Piriffam pervenit, cum quatuor millia paganorum diem festum celebrarent. Itaque minus prudens ratus eos sic potu lætitiaque ferventes adire, distulit in crastinum. Mane ad eos misit Paulicium. Ille salutatis majoribus nuntiat a ducibus CHRISTI AN. 1125. missum episcopum, qui religionem christianam illis prædicet, eorumque authoritate mandat, ut digne susceptum audiant. Illi tergiversantes indulgentiam temporis consilio petunt. Paulicius eos hortatur, ne præsentem episcopum dilatione contristent, ne forte duces se injuriatos putent. Illi promittunt se imperata facturos, atque ut episcopus evocetur, rogant, quo illum possint audire, priusquam singuli in loca sua discedant. Otto Deo gratias agens ad castrum tendit: omnis populus in occursum ejus effunditur, eumque cum suis deducit ad hospitium.

Ibid. Episcopus postea pontificalibus indutus ex editiore loco illos ore interpretis alloquitur: Gratias agit quod illum benigne susceperint. De longa via eorum salutis & beatitudinis causa se venisse testatur. Nam, inquit, beati eritis æternaliter, si Creatorem vestrum agnoscere, & illi servire vultis. Omnis illa multitudo fidei sanctæ concordans, illius doctrinæ se commisit. At ille cum clericis septem diebus eos catechizans, & diligentissime instruens, indicto trium dierum jejunio, jussit, ut cum mundo habitu ad baptisma concurrerent. Interim extructis tribus baptisteriis, quæ cortinis circumdedit, ante sacerdotem vero & alios sacramenti ministros, pluteum sune trajecto pependit: ne honestiores personæ pudoris occasione se a baptismo subtraherent .... ipse mares pueros in uno baptizavit, alii sacerdotes seorsim fœminas, alii viros baptizarunt: & quidem tanta diligentia & honestate, ut nihil quod alicui gentili minus placere posset, ibi ageretur. Cum enim ad baptismi stadium veniissent, episcopus communiter omnes allocutus est, & catechizatos oleo perunxit, & ad sua baptisteria dimisit. Singuli intra velum intrabant cum solis suis patrinis, qui baptizandi vestes & cereum suscipiebant. Sacerdos vero cum audiisset, quod aliquis esset in aqua, velo paululum remoto, trina immersione capitis illius mysterium sacramenti perficiebat, & baptizati verticem chrismate tingebat, albaque proposita, & reducto velo, illum de aqua exire monebat, patrini vero vestibus cooperiebant atque deducebant .... Hunc baptizandi modum ubique servaverunt. Hyeme in aqua calida aromatibus perfusa baptizabant. Hic manserunt viginti diebus, baptizantes populos, & docentes Christi mysteria, & observationes Christianæ religionis. Extructoque sanctuario altare sanctificavit episcopus, & missas illic celebrari præcepit: dans illi sacerdotem & omnia necessaria ad divinum officium. Eorum autem numerus, qui abjectis omnibus idololatriæ observantiis, sic conversi sunt ad fidem, erat quasi septem millia.

Ibid. Otto priusquam ad alias civitates discederet, convocata concione omnes hortatus est, ut in fide perseverantes, nunquam ad idola deficerent, ut divinæ benedictionis fierent participes: & fidem bonis operibus exornarent, ut vitam haberent æternam. Deinde septem Sacramenta Ecclesiæ illis exposuit.

Septem Sacramenta. " Primum sacramentum, inquit, est baptismus... hoc sacramentum parvulis vestris, opportuno tempore ..... per manus sacerdotum tradere debetis: certissime scientes, quod quicumque sine illo de hac vita emigraverit, regno Dei carebit, & insuper maledicti originalis pœnas luet æternas ..... Secundum est confirmatio, id est, unctio chrismatis in fronte: hoc sacramentum est victuris necessarium, ut spiritus sancti corroboratione muniantur, & armentur contra omnes tentationes vitæ præsentis .... Tertium est unctio infirmorum, quod ideo morituris est necessarium, quia in illa unctione per virtutem spiritus sancti remissio datur peccatorum. Quartum est Eucharistia, id est corpus & sanguis Domini. Hoc sacramentum victuris & morituris est necessarium ..... unde frequenter Missæ celebrandæ sunt ..... ut sæpius huic viatico communicetis. Quintum est per pœnitentiam reconciliatio lapsorum. Sextum est conjugium. Septimum est ordinatio sive consecratio clericorum ..... Ad ipsum sacramentum, qui moribus ac scientia magis idonei sunt, invitandi potius quam trahendi. „ Hæc instructio de septem sacramentis, quam S. Otto episcopus Pomeranis tradidit, & communis erat totius ecclesiæ traditio, plurimum differt a novis doctrinis, quas de iisdem sacramentis, postea illis & aliis gentibus tradidere protestantes.

Christi An. 1124. teſtantes. Tantam authoritatem obſervationibus meritis daciſſimis & authoritate deſtitutis, ſicut & alias Henrici Caniſii lectiones antiquas, obſcurare conatus eſt Baſnagius.

Ibid. Demum eos adhortatus eſt, ut Miſſas ſæpius audirent, & ter vel quater in anno confeſſionem facerent, atque Euchariſtiæ ſacramentum reciperent: admonuitque non amplius illis licere plures habere uxores: ſed unus vir, inquit, unam tantum habere debet uxorem, & una unum. Si quis ergo in vobis eſt, qui plures habuerit uxores ante baptiſmum, nunc unam de illis, quæ ſibi magis placet, eligat; dimiſſisque aliis hanc ſolam habeat, ritu chriſtiano: prohibet, ne puellas recens natas enecent, uti conſueverant. Demum hortatur, ut aliquos de filiis ſuis ſuis tradant clericis, qui liberalibus ſtudiis eos inſtruant, ut poſtea facti clerici & ſacerdotes, eos patria lingua doceant.

Ibid. Caminam inde devenit Otto: hic ducis uxor eum devotiſſime ſuſcepit, ejuſdem opera omnium animos tantus ardor fidei invaſerat, ut totius populi conſenſum de baptiſmo ſuſcipiendo invenerit. Hic per quadraginta dies epiſcopi & ſociorum ejus fuit continuum opus, venientes ad fidem ſuſcipere, catechizare, prædicare & baptizare. Circumjacentis provinciæ populus catervatim accedebat. Otto licet ſolos pueros baptizaret, ſic ſæpe defatigatus eſt, ut alba ejus ſudore manaret. Uratislaus dux huc ſupervenit, epiſcopumque cum ſociis humaniſſime ſalutavit, & viginti quatuor concubinas publice ejecit, cujus exemplum plures ſecuti ſunt: ejus milites catechezati, & ſtatim baptizati ſunt. Extructaque illic baſilica, & ſanctificato altari & ſanctuario, collatisque illuc per ducem prædiis, in ſuſtentationem ſacerdotis; Otto libros contulit, & indumenta ſacerdotalia, & calicem argenteum, cum cæteris utenſilibus, unumque de ſuis ſacerdotibus, qui populum poſſet inſtruere, eidem præfecit eccleſiæ.

Ibid. His expletis, Otto cum ſociis, acceptis a duce legatis Vilinam civitatem magnam navigio vectus eſt. Homines loci illius erant crudeles & barbari, quapropter ſeceſſit in ducis palatium, tanquam in aſylum: cives armati mane clamant, extrema comminantes, niſi diſcedant. Disjectisque parietibus, jam impetum faciebant in locum munitiorem, in quem omnes ſe receperant. Paulicius exiens eos paululum placavit: itaque eduxit epiſcopum, non ſine periculo, tela enim conjiciebant barbari, ejuſque ſocios fuſtibus percuſſerunt. Otto tamen ultra vicinam paludem quinque dies expectavit, num meliori animo fierent. Primates ad eum venere, tumultum refundentes in plebeculam, cum quibus de fide chriſtiana ſermonem habuit epiſcopus, Poloniæ Regis potentiam præferens, & quid mali contra eos inde oriri queat, niſi forte illorum intercedat converſio, inſinuans. Illi cum ſuis inito conſilio, reſpondent, ſe facturos quodcumque facerent Stetenſes, quorum civitas erat Pomeraniæ nobiliſſima.

Ibid. Paulicius aliique legati Stetenſes adeunt, ex parte ducum cum epiſcopo ſe miſſos referunt, cauſam viæ eis proponunt evangelium: Stetenſes vero ſe patrias leges dimiſſuros negant, ni Poloniæ dux tributum alleviaret; eaque de re ad illum mittuntur legati. Boleslaus partem tributi remiſit, ea conditione ut fidem chriſtianam ſuſciperent. Stetenſes perlectis Regis literis, evangelicis traditionibus ſe ſubmiſerunt. Epiſcopus pulpitum conſcendens eos hortatur, ut fana diruant, & ſimulacra conterant. Sed cum præ metu non auderent, ipſe cum ſuis clericis ea dejicere cœpit. Stetenſes ubi nihil mali illis evenire vident, cognita deorum ſuorum imbecillitate, facto impetu, omnia comminuunt. In fano primario maximæ opes erant reconditæ, quas epiſcopo dare voluerunt. Ille vero, Abſit, ut a vobis ditemur: Vos potius, quorum ſunt, eas in veſtros uſus diſtribuite, & juſſit, ut illas inter ſe dividerent. Otto vero comminuto ſimulacro tricipiti, ipſa tantum capitella ſibi cohærentia reſervavit, quæ Romano pontifici ut argumentum illorum converſionis miſit. Ibique per tres menſes commoratus eſt, catechizans atque baptizans. Extructaque illic baſilica, collatisque omnibus, quæ ſacerdotalis officii ratio poſcebat, ſacerdotem, qui populo præeſſet, reliquit.

Ibid. Otto poſt hæc per Odoram flumen Vilinam reverſus eſt. Cives, qui per exploratores Stetinæ geſta cognoverant, eum quaſi angelum de cœlo venientem venerati ſunt. Tota civitas & provincia cum populo ſuo appoſita eſt ad Deum, tantaque fuit multitudo virorum & mulierum, & puerorum, ut in ſpatio duorum menſium, quamvis ſine ceſſatione ageretur opus, vix omnes tingi potuerint. Et quia civitas hæc in meditullio ſita eſt Pomeraniæ, ex ducum conſilio, Adalbertum Pomeraniæ renuntiavit epiſcopum, ut gens aſpera ex doctoris præſentia manſueſceret, nec ad priſtinos rediret errores. Adalbertus Velinæ ſeu Volini ſedem ſuam conſtituit: quæ poſt annos quinquaginta Caminum translata eſt. Christi An. 1125. & 1126.

Otto per alia minora loca tranſiit evangelizans atque baptizans. Et rurſus inviſit civitates, in quibus fundaverat eccleſias, & perfectas inveniens baſilicas, eas dedicavit, & populum chriſmatis unctione confirmavit, & plurimos, qui generali baptiſmo intereſſe non potuerant, baptizavit. Et valedicens benedictionem ſuam poſcentibus impertiit, ægreque dimiſſus, non ſine lacrymis (omnes enim eum ardentiſſime rogabant, ut epiſcopatum ibi gubernaret) per Poloniam ad ſuam diœceſim reverſus eſt, Bambergamque pervenit ante diem palmarum, uti propoſuerat, quæ hoc anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſexto, in diem quartam Aprilis incidebat. Hæc in ejus vita refert ſocius ejus Apoſtolatus.

Annaliſt. Saxo. p. 657. *Henrici V. Imperat. mors.* LIX. Henricus V. Imperator interea Trajecti Pentecoſten celebraturus ægritudine, quam diu celaverat, ſuperatus, ad extrema cœpit propinquare, vocatisque regina Mathilde & conſobrino ſuo Frederico duce Sueviæ, cæterisque primatibus, de regni ſtatu conſilium dedit, proprietates ſuas atque reginam ejuſdem Frederici, ut hæredis ſui, fidei commiſit, coronam cæteraque regalia uſque ad conventum principum conſervanda in caſtello firmiſſimo, quod Frifels dicitur, reponi diſpoſuit: ſicque viatico Chriſti communicans, diem clauſit extremum, decimo Kalendas Junii, anno regni ſui ſecundo, Imperii decimo quarto, Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimo quinto. Juſtitiis regni non multum invigilavit, acer fuit ingenio & audax, licet parum felix, in pecuniis multus, in appetendis alienis pecunias infinitas congeſſerat, ſed ſine filiis obiit, in eoque veterum Saxoniæ ducum familia defecit, quæ per ducentos ſeptem annos regnavit in Germania & Italia.

Ibid. *Lotharius ſecundus Imperat.* Die vigeſima quarta Auguſti omnes totius Imperii principes eccleſiaſtici & ſæculares Moguntiam convenerunt, unanimiter in regem elegerunt Liuderum ſive Lotharium Saxoniæ ducem, ejus enim uxor Richeza ex avunculo ſancti Henrici ducebat originem: vir erat in bellis experientiſſimus, & in victoriis frequentiſſimus, Eccleſiæque ſtudioſus defenſor, fideliſſimus ſacerdotii & regni coadunator, apud Deum ſummæ devotionis, providus in conſilio, ſtrenuitate bellorum fortiſſimus.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Londonienſis ſynodus.* LX. Mathildis Imperatrix, defuncto marito, amiſſis quibuſdam, quas in dotem acceperat, munitionibus, ad patrem ſuum Henricum Angliæ regem, qui tum in Normannia commorabatur, rediit. Joannes Cremenſis accepta ab Honorio II. ſuper Britanniam & Scotiam legatione, cum diu in Normannia retentus eſſet a Rege, tandem permiſſus in Angliam transvehitur, & ab eccleſiis honorifice ſuſcipitur, juxta quod ipſe commendatitias ab Apoſtolico acceperat literas; tum ad epiſcopos, abbates, & proceres Angliæ, de eccleſiarum correctione, ac ſtabilitate, & de cæteris, quæ probanda vel improbanda viſa fuerint, cum eorum auxilio tractaret: tum ad Davidem Scotiæ regem, cui mandabat ut epiſcopos terræ ſuæ, cum ab eo vocati fuerint, ad concilium ſuum faciat convenire. Controverſiam, inquit, quæ inter Turſtanum Eboracenſem Archiepiſcopum, & epiſcopos terræ tuæ diu agitata eſt, nempe pro conſecratione epiſcopi S. Andreæ, eidem legato noſtro diligenter indagandam diſcutiendamque committimus; finiendam vero ſententiam Apoſtolicæ ſedis judicio reſervamus.

Ibid. Joannes legatus Londoniæ ſynodum indixit: Willelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus epiſcopos convocavit ſequenti encyclica epiſtola: " Literis iſtis tibi notum facere volumus, quod Joannes Eccleſiæ Romanæ presbyter cardinalis atque legatus, ejus ordinatione noſtraque conniventia concilium celebrare diſpoſuit Londoniæ in Nativitate beatæ ſemper virginis Mariæ. Propterea præcipimus, ut in præfato termino

Christi An. 1125. & 1126. termino in eodem loco nobis occurras cum Archidiaconibus, & abbatibus, & prioribus tuæ diœceseos ad definiendum super negotiis ecclesiasticis, & ad informandum seu corrigendum, quæ informanda seu corrigenda docuerit sententia convocationis nostræ. „

Ibid. Joannes legatus synodo præfuit, residentibus Willelmo Cantuariensi & Turstano Eboracensi Archiepiscopis, & viginti episcopis, & abbatibus circiter quadraginta in ecclesia beati Petri, apud West-monasterium, nona die mensis Decembris, anno millesimo centesimo vigesimo quinto, ubi post multarum discussionem causarum: promulgata & ab omnibus confirmata sunt septemdecim capitula, quorum insigniora sunt. Primum simoniam prohibens. Secundum sic habet: " Interdicimus, ut pro chrismate, pro oleo, pro baptismate, pro pœnitentia, pro visitatione infirmorum, pro communione corporis Christi, pro sepultura, nullum omnino pretium exigatur. Quintum. Sancimus, ne quis ecclesiam sibi, sive præbendam paterna vindicet hæreditate, ac successorem sibi in aliquo ecclesiastico constituat beneficio. Quod si præsumptum fuerit, nullas vires habere permittimus. „ Hunc abusum induxerant clerici conjugati. Octavum. Nullus in presbyterum, nullus in diaconum, nisi ad certum titulum ordinetur. Nonum. " Nullus abbas vel laicus quemquam per episcopum in ecclesia ordinatum, absque proprii episcopi judicio præsumat ejicere. Qui autem secus facere præsumpserit, excommunicationi subjacebit. „ Duodecimum. " Præcipimus etiam, ne uni personæ in ecclesia diversi tribuantur honores. Decimum tertium. Omnium fœminarum contubernia, præter matrem, sororem, amitam, interdicit presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & canonicis. „ His synodali decreto confirmatis Joannem legatum Romam revertentem comitantur ab ipso evocati, Willelmus Cantuariensis & Turstanus Eboracensis, de suis causis in audientia Apostolica acturi.

Ibid. *Synodus Namnetensis.* LXI. Ecclesiastica historia nihil nobis offert usque ad annum millesimum centesimum vigesimum septimum, quo mense Octobri celebrata est per triduum Namnetensis synodus. Quid in ea gestum sit, in sua ad Honorium Papam epistola exponit Hildebertus Turonensis Archiepiscopus decretorum confirmationem petens. " Hujusmodi consuetudo, inquit, in terra comitis Britannorum extiterat, ut decedente marito vel uxore, universa decedentis mobilia in proprietatem potestatis transirent. Præterea, quidquid evadebat naufragiis, totum sibi fiscus lege vindicabat patriæ, passosque naufragium miserabilius violentia Principis spoliabat, quam procella. Utramque autem exactionem sub oculis totius concilii comes in nostra manu deposuit, postulans in eos excommunicationis gladium extendi, quicumque vel manumissa petere, vel manumissionis plenitudinem imminuere attentarent. Totus itaque confessus & gratiarum actione illum prosecutus est, & persecutus anathemate beneficii distractorem. Synodus postea incesta matrimonia sub anathemate prohibuit, edixitque, ut filii ex iis nati haberentur spurii, & ad legitimos hæredes jus paternum transiret. Prohibuit etiam ordinari filios sacerdotum, nisi prius canonici regulares vel monachi fierent. Etiam ordinatis abstulit facultatem ministrandi in ecclesiis, in quibus eorum Patres ministrarent. „ Honorius Papa provinciæ Turonensis episcopis scripsit, eorum statuta confirmans, & prohibet, ne fiscus mortuorum vel naufragorum bona mobilia sibi vindicet. Christi An. 1126 & 1127.

LXII. Pontius, qui ante triennium, abdicata Cluniacensi abbatia, in Palæstinam transierat, Gallias repetiit, exploratoque Petri abbatis absentia, dissimulatoque itinere, paulatim Cluniacum appropinquavit, adjunctisque sibi quibusdam fugitivis, armisque vulgarium, quos sibi asciverat, constipatus advenit, effractisque portis, quas clauserat Bernardus Prior, cum armatorum multitudine claustrum ingressus est, & statim occupat omnia, & quos reperit, minis ac tormentis in suæ fidelitatis sacramenta jurare coegit; nolentes autem expellit, aut carceri mancipat. Aureas cruces & tabulas, aurea candelabra & thuribula, & alia multa magni ponderis vasa invadit & rapit: nec calicibus & Sanctorum thecis aureis & argenteis pepercit, atque ex iis conflat auri pondus immensum, quo milites ad bellum invitat. His protectus monasterii villas & castella occupat: rapinis, cædibus, flammis ubique desævit, ab initio Quadragesimæ usque ad Kalendas Octobris. Bernardus Prior, & nobiles religiosi viri, extra Cluniacum, in locis tutioribus sese pro viribus defensabant. Petr. Venerab. l. 2. mirac. c. 12. Orderic. l. 12.

Tantos tumultus audiens Honorius Papa, misso de latere suo legato Petro cardinali, Pontium & Pontianos, adjuncto sibi Lugdunensi primate Hubaldo, anathemate condemnavit. Data tamen postmodum die, utramque partem ad subeundum in præsentia sua tanti dissidii judicium, literis Apostolicis evocavit. Petrus & Pontius cum suis comparuere. Pontius jubetur satisfacere, ut ab excommunicatione solvatur; ille vero satisfactionem respuit, affirmans, se a nullo viventium anathematis vinculo vinciri posse: solum esse Petrum in cœlis, cui id liceat. Papa, licet hac responsione commotus, accepta tamen satisfactione ab ejus fautoribus, qui nudis pedibus palatium intrant, & reos se fatentes statim absolvuntur. Honorius audita utraque parte surgit, & tota Romana curia sibi adjuncta, ad rem examinandam secedit, & post longam deliberationem ejus jussu sententiam fert Portuensis episcopus. Pontium, inquit, invasorem, sacrilegum, schismaticum, excommunicatum, ab omni ecclesiastico honore vel officio, sancta Romana & Apostolica Ecclesia in perpetuum deponit, & Cluniacum, monachos & cuncta ad idem monasterium pertinentia, abbati, qui in præsentiarum est, cui injuste subtracta fuerant, restituit. Ibid. c. 13. *Pontii abbatis damnatio.*

Omnes monachi Petro adhærere. Pestifer morbus Romæ desæviens omnes pene monachos & famulos abstulit, & cum iis post mensem Pontius extinctus est. Sequentem epistolam ad Petrum Cluniacensem abbatem misit Honorius Papa: " Præterito mense Decembri, Pontius viam universæ carnis ingressus est, qui, quamvis de malis Cluniaco illatis sæpe commonitus, pœnitentiam agere noluit. Nos pro reverentia ejusdem monasterii, cujus monachus fuerat, eum honeste sepeliri fecimus. „ Hæc tamen de eo leguntur in martyrologio Benedictino, ad quartum Kalendas Januarias, ut videre est in bibliotheca Cluniacensi: In monasterio Cluniacensi, depositio S. Pontii abbatis, doctrina ac sanctitate clari. Ibid. *Pontii mors.* p. 558.

LIBER XLIX.

S. Bernardus abbas fundat Claræ-vallis monaſterium : virtutibus & miraculis clareſcit. Imperatorem & reges Galliæ & Angliæ, & divinitus ducem Aquitaniæ inducit, ut agnoſcant Innocentium II. Papam, qui confugerat in Franciam, ubi plures ſynodos celebravit : imprimis Remenſem, in qua Principes Chriſtiani, vel per ſe, vel per legatos, ei exhibuere obedientiam. Ejus partes adjuvit S. Norbertus Præmonſtratenſis ordinis parens & poſtea Magdeburgenſis Archiepiſcopus, qui Tanchelini hæreſiarchæ diſcipulos in Belgio coercuit. Rogerius Siciliæ rex ſolus Anacleti antipapæ partes fovit : qui tandem recepit Innocentium, quem Romam cum exercitu reduxit Lotharius ab eo coronatus Imperator. Anacletus moritur impœnitens. Reconciliatis Longobardiæ civitatibus Bernardus ſchiſma penitus extinxit, & procuravit, ut Abaelardi errores in duabus ſynodis, & a Papa damnarentur. Abaelardus ſeceſſit in Cluniacenſe monaſterium, ubi pœnitens obiit. Arnaldus Brixienſis eodem agente a Papa damnatus, ex omnibus locis ejicitur. Diſſidium aliquod de regulari obſervantia inter Bernardum & Petrum Venerabilem, abbatem Cluniacenſem, exortum eſt, uterque ſcripſit Apologiam : ſed brevi redintegrata eſt amicitia. Plures ſynodi pro reformatione morum celebrantur. Lateranenſis ſecunda damnat Manichæos, & varia ſtatuta promulgat. Remenſis, præſide Innocentio Papa, pœnas decernit adverſus clericos ſimoniacos & uxoratos. Toloſana inquiſitionem adverſus hæreticos inſtituit. Vintonienſis citat Henricum Angliæ regem, qui caſtella epiſcopis abſtulerat : Rex Papam appellat. Antiochena Ranulphum illius ſedis invaſorem deponit & ejicit. S. Otto Bambergenſis ſecundam in Pomerania miſſionem ſuſcipit, & plurimos ad fidem traducit & reducit. Equites templi inſtituuntur. Ramirus monachus & presbyter Alphonſo Arragoniæ regi fratri ſuo ſuccedit, & ducit uxorem, ex qua ſuſcipit filiam, quam adultam comiti Barcinonenſi tradit in matrimonium, & ipſe redit in monaſterium. Alphonſus I. Portugalliæ rex regnum ſuum Papæ reddit tributarium. Thomæ Prioris S. Victoris, aliorumque Prælatorum cædes Papa ulciſcitur. Inter ſcriptores eccleſiaſticos florent S. Bernardus Patrum ultimus, Goffridus Vindocinenſis abbas, qui de inveſtituris optime ſcripſit. Guigo Prior Carthuſiæ, Hugo Victorinus.

CHRISTI I. AN. 1126.

SAnctus Bernardus ut lucerna lucens & ardens ſuper candelabrum Eccleſiæ tunc a Deo conſtituitur, ut luceat omnibus, qui in domo Dei ſunt. Graviſſima infirmitate ex auſterioris vitæ genere contracta, imperiti medici curam ſubire per annum obedientia compulſus eſt : ſibi redditus, de priſtinæ vitæ auſteritate nihil remiſit, indefeſſoque inter continua fractæ valetudinis incommoda laborandi ſtudio vim morbi ſuperavit. Plurimis jam notus pia converſatione ; omnibus enim, qui ipſum convenirent, de Deo loquebatur. Prophetiæ dono & miraculis clareſcere cœpit. Et de variis quæſtionibus interrogatus quædam ſcripſit pietatis opuſcula.

S. Bernardi liber de gradibus humilitatis. t. 1. ed. Hard.

Primus ejus fœtus eſt libellus de gradibus humilitatis ad Godefridum tunc in Claravalle Priorem, poſtea Lingonenſem epiſcopum. " Humilitas, inquit, eſt virtus, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibi vileſcit . . . . . Ejus fructus ſunt veritas & charitas. „ Tres deinde diſtinguit veritatis gradus. Primus eſt, ſe ipſum ſeu propriam miſeriam agnoſcere. Secundus, ex cognitione propriæ infirmitatis compati miſeriæ proximi. Tertius eſt, mundare cordis oculum ad contemplanda cœleſtia & divina. In primo veritas repetitur ſevera, in ſecundo pia, in tertio pura. In ſecunda parte diſtinguit duodecim gradus ſuperbiæ, quorum primus eſt curioſitas, ſecundus, levitas animi, tertius, inepta lætitia, quartus, jactantia, cujus proprietates ſic deſcribit : " Eſurit & ſitit auditores, quibus ſuas jactitet vanitates . . . quibus, qualis & quantus ſit, innoteſcat. Inventa autem occaſione loquendi, ſi de literis ſermo exoritur, vetera proferuntur & nova, volant ſententiæ, verba reſonant ampulloſa. Prævenit interrogantem, non quærenti reſpondet. Ipſe quærit, ipſe ſolvit & verba collocutoris imperfecta præſcindit . . Non curat te docere, vel a te doceri ipſe, quod neſcit, ſed ut ſciatur, quod ſcit. „ Quintus gradus eſt ſingularitas. Sextus eſt arrogantia. Septimus eſt præſumptio, cujus effectus ſic recenſet : " Primus in conventibus reſidet, in conſiliis primus reſpondet . . . reordinat ordinata, reficit facta. Quidquid ipſe non fecerit aut ordinaverit, nec recte factum, nec pulchre putat ordinatum. Judicat errantes, præjudicat judicaturis ; ſi, cum tempus advenerit, non promoveatur ad prioratum, ſuum abbatem, aut invidum judicat, aut deceptum. Quod ſi mediocris ei aliqua obedientia injuncta fuerit, indignatur, aſpernatur, arbitrans ſe non minoribus eſſe occupandum, qui ſe ad majora ſentit idoneum. „ Quinque ſequentes gradus conveniunt tantum graviſſimis peccatoribus ; hi enim ſunt : Defenſio peccatorum, ſimulata confeſſio, rebellio adverſus ſuperiores, libertas peccandi, conſuetudo peccandi. CHRISTI AN. 1127.

S. Bernardi liber de diligendo Deo. t. 1.

Secundum ejus opus eſt tractatus de diligendo Deo, quem miſit ad Haimericum Romanæ Eccleſiæ cardinalem

Christi An. 1127. dinalem & cancellarium, qui de ea re ipsum interrogaverat. " Causa diligendi Deum, inquit, Deus est: modus, sine modo diligere .... ob duplicem causam Deum dixerim propter se ipsum diligendum: sive quia nihil justius, sive quia nihil fructuosius diligi potest. „ Deinde recenset maxima beneficia, quæ divina bonitas hominibus largita est, ut sic eos accendat ad divinum amorem, cujus præmium ipse est Deus. Deinde distinguit quatuor divini amoris gradus. Primus est amor sui ordinatus. Secundus est amor, quo homo Deum amat propter se, non autem propter ipsum. " At si, inquit, frequens ingruerit tribulatio, ob quam & frequens ad Deum conversio fiat, & æque frequens liberatio consequatur, nonne, nisi fuerit ferreum pectus ... emolliri necesse est ad gratiam liberantis, quatenus homo Deum diligat, non propter se tantum, sed propter ipsum: „ & hic est tertius gradus. Quartus, cum nec se ipsum diligit homo nisi propter Deum... " Beatum, inquit, dixerim & sanctum, cui tale aliquid in hac mortali vita raro interdum, aut vel semel, & hoc ipsum raptim, atque unius vix momenti spatio experiri donatum est. Te enim quodammodo perdere, tanquam qui non sis, & omnino non sentire te ipsum, & a te ipso exinaniri, & pene annullari, cœlestis est conversationis, non humanæ affectionis. „ Quibus verbis confutat commentum recentium hæreticorum, qui somniarunt istarum habitualem & velut permanentem illius divini amoris: sed non minus eos refellit, qui dicunt, divini amoris actum sine ullo respectu ad se ipsum esse impossibilem: Deum enim amare propter ipsum, & propter semetipsum, tertius est amoris gradus; alium vero ei superiorem Bernardus assignat.

cap. 12. Inferius dicit, se de his amoris gradibus scripsisse ad Carthusienses, & addit ... " Est qui confitetur Domino, quoniam potens est: & est qui confitetur, quoniam sibi bonus est: & item, qui confitetur, quoniam simpliciter bonus est. Primus servus est, & timet sibi: secundus mercenarius, & cupit sibi: tertius filius, & defert patri. Itaque, qui timet & cupit, utrique pro se agunt; sola quæ in filio est charitas, non quærit quæ sua sunt. Quapropter puto de illa dictum: Lex Domini immaculata convertens animas: quod sola videlicet sit, quæ ab amore sui & mundi convertere possit animum, & in Deum dirigere. Nec timor quippe, nec amor privatus convertunt animam. Mutant interdum vultum, vel actum, affectum numquam ... „ Infra sic mentem suam explicat: " Cæterum servus & mercenarius habent legem, non a Domino, sed quam sibi fecerunt; ille Deum non amando; ille plus aliquid amando. Habent, inquam, legem, non Domini, sed suam, illi tamen, quæ Domini est, subjectam. „ Itaque timor privatus servi, qui nullo modo amat Deum, ac proinde sine ullo respectu ad Deum sibi tantum consulit, & spes mercenarii, qui aliquid plus quam Deum amat, non mutant affectum inreriorem, ut docet Bernardus. Sed hæc timori Dei supernaturali, quo eum super omnia ut ultorem scelerum timemus; & spei supernaturali, qua Deum ipsum ut mercedem nostram super omnia desideramus, a quibusdam male applicantur. Affectus enim ad peccatum, etiam actu secluso, divinam provocat ultionem. Qui igitur vere timet Deum, etiam a pravo affectu recedit. Hinc etiam ex quatuor charitatis gradibus, præsertim ex duabus primis, quos assignat, liquet, Bernardum, nomine charitatis, complecti, quemlibet Dei amorem supernaturalem, siquidem secundum charitatis gradum eum vocat, quo Deum diligimus propter nosmetipsos.

Psal. 28. Bernard. ep. 10. *Dissidium inter Cluniacenses & Cistercienses.*

II. Bernardum inter & Cluniacenses gravis controversia circa annum millesimum centesimum vigesimum septimum, vel sequentem, palam erupit, hac occasione. Pontius, dum esset Abbas, Priorem suum ad monasterium S. Bernardi misit, qui Robertum S. Bernardi nepotem, Cluniacum reduceret, ubi fuerat a parentibus oblatus; sed factus sui juris, inde digrediens apud Clarevallenses vitam monasticam fuerat professus. Prior paupertati, austeritati & laboribus Cistercienfium opponens divitias, splendorem, & vitam Cluniacensium commodis affluentem, adolescentis animum permovit, perduxitque Cluniacum: subreptum etiam Pontifici, ut ejus consensus haberetur ad novam professionem, quam Robertus emisit. Bernardus aliquamdiu dissimulata hac injuria, tandem nepoti suo scripsit, ut eum reduceret, & quoniam illud factum defendebant Cluniacenses, eo quod Robertum adhuc puerum in Cluniacensi monasterio devoverant parentes, hanc rationem sic elevat Bernardus: " Qui de parentis voto sollicitus es, negligens tui? cum ex ore tuo, non illius, habeas judicari: tuorum, non illius, vota labiorum exigendus sis? Et quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutione Apostolica, cujus conscientiam divina ligatam tenet sententia? ... Noli credere omni spiritui .... respue blandimenta, adulationibus claude aures ... tua tibi conscientia respondeat, cur ordinem tuum deserueris; si ut arctius, ut rectius, ut perfectius viveres: securus esto, quia retro non aspexisti ... sin alias, time: quoniam ... quidquid tibi amplius indulges in victu, vestituque superfluo, in verbis otiosis, in vagatione licentiosa, & curiosa, quam videlicet promisisti, quam apud nos tenuisti: hæc procul dubio retro aspicere est, prævaricari est, apostatare est. „

Pergit: " Qua tui necessitate hoc nobis moliti sunt amici nostri ... quorum animam meam pertransivit gladius ... forte tui miserti sunt ... & ne perires post me, in suum te transtulere ducatum? ... sed quid? salus ergo magis in cultu vestium, & ciborum est opulentia, quam in sobrio victu, vestituque moderato? si pelliceæ lenes & calidæ, si panni subtiles & pretiosi, si longæ manicæ & amplum capucium, si opertorium sylvestre, & molle stamineum, sanctum faciunt; quid moror & ego, quod te non sequor? sed hæc infirmantium sunt fomenta, non arma pugnantium ... vinum & simila, mulsum & pinguia corpori militant, non spiritui. Frixuris non anima saginatur, sed caro. Et tu mihi in his securitatem ponis? Tu cum hujusmodi tutam duces adolescentiam? prudenter sobrieque conversanti satis est ad omne condimentum sal cum fame ..., scio, quia delicatus es, & quod his assuetus modo, duriora non possis; sed quid, si potes facere, ut possis? surge ... tolle otium ..., & statim senties sola te appetere, quæ famem tollant, non fauces demulceant .... siquidem otium parit fastidium, exercitium famem: fames autem miro modo dulcia reddit quæ fastidium facit insipida; olus, faba, pultes, panisque cibarius cum aqua, quiescenti quidem fastidio sunt, sed exercitato magnæ videntur deliciæ ... vigilias times & jejunia, manuumque laborem? sed hæc levia sunt, meditanti flammas perpetuas ... Surge, miles Christi, surge, revertere ad prælium, unde fugisti, fortius post fugam præliaturus, glorioſius triumphaturus. „ Robertus quidem Claram-vallem rediit, redditus ab abbate Cluniacensi, ac domus Dei in diœcesi Bisuntina post aliquot annos abbas a S. Bernardo institutus est.

Ibid.

S. Bern. apologia tom. 1. oper.

Cluniacenses remissioris observantiæ se notari graviter doluere, eorum querelas ad Bernardum detulit Guillelmus abbas S. Theodorici deprecans, ut ipsis satisfaceret, ne & ipse detractor ejusdem ordinis putaretur, ut quidam publicabant. Ei respondit Bernardus: Si post hanc satisfactionem rursus victus eorum ac vestitus superfluitatem, & cætera, quæ subjungis, carpere voluero, & mihi videbor contradicere: & quomodo sine scandalo facere queam, non video; nisi forte & ordinem quidem laudabilem, & ordinis reprehensores reprehensibiles dicam, & nihilominus tamen ipsius superflua reprehendam. Quam methodum secutus est in apologia, quam publicavit. Primo profitetur, se suosque ab obtrectatione religiosi ordinis prorsus alienos. Secundo ordinem Cluniacensem sic laudat: " Dico, modus quidem vitæ est sanctus, honestus, castitate decorus, discretione præcipuus, a Patribus institutus, a Spiritu sancto præordinatus, animabus salvandis non mediocriter idoneus. „ Inferius sic respondet iis, quæ objiciebantur: " At, inquiunt, quomodo regulam tenet, qui pelliceis induuntur, sani carnibus, seu carnium pinguedine vescuntur; tria vel quatuor pulmentaria una die, quod regula prohibet, admittunt; opus manuum, quod jubet, non faciunt: multa denique pro libitu suo vel mutant, vel augent, vel minuunt? Recte non possunt hæc negari: sed attendite in regnum Dei, cui utique non dissonat institutio sancti Benedicti, regnum Dei intra vos est, hoc est, non exterius in alimentis & vestimentis corporis, sed in virtutibus interioris hominis .... De corporalibus itaque observantiis fratribus calumniam struitis: & quæ majora sunt regulæ, spiritualia

cap.

tualia scilicet instituta, relinquitis. „ Tum docet, quod spiritualis exercitatio sit fructuosior corporali. Christi An. 1127. Ibid. c. 8.

Nec tamen exteriores defectus putat excusandos. Sic enim Cluniacenses deinceps coarguit: " Dicitur, SS. Patres illam vitam instituisse, ut in ea plures salvarentur, usque ad infirmos regulæ temperasse rigorem, non regulam destruxisse. Absit autem, ut credam, tantas eos, quantas video in plerisque monasteriis, vanitates ac superfluitates præcepisse, vel concessisse. Miror etenim, unde inter tot monachos tanta intemperantia in commessationibus & potationibus, in vestimentis & lectisterniis, & equitaturis, & construendis ædificiis inolescere potuit: quatenus, ubi hæc studiosius, voluptuosius, atque effusius fiunt, ibi ordo melius teneri dicatur, ibi major putetur religio. „ Hinc ostendit, ab iis vitia sub virtutum nomine laudari: " Mollities vestimentorum, inquit, & equorum fastus, honestas putatur; lectorum superfluus cultus, munditia: cumque hæc alterutrum impendimus, charitas appellatur. Ista charitas destruit charitatem . . . . . Talis misericordia crudelitate plena est, qua videlicet ita corpori servitur, ut anima juguletur.

c. 9.

Demum eorumdem cibum lautiorem cum antiquorum monachorum parsimonia comparat. Hinc invehitur in luxum vestium, & abbatum maxime in suis itineribus, & in abusum in templis, & oratoriis studiosius exornandis. " Miror autem, inquit, cum regula dicat, ad magistrum respicere, quidquid a discipulis delinquitur, & Dominus per Prophetam, sanguinem in peccato morientium de manu pastorum requirendum esse minetur. Quomodo abbates nostri patiuntur fieri talia, nisi forte nemo fidenter reprehendit, in quo se esse reprehensibilem confidit. „

Ezech. 3.

Cluniacensibus non satisfecit hæc apologia, quæ dum laudat ordinem, ejus professos ab illius sanctitate defeciisse indicat. Itaque Petrus venerabilis abbas Cluniacensis S. Bernardo scripsit longam epistolam apologeticam. In ea defectus suis objectos non negat, sed excusat. At, quoniam vere dici posse satis intelligebat, ordinem religiosum a primævo defeciisse spiritu, atque ad laxamenta dilabi, quoties plures regulæ impune non observantur, & multo magis, si earum usus cessaverit, huic difficultati hac generali occurrit responsione, quod per charitatem facta sit hæc in regula mutatio, quam violasse dicit Cistercienses, qui hominum infirmitati non indulgentes, de regulæ austeritate nihil remittunt.

Cassinenses monasterii schisma. Chron. Cassin. l. 4. c. 88.

III. Majus scandalum tunc monasterium Cassinense perturbavit. Odorisius abbas Honorium Papam offenderat, cui pecuniæ subsidium verbis asperioribus denegaverat, obscuraque ejus natalitia perstrinxerat. Contigit, ut paulo post Papæ scriberet Adenulphus Aquinensis comes: Pontificis honorem æmulari abbatem Cassinensem . . . Papa iratus ei mandat, ut objectis responsurus Romam veniat. Ille renuit venire, nisi prius Papa gratiam suam ei restitueret. Ter eum Papa vocavit. Abbas vero sciens, eum adversus se esse commotum, ire distulit: quapropter eum Papa deposuit. Odorisius inobedientiæ prævaricationem addens, nihilominus die Palmarum in abbatis cathedra resedit, & universa abbatis officia, sicut, priusquam deponeretur, exercuit. Honorius his cognitis, eum die Dominicæ Resurrectionis, & omnes fautores ejus a liminibus ecclesiæ separavit; illos vero, qui ei obedirent, a communione ecclesiastica extorres esse præcepit. Hinc inter monachos & populum civitatis exorta est gravissima dissensio. Odorisius armatos milites misit ad castrum Janulæ custodiendum, quos cives propter S. Germani excidium armis exutos de civitate projiciunt. Odorisius excidium civitati comminatus, statim exivit exercitum congregaturus. Interea cives occupatis monasterii munitionibus, monachos, licet repugnantes, alium abbatem eligere compellunt. Odorisio igitur substitutus est Nicolaus monasterii decanus; sed quidam ex prioribus illum seditiose fuisse electum Papæ clam literis significant. Papa, priusquam id sciret, Gregorium cardinalem miserat, mandans, ut Senioretum Capuani monasterii præpositum in abbatem Cassinenses eligerent. Gregorius resistentes cogit ad obsequium, ostendens, illud jus Romanis Pontificibus competere, non tantum ratione supremæ authoritatis, sed etiam quia Cassinensem ecclesiam bis destructam restruxerunt. Monachi necessitatem temporis ostendentes, Apostolici voluntatem se impleturos fatentur, si parendi lautiora tempora evenirent, sicque discessum est a capitulo. Odorisius interim collectis militibus, igne ferroque castella, quæ Nicolao favebant, demolire cœpit . . . . . Nicolaus vero conflatis omnibus vasis argenteis & aureis monasterii Cassinensis, Robertum principem Capuanum in suum evocat auxilium, sicque res divino cultui consecratæ, duorum monachorum ambitioni serviebant. Odorisius tandem sera ductus pœnitentia Papam adiit, ejusque prostratus vestigiis, Cassinensem abbatiam in ejus manu resignavit, qui etiam Nicolaum deposuit, ejusque fautores excommunicavit, Cassinensibusque scripsit, quod, si monasterii dispositionem in ejus manu ponerent, statim veniens cœnobii reformationem tam in spiritualibus, quam in temporalibus procuraret. Fratres excluso Nicolao, nuntios ad Papam mittunt, monasteriumque in ejus potestate tradunt. Papa direxit Matthæum episcopum Albanensem, qui perfecit, ut Senioretus eligeretur abbas Cassinensis, & per annos fere decem in cathedra S. Benedicti sedit, Cassinumque veniens Honorius eum consecravit abbatem.

Christi An. 1127.

IV. S. Norbertus anno superiore Romam venerat, ut ordinis sui confirmationem ab Honorio Papa postularet: honorifice susceptus bullam confirmationis obtinuit. Data est decimo sexto Februarii, anno millesimo centesimo vigesimo septimo. Inde in Germaniam transiit. Campaniæ comitis precibus inductus, ut matrimonium, quod ei suaserat, acceleraret; sed altiore divinæ providentiæ consilio gressus ejus dirigebantur. Lotharius rex Dominicæ Resurrectionis festum Magdeburgi celebrans, cum majoribus ecclesiæ & regni, de provisione ejusdem sedis, quæ tunc vacabat, tractavit; ubi cum magna in electione difficultas facta fuisset, juxta voluntatem Regis, majores Magdeburgenses ecclesiæ apud Spiram conveniunt: quo tunc pervenerat Norbertus, quem unanimi concordia elegerunt episcopum. Halvestadenses ac Brandeburgenses episcopi hunc deduxere Magdeburgum, quo decimo quinto Kalendas Augusti pervenit, magnoque concursu comitum ac procerum, a clero & populo cum ingenti gloria suscipitur, ac octavo die in festo S. Jacobi Apostoli, ab Udone Olensi episcopo, cooperantibus multis aliis episcopis, in Archiepiscopum ungitur: eique pallium ab Honorio Papa dirigitur.

S. Norbertus fit episcopus Magdeb. Annal. Saxo. p. 659.

Chronograp. Magdeb.

V. In Italia bellum exarsit, occasione mortis Guillelmi Apuliæ & Calabriæ ducis: cum enim liberos non reliquisset, Rogerius Siciliæ comes, ejus avunculus, Salernum veniens receptus est. Amalfitani pariter retentis munitionibus ei subjiciuntur, & totius fere Apuliæ partes obtinuit. His peractis in Sciliam reversus est. Honorius Papa his cognitis, Beneventum properat, atque Missarum solemnia celebrans eum excommunicavit, & omnes ejus fautores, si ducis titulum ultra retineret. Rogerius hæc cum audiisset, legatos misit ad eum, orans, ne ducalem honorem generis jure sibi competentem obtinere eum prohiberet; nam, prout æquitas imperaret, de ejusdem ducatus culmine libenter ipse obsecundaturus esset. Præterea Papæ misit munera multa auri & argenti, pollicendo etiam urbem Trojanam, & montem Fuscum, ut ducatus ei vexillum & nomen largiretur, quod Papa tunc ei concedere noluit: imo Trojam pergens in synodo rursus Rogerium excommunicavit, & Beneventum reversus eumdem supplicem eademque promittentem rejecit. Nam, ut legitur in vita S. Caroli Boni Flandriæ comitis, Guillelmus Apuliæ dux, ubi se periclitari cognovit, Salernitanum Archiepiscopum & Trojanum episcopum advocavit, atque quod antea, dum incolumis esset, fecerat, eorum quoque testimonio desiderans confirmari, quidquid mobilium vel immobilium in terra possidere videbatur, B. Petro ejusque vicario Papæ Honorio jure perpetuo possidendum delegavit . . . . Gualterius Morinorum ecclesiæ archidiaconus, qui S. Caroli vitam paucis post ejus mortem mensibus scripsit, id ex ore Honorii Papæ se frequenter audiisse testatur.

Falc. chron. Alexand. abb. l. de reb. gest. Roger. *Apuliæ ducatus Papæ datus.*

Bolland. die 2 da. Mart.

Ibid. *Honorius hos ducatus in feudum dat Rogerio comiti.*

Honorius Papa exeunte mense Januario anni millesimi centesimi vigesimi octavi Romam reversus est: ubi cum accepisset, Rogerium comitem cum ingenti exercitu venisse in Apuliam, & terras

Christi An. 1128. Boamundi ac Tancredi fidelium Apostolicæ sedis ex parte occupasse, cum militibus fere trecentis revertitur, & mandat Roberto Capuæ principi, cæterisque per Apuliam Principibus, ut collectis militibus secum adversus Rogerium procederent. Rogerius ubi cognovit, Papam adesse præsentem, prælium vitavit, ne contra Deum ipsum repugnare videretur. Quin etiam legatione semel atque iterum ad eum facta flagitavit, ut se absolveret, & ducatum jure generis sibi debitum accipere liceret. Interea Capuani principis exercitus, cum jam cibaria & pecunia deficerent, latenter cum suis recessere. Robertus ipse, cum militum murmur instaret, qui consumptis omnibus fame premebantur, ad sua redire cœpit. Honorius Papa se desertum videns, pactis intervenientibus, Rogerio comiti, per Haimericum cardinalem & cancellarium, ducatum se daturum promisit, ita tamen, ut prius Beneventum veniens, suum ibi hominium subiret, sicque ipsum a se ducatum acciperet. Rogerius in monte S. Felicis prope Beneventum castra ponit. Honorius Papa paululum ab urbe progressus, ipsius hominium suscepit, & cum vexillo ducali regimen ei tradidit. Rogerius tunc ei sacramentum fidelitatis per omnia servandum exhibuit, die octava Assumptionis S. Mariæ. Quibus peractis Papa ad palatium revertitur.

S. Carolus Bonus. Bolland. 2. Mart.

S. Carolus Bonus Flandriæ comes, cujus mox meminimus, erat filius sancti Canuti senioris Danorum regis & martyris, & Adelæ reginæ, quæ filia erat Roberti comitis Flandriæ: regna Germaniæ & Hierosolymorum, ad quæ fuerat postulatus, recusavit. Eximiæ virtutes famam pepererant: ecclesiasticos viros plurimum veneratus est, atque a tributis, quibus sui prædecessores eos subjecerant, redidit immunes, eorumque correctiones gratanter accipiebat: liberalis in pauperes, grassante fame plurimos aluit per biennium. Improbis resistens eorum odium in se concitavit. Cum potentes quosdam genere humiles, opibus elatos, dominio ejus lineam consanguinitatis repræsentare renuentes, erant enim de fece conditionis servilis, judicio curiæ convenienter repeteret: Ipsi videlicet Brugensis ecclesiæ præpositus, & Burchardus ejus nepos, aliique ejus consanguinei, Carolo insidiantur, quem sexto Nonas Martii Brugis interfecere in ecclesia S. Donatiani, cum ante altare pronus Deum adoraret, eleemosynamque pauperi porrigeret. Ludovicus VI. Franciæ rex Flandriam cum exercitu ingressus, sceleratos parricidas interfecit, & Guillelmum Roberti Normanniæ ducis filium, Flandriæ comitem constituit.

Equitum templi institutio & regula. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom 10. Labbè.

VI. Equitum templariorum ordo jam ab annis novem fuerat institutus: hunc fundarunt Hugo de Paganis, & Godefridus de sancto Audomaro, viri nobiles, qui cum certum domicilium non haberent, Balduinus I. Hierosolymorum rex locum in palatio prope templum Domini eis concessit ad habitandum, unde fratres militiæ templi dicti sunt: religiosorum tria vota substantialia, scilicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ emiserant in manu patriarchæ Hyerosolymitani, qui cum Rege quædam eis prædia concessit. Id imprimis eis fuerat injunctum, ut peregrinis tutas a latronibus vias redderent. Iisdem in Trecensi concilio, quod anno millesimo centesimo vigesimo octavo, die decima tertia mensis Januarii celebratum est, constituta regula, & habitus assignatus, quamvis tunc tantum novem essent. Interfuere Matthæus Albanensis episcopus cardinalis, & sedis Apostolicæ legatus, & Raynaldus Remensis archiepiscopus, & Henricus Senonensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, abbates quoque, Cistercienses, & Bernardus Clarævallensis, cum aliis pluribus. Aderant & tres comites, & Hugo novæ militiæ magister cum quinque suis fratribus.

Trecensis synodus.

Hugo modum & observantiam exiguæ inchoationis sui militaris ordinis Patribus exposuit. Et synodo placuit, ut eis scripta regula traderetur, quam ex consensu Papæ & patriarchæ Hierosolymorum immobiliter observarent. Illius regulæ conscribendæ cura Bernardo commissa est. Articulos septuaginta duos complectitur, sed plures postmodum additi sunt. Præcipui sunt: primus, Matutinas & omne servitium integrum, secundum canonicam institutionem audire universaliter studeatis. Secundus, si aliquis frater negotio christianitatis Orientalis forte remotus, pro tali absentia servitium non audierit: pro matutinis, tredecim orationes Dominicas; ac pro singulis horis, septem: sed pro vesperis, novem dicere collaudamus. Nonus, in prandio & cœna semper sit sancta lectio recitata. Decimus, carnis esum tribus Hebdomadæ diebus eis permittit . . . . Aliis autem diebus, videlicet secunda & quarta feria, nec non & sabbatho, duo aut tria leguminum, vel aliorum ciborum fercula, . . . omnibus sufficere credimus, & ita teneri jubemus. Decimus quintus . . . . Decimam totius panis quotidie eleemosynario vestro dare jubemus. Decimus sextus, collationem & vini quantitatem in arbitrio magistri reponit. Decimus octavus, fatigati milites ex assensu magistri non surgant ad matutinum, sed recitent tredecim prædictas orationes. Decimus nonus, prohibemus, ut nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem victum instanter teneant. Vigesimus, omnibus militibus professis in hyeme & æstate, si fieri potest, alba vestimenta concedimus. Eugenii Papæ tertii tempore, cruces de panno rubeo, ut inter cæteros essent notabiliores, mantellis suis assuere cœperunt. Vigesimus octavus, omnes fratres tonsos habere capillos oportet ... & in barba, & in grennionibus eadem regula observetur. Trigesimus, unicuique vestrorum militum tres equos licet habere . . . . Trigesimus primus, solum armigerum singulis militibus concedimus. Sed innuit utrumque augeri posse cum licentia magistri, & prohibet ne miles armigerum gratis servientem percutiat. Trigesimus secundus, si miles equos suos in hoc servitio amiserit, magister, prout facultas domus exigit, alios administrabit. Milites vero, qui tantum ad tempus in templo remanent, priusquam patriam repetant, reddent dimidium pretii equorum, quos acceperint. Trigesimus jubet, ut omnes secundum votum suum obedientiam indesinenter magistro teneant . . . nullus miles vel armiger solus vel sine licentia magistri in villam ire præsumat; & cum in castris fuerint, nullus per aliorum militum atria discurrat. Trigesimus septimus, nolumus, ut aurum vel argentum in frænis & pectoralibus, nec calcaribus, vel in strevis, unquam appareat; nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si vero talia data fuerint, permittit. Quadragesimus primus, nulli fratrum liceat a parentibus suis, vel ab aliis, nec sibi invicem, accipere vel dare, sine jussu magistri. Si vero ei a parentibus quidquam directum fuerit, illud suscipere non præsumat, nisi prius indicatum fuerit magistro . . . & cui res data fuerit, non pigeat illi, si alteri datur. Quadragesimus secundus, vetamus, ne aliquis frater remanens, stultitias, quas in sæculo, vel in militari negotio, tam enormiter egit, & carnis delectationes miserrimarum mulierum cum fratre suo, vel aliquo alio, vel de alio commemorare audeat: & si forte referentem aliquem talia audierit, obmutescere faciat, vel cito inde discedat. Quadragesimus tertius, nullus præsumat cambiare sua, frater cum fratre, sine licentia magistri. Duo sequentes ei venationem interdicunt. Quinquagesimus primus eis permittit, domum, terram, & homines habere, & agricolas possidere, & juste eos regere. Quinquagesimus secundus & tertius, jubent, ut infirmis fratribus adhibeatur cura pervigil, & quæcumque eis necessaria sunt, dentur. Quinquagesimus quartus, vetat ne alter alterum ad iram provocet. Quinquagesimus septimus, prohibet, ne Christi miles excommunicato nominatim ac publice, aliquo modo se jungat: aut res suas accipere præsumat. Quinquagesimus octavus. Si quis miles sæcularis, vestram vitam velit eligere . . . legatur regula in ejus præsentia: & si ipse præceptis regulæ diligenter obtemperaverit: tunc si magistro & fratribus eum recipere placuerit, convocatis fratribus, desiderium & petitionem suam cunctis patefaciat. Deinde vero terminus probationis, in providentia magistri, secundum honestatem vitæ petentis, omnino pendeat. Sexagesimus primus . . . Utile est autem, ut fidem ejus accipiatis: ne forte veteranus hostis in Dei servitio aliquid furtive, vel indecenter eis intimet. Sexagesimus secundus prohibet, ne pueri recipiantur. Sexagesimus quartus, iter facientibus præcipit, ut prædictas regulas, quantum fieri poterit, observent, & bonæ conversationis exemplum præbeant. Sexagesimus sextus, eis permittit habere decimas. Sexagesimus septimus, magistro leves culpas aperiant, qui pœnitentiam impo-

CHRISTI AN. 1128. imponet : sed si reo tacente , per alium culpa cognita fuerit, reus majori disciplinæ subjaceat. Si autem grave fuerit delictum, retrahatur a familiaritate fratrum , nec cum illis simul in eadem mensa edat, sed solus refectionem sumat . . . Sexagesimus octavus , si emendare noluerit , ei districtior correctio accedat. Quod si piis admonitionibus emendare noluerit . . . . necesse est , ut a societate fratrum ovis morbida removeatur ; verum magister consilio patriarchæ id agere studeat . Septuagesimus statuit, ut singuli per singula lecta dormiant , vestiti camisiis , & cum femoralibus : Septuagesimus secundus præcipit, ne quis miles ullam fœminam deosculetur, etiamsi mater fuerit, vel soror.

Bernard. opusc. 6. tom. 1. Tyr. l. 12. c. 7. Equitum templariorum institutum , quod nonnulli recentiores reprehendunt , maxime laudavit S. Bernardus in exhortatione , quam rogante Hugone eorum magistro pro illis composuit. In ea milites, qui ab infidelibus occiduntur in prælio , reputat martyres. Ex tunc cœpit eorum numerus augeri , & possessiones multipliari. Guillelmus Tyriensis archiepiscopus, refert in sua historia trecentos equites sua ætate in conventu habuisse , excepris aliis fratribus servientibus , quorum infinitus pene erat numerus. Possessiones autem , tam ultra , quam citra mare tantas habuisse , ut non fuerit in orbe christiano provincia , quæ prædictis fratribus bonorum suorum portionem non contulerit : & regiis opulentiis pares dicerentur habere copias. Qui sat diu se in honestate conservarunt , professioni suæ satis prudenter satisfacientes. Sed in justitia non stetere , ut dicemus inferius. Stephanus , qui hoc anno post Gormundum , communi consensu electus est patriarcha Hierosolymitanus, eorum regulam confirmavit.

S. Bern. Opusc. 2. *Episcopo. officia.* VII. S. Bernardus circa idem tempus exoratus ab Henrico Senonensi scripsit tractatum de officiis episcoporum . Et primo quidem ostendit arduum & periculosum esse munus episcopi , ideoque ei bonis consiliariis opus esse . Secundo dignitatis ecclesiasticæ decus non consistere in exteriori splendore , sed in morum & virtutum decore : siquidem dignissima ejus ornamenta sunt castitas , charitas , humilitas, & maxime cura sinceræ fidei ei necessaria est. Hinc invehitur in ambitionem clericorum , qui semper ad majores dignitates aspirant , & onera non reformidant ; in juniorum promotionem , & beneficiorum pluralitatem , & cleri Romani perstringit avaritiam . Demum abbates , qui quærunt exemptiones, sic coarguit. " Miror quosdam in nostro ordine monasteriorum abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere , & sub humili habitu & tonsura tam superbe sapere , ut cum ne unum quidem verbulum de suis imperiis subditos prætergredi patiantur, ipsi propriis contemnant obedire episcopis. Spoliant ecclesias , ut emancipentur ; redimunt se , ut non obediant . Quid hoc est præsumptionis , o monachi ! neque enim quia prælati

Eccles. 52. monachis , ideo non estis monachi . . . . . Quomodo illud implebitur ? Principem te constituerunt ? esto inter illos tanquam unus ex illis . . . . . Ut te putemus tanquam unum ex illis , videamus tam exhibere paratum , quam exigere obedientiam ... Quod si semper vis obedientes habere, & nunquam esse ; probas te non esse tanquam unum ex illis , dum unus esse renuis ex obedientibus . . . . . si ergo tui putas injuriam prioratus , minorem videri summis sacerdotibus, non magis indignum æstimandum, minimum vocari in regno cælorum . . . Sed non propter me , inquit , facio , sed quæro ecclesiæ libertatem. O libertas omni, ut ita loquar, servitute servilior . . . . Certus sum enim ego monachus, & monachorum qualiscumque abbas , si mei quandoque pontificis a propriis cervicibus excutere jugum tentavero , quod Satanæ tyrannidi me ipsum subjicio . . . . Quid dabit mihi centum in meam custodiam deputari pastores ? Quanto plures sentio mei curam gerere, tanto securior exeo in pascua.

Ibid. Ite nunc ergo , resistite Christi vicario , nempe episcopo , cum nec suo adversario Christus restiterit . . . verum aperte indicant quidam horum quid cogitent , dum multo labore ac pretio Apostolicis adeptis privilegiis , per ipsa sibi vindicant insignia pontificalia , utentes & ipsi more pontificum , mitra annulo , & sandaliis . Sane si attenditur rerum dignitas, hæc monachi abhorret professio : si ministerium , solis liquet congruere pontificibus. Profecto esse desiderant, quod videri gestiunt: meritoque nequeunt esse subjecti , quibus jam ipso se comparant CHRISTI desiderio . . . Quo ista , o monachi? ubi timor mentis ? ubi rubor frontis ? Quis unquam probatorum monachorum tale aliquid aut verbo docuit , aut reliquit exemplo? Duodecim humilitatis gradus magister vester edisserit, propriisque distinguit descriptionibus: in quo, quæso, illorum docetur , aut continetur, ut hoc fastu delectari monachus, has quærere debeat dignitates? Labor & tenebræ, & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia , hæc vitam solent nobilitare monasticam . AN. 1128.

VIII. Conradus Suevorum dux adversus Lotharium regem rebellans, eo quod Henrici quinti regis consobrinus esset, Regis nomen usurpavit , & profectus in Italiam , ab Anselmo Mediolanensi archiepiscopo Rex consecratus est. Sed cum Romam appropinquaret, ab exercitu Papæ repulsus rediit in Germaniam . Joannes Cremensis cardinalis Romanus jussu Papæ suffraganeos ecclesiæ Mediolanensis Beneventum convocavit , atque in synodo Anselmum excommunicavit & deposuit , & cum eo patriarchas Aquilejensem & Gradensem , quia Conradi partem sequebantur . Lotharius Wirceburgi Domini natale celebrat , anno millesimo centesimo vigesimo octavo. Cum audiit Conradum usurpasse nomen regium . Hac de causa Magdeburgensis , Moguntinus , & Salsburgensis archiepiscopi , aliique plures, qui tunc aderant, episcopi Conradum excommunicarunt. Eumdem cum ejus fratre Friderico Alsatiæ duce, aliisque complicibus die sancto Paschæ , extinctis ecclesiæ luminibus excommunicavit Papa Honorius. Lotharius Spiræ inclusum , obsedit, sed fuga elapsus est. Annalist. Saxo. Putisel. in monum Basil. Ambr.

IX. Matthæus Albanensis episcopus & Romanæ sedis legatus , eodem anno Rotomagum ad regem Henricum venit , & cum eo de utilitatibus ecclesiasticis tractavit: & jussu Regis episcopi & abbates Normanniæ asciti sunt : & in Rotomagensi capitulo scita præsente Rege audierunt , quæ legatus protulit: scilicet, ut nullus presbyter uxorem habeat : Qui vero a pellice abstinere noluerit, ecclesiam non teneat , nec portionem in beneficiis ecclesiasticis obtineat , nec aliquis fidelium ejus missam audiat : Secundo, ut unus presbyter duabus ecclesiis non deserviat, nec clericus quilibet in duabus ecclesiis præbendas possideat : sed in ecclesia , cujus beneficiis fruitur , Deo militet. Tertio , ut monachi vel abbates , decimas de manu laicorum non recipiant , & ab episcopo pro voto possessorum oblata recipiant. Ea tamen quæ antea quoquo modo obtinuerunt, quiete per indulgentiam Papæ possideant: sed ulterius aliquid hujusmodi sine præsulis , in cujus diœcesi est, licentia, usurpare non præsumant. Tunc Romanus legatus de transactis transgressionibus omnes absolvit: & sequenti mense Goffredus ejus urbis episcopus e vita migravit. Orderic. lib. 12. *Rotomag. Synodus.*

Sanctimonialium quoque incontinentiæ tunc medendum fuit. Lauduni in monasterio S. Joannis non nulla sinistræ famæ de illius sanctimonialibus dicebantur: Cumque frequenter commonitæ emendationem verbo promitterent, sed facto non implerent , episcopi coram Ludovico rege Francorum Attrebati congregati , sexto Idus Maji currentis anni decrevere earum expulsionem . Bartholomæus episcopus Rainaldi Remorum archiepiscopi & Regis authoritate omnes illas sanctimoniales ejecit: assumens quoque virum religiosum Drogonem cœnobii sancti Nicasii Remensis priorem, eum ibidem primum abbatem ordinavit , & monachos illic sufficienter ex diversis monasteriis posuit . Utrumque confirmavit Matthæus cardinalis legatus , & postea Papa Honorius. Herman. Laudun. l. 3. c. 22. Ducheſn. in notis ad Guib.

X. Idem legatus anno sequenti, nempe millesimo centesimo vigesimo nono , eadem de causa aliam synodum celebravit apud S. Germanum de Pratis Parisiis; huic interfuere Remensis archiepiscopus & quatuor episcopi. Quid in ea decretum sit , sic exponit in suis literis: Cum Parisiis ageremus, subito in communi audientia conclamatum est super enormitate & infamia cujusdam monasterii sanctimonialium, quod dicitur Argentolium , in quo paucæ moniales multiplici infamia , ad ignominiam sui ordinis degentes , multo tempore spurca & infami conversatione omnem ejusdem loci affinitatem fœdaverunt . Cumque omnes, qui aderant, illarum expulsioni insisterent , venerabilis abbas S. Dionysii Suggerius, præfatum monasterium ad jus ecclesiæ suæ pertinere satis evidenter ostendit. Unde nos ... non solum justitiæ, CHRISTI AN. 1129. *Parisiensis Synodus.* Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

Christi An. 1129. verum illarum miseriæ consulentes, hanc ei injunximus obedientiam, ut illis, nempe monialibus, in religiosis locatis monasteriis, ibidem monachos suos, qui Deo religiose deserviant, substitueret. Illius synodi gesta literis suis confirmarunt Honorius Papa, & Ludovicus rex, qui suas sic subscripsit: Datum Remis in solemni curia Paschæ, in unctione domini Philippi glorioſissimi regis, anno millesimo centesimo vigesimo nono, Ludovici serenissimi Francorum Regis secundo, Philippi autem ejus filii primo. Hic licet adhuc puer, in die Paschæ Remis a Rainaldo II. archiepiscopo rex coronatus est.

Abelard. epist. 1. Heloissa Petri Abaelardi alias amica, tunc hujus monasterii prioriſsa, alio migrare coacta, Abaelardi calamitates auxit. Is mortuo Adamo abbate, ab ejus successore Suggerio, & a Rege obtinuit, opera Stephani regis tunc dapiferi, ut ad quam vellet, solitudinem transiret, dummodo se nulli abbatiæ subderet. Itaque ad solitudinem quamdam in Trecensi pago se contulit Abaelardus, ibique a quibusdam terra sibi donata, assensu episcopi, oratorium quoddam in nomine sanctæ Trinitatis ex calamis & culmo construxit. Cumque scholares ad eum concurrerent, qui ibidem parva sibi tabernacula construxere, eique res necessarias suppeditabant, ne a studio cura domestica retardaretur, oratorium suum, ob illam quamcumque consolationem nominavit paracletum. Interim cum abbatia sancti Gildasii Ruiensis, in episcopatu Venetensi posita, pastore defuncto desolata esset; abbas a monachis electus est; sed indisciplinata eorum vita & moribus corruptissimis die ac nocte cum cruciaretur, ipsamque abbatiam tyrannus quidam in usus proprios redigeret, reversus est in suum oratorium, quo illum convenit Heloissa cum quibusdam suis monialibus, quibus illud donavit, eamque donationem confirmavit Honorius Papa. Heloissa prima monasterii paracleti fuit prioriſsa, quam cum sæpius inviseret Abaelardus, cui vicissim ipsa plures scripsit epistolas, in quibus prophanum amorem non dissimulat, ac ostentat eruditionem; hinc siniſter rumor de utroque diffamatus est, quod adhuc carnalis concupiscentiæ delectatione tenerentur. Abaelardus imprimis de SS. Bernardo & Norberto conqueritur, sed infirma est adversus tales accusatores quælibet apologia. Certum est tamen inter eos nullum fuisse carnale commercium.

D. Bern. opuscu lum de gratia & libero arbitrio tom. 1. opusc. 11. cap. 1. XI. D. Bernardus circa idem tempus edidit opusculum de gratia & libero arbitrio, hac occasione, ut ipse refert. " Loquente me coram aliquando, & Dei in me gratiam commendante, quod scilicet ab ipsa me in bono præventum agnoscerem, & provehi sentirem, & sperarem perficiendum. Quid tu ergo, ait unus ex circumstantibus, operaris? aut quid mercedis speras vel præmii, si totum facit Deus? .... Da gloriam Deo, qui te prævenit, excitavit, initiavit, & vive digne de cætero, quo te probes & perceptis beneficiis non ingratum, & percipiendis idoneum. Et ego: Bonum, inquam, consilium das, sed si dederis & posse teneri. .... Porro duo mihi necessaria sunt, doceri & juvari. Tu homo, tu recte quidem consulis ignorantiæ, sed si verum sentit Apostolus, spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Immo vero, qui mihi per os tuum ministrat consilium, ipse necesse est & ministret & per suum spiritum adjutorium, quo valeam impleri, quod consulis. „

Ibid. " Quid igitur agit, ais, liberum arbitrium? Breviter respondeo; salvatur: tolle liberum arbitrium, & non erit, qui salvetur: opus hoc sine duobus effici non potest. Deus author est salutis, arbitrium tantum capax, nec dare illam nisi Deus: nec capere valet, nisi liberum arbitrium ... Et ita gratiæ operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit. Proinde pecoris spiritus salutem hujusmodi minime capit, eo quod ille voluntarius consensus desit, quo salvanti videlicet Deo placide obtemperet ... Appetitum naturalem communem habentes cum bestiis, consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui, siquidem non cogitur, non extorquetur: est quippe voluntatis, non necessitatis. „ Ac proinde secundum S. Bernardum, voluntarium liberum excludit & coactionem & necessitatem ... & more theologorum, qui ante Lutherum scripsere, voluntarii nomine intellexit immunitatem ab omni vi tum interna tum exteriori, quæ necessario voluntatem determinet ad unum. Hinc Augustinus loquens de libertate primorum parentum ante lapsum, quos omnes fatentur habuisse libertatem indifferentiæ immunem a simplici necessitate, etiam voluntaria, & mutabili, & relativa, Augustinus, inquam, dicit: nullo cogente, hoc est, libera voluntate peccando, quia scientes contra præceptum fecerunt, & ille tentator suasit, & non coegit. Igitur in his Augustini verbis, non cogere, idem significat, ac non necessitate simpliciter. Omissis, quæ erronee dixit in relata Bernardi verba, hæc observare potuisset recens author bibliothecæ ecclesiasticæ, qui more suo S. Bernardi, sicut & aliorum Patrum excerpta sic exposuit, ut ad proprios sensus male pertraheret, & si quid difficile occurreret, non explicaret: præterea, quos sibi finxit SS. Patrum characteres nobis ingerit, & quæcunque temere profert, nulla probabili ratione vel authoritate confirmat. Hinc licet damnatus quædam retractaverit, multis est erroris occasio. Nos diversam viam secuti, de scriptoribus ecclesiasticis veterum recepta testimonia protulimus, eorumque legitimum sensum indicavimus, catholicorum doctorum vestigia relegentes.

Christi An. 1129. Aust. l. 1. retract.

Ibid. In sequenti capite Bernardus, exponens quid sit liberum arbitrium, in eodemque sensu dicit: " consensus est nutus voluntatis spontaneus, vel certe, habitus animi liber sui. Porro voluntas est motus rationalis, & sensui præsidens & appetitui. Habet semper, quocumque se volverit, semper rationem comitem & pediſsequam ... quod numquam absque ratione moveatur: ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam: hoc est quasi per ejus ministerium, contra ejus judicium... Est vero ratio data voluntati, ut instruat illam, non destruat. Destrueret autem, si necessitatem ullam ei imponeret, quo minus libere pro arbitrio sese volveret, sive in malum consentiens appetitui, aut nequam spiritui, ut sit animalis ... sive ad bonum, sequens gratiam, & fiat spiritualis ... si, inquam, horum quodlibet prohibente ratione voluntas non posset, voluntas jam non esset. Ubi quippe necessitas, jam non est voluntas ... Cæterum, quod sui liberum non esse cognoscitur, quo pacto vel bonum ei, vel malum imputatur? excusat enim utrumque necessitas. Porro ubi necessitas est, libertas non est: ubi libertas non est, nec meritum. Idem profecto de cupiditate & tentatione dicendum, quæ si quam imponerent necessitatem, ita ut voluntas non libere pro arbitrio se volveret, jam non esset voluntas meriti & demeriti capax.

Ibid. In tertio capite triplicem distinguit libertatem; scilicet naturæ, gratiæ & gloriæ. " Cum igitur, inquit, triplex sit nobis proposita libertas, arbitrii, consilii, & complaciti: vel aliis nominibus a peccato, a miseria, a necessitate: hanc ultimo loco positam contulit nobis in conditione natura, in primam restauramur a gratia, media nobis reservatur in patria. Dicatur igitur prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ...„ In sexto capite docet ad volendum bonum gratiam esse omnino necessariam: ostendit in septimo, hominem peccando amisisse libertatem a peccato & miseria, remansisse tamen libertatem a necessitate. Hinc concludit in octavo: " Manet ergo, etiam post peccatum, liberum arbitrium, etsi miserum, tamen integrum, & quod se per se homo non sufficit excutere a peccato, sive miseria, non liberi arbitrii signat destructionem, sed duarum reliquarum libertatum privationem... Habet igitur necessariam Dei virtutem, & Dei sapientiam Christum, qui ex eo quod sapientiæ est, verum ei sapere refundat, in restaurationem liberi consilii, seu, ut ipse explicat, immunitatis a peccato: & ex eo, quod virtus est, plenum posse restituat, in reparationem liberi complaciti, seu immunitatis a miseria, quatenus ex altero perfecte bonus, peccatum jam nesciat, ex altero plene beatus, nihil adversum sentiat. Sed sane ista perfectio in futura vita expectetur. Interim vero sufficiat in hoc corpore mortis, atque in hoc sæculo nequam, ex libertate quidem consilii peccato non obedire in concupiscentia; ex libertate autem complaciti adversa non formidare pro justitia. „

Ibid. Ubi autem recte docuit Christi gratiam esse necessariam tum ad volendum bonum, tum ad declinandum a malo, sive peccato, recte concludit in capite decimo. " Nemo proinde putet ideo dictum liberum arbitrium, quod æqua inter bonum & malum potestate aut facilitate versetur: cum cadere quidem per se potuerit, non autem resurgere, nisi per Domini spiritum ... Nunc igitur ex eo potius liberum arbitrium dicitur, quod sive in bono, sive in malo, æque liberam

Christi An. 1129. liberam faciat voluntatem, cum nec bonus quispiam, nec item malus esse debeat, aut esse valeat, nisi volens. Tali jam ratione non incongrue dicitur ad bonum se, & ad malum habere æqualiter, quod utrobique videlicet par sit, non quidem in electione facilitas, sed in voluntate libertas.„

Ibid. Joan. 6. Luc. 14. In capite undecimo docet, libero arbitrio nihil derogari per gratiam, neque per tentationem. " Nemo quippe, inquit, salvatur invitus. Nam quod legitur in evangelio: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum: item in alio loco: nihil impedit; quia profecto, quantumcumque trahere vel compellere videatur ad salutem benignus Pater, qui omnes vult salvos fieri; nullum tamen judicat salute dignum, quem ante non probaverit voluntarium. Hoc quippe intendit, cum terret aut percutit, ut faciat voluntarios, non salvet invitos, quatenus dum de malo mutat voluntatem in bonum, transferat, non auferat libertatem. „ Quid autem voluntarii nomine intelligat, ex dictis patet.

Ibid. Demum in ultimo capite sic exponit, quid gratiæ, quid libero arbitrio in negotio salutis tribuendum sit, ut & antiquos & recentiores refellat hæreticos. " Quid igitur? inquit, hoc ergo totum liberi arbitrii opus, hoc solum ejus meritum, quod consentit? Est prorsus. Non quidem quod vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso sit: cum ne cogitare, quod minus est quam consentire, aliquid a nobis, quasi ex nobis, sufficientes simus. Si ergo Deus tria hæc, hoc est, bonum cogitare, velle, & perficere, operatur in nobis: primum profecto sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos fuit. Siquidem immittendo bonam cogitationem, nos prævenit. Immutando etiam malam voluntatem, sibi per consensum jungit: ministrando & consensui facultatem, foris per apertum opus nostrum internus opifex innotescit . . . . . Cavendum ergo, ne cum hæc invisibiliter intra nos & nobiscum actitari sentimus; aut nostræ voluntati attribuamus, quæ infirma est; aut Dei necessitati, quæ nulla est: sed soli gratiæ, qua plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum: sanat, cum immutat affectum: roborat, ut perducat ad actum: servat, ne sentiat defectum. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, ut tantum illud in primo præveniat, in cæteris comitetur: ad hoc utique præveniens, ut jam sibi deinceps cooperetur. Ita tamen quod a sola gratia cœptum est, pariter ab utroque perficitur: ut mixtim, non singillatim; simul, non vicissim, per singulos profectus operentur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere individuo peragunt: totum quidem hoc, & totum illa, sed ut totum in illo, sic totum ex illa. Credimus placere lectori, quod a sensu Apostoli nusquam recedimus.„ S. Bernardus mirabilem gratiæ œconomiam & operandi modum hic egregie describit.

2. ad Cor. 3.

S. Bern. opusc. 3. tom. 1. Aliquanto post cum causa exigente Parisios venisset, rogatu Stephani & clericorum, scholas ingressus coram clero copioso sermonem habuit de conversione morum: imprimis in clericorum ambitionem & incontinentiam invehitur, eosque ad conversionem adhortatur, cujus difficultatem sic exponit, ut simul pœnitentiæ modum & viam aperiat. Tres ex illis compuncti & conversi ab inanibus studiis, abrenuntiantes sæculo ipsi adhæsere.

Albert. chron. XII. Anno millesimo centesimo vigesimo nono plures habitæ sunt synodi. Henricus Virdunensis episcopus per vim in eam sedem ingressus, incontinentiæ, simoniæ, dilapidationis bonorum ecclesiasticorum a canonicis accusatus est. Honorius II. ideo scripsit ad Matthæum Albanensem legatum suum, ut Catalaunum adiens, eum evocaret ad suam præsentiam, convocatisque, episcopis causam canonice diffiniret. Synodus apud Catalaunum convenit in die purificationis B. Virginis. Henricus sibi conscius, quod plures villas suis fautoribus dedisset, de consilio S. Bernardi episcopatum dimisit, causans quod invitis præesse nollet. Aurelianensis synodi tunc quoque celebratæ acta periere: supereſt tantum epistola Godefridi Vindocinensis abbatis, qui ad eam evocatus ab Umbaldo Archiepiscopo Lugdunensi, sedis Apostolicæ legato, ei respondit: Ad concilium venire nec possum, nec debeo; nam noverit dilectio vestra, privilegiis Romanorum Pontificum sub anathemate confirmatum esse, & interdictum, ne allodiarius beati Petri abbas Vindocinensis, ab episcopo, vel a quolibet Apostolicæ sedis legato, ad concilium vocetur, nec ullo modo venire cogatur.

Catalaun. synodus Concil. tom. 6. ed. Hard.

Christi An. 1129.

Henricus Anglorum rex, Kalendis Augusti, Londoniæ tenuit magnum concilium de sacerdotum focariis, sive concubinis. Affuerunt Willelmus Cantuariensis & Turstanus Eboracensis Archiepiscopi cum suis suffraganeis, quos omnes simplicitate Cantuariensis archiepiscopi rex Henricus decepit. Concesserunt namque Regi justitiam de focariis sacerdotum. Quæ res postea cum summo dedecore terminata est. Accepit enim Rex pecuniam infinitam de presbyteris, pro suis focariis redimendis. Tunc, sed tarde, pœnituit episcopos de concessa licentia.

Ibid. *Londin. synodus.*

Concil. Hisp. d'Aguir. Alphonsus VII. Castellæ rex, in Palentina civitate, prima hebdomade quadragesimæ, convocatis episcopis, abbatibus, & comitibus, synodum celebravit: conquestus est de Alphonso rege Arragoniæ, quod is nollet sua oppida restituere; & archiepiscopatus Emeritensis dignitatem, quam in Compostellanam ecclesiam transtulerat Calistus Papa II., diplomate confirmavit, archiepiscopo Compostellano postulanti promisit, ut ea, quæ ad suum, & suorum successorum jus in Emeritana civitate pertinebant, ubi primum Deo opitulante Saracenos ex ea expulisset. Statutum est etiam ut concubinæ clericorum manifeste ejiciantur.

Tolosana synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. XIII. Romanus diaconus cardinalis & sedis Apostolicæ legatus Tolosæ in synodo promulgavit decreta sequentia. " Primum statuit, ut in singulis locis unus sacerdos & tres laici constituantur, qui hæreticos diligenter inquirant, inventosque episcopis, vel eorum bailivis intimare studeant, ut animadversione debita puniantur. Idem faciant abbates exempti in suis locis. Secundum. Quicumque de cætero in terra sua permittet scienter morari hæreticum ... & fuerit convictus: amittat in perpetuum terram suam, & corpus suum sit in manu Domini ad faciendum inde quod debebit. Tertium. Si convictus non fuerit ... & frequenter in terra sua inveniantur hæretici, vel super hoc sit diffamatus, pœnis legitimis puniatur. Quartum. Domum autem, in qua fuerit inventus hæreticus, diruendam decernimus, & locus ipse confiscetur. Quintum. Ballivus, qui contra hæreticos non est diligens, bona sua amittat & officium. Sextum. Nemo puniatur ut hæreticus, nisi talis per episcopum loci, vel per personam ecclesiasticam, quæ potestatem habeat, talis fuerit judicatus. Octavum. Hæretici, qui sponte ad fidem catholicam revertuntur, non remaneant in sua villa, si suspecta de hæresi habeatur ... sed collocentur in villa catholica: & duas cruces ferant in vestibus suis: nec de cætero talibus officia publica committantur. Hæretici, qui timore mortis, vel alia quacumque causa, dummodo non sponte, redierint ad catholicam unitatem, ad agendum pœnitentiam, per episcopum loci in muro includantur, ut facultatem non habeant alios corrumpendi. Decimum. Universi tam mares quam fœminæ, masculi a decimo quarto anno, fœminæ a duodecimo abjurent omnem hæresim extollentem se adversus catholicam Romanam ecclesiam, & fidem orthodoxam, quibuscumque nominibus censeatur: jurent etiam, quod fidem catholicam, quam Romana Ecclesia tenet & prædicat, servabunt, & hæreticos pro viribus persequentur, & eos bona fide manifestabunt ..... Hujusmodi autem juramentum singulis bienniis renovetur. Undecimum. Omnes utriusque sexus postquam ad annos discretionis advenerint, confessionem peccatorum faciant ter in anno proprio sacerdoti, vel alii de voluntate ipsius, injunctam pœnitentiam humiliter & pro viribus impleturi; & ter in anno, in Natali Domini, Pascha, & Pentecoste, sacramentum Eucharistiæ cum omni reverentia recepturi: nisi forte ob aliquam causam rationabilem, ad tempus ab ejus participatione abstinuerint, de consilio proprii sacerdotis... Nam si quis aliter abstinuerit, suspectus de hæresi habeatur. Duodecimum. Prohibemus etiam, ne libros veteris Testamenti aut novi laici permittantur habere, nisi forte psalterium, vel breviarium pro divinis officiis ... sed ne præmissos libros habeant in vulgari lingua translatos, arctissime inhibemus. „ Albigenses Manichæi vetus Testamentum rejiciebant, ut Novo, quod depravabant, contrarium. Cumque non pauci textus difficile concilientur, hac apparenti oppositione multos seducebant. Igitur, ne scripturæ lectio tunc laicis ob imperitiam fieret occasio scandali, hanc episcopi prohibuere. Sequentia statuunt, ut infamati de hæresi, officio medici non utantur, & domini terrarum eis non committant suas ballivias, seu administrationem rerum suarum; ut

Christi An. 1129. nemo condat testamentum, nisi sub testimonio sui presbyteri, vel si absit, alterius personæ ecclesiasticæ, alioquin vigorem non habeat. Decimum sextum. " Ut parochiani Dominicis & festis diebus, si sint in villa, teneantur ad ecclesiam venire, audituri ex integro prædicationem & divinum officium: nec recedant donec Missa compleatur .... Quod si non fecerint, duodecim denarios Turonenses solvere quilibet teneatur, quorum medietas sit domini villæ, & alia sacerdotis & ecclesiæ.

XIV. Lotharius rex eodem anno Quindelingeburgi Pentecosten celebravit, & sancti Servatii monasterium ipso instituente consecratum ac dedicatum est. In commemoratione vero sancti Pauli facta est commotio permaxima civium Magdeburgensium contra Norbertum archiepiscopum, eo quod majorem ecclesiam pollutam nocturno tempore purificaverat. Crescente tumultu, ascendit in superiora antiquioris monasterii cum Misnensi, & Havelbergensi episcopis, & præposito majoris monasterii: ibique diu multumque obsessus est, objurgantibus adversariis, quod altaria fregerit, & reliquias sanctorum abstulerit: sed hunc divina gratia mirabiliter de insidiis eorum eripuit, & persistentes in malo excommunicans sibi eos subjecit. Treverensis autem Archiepiscopus contra Regem sentiens, Romam profectus est, ut ejus causam apud Papam disturbaret. Sed in ipso itinere, a Conrado, cui favebat, capitur, & in vincula conjicitur, ibique in captivitate moritur.

Annal. Saxo. p. 662.

XV. Honorius Papa II., medio mense Februario anni millesimi centesimi trigesimi viam universæ carnis ingressus est ad Dominum; & in basilica Salvatoris seu Lateranensi sepultus est: sedit annos quinque, & menses fere duos. Postridie Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli electus in Apostolatum, invitus & reluctans Innocentius II. nominatus est; & sexta die ordinatur in presbyterum, & sequenti die consecratus est in summum Pontificem, apud sanctam Mariam novam: ideo sic festinanter egere, ut Petrum Leonis cardinalem præpotentem, qui seculariter ad Papatum aspirare videbatur, spe sua frustrarentur. Re ipsa Petrus Leonis eodem die ac Innocentius electus & consecratus est in Apostolicum apud S. Petrum, & Anacletus II. appellatus est. Hoc schisma difficillimum totam turbavit Ecclesiam, quæ ratam habuit Innocentii electionem, quæ proinde prior & canonica fuit, ut ex dicendis fiet manifestius. Anacletus statim hostiliter fecit aggredi domos Frangipanum, in quas Innocentius se receperat, cumque eas occupare non potuisset, ad sanctum Petrum equitans, ecclesiam deprædatus est, coronas pendentes per sanctuarium, cum toto thesauro argenti & auri, atque gemmis, quas Romani Pontifices, & orthodoxi Imperatores obtulerant, sacrilege abstulit, & ciborium, seu tabernaculum, quod super altare erat, detruncare præsumpsit: sublatisque omnibus, ad patriarchium beatæ Mariæ accessit, & ipsam ecclesiam multo majori thesauro ditatam expoliavit: ac pariter ad alias ecclesias manus extendens, quidquid in eis invenit, rapuit, & asportavit: atque ex iis conflatis pecuniis, corruptum vulgus ita sibi adstrinxit, ut præter Frangipanum & Corsorum munitiones Innocentius Papa nullum in urbe subsidium haberet. Itaque cum ita obsessus esset, ut nemo ad eum sine vitæ periculo posset accedere, conscensa navi relicto Romæ Conrado Sabinensi episcopo, ut suo vicario, cum sexdecim suis cardinalibus Pisas venit, inde profecturus in Galliam; sed nuncios præmisit, qui Gallicanæ ecclesiæ rei gestæ veritatem aperirent, & hortarentur episcopos, ut damnarent schismaticos.

Christi An. 1130. Falc. chron. Annal. de Margan. to. 2. *Innocent. II. succedit Honorio.*

Innocentii cardinales literas dederunt ad Petrum Portuensem episcopum, & cardinalium decanum, qui Anacletum consecraverat, ut eum ad suas partes retraherent: in suis literis dure in mores Anacleti invehebantur. Petrus Portuensis, eis rescribens monet, ut ab utriusque reprehensione abstineant, si quidem uterque in conspectu Ecclesiæ sapienter & honeste vixerit. Tum veniens ad electionem, sic loquitur: Siccine didicisti Papam eligere, in angulo, in abscondito? si mortuo Papæ vivum succedere volebatis, cur mortuum vivere prædicabatis .... Postremo nec vestrum, sicut nec meum fuit eligere, sed potius electum a fratribus spernere vel approbare. Quia igitur neglecto ordine, contempto canone, spreto etiam a vobis condito anathemate, me inconsulto priore vestro, inconsultis etiam fratribus majoribus & prioribus, nec etiam vocatis aut expectatis, cum essetis novitii, & in numero brevi, quod pauciſſimi facere præsumpsistis, pro infecto habendum esse, & nihil omnino existere, ex ipsa vestra æstimatione potestis advertere. Cito nobis Deus adfuit: Fratres siquidem vestri cardinales, quorum præcipua in electione potestas, cum clero universo, expetente populo, cum honoratorum consensu, unanimi voto delegerunt omnium Petrum cardinalem in Romanum Pontificem Anacletum .... Hunc Ecclesia susçipit & veneratur. En rationes, quibus electores Anacleti illius promotionem tuebantur.

Malmes. hist. l. 2.

Christi An. 1130.

Anacletus eadem prope repetit in suis literis ad Lotharium Germaniæ regem, ut eum sibi conciliaret: hisque subjicit. Nos quæ officii nostri sunt, in urbe, intus & extra libere exercemus, ordinationes cardinalium fecimus, & episcopos consecravimus. Rogamus itaque nobilitatem tuam, ut pro Romana Ecclesia consueta debeas instantia laborare. Demum monet, ne aures præbeat mendaciis Haimerici cancellarii, & Joannis de Crema, quos onerat conviciis. Hi quippe erant Innocentii fautores præcipui.

Ex cod. Cassin.

Anacleti quoque clerus scripsit Lothario, scilicet viginti septem cardinales, quorum plures nuper creaverat, episcopi, & alii; qui ejus partes sequebantur, eadem repetunt, ut probent, suam electionem fuisse canonicam, & negant Anacleti parentes vim sibi intulisse, quemadmodum falso divulgabant eorum adversarii; sed fatentur, præter cardinales Innocentii electioni adfuisse quosdam episcopos, ad quos nihil de Romani Pontificis electione pertinere dicunt. Secundam ad Lotharium epistolam misit per clericum Argentinensem; sed cum nullum ab eo responsum accepisset ... Romæ præfectus & primores urbis ad eumdem dedere literas: obnixius deprecamur, inquiunt, ut Anacleto in omnibus debeas regali affectione favere, & auxilii tui manum porrigere, & ejus & Romanæ Ecclesiæ hostes, sicut & ipse tuos, refellere ... Sane si Princeps noster, & cleri cupis esse; si Romani Imperii optas tibi fasces & gloriam vindicare, necesse est, te Romanis legibus coaptari, nec civium tuorum & magistratus urbis vota rescindere. Demum de ejus silentio conqueruntur; hortantur, ut nuncium & literas ad Papam dirigat, cujus legatum statim recipit ... Datæ sunt Kalendis Junii.

Ibid.

Ottonem vero episcopum Tudertinum legatum in Galliam misit, instructum literis ad Ludovicum regem, & ejus uxorem, & ad Henricum Angliæ regem datis, cum aliis ad quosdam Galliæ episcopos & Principes, ut eosdem ad se traheret. Legato vero suo concilia convocandi potestatem tribuit. Hæ literæ datæ sunt die prima Maji.

Ibid.

Gregorium diaconum etiam legatum direxit in Aquitaniam, cum potestate congregandi synodos, cui & literas officiosissimas tradidit pro Cluniacensibus, penes quos adolescens ipse vitam monasticam exercuerat. Postquam in iis invectus est in adversarios, dicit, se post trinam admonitionem eos excommunicasse in synodo. Innocentio tamen adhæsere Cluniacenses, quos velut inconsideratos redarguit Raimbaldus canonicus Leodiensis, vir eruditus: putabat enim suspendendum judicium, dum utriusque partis jus maturius examinaretur. Gerardus Engolismensis episcopus Innocentio scripsit, ejus legationem postulans; qua non obtenta, indignatus resiliit, atque ad partes Anacleti transiit, qui eum suum legatum constituit. Ille vicissim ejus electionem acerrime defendit. Anacletus ad Imperatorem Constantinopolitanum misit, & scripsit ad regem Hierosolymitanum, sed in Oriente omnis ejus conatus fuit irritus.

Rogerius Calabriæ dux & Capuæ princeps, qui præterea Siciliæ, Apuliæ, & cæteris regionibus dominabatur, Anacletum agnovit, eumque suæ ambitionis adjutorem habuit. Siciliæ regis nomen sibi vindicare studens, Salerni comitia coegit: ubi magnates & episcopi unanimiter decernunt, ut in regiam dignitatem apud Panormum Siciliæ Metropolim promoveatur. Rogerius illorum consiliis roboratus Siciliam repetit, mandans, ut omnes omnium ordinum proceres ad ejus ordinationem Panormi convenirent, ibique a quatuor Archiepiscopis coronatus est, in natalitio Domini: seque Siciliæ, & Italiæ regem appellavit, sic enim inscripsit sua diplomata: Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ & Italiæ rex, Christianorum adjutor, & clypeus. Baronius refert Anacleti diploma valde detruncatum, quo hanc ejus ad regni fastigium provectionem vel fieri concedit, vel factam

Alexand. Celesen. l. 2. Jul.

CHRISTI AN. 1130. factam confirmat, & ſimul innovat donationes, quas Romani Pontifices fecerunt Rogerii prædeceſſoribus. Has, inquit, noſtras conceſſiones ſic concedimus & tradimus tibi & tuis filiis & habendas & poſſidendas jure perpetuo. Dum nobis noſtriſque ſucceſſoribus homagium & fidelitatem, competenti nobis & vobis ſecuroque loco facietis, vel facient, juraveritis & juraverint: ſi in nobis vel noſtris ſucceſſoribus non remanſerit, non ideo honores ſeu dignitates, vel terræ ſuæ patiantur diminutionem. Tu autem cenſum .... & hæredes tui videlicet ſexcentos ſchiſatos, quos annis ſingulis Romanæ Eccleſiæ perſolvere debes, ſi requiſitus fueris. Sed quidquid ſit illius diplomatis, cum ab antipapa datum ſit, nullius eſt authoritatis.

CHRISTI AN. 1131. Concil. tom. 6. ed. Hard. Anicienſis ſynodus.

XVI. Innocentius Papa feliciore ſucceſſu Reges, Principes & epiſcopos ſollicitavit. S. Hugo Gratianopolitanus, ubi cognovit, Petrum Leonis non ſuis meritis, ſed cognatorum & fratrum fultum præſidiis adverſus Innocentium inſurrexiſſe, morbis licet & ætate conſumptus, zelo tamen domus Dei, perrexit Anicium, ibique cum epiſcopis Anacletum excommunicavit. Quæ profecto excommunicatio, propter authoritatem tanti viri, contulit multum profectum Catholicis, & detrimentum ſchiſmaticis, quamvis Petrus Leonis & pater ejus ei multas olim veneraciones & obſequia præſtiterint: ſed beatus homo in tali negotio, ubi periclitabatur juſtitia, nec amicitia flectebatur, nec potentia terrebatur. S. Hugo diu non ſupervixit, ſed anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſecundo, ætatis ſuæ octogeſimo, epiſcopatus ſui quinquageſimo ſecundo, die prima Aprilis migravit ad Deum. Dignitatem ſuam ſæpius abdicare tentavit, ut in ſolitudine Deo unice vacaret. Honorius Papa id non permiſit, ſed literis ſuis eum conſolatus ſimul hortatus eſt, ut perſeveraret. Innocentius II. biennio poſt mortem eumdem in Sanctorum numerum retulit, & die ejus obitus illius memoria recolitur. Wlgrinus autem Bituricenſis Archiepiſcopus & Aquitaniæ Primas Gerardum Engoliſmenſem, Anacleti legatum depoſuit, qui aliquos epiſcopos ſibi reſiſtentes a propriis ſedibus deturbare præſumpſerat: cæteri ad Wlgrinum confugerant, quod in eadem ſynodo factum putant.

Innocentius II. Papa agnitus & ſuſceptus in Gallia.

Ibid. Ludovicus Francorum rex acceptis utriuſque partis literis, & auditis nunciis, generalem Galliæ ſynodum Stampis indixit, ut in commune decernerent epiſcopi, quid reciperent, quid damnarent. Neque enim Francia aliquando tali factione fœdata eſt, nec malignorum acquievit erroribus, nec fabricata eſt in eccleſia idolum, nec venerata eſt in Petri cathedra monſtrum. Congregato igitur Stampis concilio, abbas Claræ-vallenſis Bernardus ſpecialiter ab ipſo Francorum rege, & præcipuis quibuſque Pontificibus accerſitus, non mediocriter pavidus advenit, periculum quippe & pondus negotii non ignorabat. Celebrato prius jejunio, & precibus ad Deum fuſis, cum Rex & epiſcopi cum Principibus conſediſſent, unum omnium conſilium fuit, ut Dei negotium Bernardo imponerent. Quod ille timens, monitis tamen virorum fidelium acquieſcens, ſuſcepit, & diligenter proſecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam & famam prioris electi, ſuſcipiendum ab omnibus ſummum Pontificem Innocentium nominavit, & ratum eſſe omnes pariter acclamarunt.

Ibid. Claromontenſis ſynodus.

Interea Innocentius Papa Piſanis valefaciens & gratias agens, in Provinciam navigio delatus eſt, & ad S. Ægidium applicuit: pergens autem per Vivarium & Anicium, Alverniæ fines intravit, & apud Claromontum primum concilium celebravit, Anacletumque cum ſuis fautoribus damnavit. Hic nuntios Lotharii Germaniæ regis, Conradum Juvavienſem, Eribertum Monaſterienſem epiſcopos obvios habuit. Lotharius, poſtquam utriuſque partis literas recepit, & Gualtherium Archiepiſcopum Ravennæ & Innocentii legatum audiit, Octobri menſe anni milleſimi centeſimi trigeſimi Wirceburgi ſynodum ſexdecim epiſcoporum congregavit, quæ Innocentium elegit & confirmavit. Ibidem excommunicati ſunt Petrus Leonis, Conradus & frater ejus Fridericus, cum omnibus eis faventibus.

Annaliſt. Saxo. p. 664. *Idem a Germanis agnitus.*

Orderic. l. 13. Cluniacenſes, ut Papæ adventum cognoverunt, ſexdecim equos ſeu mulos, cum apparatu congruo, ei & cardinalibus deſtinaverunt, & uſque ad ſuam baſilicam favorabiliter conduxerunt, eumque per dies undecim cum ſuis detinuerunt: eccleſiamque novam in honore S. Petri dedicavit, eodem die, quo olim prædeceſſor ejus Urbanus Papa II. ibidem majus altare conſecraverat. Suggerius abbas hic eum Regis nomine ſalutavit. Innocentius tanto exhilaratus ſuffragio, & gratias Regi referens, uſque Floriacum prope Aurelianum ſuper Ligerim deſcendit. Rex cum regina & filiis ei occurrens, nobilem verticem tanquam ad ſepulchrum Petri inclinans, pedibus ejus procumbit, & Catholicum affectum, & devoti ſervitii effectum ei & eccleſiæ promittit. Inde a Gaufredo Carnotenſi Carnotum deducitur. Gerardus Engoliſmenſis omnem lapidem movit, ut Henricum Angliæ regem ad Anacleti partes traduceret, jamque plures ejus epiſcopos ſeduxerat; ſed S. Bernardus ad illum præmiſſus tandem ei perſuaſit Innocentium recipere, cum enim, diſſuadentibus ſuis epiſcopis, omnino detrectaret: Quid times? ait Bernardus: times peccatum incurrere, ſi obedias Innocentio? cogita de aliis peccatis tuis, quomodo reſpondeas Deo: iſtud mihi relinque: in me ſit hoc peccatum. Rex his perſuaſus, extra terram ſuam Papæ occurrit uſque ad Carnotum, devotiſſimeque pedibus ejus proſtratus, votivam ſui ſuorumque & terræ ſuæ ſuſceptionem, & obedientiæ filialis promittit plenitudinem, eumque menſe Januario anni milleſimi centeſimi trigeſimi primi Rotomagum honorificentiſſime deduxit.

CHRISTI AN. 1131. Sugger. in Lud. VI. Arnul. c. 6. in vita S. Bern. *Innocentius ab Angliæ rege ſuſceptus.*

Innocentius a Rege & ejus proceribus magnifice donatus Rotomago profectus, Galliam pertranſiens, Gallicanam, ſicut res exigebant, viſitavit eccleſiam, & ad partes Lotharingiæ ſe tranſtulit, cui cum Lotharius in civitate Leodii die vigeſima ſecunda Martii cum magno epiſcoporum & optimatum Teutonici regni collegio occurriſſet, in platea ante epiſcopalem eccleſiam humillime ſe ſtratorem offerens, pedes per medium proceſſionis ad eum feſtinat, alia manu virga ad defendendum, alia frenum albi equi accipiens, tanquam dominum deducebat. Deſcendente vero tota ſtatione eum ſubbrachiando deportans, celſitudinem paternitatis ejus notis & ignotis clarificavit. Sed velociter obvelata eſt illa ſerenitas, ſiquidem importune Rex inſtitit, tempus ſe habere reputans opportunum, epiſcoporum ſibi reſtitui inveſtituras, quas ab ejus prædeceſſore Henrico Imperatore Romana Eccleſia vindicaverat. Ad quod verbum expavere Romani, gravius ſeſe apud Leodium arbitrati periculum offendiſſe, quam declinaverint Romæ: donec murum ſe oppoſuiſſet S. Bernardus, audacter etiam reſiſtens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, multa authoritate compeſcuit. Ex his, quæ certa ſunt, ut conſtat ex actis conciliorum & relatione Suggerii abbatis, qui ſcripſit ea, quæ vidit; redargue mendaciſſimum Petrum diaconum Caſſinenſem, qui non dubitavit affirmare in eo conventu Leodienſi, inveſtituras ab Innocentio Regi cum terra comitiſſæ Mathildis fuiſſe conceſſas. Ibidem Otto Halberſtadenſis epiſcopus ab Honorio Papa jam triennio epiſcopatu privatus, interventu Regis & Principum officii ſui reſtitutionem promeruit. Excommunicati ſunt Petrus Leonis, Conradus & frater ejus Henricus, cum omnibus eis faventibus.

Sugger. in vit. Lud. VI. Concil. tom. 6. ed. Hard. *Leodienſis ſynodus.* Annal. Saxo. p. 664.

Innocentius in Gallias reverſus Remis convocavit concilium. Adfuere epiſcopi Franci, Teutonici, Aquitani, Angli, Hiſpani: Advenit & pater Nobertus, & cum aliis Petrum Leonis intruſum excommunicavit, Innocentiique confirmavit electionem, & obtulit eccleſiæ ſuæ privilegia vetuſtiſſima, quæ cuncta fecit renovari & corrigi, opponens ea, quæ receperat de manibus illorum, qui ea injuſte & violenter rapuerant. Addidit præterea aliud privilegium ſecreto, ut, cum daretur opportunitas, Romana fultus authoritate, ordinem ſuæ religionis in epiſcopali propagaret eccleſia. Præſentavit literas a Lothario rege Germanorum, in quibus Innocentio promittebatur obedientia, & quod ad expeditionem cum viribus omnibus regni ſui ſe præpararet, intimabatur. Similiter etiam rex Anglorum Henricus, per Hugonem Archiepiſcopum Rotomagenſem miſit ornatiſſimas literas, & promiſit obedientiam. Reges quoque Caſtellæ & Aragoniæ, qui vocabantur Alphonſus, miſſis per epiſcopos ſuarum provinciarum epiſtolis Papam ſalutant, & ſeſe & filios obedientes denuntiant, & auxilium contra Saracenos ſuppliciter efflagitant. Carthuſienſium literæ per quemdam abbatem de ordine Ciſtercienſi delatæ, in concilio per Gaufridum Carnotenſem epiſcopum recitatæ ſunt. Ludovicus Francorum rex cum conjuge & filio & multis proceribus venit ad ſynodum. Eum

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Remenſis ſynodus generalis.*

de mor-

Christi An. 1131. de morte Philippi ejus primogeniti jam coronati Papa consolatus, die decima quinta Octobris alterum ejus filium Ludovicum decennem, Regem consecravit in majori ecclesia.

Ibid. *Synodi canones.* Septendecim canones in eadem synodo editi sunt. Præcipui sunt. Primus. " Statuimus, ut, si quis simoniace ordinatus fuerit, ab officio cadat, quod illicite usurpavit, & ut, si quis beneficium per pecuniam acquisivit, honore male acquisito careat, & emptor ac venditor, & interventor nota infamiæ percellantur. „ Tertius vetat, ne quis morientium episcoporum & clericorum bona diripiat : sed ad opus ecclesiæ & ejus successoris in libera œconomi potestate permaneant. Ac proinde non succedebant consanguinei, erectis etiam jam dudum beneficiis, & facta bonorum ecclesiasticorum divisione. Quartus. " Decernimus, ut hi, qui a subdiaconatu & supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant .... & nullus Missas eorum audiat. „ Sextus notabilis est. " Prava consuetudo ... & detestabilis inolevit, quoniam monachi & regulares canonici, spreta SS. Benedicti & Augustini regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiscunt : & se patronos causarum faciunt, cum psalmodiæ vacare deberent ... & neglecta animarum cura ... pro detestanda pecunia sanitatem pollicentes, humanorum curatores se corporum faciunt ... Ut ergo ordo monasticus & canonicus, & Deo placens in sancto proposito inviolabiliter conservetur : ne hoc ulterius præsumatur, authoritate Apostolica interdicimus. Episcopi autem, abbates & priores tantæ enormitati consentientes, propriis honoribus spolientur. „ Hanc pravam consuetudinem induxerat eorum temporum ignorantia, vix enim inter laicos reperiebantur, qui hujusmodi artes necessarias possent exercere. Hinc synodus clericis non professis eas non prohibet.

Ibid. Canon septimus sic habet : " Præcipimus, ut laici, qui ecclesias tenent, eas episcopo restituant, aut excommunicationi subjaceant. Undecimus designat tempora & dies, quibus Dei treuga custodiatur. Duodecimus. Detestabiles ferias, in quibus milites, id est, nobiles equites convenire solent, & ad ostensionem virium suarum congrediuntur, unde mortes hominum & animarum pericula sæpe proveniunt, omnimodo fieri interdicimus. Quod si quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentia & viaticum non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura. „ Ejusmodi certaminum usus nihilominus adhuc per quatuor sæcula perseveravit : adeo difficile fuit abolere quod invexerat barbaries, & numquam viderunt Græci atque Romani. Decimus tertius. " Si quis suadente diabolo in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathemati subjaceat : & nullus episcoporum illum præsumat absolvere, donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandatum suscipiat. „ Decimus septimus incendiarios excommunicat.

Ibid. Papa soluto concilio, Antisiodori delegit commorari, & in his omnibus sanctum Bernardum a se separari non passus est : sed cum cardinalibus rebus publicis assidebat. Et privatim, quotquot habebant negotia, virum Dei consulebant ; ipse vero audita referebat ad curiam, & oppressis patrocinia exhibebat. S. autem Norbertus Præmonstratensibus permisit, ut alium abbatem sibi substituerent. Hugonem primum ejus discipulum elegerunt, qui cum sex aliis abbatibus capitulo generali interfuit, & statutum est, ut singulis annis haberetur. Post annos quatuor octodecim abbates in capitulo numerati sunt.

S. Otton. vit. apud Canis. t. 3. l. 3. *S. Ottonis secunda missio.* XVII. S. Otto Bambergensis episcopus circa initia pontificatus Innocentii II. novam missionem auspicatus est in Pomerania, quam ante quatuor annos ad fidem adduxerat. Per Saxoniam iter disposuit, & apud Hallam naves victualibus onerans per Albim flumen in Habalum perlapsus Leuticiæ litora usque adductus est, & ne populis illis vilescret, dives studuit advenire. Quæ secum portaverat, hic curribus quinquaginta imponens usque Timitinam Pomeraniæ civitatem transportavit. Inde per varias urbes transiit evangelizans, & multos baptizavit, & aliquos, qui ad idololatriam reversi erant, per pœnitentiam reconciliavit, & quædam fana dæmonum demolitus est. Tum ad Stetinam iter direxit cum ministris, eos enim ad idololatriam reversos audierat. Sed ejus clerici eorum crudelitatem veriti, ne illuc iret, vehementer hortabantur. Quibus ait : Nullum cogere volo ... Rogo autem, ut, si juvare non vultis, saltem ne me impediatis ... & dimissis omnibus, se in cubili suo in orationem dedit usque ad vesperam. Deinde vocat puerum familiarem, præcipiens, ut clausis januis nullum admittat. Tunc itineralia induit, indumenta vero sua sacerdotalia cum libro & calice in mantica ponens, omnia in humeros levat, incomitatusque urbe egreditur, & versus Stetinam progreditur, matutinale recitans officium, & hora noctis decima eo pervenit. Ejus clerici mane facto illum diligenter requirunt ; sed ubi ejus factum comperere, eum celeri cursu consequuntur, cum jam navem ingressus esset, & post multas utrimque lacrymas, amodo, inquiunt, te numquam deseremus : sufficit nobis hæc tam grandis confusio. Christi An. 1131.

Ibid. Sequenti die ascensa navi Stetinam perveniunt, atque in basilica sibi hospitium elegerunt, illiusque cives inter se dividuntur, alii enim in fide manserant, alii vero ad idola defecerant ; qui sacrificulorum suorum sermonibus incitati, armati mane cingunt ecclesiam, omnes, qui intus erant, cum magistro interficiendos clamitant. Episcopus martyrii avidus, pontificalibus se induens, crucem tollit & reliquias, psalmosque cum clericis personat. His auditis, eorum fortitudinem mirantur barbari, & clementius se habere cœperunt, dicentes jam non viribus, sed magis ratione opus esse, ut illa recipiant vel propulsent, & paulatim ad sua digrediuntur. Erat autem feria sexta, & episcopus cum suis illa die, sabbatoque jejuniis & orationibus, sacrisque meditationibus usque in diem Dominicam operam dedit.

Ibid. Interea Vitacus civis nobilis in conventu populi fidem prædicare non desiit : narrabatque, quomodo captus ab hostibus, catenisque in carcere conclusus, orando ad Dominum per merita Ottonis episcopi liberatus fuerit : nempe cum diuturna oratione fatigatus in somnum resolutus esset, Ottonem, qui eum baptizaverat, sibi assistentem viderit, & jusserit, ut illud Dei beneficium Stetinensibus narraret liberatus. Et mox signo crucis ad eum facto exire jusserit, & statim solutis omnibus suis catenis, progrediens ad ostium, carcerem apertum invenerit, & Deo gratias agens cursu ad mare tetenderit ; & cum nullam navem inveniret, rursusque incarcerari metueret, Ottonem rursus invocaverit, & ecce, ex insperato cymba ad litus allabitur, qua conscensa, & manu remigans, paucis horis Stetinam advenerit. Quod miraculum eis frequenter inculcabat, monens, ne divinam adversus se iram provocarent ; dum ejus fidem respuentes, idolis servirent. Et veniens ad servum Dei cum cognatis & amicis, gratias agens rem totam ex ordine ei narrat, ipsumque ardenter ad opus prædicationis instigat, auxilium ei & consilium ex sua suorumque parte pollicitus.

Ibid. Die Dominico, expletis Missarum solemniis, sicut erat sacra indutus, vexillo crucis præeunte, in medium forum se duci rogavit ... Erant hic gradus lignei, ex quibus magistratus ad populum concionari solebant : in his Otto sermonem ad populum habere cœpit, eumque pars maxima libenter audiebat : cum unus sacerdotum, plenus furore, accedens ad ipsos gradus, verbis quibusdam contumeliose prolatis, silentium mandat loquenti, populoque dixit : O insensati, quare sic decepti estis? Ecce hostis vester, & hostis deorum vestrorum ; feretne impune contemptum & injuriam? & quos noverat ad facinus audaciores, sigillatim adhortatur. Inflammati hastas levant, quas dum ad jaciendum vibrant, actu rigent in ipso, & de loco moveri non poterant. Hac pœna tamdiu multati sunt, quousque boni in sua fide firmarentur, & illi a pravitate cordis corrigerentur. Episcopus autem arrepta occasione, Cernitis, inquit, fratres, quanta sit potentia Domini ... Quare non jacitis hastas? ... Dii vestri, pro quorum religione certatis, si quid possunt, vobis auxilientur. Illi vero præ confusione nihil respondebant. Episcopus gratias agens Deo, eisque benedicens, in pristinum statum restituit, descendensque cum fidelibus ecclesiam S. Adelberti ingressus est, & altare abominationis comminuit & ejecit.

Ibid. Interim seniores a mane usque ad medium noctis, de salute propria & totius populi, & conversione deliberant : & mediante Spiritu sancto in hanc sententiam omnes conveniunt, ut funditus extirpata idololatria, se religioni Christianæ submittant. Witstacus cum paucis ad episcopum veniens

omne

Christi An. 1131. omne consilium ei intimat, & sacerdotem, qui populum adversum eum commoverat, a civibus ejectum nuntiat. Episcopus mane Missas celebrans concurrentes cives alloquitur, & paratos ad omnia invenit. Apostatæ per manus impositionem Ecclesiæ reconciliantur, pueri baptizantur, fana destruuntur, ecclesiæ reparantur, eorumque fides miraculis confirmata est.

Ibid. Episcopus inde Julinam venit, & nihil adversitatis invenit: omnes enim redargutiones de apostasia, seu de aliis excessibus, patienter ferebant, mala opera corrigere parati. Ille omnes per manus impositionem Ecclesiæ reformavit; baptizatis etiam pueris, quos hujus sacramenti expertes invenit. Ad Ruthenos ire prædicandi gratia jam destinabat, quorum regio Danorum episcopo subjecta erat. Rutheni Ottoni mandant, ne fines eorum contigeret. Ille tamen ad iter omnia disponit; sed Stetinenses, qui eum comitabantur, proposita illius gentis immani feritate, & bestiali conversatione ab eo consilio revocabant; nihilominus unum e suis presbyteris cum literis & muneribus misit ad Danorum Archiepiscopum, qui eum honorifice suscepit, de legatione vero se nihil respondere posse dixit, nisi prius Danorum magnates consuluissent. Juvanus presbyter & alii legati hoc longum judicantes, se dimitti rogant, & benigne cum literis ac donariis remisit. Interea plures nuncii de partibus Alemanniæ venerunt, magnis & necessariis causis episcopum revocantes. Quapropter accelerato itinere Bambergam reversus est.

Bolland. 7. April. XVIII. Eadem ætate sanctitate floruit Aybertus presbyter & reclusus ordinis S. Benedicti; in eremo annis viginti quinque vixit: totidem prius peregerat in monasterio. Duas singulis diebus Missas celebrabat, unam pro vivis, alteram pro defunctis: populis ad se venientibus meliora consulens, secreta confessionum excipiebat, hanc enim facultatem ei Honorius Papa concesserat. Septimo Idus Aprilis, ipso die sancto Paschæ feliciter obdormivit in Domino. Florebat etiam S. Leopoldus, cognomento Pius, quartus ejus nominis marchio Austriæ. Neumburgi & sanctæ crucis monasteria fundavit. Innocentius VIII. eum miraculis clarum, Friderici III. Imperatoris & principum Germaniæ precibus, in Sanctorum numerum retulit. Stephanus II. Hungariæ rex morti proximus monachalem habitum suscepit, annoque millesimo centesimo trigesimo primo migravit ad Deum. Tunc quoque in eodem habitu diem extremum obiit Balduinus II. rex Hierosolymorum: graves inimicitias exercuerat cum Stephano patriarcha, quem post duos annos patriarchatus veneno sustulisse, multorum fuit opinio. Fulco comes Turonensium & Andegavensium, cui Balduinus filiam suam primogenitam Melisendem dederat uxorem, ab eodem successor ejus designatus, die decima quarta Septembris regni coronam suscepit de manu Guillelmi Archiepiscopi, qui cum antea Prior esset S. Sepulchri, licet parum in literis versatus, tamen bonis moribus ornatus, & omnibus acceptus, Stephanus suffectus est.

Tyr. l. 13. c. ult. & l. 14. c. 1.

Ernald. in vit. S. Bern. XIX. Innocentius Papa circa idem tempus Claram-vallem per se ipsum visitare voluit. S. Bernardus, qui Genuensem & Catalaunensem episcopatum recusaverat, eum cum suis pauperibus monachis scopulosam bajulantibus crucem, affectuosissime suscepit. Flebant episcopi, flebat & ipse summus Pontifex: & omnes mirabantur congregationis illius gravitatem, quod in tam solemni gaudio oculi omnium humo defixi, nusquam vagabunda curiositate circumferentur. Nihil in ecclesia illa vidit Romanus, quod cuperet; gaudebant omnes in Domino, & solemnitas non cibis, sed virtutibus agebatur. Panis ibi autopyrus, id est, ex quo nihil neque pollinis, neque furfuris excretum est: pro careno sapa, pro rhombis olera, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur: si forte piscis inventus est, domino Papæ appositus est.

Bernard. ep. 125. ejusd. nov. Bernardus tunc quoque literas ad diversos dedit, ut eos ad Innocentii obedientiam pertraheret. Gaufrido de L'oratorio doctori celebri, & postea Burdegalensi Archiepiscopo, sic exponit rationes, cur Innocentii electio & canonica sit & alteri præponenda: " Alemanniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hispaniarum & Hierosolymorum reges, cum universo clero & populis, favent & adhærent domino Innocentio, tanquam filii patri, tanquam capiti membra, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Merito autem illum recipit Ecclesia, cujus & opinio clarior, & electio sanior inventa est, nimirum eligentium, & numero vincens, & merito. „ Demum eum hortatur, ut Gerardum Engolismensem debellare studeat, & Willelmum comitem Pictaviensem de ore Leonis eripiat. Eadem scripsit Hildeberto Turonensi Archiepiscopo. Tertiam & prolixiorem epistolam dedit ad episcopos Aquitaniæ, contra Gerardum Engolismensem, qui propter denegatam legationem ab Innocentii partibus ad Anacletum defecerat, ejusque partes plurimum promovebat, atque sola ambitione schisma fovebat. Ibidem de Anacleti electione sic loquitur: " Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. Quis vero ille, nisi homo peccati, qui super electum a Catholicis, & canonice, locum sanctum invasit, quem tamen, non quia sanctus est, sed quia summus est, affectavit? Invasit, inquam, armis, igne, pecunia, non vitæ merito vel virtutum . . . . nam illa, quam jactat, juratorum suorum, non electio, umbra tantum fuit & velamentum malitiæ . . . Stat quippe sententia ecclesiastica & authentica, post primam electionem non esse secundam. Celebrata proinde prima, quæ secunda præsumpta est, non est secunda, sed nulla. Nam etsi quid minus forte solemniter, minusve ordinabiliter processit in ea, quæ præcessit, ut hostes unitatis contendunt: numquid tamen altera præsumi debuit, nisi sane priore discussa ratione, cassata judicio. „ Tum novum judicium frustra postulari probat; siquidem Innocentium susceperunt pene omnes Occidentis & Orientis episcopi, principes, clerici, & monachi, & Petrum Leonis rejecerunt. " Et tamen isti, inquit, nescio, qua contentiosa importunitate reclamant: vocant in causam orbem, & cum sua paucitate universitatem flagitant judicari, & quia præjudicaverunt in electione, de confirmatione rejudicare contendunt. Quis tantos, quæso, in unum cogere queat exercitus utriusque ordinis Principum, ne dicam plebium, & adducere in examinationem? Quis tot Sanctorum millibus persuadere sufficiat, quod prius ædificaverant, iterum destruere, & abducere semetipsos in prævaricationem? Quis deinde locus omnibus tantus, omnibus tutus? Universæ quippe Ecclesiæ negotium est, non unius causa personæ. Videtis, quod de impossibili calumniam struitis matri vestræ, immo vobis foveam foditis, in quam præcipitemini, & laqueum nectitis, quo teneamini, ne ad gremium revertamini matris vestræ . . . sed esto, mutet consilium suum Deus, secundum hominem dico . . . convocet a finibus terræ concilium: judicari bis in idipsum, quod ipse non facit, patiatur: quosnam, quæso, dabunt judices sibi? omnes quippe in parte sunt, & partibus de judicio haud facile convenit: atque ita ad litem magis, quam ad pacem tantus conventus fatigabitur. Et hæc dicimus, non de nostra justitia diffidentes, sed a vestra cavent(es versutia. Jam enim Deus eduxit tanquam lumen justitiam suam, & judicium suum tanquam meridiem. „

Anacleti electio irregularis & violenta.

Ibid. Duo itaque sunt, de quibus contenditur, quisnam eorum rectius videatur esse Papa. Quorum primo quidem si personas compares, ut neutri sane vel derogare videar, vel adulari, dicam, quod dici passim reperies, & neminem arbitror diffiteri: quia videlicet Innocentii nostri vita vel fama nec æmulum timet, cum alterius nec ab amicis tuta sit. Deinde si electiones discutias, nostra itidem mox occurrit & promotione purior, & ratione probabilior, & prior tempore. Porro de tempore constat: reliqua duo merita probant, & dignitas eligentium. Hanc enim, ni fallor, partem saniorem invenies, tam episcopos, quam cardinales diacones, sive presbyteros, & quorum maxime interest de electione summi Pontificis, & quanti in eligendo juxta Patrum scita sufficiant. Quid & in consecratione? nonne Ostiensem, ad quem specialiter utique spectat, habemus? Cum igitur & electus sit dignior, & electio sanior, & actio ordinabilior teneatur, qua isti ratione, immo qua contentione, contra jus & fas & vota omnium bonorum, invitæ & renitenti Dei Ecclesiæ præficere alium, & illum deponere tentant? „ Vides, lector, quod universalis Ecclesiæ dispersæ judicium sit irreformabile, licet non pauci contradicant sive episcopi, sive presbyteri, quos magnus populus sequitur.

Hinc eosdem hortatur, ut se schismaticorum conatibus

Innocentii electio canonica.

Christi An. 1131. natibus opponant. Quod utique præstitere : Willelmus Santonensis episcopus literis suis Vulgrinum Bituricensem totius Aquitaniæ Primatem monuit, Gerardum Engolismensem Ecclesiam Dei in suis partibus perturbasse, ut jam quæratur inter eos, cujus quis professionis sit: Et, quia, inquit, ipsius pravæ persuasioni nos & comprovinciales episcopi consentire nolebamus, Guillelmum Pictaviensem, & Eustorgium Lemovicensem, fretus auxilio Principis nostri, scilicet Willelmi IX. comitis Pictavensis, e sedibus suis expulit, & alios intrusit. Sed quia non habere poterat episcopos, non consecravit illos, (sed postea ordinati sunt.) Abbatem quoque Angeriacensem a monasterio suo per manum comitis ejecit. Inter nos etiam & Principem nostrum tantam seminavit discordiam, pro eo quod intrusos suos consecrare nolebamus, ut nos & canonici nostri a sede nostra, & ab urbe & ecclesia, ob metum & minas Principis, egressi simus. Deinde subjungit: Gerardum, cum quadam die per episcopatum Santonensem pertransiret, ab Aimaro de Archiaco milite strenuo fuisse captum, & captum modo teneri : cujus captio, inquit, ecclesiæ nostræ & omni populo gaudium est & exultatio quam maxima. Eumdem Primatem rogat, ut literas transmittat ad Burdegalensem ecclesiam, quæ Gerardum in Archiepiscopum sibi elegit, & ad episcopos Agennensem, Petragoricensem, Pictaviensem, & Lemovicensem, & ad se, quibus inhibeat, ne ullus ei honor exhibeatur, jubeatque, ut episcopi omnes eum excommunicent ; annullet ejus electionem in Archiepiscopum Burdegalensem, ipsumque perpetuo deponat. Illis, qui Gerardum ceperunt, gratiam & absolutionem suam impertiatur, & Auscienſi Archiepiscopo, & Burdegalensi ecclesiæ, & eorum suffraganeis præcipiat, ut publice eos excommunicent, qui duci Aquitaniæ auxilium impenderint, donec in hac Ecclesiæ Dei perturbatione permanserit: coepiscopis quoque suis præcipiat, ut Aimaro de Archiaco pecunia, auxiliisque aliis suis subveniant : ut se defendere possit adversus Principem suum Aquitaniæ ducem, & comitem Engolismensem, qui pro liberando Geraldo ei minabatur.

In patriarch. Bitur. t. 2. biblioth. Lab. c. 62. *Wlgrinus Primas Bituric. Innocentii P. partes promovet.* Gaufrid. chron.

Ibid. Willelmus quoque Petragoricensis episcopus Vulgrino scribens, eum precatur, ut semper Innocentium tueatur, nec de promissa illi obedientia, sine episcopis comprovincialibus aliquid immutet : utque obtineat literas a rege Francorum, quibus tuitionem suam promittat omnibus Burdegalensis archiepiscopatus suffraganeis. Guillelmus Adelmus episcopus Pictavensis ad eumdem literas dedit, postulans nomine suffraganeorum Burdegalensis ecclesiæ, suoque, ut Gerardum Engolismensem excommunicatum reexcommunicet, omnesque ejus fautores. Vulgrinus vero illis & clero populoque Burdegalensis provinciæ rescribens, hortatus est, ut minas Principum, damna possessionum, vexationes corporum contemnerent : annullat electionem, quam de Gerardo jam excommunicato Burdegalenses clerici fecerant, aitque, eum a fructibus suis esse cognitum, cum antistites Lemovicensem & Pictavensem catholice & canonice ordinatos a sedibus suis indecenter expulerit. Denique scripsit ad episcopos Burdegalensis ecclesiæ suffraganeos, se paratum esse eorum tribulationibus compati, nullamque subjectionem Gerardo debere, quem Catholica Ecclesia in Remensi concilio pro schismate damnavit.

Inter Bernard. ep. 127. XX. Guillelmus Aquitaniæ dux solus inter Principes extra Italiam Anacleti antipapæ partes fovebat. Quapropter S. Bernardus ex persona Hugonis ducis Burgundiæ sequentem ad eum dedit epistolam. " Errorem vestrum ultra dissimulare non fero, quippe carne propinquus, & corde amicus . . . miror, quanam versutia modo vestra illa prudentia circumventa fuerit, eamdem matrem vestram & dominam deserere in tempore malo. Nisi forte & hoc vobis illi vestri consiliarii persuadere conentur, ad solam Petri Leonis domum, universalem Ecclesiam esse redactam. Viri mendaces, quos veritas destruit spiritu oris sui, affirmans, eam per os David ad universos fines terræ, & ad universas familias gentium dilatari . . . . Tutius vobis est, mi cognate charissime, ut in susceptione universalis Papæ, ab universitatis sensu & consilio non recedatis; quem omnis religio, quem Regum universitas receperunt, vobis quoque & honorificum & salutiferum est, ut recipiatis. „

Psal. 21.

Heribertus e Cenomanensi episcopatu translatus ad Turonensem Metropolim, S. Bernardi literis confirmatus, in obedientia Innocentii Papæ perseveravit, & octogenarius in Domino obdormiit. Ex ejus operibus supersunt centum triginta literæ, & centum quadraginta sermones, & vitæ sanctæ Radegondis, & Hugonis Cluniacensis abbatis, & compendium Theologicum, cujus pars postrema periit, & plurima ejus carmina. Canonici Turonenses post ejus mortem divisi sunt. Pars quemdam Philippum elegit, qui non intrans per ostium, Petrum Leonis adiit, & ab eo consecratus festinanter rediens Turonensium sedem occupavit. Christi An. 1132. De gest. episc. Cenom.

XXI. Innocentius II. in Galliis per annum commoratus, in quibus obedientiam & ingentem amicitiam receperat, discedens, ut se Lothario regi in Italia conjungeret, ingentem pecuniæ summam pro sumptibus itineris ab ecclesiis exegit: & Gaufredum Carnotensem, ad Gerardo Engolismensi resistendum, legatum suum reliquit, Cluniacumque pertransiens mense Februario anni millesimi centesimi trigesimi secundi, ejus privilegia confirmavit, & Guillelmi Hierosolymorum patriarchæ literas accepit, quibus suam ei obedientiam profitebatur. Sancto Bernardo tam de se bene merito sequens tradidit privilegium.. " Quam firma perseverantique constantia, causam S. Matris tuæ Romanæ Ecclesiæ, dilecte fili in Domino Bernarde abbas, incandescente Petri Leonis schismate, fervor tuæ religionis & discretionis susceperit defensandam, & se murum inexpugnabilem pro domo Dei opponens, animos Regum, ac Principum, & aliarum tam ecclesiasticarum, quam sæcularium personarum, ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem, & beati Petri ac nostram obedientiam, frequentibus argumentis & ratione munitis inducere laboraveris, magna, quæ Ecclesiæ Dei & nobis provenerit utilitas, manifestat. Quamobrem justis tuis desideriis accommodantes assensum, beatæ Mariæ Dei Genitricis monasterium, cui Deo authore præsides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus Apostolicæ sedis patrocinio communivimus, statuentes, ut quascumque possessiones aut bona, quæ ad eumdem locum in præsentiarum juste & canonice pertinere noscuntur, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, ei conferri contigerit, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. Prohibemus, ne aliquis Archiepiscopus vel episcopus te, vel successores tuos, seu aliquem abbatem Cistercienſis ordinis, nisi pro fide, ad synodum venire compellat. Quia vero Cistercienſe monasterium hujus religionis origo est ac principium, nostra concessione hac prerogativa non immerito gaudeat, ut, si quando fuerit pastore proprio viduatum, quemlibet abbatem de omnibus abbatis vestri ordinis vel monachum sibi libere præficiendum eligat, & absque aliqua contradictione obtineat : cæteris vero vestri ordinis abbatiis, quæ unam vel plures abbatias habent sibi subditas, & de sui corporis fructifera copia derivatas, abbate suo rebus humanis exempto, eligendi quemcumque maluerint de sibi subjectis abbatibus, vel quemlibet monachum de omnibus congregationibus Cistercienſibus, liberam concedimus facultatem. Illa autem abbatia, quæ nullum habet subditum, quemlibet monachum de omnibus præfatæ religionis congregationibus libere sibi in abbatem eligat & habeat. Porro conversos vestros, qui monachi non sunt, post factam in vestris cœnobiis professionem, nullus Archiepiscoporum, vel episcoporum, vel abbatum, sine vestra licentia suscipere, ut susceptum retinere præsumat. Statuimus, ut de laboribus, quos vos & totius vestræ congregationis fratres propriis manibus & sumptibus colitis, & de animalibus vestris vobis decimas expetere, vel recipere nemo præsumat. Datum Lugduni per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis & cancellarii, decimo tertio Kalendas Martii. „ Hac concessione reditus suos multum imminuit, & suas decimas aliis dari frustra conqueſti sunt, & reclamarunt Cluniacenses: quin etiam, cum ea de re Cistercienſibus litem intendissent, Papa eis excommunicationem comminatus est, nisi intra quadraginta dies desisterent. Inter Bernard. ep. 352. *Privilegium S. Bernardo datum.* Petrus Clun. l. epist. 33. & 34.

Innocentius transiens per sanctum Ægidium, & per montem Genevæ fines Longobardiæ ingressus est, & apud Astam solemnitate Resurrectionis Dominicæ celebrata, Placentiam venit. Ibi convocatis

episco-

Christi An. 1133. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Labbè.

Annal. Saxo. p. 665.

Anonym.

Ibid.

Sicileg. tom. 2.

epiſcopis, & aliis eccleſiarum Prælatis, tam de Longobardia, quam de Ravennatenſi provincia, & Marchia partis inferioris, concilium celebravit. Ejus acta non extant. Bruno epiſcopus Argentinenſis a clero & populo ſuper violentia, & invaſione impetitus, in ſynodo Moguntina in manus Matthæi Albanenſis cardinalis & legati & Moguntini Archiepiſcopi Argentinenſem reſignavit epiſcopatum. Quarto Nonas Martii ejuſdem anni corpus S. Godehardi Hildinisheimenſis epiſcopi cum magna miraculorum celebratione elevatur, ſicque veneratione publicæ proponitur. Lotharius autem rex Wirceburgi Aſſumptionem S. Mariæ celebravit, & inde cum exercitu profectus eſt in Italiam, ut a Papa in Romanum Imperatorem conſecraretur. In eo itinere, cum ad urbem Auguſtanam veniſſet, eam pacifice ingreſſus eſt. Sed quorumdam factione civium ſeditio contra Regis homines exorta eſt, & hac de cauſa repentino incendio civitas fere tota conflagravit. Rex Longobardorum fines intravit, & quia Colonienſis Archiepiſcopus abfuit, qui priſco debet jure cancellarius in illis eſſet partibus, Norbertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus huic officio deputatus eſt. Lotharius Modoetiæ Natale Domini celebravit, convocatiſque Longobardis in Roncallis generale colloquium cum Papa de rebus Eccleſiæ & Imperii habuit. Papa Piſas profectus eſt, & perhonorifice ſuſceptus, convocatis Genuenſibus, agente S. Bernardo cum Piſanis eos reconciliavit, ac firma pax utrimque juramento confirmata eſt. Syrum Genuenſem epiſcopum a ſubjectione Mediolanenſis exemit, eumque Metropolitanum conſtituit, eique Bobienſem epiſcopum, & Portiniacenſem abbatem, quem creavit epiſcopum, obedire præcepit: ac inſuper in inſula Corſica tres epiſcopos ſubjecit.

Anno milleſimo centeſimo trigeſimo tertio, Innocentius Papa & Lotharius rex convenientes ſtatuerunt, ut Romam feſtinarent. Rex per viam publicam tranſivit, Pontifex per maritima uſque Viterbiam, proceſſerunt poſtea ſimul per Sabinenſe, Farfenſe territorium, & apud eccleſiam S. Agnetis caſtrametati ſunt: deinde Romam intrantes ſecundo Kalendas Maji, Pontifex quidem in palatio Lateranenſi hoſpitatus eſt: Rex vero in monte Aventino tentoria fixit: tunc Piſani & Genuenſes in auxilium Papæ Innocentii cum exercitu navali Romam venientes, civitatem veterem, turrim pulveream, & oram maritimam eidem Pontifici ſubjugarunt.

Loharius rex reliquas ejusdem expeditionis circumſtantias ſic exponit, in ſuis encyclicis ad omnes Reges, Archiepiſcopos, & Principes literis. "Cum ad urbem proficiſceremur, nuncios illius ſchiſmatici Petri Leonis frequenter habuimus. Qui nimirum ex parte illius juſtitiam prætendentes, ipſi in jus ire parato non debere audientiam denegari, nec hoſtilibus impugnationibus moleſtari, publicis clamoribus aſſerebant. Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, id ipſum epiſcopis & cardinalibus, qui cum domino Papa Innocentio erant, ſignificare coacti ſumus. Ipſi vero tanquam canonicarum ſanctionum, & inſtitutionum eccleſiaſticarum non ignari, univerſam Dei Eccleſiam jam ſuper hoc promulgaſſe ſententiam: Petrum Leonis complices ſuos damnaſſe aſſerentes, quod erat univerſitatis, non debere privatum fieri reſponderunt: nos autem id ipſum cum patientia ſupportantes, & patrem noſtrum Papam Innocentium ad urbem cum gloria duximus, & Lateranenſi cathedræ reſtituimus, atque in monte Aventino caſtra-metati ſumus. Ibique Petrus Leonis aures noſtras, & Principum noſtrorum, per Petrum olim Portuenſem epiſcopum, & per alios ſuos fautores prætendendo juſtitiam ſollicitare non deſtitit. Qui etiam munitiones & obſides ſe nobis daturos ad ſufficientiam pro ſervando judicio, & viva voce & literis promiſerunt. Pacem igitur ſine effuſione ſanguinis reformare in Dei Eccleſia cupientes, quæ nobis illi dixerant, fratribus, qui cum domno Papa Innocentio erant, per nos ipſos ſignificavimus. Cæterum ipſi, ut pacis amatores, de juſtitia confidentes, tam perſonas ſuas, quam Leonis, & filiorum ſuorum, necnon Petri Frangipanis, & Petri Latronis, & munitiones in manu noſtra libere obtulerunt. Adverſa vero pars dies redimere cupiens, ſub velamine fraudulentarum promiſſionum nos aliquanto tempore a noſtra intentione retraxit. Tandem, quia ipſi ſæpe commoniti, implere, quod promiſerant, noluerunt, tanquam fallaces & perfidi, & divinæ & regiæ majeſtatis rei, cum Petro Leonis ejuſque complicibus damnati, & hoſtes a Principibus noſtræ curiæ judicati, videlicet Norberto Magdeburgenſi cancellario noſtro, Adalberone Bremenſi Archiepiſcopo, & Philippo Oſnabrugenſi, & Bernardo Padebornenſi, aliiſque tum epiſcopis, tum abbatibus, tum proceribus ibidem nominatis. „

Christi An. 1133.

Analiſt. Saxo. p. 666.

Otto Friſing. l. 7. c. 18.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

Lotharius Imperator Tuſciam recipit in allodium.

Lotharius rex ſecundo Nonas Junii die Dominica Imperialem a Papa ſuſcepit benedictionem & coronam, cum conjuge ſua Richeza in eccleſia Salvatoris, ſeu Lateranenſi: eccleſiam enim S. Petri, ubi coronari mos erat Imperatoribus, Petrus Leonis ſeu Anacletus cum aliis munitionibus occupaverat. Em. cardinalis Baronius refert, ſe in vaticanis ſcedis reperiſſe ſequens juramentum, quod Lotharius Innocentio Papæ præſtitit: "Ego Lotharius rex promitto & juro tibi domino Papæ Innocentio, tuiſque ſucceſſoribus ſecuritatem vitæ, & in membris, & malæ captionis, & defendere papatum & honorem tuum, & regalia S. Petri, quæ habes, manu tenere, & quæ non habes, juxta meum poſſe recuperare. „ Innocentius vero Lothario, poſtquam coronatus eſt, allodium terrarum comitiſſæ Mathildis conceſſit. Illius diplomatis hic eſt tenor: "Hoc nimirum, intuitu ſcilicet beneficiorum, quæ in ſedem Apoſtolicam contulit Lotharius, allodium comitiſſæ Mathildæ, quod utique ab ea beato Petro conſtat eſſe collatum, vobis committimus, & ex Apoſtolicæ ſedis diſpenſatione concedimus, atque in præſentia fratrum noſtrorum & Archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, nec non principum & baronum, per annulum inveſtimus, ita videlicet, ut centum libras argenti ſingulis annis nobis & ſucceſſoribus noſtris exſolvas, & poſt tuum obitum proprietas & jus ad dominium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cum integritate abſque diminutione & moleſtia revertatur. Quod ſi nos vel ſucceſſores noſtros in eamdem terram venire, manere, tranſire oportuerit, tam in ſuſceptione, quam in procuratione ſecuro conductu, prout Apoſtolica ſedes decreverit, honoremur. Qui vero arces tenuerit, vel rector terræ fuerit, beato Petro & nobis noſtriſque ſucceſſoribus fidelitatem faciant. Cæterum pro charitate veſtra, nobili viro Henrico Bavariæ duci genero veſtro, & filiæ veſtræ uxori ejus, eamdem terram cum præfato cenſu, & ſupradictis conditionibus Apoſtolica benignitate concedimus: ita tamen, ut idem dux hominium faciat, & fidelitatem beatro Petro & nobis noſtriſque ſucceſſoribus juret. Poſt quorum obitum prædictum comitiſſæ Mathildæ allodium, in jus & dominium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut ſupra dictum, integrum & abſque diminutione atque difficultate aliqua reducatur: ſalvo tamen in omnibus ejuſdem S. Romanæ Eccleſiæ jure & proprietate. Datum Laterani ſexto Idus Junii. „

Christi An. 1134.

Analiſt. Saxo.

Bernard. ep. 139.

Chronograph. Maurin. Sugger. in vit. Lud. reg.

Innocentius eodem die, quo Lotharium coronavit Imperatorem, uſum pallii Bernardo Paderbornenſi epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus conceſſit, quo uterentur in proprio tantum epiſcopatu. Lotharius autem, qui perexiguum ſecum adduxerat exercitum, cum caſtrum S. Angeli, aliaſque, quas tenebat Anacletus, muniones expugnare, & Rogerio regi reſiſtere non poſſet, Roma relicta, in Germaniam reverſus eſt. Innocentius vero Piſas ſe recepit, pars enim Romanorum maxima pars Anacleti ſequebatur. Extat ejus diploma hic datum, quo Piſtorienſis eccleſiæ privilegia confirmat. S. Athonis ejus epiſcopi nomen martyrologio Romano inſcriptum eſt. Alio reſcripto Lundenſem, cæteroſque epiſcopatus Daciæ, Suedio, Norvergiæ & Sclavorum Adelberoni Hamburgenſi & Bremenſi Archiepiſcopo reſtituit, & ſcripſit ad Nicolaum Danorum regem, & ad Suecorum regem, ut epiſcopos regnorum ſuorum ad obedientiam redire diligenter curarent. Eodem anno rurſus Hamburgum ad nihilum reductum eſt: exinde primum Brema archiepiſcopalis tituli uſum arripuit. S. autem Norbertus auſterioris vitæ & longioris itineris laboribus fractus, die ſexta Junii, anno milleſimo centeſimo trigeſimo quarto migravit ad Deum, quo die ejus memoriam recolit Eccleſia, poſtquam a Gregorio XIII. in Sanctorum numerum relatus eſt. Archiepiſcopatui Magdeburgenſi cum magna ſanctitatis opinione per annos octo præfuit. Goffridus abbas Vindocinenſis & cardinalis B. Priſcæ, ſeptimo Kalendas Aprilis ad cœleſtia regna tranſiit. Vir fuit in ſacris literis & canonibus exercitatus, ut oſtendunt ejus epiſtolæ, aliaque ejus opuſcula: tribus ſummis Pontificibus pergratus fuit & inti-

Christi An. 1134 & intimus, ut epistolæ mutuo datæ fidem faciunt. S. Bernardus Parmensis episcopus, qui ante S. Athonem fuerat congregationis Valumbrosanæ generalis abbas, tunc quoque ad æterna præmia evocatus est.

S. Bern. ep. 158. Concil. tom. 6. ed. Hard. *Thomæ Prioris cædes.*

XXII. In Galliis interim multæ Prælatorum cædes contigere. Theobaldus Parisiensis archidiaconus cum illicitas exactiones occasione archidiaconatus a presbyteris exigeret, beatus Thomas Prior S. Victoris Parisiensis, insignis justitiæ amator, magno zelo eidem restitit. Hinc Theobaldus illum oderat, eique mortem coram multis comminatus est. Aliquanto post contigit, ut, cum Stephanus Parisiensis episcopus ad abbatiam monialium, quæ est in Chellis, emendandam & ordinandam pergeret, eumque Thomas cum multis aliis viris religiosis & monachis comitaretur, Theobaldi nepotes prope castrum Gorniacum in insidiis latentes, evaginatis gladiis in eos irruerunt, & Thomam in capite graviter vulnerarunt, adeo ut cerebrum diffluerit, aliisque mortem comminati sunt, nisi celeriter abscederent. Stephanus episcopus in medios irruens gladios confessionem ejus excepit, audiitque, quomodo omnibus, qui in se peccaverant, libentissime dimitteret. Percepta tandem communione corporis & sanguinis Christi, libera voce se coram omnibus pro justitia mori contestatus est, & sic reddidit spiritum. Hæc cædes die vigesima Augusti, anno millesimo centesimo trigesimo tertio perpetrata est.

Ibid. Stephanus episcopus adversus eos sequens decretum publicavit, & misit ad suos archipresbyteros. Ex authoritate Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus sancti .... excommunicamus, & anathematizamus, & S. Matris Ecclesiæ liminibus sequestramus illos, qui dominum Thomam Priorem S. Victoris interfecerunt, & qui cum fortitudine interfectoribus adfuerunt, & eos, quorum consilio & admonitione & auxilio interfectus est. Omnes etiam illos excommunicamus, qui interfectores, & interfectorum præsentes coadjutores in suo hospitio receperint, & qui cum eis aliquam communionem vel participationem habuerint in cibo & potu, in consilio & locutione (nisi forte pro eorum correptione) vel emptione & venditione, in dati & accepti communione, in susceptione & protectione, omnes istos excommunicamus, donec resipiscant, & ad satisfactionem veniant. Mandamus itaque vobis & præcipimus, quatenus per singulos dies Dominicos hoc modo & his verbis excommunicetis, ac cæteros presbyteros excommunicare faciatis .... & unusquisque vestrum in suo archipresbyteratu prohibeat, ut nullus omnino presbyter ... nec etiam abbas S. Victoris, hujus excommunicationis reum ad se pro confessione venientem suscipiat, neque absolutionem hujus culpæ tribuat, aut pœnitentiam injungat; quia ego de toto reatu mihi soli absolutionem & pœnitentiam reservavi.

Ibid. Stephanus sibi timens, Claramvallem sese recepit, ibique datis literis ad Gaufridum Carnotensem episcopum, & Apostolicæ sedis legatum, eum de illa cæde commonuit, oravitque, ut ad simul consulendum venire non differret. Gaufridus adveniens, ad ejus instantiam evocat Remensem, Rotomagensem, Turonensem ac Senonensem Archiepiscopos, cum eorum suffraganeis, qui in Jotrensi synodo prædictam excommunicationem confirmavere, quemadmodum ad id eos literis hortati fuerant Hugo Gratianopolitanus episcopus, & Guigo Prior Carthusiæ.

Ibid. Theobaldus archidiaconus literis Papam adiit, Thomæ se minime violentas manus intulisse contestatus. Illius fraudem nudavit S. Bernardus, Innocentium literis edocens, hanc cædem eo authore fuisse perpetratam, siquidem Thomæ, quem aperte oderat, sæpius mortem coram multis comminatus est, & alteram Stephani nomine ad eumdem dedit epistolam, qua, quantum damnum & luctum cædes Thomæ sibi intulerit, deplorat, ut qui fidelem in rebus gravissimis coadjutorem perdiderit; eamque sic concludit: Si Theobaldus notarius adierit vos, ... non attendatis ad verba ejus, donec veniat qui mittendus est, qui vobis plenius insinuans veritatem, cautum faciat a linguis iniquis. Petrus etiam venerabilis abbas Cluniacensis Papam literis adhortatus est, ut in ejusmodi sacrilegos datam sententiam confirmaret, & suppleret, si quid minus severe decretum est, ut impii debita ultione puniantur, & ab eorum imitatione cæteri deterreantur. Christi An. 1134.

Hugo decanus Aurelianensis, & electus ejusdem urbis episcopus, dum ab aula rediret, interfectus est: id jussu Regis factum multorum fuit suspicio. Ea sedes diu vacavit. Joannes quidam in archidiaconi dignitatem intrusus, hac usus occasione plures vexavit clericos. Archembaldus subdecanus aliique querelas detulerunt ad Senonensem Metropolitanum. Joannes audita hac accusatione sic excanduit, ut Archembaldum occidi curaverit. Henricus Senonensis in cathedrali ecclesia divinum interdixit officium, & Joannem excommunicavit. S. Bernardus & Petrus venerabilis Papam literis interpellarunt, ut tantum scelus ulciscetur. Notæ ad ep. 150. S. Bern.

Innocentius Papa rescriptum direxit ad episcopos, qui Jotrensi synodo interfuerant: utriusque cædis meminit, sed de Joanne nihil statuit. Sententiam adversus Theobaldum ejusque participes datam authoritate Apostolica confirmat. Sed quia, inquit, nimis remissa videtur vestra sententia, addendo censemus, ut in quibuscumque locis præfati sanguinarii præsentes fuerint, divina ibi non celebrentur officia: & si quis illis fovere tentaverit, anathematis sententia percellatur. Theobaldus notarius & alii, qui consanguineorum pretio vel violentia honores acquisierint, vel conservaverint, ecclesiasticis priventur beneficiis: ejusdem jussu Thomæ corpus de claustro translatum in ecclesiam ad dexteram summi altaris sepultum est. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbe. Innoc. epist. tom. 3. Spicileg.

Ejusdem Pontificis altera extat epistola, qua constat, ingentes inter Joannem archidiaconum & Joannem subdecanum fuisse de quibusdam juribus controversias: Jubet enim, ut Joannis consanguinei subdecano & præposito & aliis cognatis Archembaldi faciant hominium, & cum centum militibus eis securitatem, vitam, membra & bona jurent, quemadmodum eorum nomine ei promiserat Goffredus de vico novo, & proxima Sanctorum omnium festivitate ejus conspectui se præsentent, pœnitentiam, quam eis imponere voluerit, fideliter susceputi: Et tunc per nos, inquit, ab excommunicationis vinculo absolventur. Denique præfatus subdecanus & præpositus mortem prædicti Archembaldi eidem Goffredo jam in conspectu fratrum nostrorum pro Dei amore misericorditer indulserunt: & hoc ipsum faciant aliis militibus ejusdem subdecani interfectoribus, qui Aurelianensi ecclesiæ & parentibus interfecti satisfaciant. Verumtamen ipsi omnes interim extra ecclesiam & in pœnitentia erunt; & si quem eorum ad extremum vitæ venire contigerit, ei absolutio ab excommunicatione, & viaticum non denegabitur. Volumus autem, ut pro his, qui ecclesiæ satisfecerint, Aurelianensis ecclesia ulterius a divinis non cesset officiis. Si qui autem de ejusdem interfectoribus se ab ipsa satisfactione subtraxerint, donec in ipso Aurelianensi episcopatu manserint; tota civitas & archidiaconatus de Garlanda usque ad eorum satisfactionem a divinis vacet officiis. Demum mandat Gaufrido Carnotensi suo legato, ut de modo satisfactionis & absolutione ecclesiæ, quæ sub interdicto tenetur, sua vice provideat. Datum Pisis sexto Idus Januarii. In not. in ep. 150. S. Bern. & Spicil. tom. 3.

XXIII. Innocentius Papa Kalendis Junii anni millesimi centesimi trigesimi quarti, aggregatis totius Occidentis episcopis Pisis synodum celebravit. Petrus Leonis ejusque fautores anathematizati sunt. Alexander Leodiensis episcopus apud Innocentium Pontificem de simonia accusatus, & ab ipso jam ter vocatus, cum venire tardaret, deponitur. Quo duro nuntio percepto, in tantam amaritudinem incidit, ut quasi vix confessione facta, communioneque percepta, & regulari vita ad S. Ægidium promissa, spiritum exhalaverit. Henricus hæresiarcha ab Arelatensi Archiepiscopo captus, Innocentio Papæ in synodo præsentatus, ibique iterum convictus & generaliter hæreticus appellatus, ac postremum carceri mancipatus est. Cui postquam permissio concessa est aliam adeundi provinciam, protinus sic eam turbavit, ut fideles ecclesias non adirent, sed divinum contemnentes mysterium, sacerdotibus oblationes, decimas, & solitam denegarent reverentiam. Nonnulli S. Hugonem episcopum Gratianopolitanum in eadem synodo ab Innocentio Papa Sanctorum honoribus donatum esse volunt: id quadraginta dies ante synodum fuisse factum, constat ex ejusdem Concil. tom. 6. ed. Hard. *Pisanum concilium.* Anal. tom. 3. p. 341.

Papæ

Christi An. 1134. Papæ epiſtola, quam de illius canonizatione ſcripſit ad Guigonem Carthuſiæ Priorem, cui juſſit, ut vitam ipſius ſcriberet. Cognita, inquit, vita ejus, & auditis, quæ per B. Hugonis merita fiunt, miraculis . . . . epiſcoporum & cardinalium atque aliorum, qui nobiſcum aderant, communicato conſilio, inter Sanctos & electos honorari præcepimus, & diem ejus aſſumptionis cum gaudio ſolemniter celebrari: Quia igitur ipſius vita, quam pie duxit in corpore, & miraculorum coruſcatio . . . . tuæ maxime dilectioni non extant incognita, authoritate D. Petri & noſtra tibi mandamus, quatenus ea, quæ tibi ſuper hoc nota fuerint, diligenter deſcribendo, poſterorum memoriæ tradas. Datæ Piſis, decimo Kalendas Maji, die nempe vigeſima ſecunda Aprilis. Concilium vero tantum die trigeſima menſis Maji celebratum eſt.

Ibid. & in vit. Mediolanenſes ad Papæ & Imperatoris obedientiam reducis. Bernard. ep. 132. & 133. Landulf. chron. apud Pucel. XXIV. S. Bernardus abbas omnibus conciliis & judiciis adfuit, eique ab omnibus impendebatur reverentia. Mediolanenſes, qui Anacletum ſequebantur, ad eum in Longobardiam venientem legatos miſere, qui eum certiorem facerent, ſe Innocentium II. verum Pontificem agnoſcere, ac rogarent, ut eorum pacificationi incumberet. Bernardus ſic ad eos reſcripſit: Amplector oblatam gratiam, & obviis manibus glorioſæ civitatis devotionem devotus accipio, præſertim hoc tempore, quo abjecto errore ſchiſmaticorum ad ſinum Matris Eccleſiæ cum gaudio totius orbis reverſa eſt. Theobaldus de Landriano Mediolanenſis presbyter, Anizo de la Sella archidiaconus, Anſelmus de Rode levita, & alii plures ejuſdem eccleſiæ ordinarii, & cum primicerio decumani ſacerdotes, Innocentio Papæ fidelitatem juraverunt, qui Anſelmi de Puſterla Mediolanenſis Archiepiſcopi depoſitionem & expulſionem confirmavit. Hæc in ſuo chronico referens eos male reprehendit Landulphus ſchiſmaticus.

Ibid. Attamen prænominati, qui fidelitatem juraverant, non auſi ſunt redire Mediolanum, niſi haberent protectorem, qui coram populo confirmaret Anſelmi expulſionem, & rejecta Conradi coronatione, populum confirmaret ad Lotharii Imperatoris amorem, & ad ipſius Innocentii unitatem. Ad hæc peragenda Papa miſit S. Bernardum, qui cum Guidone Piſano & Matthæo Albanenſi cardinalibus, & Gaufrido Carnotenſi, eo profectus eſt. Mediolanenſes ei uſque ad ſeptimum milliare venerunt obviam, & licet reluctantis pedes deoſculantur, atque cum hymnis & canticis perducunt ad civitatem, quam, prout voluit, ordinavit; & tantum populum ad amorem Imperatoris Lotharii, atque ad obedientiam Innocentii Papæ per ſacramentum pacis, quod ipſe porrexit, confirmavit. Populus, ut Landul. junior. eum haberet in Archiepiſcopum, ad eccleſiam S. Laurentii, in qua hoſpitabatur, cum hymnis & & laudibus concurrit; ſed ille non tulit, oblatam dignitatem recuſans, & ſequenti die diſceſſit. Ribaldus cleri & populi electione Anſelmo ſuffectus eſt, eccleſiæque Mediolanenſi Metropolis dignitatem, qua eam propter obſtinatum ſchiſma privaverat, Papa reſtituit.

Ibid. S. Bernardi miracula. Bernardus, dum Mediolani commoraretur, magnam induxit morum reformationem, & miraculis claruit. Utrumque ſic teſtatur Landulphus, licet ſchiſmaticus. Non ſolum viri, ſed etiam mulieres tonſæ ſunt, & ciliciis & lanis viliſſimis induti ad quælibet religioſa convertuntur: (adeo ut monaſterium illius ordinis anno ſequenti a Guidone viro nobili fundatum ſit) aqua in vinum mutatur, dæmones fugantur, contracti eriguntur, infirmi ſanantur, & quoſcumque captivos Mediolanenſes habebant de inimicis ſuis in cuſtodia, abbas ipſe ſolvit, & liberos dimiſit. Eadem in ejus vita deſcripta fuſius leguntur.

Bernard. ep. 317. & 137. Humiliati fratres. Bernardus Papæ juſſu Papiam, indeque Cremonam ſe contulit, ut ipſas civitates inter ſe pacificaret; ſed a Cremonenſibus victoria ſua elatis nihil obtinuit. Mediolanum ſecundo rediit, & ad Richizam Imperatricem epiſtolam dedit, eam rogans, ut bene haberet Mediolanenſes: Non ante, inquit, in gratiam domini Papæ & Eccleſiæ unitatem recepti ſunt, quouſque palam Conrado refutato & abnegato, Lotharium in ſuum Regem & dominum receperunt. Tunc etiam ipſo authore, quidam magnates & nobiles cives Mediolani formam vivendi in habitu religioſo cum ſuis familiis habitando ſumpſe-

runt, & dicti ſunt fratres humiliati: Plurimi epiſcopi & abbates Galliæ, dum a ſynodo in patriam revertuntur, non longe a ponte Tremolo Italiæ opido capti, vulnerati, rebus omnibus exſpoliati in carcerem conjecti ſunt. Petrus Cluniacenſis abbas, qui cum iis erat, ad Papam literas dedit, poſtulans, ut tantam injuriam graviter ulciſceretur; imprimis de Lanenſi epiſcopo conqueritur, qui tantum per horam eos cum ſuis militibus comitatus eſt. Bernardus, poſtquam ad Claramvallem rediit, cum pro multitudine monachorum ædificia eſſent anguſtiora, nec ea dilatari locus pateretur, ſuadentibus fratribus majus monaſterium in vicino loco ædificavit: Illius ſumptus præcipuos ſuppeditavit Theobaldus Campaniæ comes; cætera contulere vicini epiſcopi, & nobiles equites; monachis ſtrenue laborantibus, intra breve tempus abſolutum eſt. Christi An. 1134. Petr. Clun. l. 1. ep. 27.

XXV. Alphonſus VI. Arragoniæ & Navarræ rex interim Fragam annua obſidione circumvallavit, civeſque vectigales recipere noluit. Saraceni dira deſperatione facti ſunt atrociores, atque a regibus Africæ ſubſidium petierunt. Buchar Alis filius regis Maroch, collectis copiis in Hiſpanias contra Chriſtianos pugnare venit. Ad Fragam pugnatum eſt menſe Julio: poſtquam multi Chriſtiani occiſi fuere, Rex tamen cum reſiduis diu reſiſtit, & ad mortem uſque pro Chriſto confligere propoſuit: neque receſſiſſet, niſi epiſcopus Urgellenſis, ex authoritate Dei ei præcepiſſet, ne ipſo cadente tota paganis Chriſtianorum regio ſubderetur. Rex cum decem commilitonibus vix evaſit; epiſcopumque, qui interemptus eſt, reliquit; ſed paulo poſt in morbum incidit, & ſexto Idus Septembris animam exhalavit. Fortiſſimas urbes & caſtella paganis abſtulerat, imprimis Cæſar Auguſtam, Terraſonam, Tudelam & Burgiam. Filium cum non haberet, Arragones Ramirum monachum & presbyterum, qui frater Regis erat, elegerunt, uxoremque ducere compulerunt, neceſſitatis obtentu excuſantes exceſſum; eique nata eſt unica filia nomine Petronilla. Robertus de monte author coævus ſcribit in chronico, Ramirum ex licentia Romani Pontificis accepiſſe uxorem; id negat Sandovallius, quia tunc in uſu non erant diſpenſationes. Ramirus, cum regnum laudabili moderamine adminiſtraſſet, uſque ad annos filiæ nubiles, illam de conſilio procerum Raimundo filio comitis Barcinonenſis dedit uxorem, regnoque illi cum filia tradito, vir memorabilis conſcientiæ ſtimulos ultra non ferens, poſita purpura, cucullam reinduit, & regnum clauſtro mutavit. Navarri Garſiam Ramirem ſatrapam ſibi Regem præpoſuerunt. Tunc etiam obiit Joannes Chalcedonius patriarcha Conſtantinopolitanus, cui ſucceſſit Leo Styopita. Orderic. lib. 3.

XXVI. Gaufridus Carnotenſis epiſcopus videns Aquitaniæ rebus non ſatis per literas provideri, comite S. Bernardo in eam profectus eſt. Gerardus Engoliſmenſis, qui Guillelmum novum ejus provinciæ ducem ad Anacleti partes inclinaverat, ita ut Catholicos perſequeretur, ejuſdem ducis aſſenſu Burdigalenſem archiepiſcopatum occupaverat, & ſimul priorem retinebat eccleſiam. Sed effluentibus pecuniis, quas in aſſentatorum manus injecerat, & magis ac magis cognita veritate, jam defluebant ab eo ſubſidia Principum, & perfidiæ ejus timebant exiſtere defenſores. Morabatur itaque in locis ſecurioribus, nec jam facile publicis ſeſe conventibus præſentabat. Hinc eo abſente facilior ad Principem aditus fuit. Re ipſa cum per viros illuſtres ei ſignificatum eſt, quod abbas Claræ-vallenſis & Carnotenſis epiſcopus, aliique epiſcopi colloquium ejus expeterent, ut ſecum de eccleſiæ pace tractarent: perſuaſum eſt illi, ne eos devitaret, & apud Partiniacum cum illis convenit. Imprimis actum eſt de ſciſſuræ obſtinatione, quæ infra Alpes in ſola Aquitania remanſerat, & duci variis rationibus & exemplis inſinuatum eſt, quod Eccleſia una eſt, & quidquid extra eam eſt, quaſi extra arcam, judicio Dei neceſſe eſt interire. His auditis, dux reſpondit: Se in obedientiam Innocentii Papæ poſſe dare conſenſum, ſed non in reſtitutionem epiſcoporum, quos expulerat, quia implacabiliter eum offenderant; & juraverat, eorum pacem ſe numquam ſuſcepturum. Christi An. 1135. *Guillem. Aquitaniæ dux redit ad obedientiam Innocentii Papæ.* Ernald. in Bern. vit. c. 6.

Dum multis ſermonibus nihil efficitur, Bernardus arma efficaciora corripiens, ad altare ſanctum oblaturus accedit. Intraverant eccleſiam, quibus licebat divinis intereſſe myſteriis. Dux ſuſtinebat pro Ibid.

CHRISTI AN. 1135. foribus. Peractis igitur consecrationibus, & pace data, vir Dei corpus Domini super patenam ponit, igneaque facie non supplicans, sed minax foris egreditur, & verbis terribilibus aggreditur ducem. Rogavimus te, inquit, & sprevisti nos . . . . . Ecce ad te processit Filius virginis, qui est caput & dominus Ecclesiæ, quam tu persequeris. Adest judex tuus, in cujus nomine omne genu curvatur. Adest judex tuus, in cujus manus illa anima tua deveniet. Numquid & ipsum spernes? Numquid & ipsum sicut servos ejus contemnes? Lacrymabantur universi, qui aderant, intentique orationibus præstolabantur exitum rei. Dux videns abbatem in spiritu vehementi procedentem, & sacratissimum Domini corpus ferentem in manibus, expavit, membrisque metu tremebundis, solo provolvitur. Elevatus a militibus rursus in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens, salivis in barbam difluentibus, profundis efflans gemitibus, epilepticus videbatur. Tum vir Dei ad eum propius accedit, & pede pulsans acclivem, surgere jubet, & Dei audire sententiam. Præsens est, inquit, Pictaviensis episcopus, quem ab ecclesia sua expulisti: vade, & reconciliare ei, & ipse eum ad sedem suam reducito: & satisfaciens Deo, redde pro contumelia gloriam, & in universo principatu tuo divisos & discordes ad charitatis revoca unitatem. Subdere Innocentio Papæ, & sicut ei omnis obedit Ecclesia, tu quoque electo a Deo tanto pare Pontifici.

Ibid. Dux hæc audiens, authoritate Spiritus sancti, & sanctorum sacramentorum præsentia victus, nec audebat respondere, nec poterat: sed statim occurrit, & in pacis osculo recepit episcopum, & ad propriam sedem reduxit. Sed & deinceps abbas cum comite jam suavius loquens, paterne eum monuit, ne ad tam impios & temerarios ausus ultra exsurgeret, ne Dei patientiam tantis irritaret flagitiis, ne pacem factam in aliquo violaret. Pace itaque Aquitaniæ ecclesiæ reddita, solus Gerardus perseverat in malis: sed non multo post, adveniente die iræ, in domo sua miserabiliter extinctus est impœnitens, & subito mortuus sine confessore & viatico. Ejus corpus a nepotibus suis, quos in illa ecclesia honoribus sublimaverat, inventum in lectulo exanime & enormiter tumidum, in basilica quadam humatum est; sed postea a Gaufrido Carnotensi inde extractum, alioque projectum est. Nepotes quoque ejus ab eadem ecclesia eliminati, & omnis progenies, per extera regna tanti judicii circumferens querimonias exulavit.

Bernardus exponit cantica. D. Bernardus, postquam ad Claram-vallem rediit, nactus aliquod tempus quietis secessit in casulam, & solus divinis meditationibus vacans, in canticum canticorum viginti quatuor sermones solidæ pietatis & doctrinæ succo refertos composuit, anno millesimo trigesimo quinto; & quamvis annis octodecim supervixerit, incœptum opus perficere non potuit, variis subinde privatorum & ecclesiæ negotiis interpellatus. Tandem perduxit ad sermonem octogesimum sextum: in duobus ultimis capitis tertii initium exposuit: morte præventus absolvere non potuit:

Baluz. miscel. tom. 3. *Pontii conversio.* XXVII. Pontii de Larazio nobilis equitis mirabilis conversio circa idem tempus contigit. Vir fuit in Lodovensi diœcesi genere clarus, opibus dives, armis strenuus, qui in primæva ætate sæcularia desiderio sectatus, plurimos vel dolo vel aperta vi spoliavit. Sed pius Dominus cor ejus timoris sui jaculo percussit: itaque cordis dolore tactus intrinsecus, totus ad pœnitentiam conversus est, & sæculum deserere statuit. Uxori suæ secretum suum credidit, utque ipsa taliter faceret, magnis precibus exoravit: Quæ, ut erat genere & mente nobilis, piis viri votis libenter annuit. Itaque matrem & filiam cum magna suæ portione substantiæ in monasterium virginum collocavit: filium vero in monasterio Lodovensi monachis sociavit.

Ibid. Cum ejus vicini & amici pariter mirarentur, volentibus propositum suum aperuit, acceptaque occasione de contemptu mundi, de timore judicii, de pœnis malorum, de gaudio beatorum coram eis disseruit. Septem ejus verbis compuncti, conversi sunt ad pœnitentiam, & ei jugiter adhærere cupientes dextras dederunt. Ille facto præconio possessiones suas emptoribus exposuit, & vendidit, animalia etiam cuncti generis & terræ fructus in pretium recipiens. Ex his primo quidem, quæ violenter abstulerat, restituere constituit: mittit ergo nuntios per civitates, castella & villas, & per ecclesias, qui publice proclamarent, ut omnes, quibuscumque Pontius vel aliquid debebat, vel aliquid abstulerat, ad eum venirent apud illam, quæ Peguerolas dicitur, secunda, vel tertia, vel quarta feria post Palmarum solemnitatem, sua singuli recepturi. CHRISTI AN. 1135.

Ibid. Dominica Palmarum apud Lodovam, post processionem stante episcopo cum clericis suis, in gradu, qui factus fuerat ad loquendum, venit Pontius cum sociis nudus & discalceatus, vinculo ligneo, quod in collo gestabat, deductus ut maleficus: & qui eum deducebat, virgis eum assidue flagellabat . . . . . Perveniens ad episcopum flexis genibus veniam postulavit, & chartam, in qua peccata sua describi fecerat, episcopo tradidit, & ut in auribus totius populi legeretur, multis precibus exoravit . . . . Episcopus ægre concessit, ut legeretur. Interim ipse, dum virgis cæditur, tantorum scelerum se reum viva voce fatebatur, & terram lacrymis rigabat. Ejus confessio multis fuit utilis, qui pudore timidi jam diu peccata celarant: tunc autem ejus animati exemplo ad confessionis & pœnitentiæ lavacrum cucurrerunt.

Ibid. Sequentibus tribus diebus adfuerunt multi, quibus damnum intulerat, singuli sua requirentes. Ipse vero sui ipsius accusator & judex, singulorum pedibus provolutus veniam postulabat, deinde singulis de suis facultatibus perdita restaurat, & qualia quisque amiserat, similia recipiebat. Hinc omnes antiquas maledictiones in benedictiones convertentes ad propria sunt reversi. Pagensis quidam vicinus adstabat, nihil repetens, sed potius gratias agens, quod patrocinium præbuisset: cui Pontius ait: Numquid tali nocte gregem tuum perdidisti? Ita est, domine, respondit ille vicinus; sed quis mihi tale damnum intulerit, ignoro. Ego, inquit Pontius, feci per satellites meos; quapropter nunc accipe hæc animalia, quæ remanserunt: quæ ille gratanter recepit.

Pontius his peractis, quæ supererant de suis facultatibus, egentibus cuncta distribuit: & feria quinta, quæ erat cœna Domini, tredecim pauperes copiose refecit, eorumque pedes lavit. Post hæc intempesta nocte, ipse & septem ejus socii, nihil præter simplicem vestem habentes, egressi, & nudis pedibus ambulantes, ad Sanctorum sepulchra peregrinati sunt, & tandem reversi sunt ad terram, quæ Camares nuncupabatur. Arnaldus de Ponte illius loci dominus Pontium sibi notum cum sociis honorifice suscepit, & ut erat vir ad omne virtutis opus promptus, ubi primum eos venisse cognovit, ut locum religioni congruum conquirerent, ubi ab omni hominum consortio remoti Deo servirent: Ecce, inquit, terra mea coram vobis est, ubicumque vobis placuerit, ædificate, seminate, & pro me orate. Illi vero sibi elegerunt locum, qui Silvanium a silvis dicebatur, quem ipsi Salvanium vocaverunt: ibique quotidiano labori insistentes locum habitabilem reddiderunt. Cumque eorum religionis fama circumquaque diffunderetur, plurimi ad eos venientes munera obtulere.

Ibid. Non multo post facta est fames magna in illa regione, negaverat enim terra fructus cultoribus suis. Tunc apud Salvanium congregata est pauperum multitudo, qui omnem vitæ spem in ejus alimoniis collocaverant. Fratres enim consueverant omnes hospitio recipere, & pauperes recreare: videntes autem tantam pauperum multitudinem fugere deliberarunt. Eorum fugam cohibuit Pontius, revocans in memoriam, quomodo de omnibus eorum tribulationibus illos liberasset Deus, qui ex quinque panibus quinque hominum millia satiasset, post quorum refectionem Apostoli duodecim cophinos fragmentorum sustulissent. Sed nunc, inquit, tempus postulat, fratres, ut iterum faciatis quæ olim vos feciste meministis: vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Ecce, habetis boves & oves, & jumenta & pecora; nihil remaneat quod non vendatur, & detur egenis fratribus, qui Christi sanguine redempti sunt. Interim ego vadam ad optimates, qui sunt in sæculo, & pro mendicis mendicus efficiar. His dictis asellum ascendens profectus est. Fratres vero cuncta vendere parabant, sed fieri prohibuit Arnaldus de Ponte, & aperiens horreum

Christi An. 1135. horreum ſuum, dedit eis alimentorum quippiam, unde pauperes vel pauco tempore ſuſtentarentur. Dominus videns illorum fidem eis benedixit, ita ut in molendino farina & panes in furno multiplicarentur, atque redundante divinæ benedictionis gratia, in illa eremo pauperibus ſubventum eſt. Pontius poſt aliquot dies rediens divinæ benedictionis conſolationem non minimam attulit, & omnes cum ipſo Dominum benedicebant, qui tanta feciſſet mirabilia. Expleto tempore, uſque ad nativitatem ſancti Joannis Baptiſtæ, populo fecit convivium, & omnes ad loca ſua redire juſſit.

Christi An. 1136. Ibid. Hic locus brevi & perſonis religioſis & poſſeſſionibus ſic excrevit, ut abbatiæ conſtruendæ videretur idoneus. Dum inter ſe deliberant, cuinam potiſſimum congregationi ſe ſociarent, placuit conſulere Carthuſianos, qui ſuaſerunt, ut Ciſtercienſium regulam ſuſciperent. Pontius tunc ad Manſum Adæ venit, & Salvanienſem domum Ciſtercienſi ordini obtulit. Tunc Petrus Manſi primus abbas, viros quoſdam electos illuc direxit, qui locum ordini præpararent, & Salvanienſes fratres ad ſe venire præcepit, & per annum probatos & eruditos monachali habitu induit, & remiſit: ex quibus unum virum ſapientem & bonum, literis eruditum, videlicet domnum Ademarum abbatem conſtituit, & domus curam illi tradidit. Tunc anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto Salvanienſis eccleſia ſurrexit in abbatiam. Frater autem Pontius de Larazio, qui humiliorem locum ſemper eligere ſtuduit, in habitu laicorum fratrum converſus permanſit, ut omni domui liberalius provideret, & ſervorum Dei ſervus ſemper exiſteret: quod & fecit, dum beato fine in Domino quievit . . . . . Ejuſdem monaſterii monachus poſt annos triginta hæc ſcripſit juſſu ſui abbatis, qui ea viderat aut audiverat, & ſcriptis teſtimonium exhibuit.

Orderic. l. 13. XXVIII. Henricus rex Anglorum, cum eſſet in Normannia, in morbum lethalem incidit; confeſſionem, abſolutionem, & pœnitentiam accepit ab Hugone Rotomagenſi Archiepiſcopo, oleique ſacra unctione delinitus, & ſancta Euchariſtia refectus, Deo ſe commendavit: ſicque Kalendis Decembris hominem exuit. Ejus cadaver Cadomum perductum eſt, illicque ſervatum, donec poſt Natale Domini miſſis illuc monachis transvectum eſt in Angliam, atque ab epiſcopis & Principibus in Radingenſi baſilica, quam fundaverat, honorifice ſepultum eſt. In eo Normannorum regum familia defecit. Unicam reliquit filiam nomine Mathildem, quæ Godefrido comiti Andegavenſi nupſerat, cui proinde regnum hæreditario jure debebatur: ſed celeritate ſua hanc excluſit Stephanus Bononienſis comes, Adelæ regis Henrici ſororis filius, atque a Guillelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo, aliiſque præſulibus & principibus ſuſceptus, octavo Kalendas Januarii coronatus eſt. Deinde ineunte anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto conventum generalem apud Oxenford convocavit; epiſcopiſque conquerentibus, oppreſſam eſſe libertatem eccleſiaſticam, invaluiſſe ſimoniam, & multa fieri contra canones, ſequens diploma dedit de libertatibus eccleſiæ Anglicanæ.

Stephani regis diploma pro libertate eccleſiæ. Concil. tom. 6. ed. Hard. "Ego Stephanus, Dei gratia, aſſenſu cleri & populi in regem Angliæ electus, & conſecratus, & ab Innocentio Romano Pontifice confirmatus, reſpectu & amore Dei, ſanctam Eccleſiam liberam eſſe concedo, & debitam reverentiam illi confirmo. Nihil me in eccleſia vel in rebus eccleſiaſticis ſimoniace acturum, vel permiſſurum eſſe promitto, eccleſiaſticarum perſonarum, & omnium clericorum, & rerum eorum, juſtitiam, & poteſtatem, & diſtributionem bonorum eccleſiaſticorum, in manu epiſcoporum eſſe perhibeo & confirmo. Dignitates eccleſiarum privilegiis earum confirmatas, & conſuetudines earum antiquo tenore habitas, inviolate manere concedo & ſtatuo. Omnes eccleſiarum poſſeſſiones & tenutas, quas die illa habuerant, qua Willelmus rex avus meus fuit vivus & mortuus, ſine omnium calumniantium reclamatione eis liberas & abſolutas eſſe concedo. Si quid vero de habitis aut poſſeſſis ante mortem Regis, quibus modo careat, eccleſia deinceps repetierit, indulgentiæ & diſpenſationi meæ vel diſcutiendum, vel reſtituendum reſervo. Quæcumque vero poſt mortem Regis liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione vel comparatione, vel qualibet tranſmutatione fidelium collata ſunt, confirmo: pacem me & juſtitiam in omnibus facturum, & pro poſſe meo conſervaturum promitto. Foreſtas, quas Willelmus rex & ejus filius inſtituerunt, mihi reſervo; cæteras omnes, quas Henricus rex ſuperaddidit, eccleſiis & regno quietas reddo & concedo. Si quis autem epiſcopus, vel abbas, vel eccleſiaſtica perſona, ante mortem ſuam rationabiliter ſua diſtribuerit, vel diſtribuenda ſtatuerit, firmum manere concedo; ſi vero morte præoccupatus fuerit, pro ſalute animæ ejus eccleſiæ conſilio fiat diſtributio. Dum vero ſedes fuerint propriis paſtoribus vacuæ, & ipſæ, & omnes earum poſſeſſiones, in manu & cuſtodia clericorum, vel proborum hominum ejuſdem eccleſiæ committantur, donec paſtor canonice ſubſtituatur. Omnes exactiones, & Meſcheningas, & injuſtitias, ſive per vice-comites, vel per alios quoslibet male inductas, funditus extirpo. Bonas leges & antiquas & juſtas conſuetudines, in murdris & placitis, & aliis cauſis obſervabo, & obſervari præcipio & conſtituo. Apud Oxenford anno Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto, regni mei primo. „ Sed nihil horum tenuit. Ex his multas eccleſiæ leges, conſuetudines, & immunitates antiquas cognoſcimus. Christi An. 1136.

Annal. Saxo. p. 669. & ſeq. XXIX. Lotharius Imperator poſt feſtum S. Michaelis Melehuſem venit, ubi Conradus uſurpator regii nominis, coronæ ac totius regalis ornamenti oblitus, humiliter per Conradum Archiepiſcopum Magdeburgenſem ab excommunicatione ſolvitur, ac per interceſſionem Imperatricis pedibus Imperatoris provolutus gratiam illius promeruit. Fridericus illius frater & Alſatiæ dux anno præcedente publice procidens ad pedes Imperatoris ejus gratiam exquiſierat & obtinuerat. Et Bruno Colonienſis Archiepiſcopus interventu Principum, & ſatisfactione ſua, veniam ſui delicti in Imperatorem promeruerat. Robertus Capuæ princeps a Rogerio rege ejectus e ſuo principatu, conſilio Papæ Innocentii, ſimul cum Girardo Cardinali feſtinavit ad Lotharium Imperatorem, quem lacrymis multis deprecatur, ut pro amore Papæ ſibi ſuccurrat, & quod injuſte perdiderat, reſtituat. Imperator datis ei muneribus promiſit, ſe brevi venturum ad Romanæ ſedis liberationem, & ſimul ipſius reſtitutionem. Cardinalem ejus auxilium Papæ nomine poſtulaſſe conſtat ex literis Imperatoris ad Innocentium: Ei ſignificat, ſe precibus ejus inductum indulgentiam conceſſiſſe ſuis inimicis, præſertim Conrado & Friderico, quos ſibi ſacramento obligavit ad Eccleſiæ ſervitium, & ſub ea conditione, ut plenitudinem abſolutionis ſuæ nonniſi ab ipſo obtinerent. Demum ſic eas concludit. Scire autem te volo, quia Natale Domini Spiræ celebraturi, convocatis Principibus, de Romana expeditione tractabimus, ad quam curiam legatos & literas tuas mitti deſideramus, per quas Archiepiſcopos & abbates qualicumque comminatione ad tuum & noſtrum ſervitium commonefacias.

Christi An. 1137. Annal. Saxo. p. 672. & ſeq. *Lotharii expeditio Italica.* Imperator anno ſequenti Aſſumptionem S. Mariæ Wirceburgi, habita generali curia, celebravit. Unde in Italiam proficiſci deſtinavit adverſus regem Rogerium. Convenientibus ergo diverſarum provinciarum Principibus cum ſuis ſequacibus, grandis & fortis exercitus coadunatur. Imperator cum multis Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, ducibus & aliis proceribus iter inchoat, nec prædari exercitum ſinebat. Interfectis iis, qui cluſas cuſtodiebant, Veronam pervenit: inde ſecus Minam fluvium caſtra metatus eſt: ubi occurrentibus Longobardorum Principibus, & debitam ſubjectionem ſpondentibus, curiam maximam in feſto S. Mauritii glorioſe celebravit. Inde profecti cum Imperatore Longobardi quædam caſtella ceperunt: Caſalam & Cincillam deſtruxit Imperator: ſicque Runcaniam, antiquam Imperatorum repauſationem, utpote amœnam & lautiſſimam planitiem ingreſſus placitum habuit: ubi cum quadraginta millibus occurrerunt Mediolanenſes. Cum ipſis Papiam Imperator progreſſus eſt, cujus cives eum non receperunt; ſed eodem die a parte exercitus capta & vaſtata eſt civitas: cumque victores cædibus & incendio debaccharentur, clerici & monachi crucibus aſſumptis & Sanctorum reliquiis, proſtrati veſtigiis Imperatoris, implorant ejus clementiam. Imperator ſupplicibus & civitati pepercit; ſed ab eis viginti millia talentorum exegit. Thurinum & Vercel-

Christi An. 1137. Vercellas & Placentinam pariter expugnavit atque vastavit: sic totum illumannum in Longobardia exegit.

Imperator anno millesimo centesimo trigesimo septimo Bononiam & vicinum castellum firmissimum vi cepit. Ravennæ ab Archiepiscopo & clero honorifice susceptus est; sed alia multa loca munita illius exarchatus & Campaniæ non sine magna cæde expugnare coactus est. Inde ducem Bavariæ Henricum misit, ut Eggelbertum marchionem a suis expulsum restitueret. Quod expugnatis pluribus castellis præstitit. Viterbiæ Papam invenit, qui S. Bernardum nuper evocaverat. Major quidem pars civitatis Innocentio, sed firmior Petro Leonis favebat: sed cives terrore ducis impulsi se tradiderunt cum tribus millibus talentis. Sutheren episcopum Petri Leonis fautorem Papa deposuit, & Joannem quemdam ei subrogavit. Sic ergo per Romaniam intrantes Campaniam, aditum montis Cassini dux obsedit, & ad deditionem compulit, & subrutis aliquot castellis, Beneventum petierunt, ejusque cives hostilia minantes dux superavit, multis occisis, & captis pluribus, ibique Papam sedi suæ restituit; cujus judicio duos cardinales pro schismate Petri Leonis depositos claustro monachorum imposuit. Hinc Trojam pertransiens cum Papa Imperatorem adiit, qui Barum ingressus, vicinum castellum munitissimum oppugnabat, quod vix expugnare potuit auxilio Barensium. Papa die Pentecostes apud Barum Missarum solemnia celebravit, præsente Imperatore cum Principibus; Hugo ejusdem ecclesiæ decanus ibidem pontificalem benedictionem & pallium a Papa suscepit. Rogerius rex missis illic nuntiis gratiam Imperatoris quæsivit, & infinitam pecuniam filiumque suum illi promisit obsidem, si Apuliæ principatum alteri filio traderet. Imperator autem Ecclesiæ paci magis consulens ei provinciam recusavit, & Melphiam non multo post occupavit. Ibi Natale Domini celebravit Imperator, & Hugo Colonienſis obiit, secundo Kalendas Julii, ac in abbatia sepultus est. Imperator inde Henricum Bavariæ ducem & suum generum, & Adalbertum marchionem cum strenuis viris ad obsidionem Salernæ præmisit. Pisenses, quos in auxilium evocaverunt, eis misere sagittarios, quibus carebant; coadunatisque suis & Genuensium & Amalphianorum trecentis navibus, obsidionem ex utraque parte terræ & maris urgere cœperunt. Imperatore adveniente, Pisenses machinam fabricati sunt, qua civitatis muros & turres attrahentes subruerunt, sicque illam ceperunt. Imperator & Papa cum inter se dissiderent, utri eorum principatus subactæ Apuliæ cederet, communicato consilio illum pariter Rainulpho duci commiserunt. Imperator Capuam, quam jam receperat, & Roberto reddiderat, & Campaniam pertransiens venit in montem Cassinum; Rainaldus ejus abbas, qui cum suis Anacleto semper adhæserat, licet interveniente Imperatore, veniam impetrasset ab Innocentio, Rogerio regi clam faverat, receptisque militibus, Cassinum adversus Imperatorem defendere moliebatur: itaque captus & depositus est. Guibaldus natione Lotharius, a pueritia in monasterio Stabulensi monachus, & postea ab Henrico Imperatore hanc abbatiam regendam susceperat, & nuper super navalem expeditionem a Lothario fuerat constitutus, a monachis Imperatorem placare volentibus electus est abbas, & licet reluctans consecratus est, & possessionum omnium illius monasterii investituram ab Imperatore per sceptrum recepit, qui præterea multa donaria & prædia ei contulit, & antiqua confirmavit, & omnes patrimonii S. Petri civitates, urbes, castella, vel recepta vel expugnata, tradidit Innocentio Papæ, qui Romam reversus in Lateranensi palatio habitavit: alteram autem urbis partem & castrum S. Angeli tenebat Anacletus.

Ibid. *Lotharii Imper. mors.* Lotharius Imperator Boloniam se recepit; hic exercitus ejus licentia dilapsus est, & quisque in sua reversus est. Inde Tridgentinam veniens, ibi festum S. Martini celebrans, infirmari cœpit, & licet languor invalesceret, tamen iter suum remorari non passus est. Sed prævalente ægritudine desperatus, cum episcopi, qui aderant, exitum ejus unctione sacri olei, & vivificis sacramentis muniissent, apud Breduvam villam in faucibus Alpium constitutam, tertio Nonas Decembris anni millesimi centesimi trigesimi septimi, e sæculo migravit. Ejus corpus in patriam delatum regio more sepelitur in hæreditate paterna, in monasterio, quod dicitur Lutheron.

Princeps fuit laudatissimus, in bello strenuus, defensor justitiæ, amator pacis, patriæ pater, eo quippe regnante populus terræ non pertimuit: unusquisque enim sua liberaliter & honorifice possidebat. In comitatu semper habuit episcopos & abbates, quorum consiliis plurimum deferebat: in oratione assiduus, singulis diebus plures Missas audiebat, & pauperibus multa largiebatur. Christi An. 1137.

XXX. Eodem anno, die prima mensis Augusti mortuus est Ludovicus VI., cognomento Grossus, Francorum rex: ubi primum diarrhesia se periculose ægrotare cognovit, frequentis confessionis & orationis devotione sibi providit, vehementer peroptans se deferri apud Dionysium, ut hic coram SS. Martyribus, corona deposita, vitam monasticam in habitu S. Benedicti profiteretur. Cum Christi corpus ad eum deferretur, inopinate se levans, & vestitus cunctis admirantibus, ei processit obviam, & devote astitit. Hic coram omnibus peccando se regnum administrasse confitetur, & Regem exuens, filium suum Ludovicum annulo investit; Ecclesiam Dei, pauperes & orphanos tueri, jus suum unicuique custodire, fide obligat: aurum & argentum, & omne mobile, quod possidebat, ecclesiis & pauperibus distribuens, regiis indumentis non pepercit: capellam suam auro & gemmis ornatam, & pretiosissimum hyacinthum, ut coronæ spineæ Domini infigeretur, ecclesiæ S. Dionysii dedit, humillimeque flexis genibus ante sacratissimum Christi corpus & sanguinem, fidei professionem edidit circa mysteria Trinitatis & Incarnationis, & hæc addidit de Eucharistia: "Hanc autem sacratissimi corporis ejus Eucharistiam illud idem credimus corpus, quod assumptum est de Virgine, quod discipulis suis ad confœderandum & uniendum, & in se commanendum contradidit. Hunc sacratissimum sanguinem illum eumdem, qui de latere ejus in cruce pendentis defluxit, firmissime credimus, & ore & corde confitemur." Et facta peccatorum confessione devotissime corpori & sanguini Jesu Christi communicavit, & tanquam convalescere incipiens ad cameram rediit, omnisque regalis superbiæ pompa remota, solam lineam cilicinam admisit. Non multo post venit ad ecclesiam S. Dionysii, ibique prostratus gratias egit sanctis martyribus. Sugger. in vit. Ludov. *Ludovici VI. regis mors.*

Interea primates Willelmi IX. ducis Aquitaniæ venere, denuntiantes, eumdem ducem ad S. Jacobum peregre profectum Compostellæ obiisse, & priusquam proficisceretur, ex consensu suorum baronum Eleonoram filiam suam Ludovico Regis filio desponsandam, & simul Aquitaniam & Pictaviam reliquisse. Rex filium suum cum regio comitatu statim proficisci jubet; Ludovicus junior veniens Burdigalam, quo convenerunt omnes Aquitaniæ Pontifices, quibus adstantibus Eleonoram duxit uxorem; sed in medio convivii legatus Ludovicum regem Parisiis vitam finiisse denuntiat. Bolland. 10. Feb. Chrograph. Maurin. l. 3.

Rex autem recidiva profluvii dissenteria cum gravissime fatigaretur, priusquam deficeret, Stephanum Parisiensem episcopum evocat, & Hilduinum S. Victoris abbatem, cui familiarius confitebatur, eo quod monasterium ejus a fundamentis construxerat, & confessionem repetiit, & exitum suum viatico Domini corporis muniri devotissime satagit, præcepitque, tapetem terræ, eique cineres in modum crucis imponi, in eoque depositus spiritum emisit, Kalendis Augusti, anno regni tertio, ætatis vero sexagesimo. Ludovicus ejus filius hujus nominis VII. in regnum successit, Aquitaniamque Galliæ regno feliciter adjunxit. Sugger. in vit. Lud. VI.

XXXI. S. Guillelmus ea ætate florebat, in Pictavia nobilissimis ortus parentibus, qui post conversionem suam pœnitentiæ austeriſsimæ se dedidit. Hinc factum est, ut decursu temporis varii authores hunc cum Guillelmo duce Aquitaniæ confuderint, & utriusque vitam variis fabulis deturpaverint. Sanctus quidem Guillelmus Pictavienſis consilio Eugenii Papæ III. Hierosolymam profectus est: inde venit in Tusciam, ubi sancte vixit, & anno millesimo centesimo trigesimo septimo migravit ad Deum. Alii demum utrumque Guillelmum, eumdem dixerunt, ac S. Guillelmum ordinis Guillelmitarum parentem, qui post eremiticam vitam in stabulo Rhodis in Etruria sancte actam, in Ecclesia honoratur. Henschenius tres illos Guillelmos accurate distinxit. *Tres SS. Guillelmi.* Bolland. 10. Feb.

Guigo V. majoris Carthusiæ Prior, Valentiæ in Delphi-

Christi An. 1137. Delphinatu natus, sexto Kalendas Augusti ejusdem anni sanctum Deo spiritum commendavit; scripsit vitam Sancti Hugonis Gratianopolitani episcopi, & prima Carthusianorum statuta, & consuetudines collegit, atque descripsit, aliaque pietatis opuscula composuit. Insignis illius sit mentio in vita S. Bernardi, qui ad eum duas scripsit epistolas.

Falco in chron. XXXII. Rogerius Siciliæ rex, ubi primum Imperatorem ab Italia recedere cognovit, exercitu convocato Salernum veniens amissa brevi recuperavit. Capuam ferro, & igne depopulatur. Beneventani parem exitum timentes ipsum adeunt, atque ad ipsius, & Anacleti obedientiam transeunt. S. Bernardus a Papa missus Regem adiit, ut inter ipsum, & Rainulphum Apuliæ ducem pacem componeret; sed nihil obtinuit. Itaque Regi prædixit, ut, si cum duce decertaret, vinceretur; Rogerius ejus denuntiatione contempta, quoniam viribus erat superior, ducem aggreditur, sed fugatur, & immensas amisit divitias.

Ibid. S. Bernardus hac usus opportunitate, rursum Regem adiens, crebro cum eo de pace colloquitur. Rex tandem cum ipso stabilivit, ut tres cardinales ex parte Innocentii Papæ, qui ejus interfuissent electioni, ad Regem venirent, & tres ex parte Anacleti, & ordinem electionis utriusque ei insinuarent: & deinde Rex justiorem eligeret electionem, & sic Spiritu Sancto favente, ad pacis firmamentum cum toto suo regno perveniret. Cognoverat enim, totius mundi Christianos Innocentii parti favere, & ejus pontificatum venerari. Continuo ad Innocentium Papam, & Anacletum delegatum est. Ex parte Innocentii Aimericus cancellarius, & Gerardus cardinalis, cum S. Bernardo Salernum super hujusmodi electione ventilanda, advenerunt. Ex parte vero Anacleti Matthæus cancellarius, & Petrus Pisanus cardinalis, & Georgius cardinalis similiter acceleravere. Quibus ita congregatis, Rex prius partem Innocentii quatriduo mirabiliter examinavit: & postea Anacleti partem quatriduo similiter perscrutatus est. Diligenter igitur partibus utriusque electionis auditis, Rex ipse clerum omnem, & populum civitatis Salernitanæ congregari mandavit, & episcopos, & abbates monasteriorum, qui convenerant, & coram eis tantæ quæstioni diffiniendæ se imparem esse confessus est. Unde, inquit, si cardinalibus videtur, ordinem utriusque scribant electionis, & ab utraque parte unus mecum in Siciliam ascendat cardinalis, ubi Nativitatis Christi solemnitatem celebraturi sumus: hic episcopos alioque inveniemus prudentes viros, quorum consilio Anacleti partem sectatus sum, eorumque consilio huic negotio finem imponemus. Gerardus cardinalis respondit: Sciatis, quia nostræ partis ordinem non scribemus: ex ore nostro audistis omnia, quæ gesta sunt: cardinalem quidem vobiscum mittemus Guidonem de Castello, si sapientiæ vestræ placuerit. Rex annuit; alius ex parte Anacleti cardinalis missus est.

Ernald. in vit. S. Bern. Author vitæ Sancti Bernardi refert, eum tunc cum Pisano cardinali de ea re habuisse collationem. In eaque ostendit, quod, cum una sit Ecclesia a Christo constituta, & fere omnes Christiani partem Innocentii sequantur, consequens esse, ut Anacleti pars sit in schismate: cum fieri non possit, ut totius mundi religio pereat, & Bernardum Petro cardinali persuasisse, ut Romam secum veniens Innocentio reconciliaretur. Rogerius autem moras trahebat, quoniam sperabat fore, ut Innocentius ad dissolvendas adversarii partes, ei concederet quædam Ecclesiæ Romanæ patrimonia, quæ occupaverat in Beneventana provincia, & prope Cassinum. Idem author addit, Salernæ virum nobilem jam dudum ægrum atque a medicis relictum, cum bibisset aquam, in qua Bernardus manus suas laverat, repente integræ sanitati fuisse restitutum. Mirum sane, Italos scriptores etiam coævos eorum non meminisse. Raynaldus abbas, cum Rogerius, negata pace, quam postulabat, ei mortem comminatus esset, clam recedens Stabulense monasterium repetiit, & monachis scripsit, ut alium abbatem eligerent; qui elegerunt Raynaldum de Collemezzo, cui rex Rogerius post multas minas, ut aliquorum dominiorum cessionem extorqueret, tandem treugam indulsit.

Orderic. l. 13. Petrus Leonis dictus Anacletus, qui sedem Apostolicam fere octo annis usurpaverat, octavo Kalendas Februarii, anni millesimi centesimi trigesimi octavi, subita morte decessit: ejus fratres, quorum in urbe Roma maxima potestas erat, ejus corpus sic occultarunt, ut, ubi sepultum sit, ignoretur. Cardinales sui miserunt ad regem Rogerium, ipsius Anacleti mortem significantes, ut, si ei placeret, Papam constituerent. Rex eorum voluntati assensit. Itaque fautoribus suis congregatis, medio mense Martio Gregorium cardinalem sibi Papam constituunt, & Victorem vocant. Sed post duos menses fratres Anacleti tantam recognoscentes turbationem, Domino favente, cum Innocentio Papa pacis firmamentum composuerunt, & ipsi cum suis ad ejus fidelitatem conversi sunt. Victor autem nocte se contulit ad S. Bernardum, qui eum nudatum Pontificis insignibus ad Innocentii pedes adduxit. Itaque, ut Bernardus scribit ad Godefridum suum Priorem, in octavis Pentecostes, id est, die vigesima nona Maji anni millesimi centesimi trigesimi octavi, Deus Ecclesiæ unitatem, & urbi pacem dedit. Nam illa die filii Petri Leonis omnes simul humiliaverunt se ad pedes domini Papæ, & facti sunt homines ejus ligii, & juraverunt ei ligiam fidelitatem. Clerici quoque, qui in schismate erant, cum idolo, quod erexerant, humiliantes se ad pedes Papæ, obedientiam ei juxta morem promiserunt. D. Bernardus post quinque dies, clero, populo, & nobilibus eum deducentibus Roma exiit, atque ad chariissimos filios, quemadmodum jam dudum optabat, reversus est, nihil secum referens præter aliquas Sanctorum reliquias. Non multo post Gerardus ejus frater, monachus magnæ prudentiæ, & pietatis obiit, quem multis lacrymis prosecutus est, in sermone vigesimo sexto in cantica, a quo resumpsit hoc opus interruptum.

Christi An. 1138. *Schisma finitur.* Falco in chron. Bernard. ep. 317.

XXXIII. Innocentius Papa tunc Romæ potestative agenda decernit: undique visitationes occurrunt: alii cum negotiis adveniunt. Processiones per ecclesias solemniter celebrantur; depositis armis ad audiendum verbum Domini plebes accurrunt, & post multifarias egestates in brevi civitas opulenta refloresci. Arantur solitudines, & omnis timor excluditur. Innocentius ecclesiæ ruinas restaurat, recolligit exules, ecclesiis antiqua servitia, depopulatas colonias expulsis restituit. Monasterium etiam apud aquas Salvias in sancti Anastasii martyris honore constituit, eique assignatis ad alimonias domibus, agris, & vineis, a Claravalle abbatem, & conventum fratrum sibi mitti petiit, & obtinuit. Mittitur ergo Bernardus Pisanæ olim ecclesiæ vice-dominus, & religiosi cum eo fratres: & cito profecit illa plantatio, associatis sibi viris indigenis.

Ernald. in vit. Bernard. c. 7.

XXXIV. Pax contra e Germania axulavit post mortem Lotharii Imperatoris. Principes conventum pro Pentecoste Moguntiæ indixerant, ut communiter aliquem regno præficerent; sed Conradus Suevus, antea regii nominis usurpator, factione Adalberonis Trevirensis Archiepiscopi, & quorumdam Principum die vigesima secunda Februarii Confluentiæ convenientium, in regnum provectus est, atque a Thietwino cardinali episcopo, & Papæ legato, cujus & Romanorum consensum pollicitus est, apud Aquas Sextias coronatus est, die decima tertia Martii, anni millesimi centesimi trigesimi octavi. Conradus regalia insignia, quæ Henricus dux Bavariæ, & Saxonum, & Lotharii gener in sua potestate habebat, callide acquisivit: & eumdem ducatu Saxoniæ privare voluit: eum quippe dedit Adalberto marchioni; hinc bellorum seminarium. Henricus militari copia prævalens, Adalberti civitates, & castella destruxit. Conradus ei opem laturus cum exercitu supervenit; sed episcopi pugnam impedierunt, pactis inter utramque partem induciis. Deinde facto colloquio Quindelinburgi Henricus dux, ut fertur, veneficio confectus, decimo tertio Kalendas Novembris anni millesimi centesimi trigesimi noni, vitam finiit: corpus ejus Lutteræ ad dextram Lotharii Imperatoris positum est. Colonienses pro Hugone in Italia mortuo Arnoldum S. Andreæ præpositum, Moguntini vero Adalbertum juvenem prioris Adalberti nepotem super se levant Archiepiscopum. S. Otto Bambergensis Adalberti consecrator, non multo post migravit ad Deum: laudatur imprimis ejus charitas, & liberalitas erga pauperes, & ecclesias, quorum maximam curam semper habuit. Hunc in Sanctorum numerum retulit Clemens Papa III. Annalista Saxo suum chronicon hic absolvit: hunc periti critici putant non esse diversum ab Eggebardo

Annal. Saxo. p. 680.

Christi An. 1138. & 1139. Uragrensi insigni sui temporis historico, multa ex antiquioribus, & coætaneis Germaniæ scriptoribus excerpsit, atque in ordinem redegit. Proprium opus suum post Henrici II. mortem incipit, & ad annum millesimum centesimum trigesimum nonum perducit; plurima sunt, quæ sine eo nesciremus.

Bernard. ep. 164. & 167. XXXV. In Galliis Guillelmi Lingonensis mors magnos tumultus excitavit; Hugo Burgundiæ ducis filius egit, & perfecit, ut monachus quidam Cluniacensis ei successor daretur, cujus morum honestatem reprehendit S. Bernardus, qui pro viribus ejus electioni, & consecrationi obstitit. Papa enim Lugdunensi Archiepiscopo, dum Romæ versaretur, injunxerat, ut virum idoneum ad eam sedem promoveret, & Bernardi consilium in ea re sequeretur. Hugonis tamen ducis authoritas prævaluit, & prædictus monachus electus jam Lugdunum ordinandus advenerat, cum eo pervenit Bernardus; dum Roma rediret, Archiepiscopum statim convenit, de promissis eum admonet. Ille, ut ejus oppositionem eluderet, præteritorum culpam in filium ducis refert, sed deinceps ex ejus arbitrio acturum cuncta spondet: electusque quasi juri suo cedens recedit, sed ad regem Galliæ festinavit, & regalium investituram obtinuit: &, ne qua fieret oppositio, locus, & dies consecrationis mutantur: sed divina factum est providentia, ut contradictores non defuerint. Flaco decanus Lugdunensis, & Pontius archidiaconus Lingonensis, & Bonamicus sacerdos, & canonicus ejusdem ecclesiæ, & duo monachi Bruno, & Gaufridus appellaverunt.

Ibid. Petri Clun. ep. 136. lib. 2. Bernardus his auditis gestorum relationem cum literis ad Papam, & cardinales misit per Pontium suum monachum, ut novam procuraret electionem. Petrus autem Cluniacensis literis apud Papam egit, ut monachi sui electio confirmaretur, & benigne audiret Burgundiæ ducis filium, qui Romam proficiscebatur. Bernardo quoque scripsit, monachum suum virum sapientem, & literatum ab inimicis apud ipsum calumniam esse passum, sicque concludit: Quod si forte Cistercienses, Cluniacenses verentur, & minus de illa confidunt, purgetur ista suspicio . . . Diliget, si monachus fuerit, Lingonensis episcopus Cistercienses, & cæteros monachos, quia diligendo majus sibi lucrum, non diligendo majus sentiet detrimentum: nec noster monachus aliud audebit, quam nos facere diligendo.

Bernard. ep. 166. Lugdunensis Archiepiscopus, neglecta appellatione, monachum Cluniacensem ordinavit episcopum Lingonensem. Id ubi rescii Bernardus, acrius apud Papam institit, ut acta rescinderet, & obtinuit. Godefridus Bernardi consanguineus, & Clarævallis Prior, electus est in episcopum Lingonensem. Ludovicus junior Francorum rex investituram, quam alteri jam dederat, Godefrido denegavit. Bernardus ad eum ea de re literas dedit, quibus hortatur, ut Remensi, & Lingonensi ecclesiis pastorem quamprimum provideat: nec conceptam de se bonam opinionem imminuat, & divinam ultionem revereatur. Godefridus suæ sedis possessionem obtinuit: Remensis vero ecclesia post mortem Rainaldi Archiepiscopi per biennium vacavit.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom 10. Labbè. XXXVI. Albericus natione Gallus, qui fuerat monachus Cluniacensis, tunc Ostiensis episcopus, anno millesimo centesimo trigesimo octavo venit in Angliam. Innocentius Papa miserat, ut in Anglia, & Scotia legationis officio fungeretur, earumque Regibus, & Turstano Eboracensi, & episcopis, & abbatibus utriusque regni, Papæ literas de sua legatione attulit. Cantuariensis autem Metropolis proprio pastore carebat. Abbates Molesmensem, & ad Fontes cum plurimis monachis secum adduxit, ut illorum consilio, & auxilio, quæ tractanda erant, tractaret. Ecclesias igitur episcopatuum, & cœnobia tam clericorum quam monachorum, fere per totam Angliam visitando pertransivit, & a singulis solemniter receptus est.

Ibid. Dunelmum pervenit, & Willelmum Davidis regis Scotiæ cancellarium, in prælio captum, ibique incarceratum reperiens, domino suo liberum reddidit. Hinc habens secum duos episcopos, Robertum Herefordensem, & Adthelaphum Carletensem, & tres abbates, & plurimos clericos . . . . ad Cartel pervenit; ibique regem Scotiæ, cum episcopis, abbatibus, & baronibus reperit . . . . qui eum unanimiter cum magna veneratione susceperunt. S. Bernardus Scotiæ regem numerat inter eos, qui vel ab initio adhæserunt Innocentio Papæ. Hic triduo cum eis de suæ legationis negotiis diligenter tractavit. Et quoniam cognovit, quod Joannes Glesquensis episcopus, ecclesiam suam sine pastore relinquens, absque licentia, & urgente necessitate, monachus apud Tyronam effectus est; regium nuntium cum suis, & Regis literis ad eum mitti curavit, jubens, ut rediret, alioquin damnaretur. Convenit quoque Regem de reformanda pace inter eum, & regem Angliæ: & hujus rei gratia ad ejus pedes cecidit, scilicet, ut S. Ecclesiæ, & sui ipsius, & suorum misereretur, quibus tot, & tanta mala fecerat. Sed vix inducias impetravit usque ad festum S. Martini. Hæc etiam apud Pictos impetravit, ut omnes puellas, & mulieres captivas, quas habere possent, ante eumdem terminum ad Carliel reducerent, & illas ibi liberatas redderent. Ipsi quoque, & omnes alii, firmissime promiserunt, quod nullo modo ecclesias violarent amplius, & quod parvulis, & fœmineo sexui, & ex infirmitate, & ætate debilibus parcerent, & omnino neminem nisi resistentem amplius occiderent. Rex ipse Priori de Hestaldeshem pecuniam, quam de ejus monasterio abstulerat, occisis pluribus monachis, restituit: legatus his peractis ipso die festo S. Michaelis in Angliam rediit, & Stephano regi narravit quæ perfecerat.

Christi An. 1139.

Albericus etiam synodum indixit, quæ decimo tertio Decembris Londoniæ celebrata est, in ecclesia S. Petri apud Westmonasterium. Aderant octodecim episcopi, & abbates circiter triginta. Willelmus ecclesiæ S. Petri Eboracensis decanus Turstani Eboracensis Archiepiscopi ægrotantis locum tenuit. In ea septemdecim capitula post multam discussionem ab omnibus confirmata sunt. Insigniora sunt. Primum. " Apostolica authoritate interdicimus, ut pro chrismate, pro oleo, pro baptismate, pro pœnitentia, pro visitatione infirmorum, seu desponsatione mulierum, seu unctione, pro communione corporis Christi, pro sepultura, nullum omnino pretium exigatur: quod qui præsumpserit, excommunicationi subjaceat. „ Tertium idem statuit pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, & dedicationibus ecclesiarum. Quintum. " Nullus omnino de manu laici ecclesiam, seu quæcumque ecclesiastica beneficia accipiat. Cum autem investituram per episcopum aliquis acceperit, præcipimus, ut super Evangelium juret, se nihil propter hoc, vel per se, vel per alium, dedisse alicui, irrita hujusmodi donatio erit, & tam dator quam acceptor ultioni canonicæ subjaceat. „ Octavum. " Sanctorum Patrum vestigiis inhærentes, presbyteros, diaconos, subdiaconos, uxoratos aut concubinarios, ecclesiasticis officiis, & beneficiis privamus, ac, ne quis Missas eorum audire præsumat, prohibemus. „ Decimum. " Si quis clericum, vel monachum, vel sanctimonialem, vel quamlibet ecclesiasticam personam occiderit, incarceraverit, vel nefarias ei manus intulerit, nisi tertio monitus satisfecerit, anathemate feriatur. Neque quisquam ei præter Romanum Pontificem, nisi mortis urgente periculo, modum pœnitentiæ finalis injungat. Si autem impœnitens mortuus fuerit, corpus ejus inhumatum remaneat. „ Decimum tertium prohibet clericis, ne arma ferant, nec militent. Decimum sextum. " De omnibus primitiis rectas decimas dari, Apostolica authoritate præcipimus: quas qui reddere noluerit, anathematis in eum sententia proferatur. „ Superius retulimus multas Imperatorum, & Regum sanctiones, quibus decimas ecclesiis persolvi a suis subditis sub gravissimis pœnis præcipiebant, & multa Romanorum Pontificum, & conciliorum decreta, quibus idem sub anathematis pœna statuebant. Hinc miror, quomodo quidam scripserint, præceptum de solvendis decimis in Lateranensi tertio concilio, tunc primum fuisse promulgatum.

Ibid. Londonienses synodus.

Ibid. Theobaldus cœnobii Beccensis abbas post synodum electus est Archiepiscopus Cantuariensis, eumque consecravit legatus Albericus, qui ope reginæ Angliæ Stephanum regem inclinavit ad pacem cum Scotiæ rege conciliandam. His peractis, ineunte anno millesimo trigesimo nono cum prædicto Archiepiscopo, & quatuor aliis episcopis, & totidem abbatibus transfretavit, ut Romam perveniret, adesset-que synodo, quam Papa circa mediam quadragesimam erat celebraturus. Hi erant pro omnibus episcopis, & abbatibus Angliæ; namque rex Stephanus propter perturbationem regni sui, quæ gravis

tunc

CHRISTI AN. 1139. tunc imminebat, plures illuc mittere noluit. Turſtanus vero Eboracenſis, qui fratrem ſuum Audoinum pro ſe Archiepiſcopum Eboraci conſtituere cogitaverat, Romam quoque direxit Richardum abbatem, eximiæ virtutis virum; ſed dum hæc parantur, defunctus eſt.

Lateranenſis ſynodus generalis ſecunda. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

XXXVII. Lateranenſe ſecundum generale concilium circiter mille epiſcoporum, die octava Aprilis anni milleſimi centeſimi trigeſimi noni celebratum eſt præſidente Papa Innocentio; qui aſſurgens, Patres ad Eccleſiæ pacem adhortatus eſt, & ſedis ſuæ prærogativam commendans, verbis minus propriis uſus videtur, ſed ea ſunt chronographi, cujus ſtylo conſonant, & quæ ſubjicit, ſatis indicant, eum orationem Papæ nec integram, nec iiſdem verbis retuliſſe. In eadem ſynodo triginta canones editi ſunt, quorum plerique jam in Remenſi ſynodo promulgati hic recenſentur, atque confirmantur: Hinc eos non repetemus, ſed ea tantum, quæ de novo ſtatuta ſunt, ſubjicimus. Tertius ſic habet: " A ſuis epiſcopis excommunicatos, ab aliis ſuſcipi modis omnibus prohibemus. Qui vero excommunicato, antequam ab eo, qui eum excommunicaverit, abſolvatur, ſcienter communicare præſumpſerit, pari ſententia teneatur obnoxius. „ Octavus. " Statuimus, quatenus epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, regulares canonici, & monachi, atque converſi profeſſi, qui ſanctum tranſgredientes propoſitum, uxores ſibi copulare præſumpſerint, ſeparentur. Hujuſmodi namque copulationem, quam contra eccleſiaſticam regulam conſtat eſſe contractam, matrimonium non eſſe cenſemus. Qui etiam ab invicem ſeparati pro tantis exceſſibus condignam pœnitentiam agant. „ Nonus. " Id ipſum quoque de ſanctimonialibus fœminis, ſi, quod abſit, nubere tentaverint, obſervari decernimus. „ Vigeſimus primus. Presbyterorum filios a ſacri altaris miniſteriis removendos decernimus, niſi aut in cœnobio, aut in canonicis religioſe fuerint converſati. Vigeſimus ſecundus eſt adverſus Manichæos. " Eos, qui Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum, baptiſma puerorum, ſacerdotium, & cæteros eccleſiaſticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum, tanquam hæreticos ab Eccleſia Dei pellimus, & damnamus, & per poteſtates exteras coerceri præcipimus. Vigeſimus quintus. " Si quis præpoſituras, præbendas, vel alia eccleſiaſtica beneficia de manu laici acceperit, indigne ſuſcepto careat beneficio. „

Ibid. Vigeſimus ſextus prohibet, ne ſanctimoniales in privatis ædibus habitent. Vigeſimus ſeptimus. Prohibemus, ne ſanctimoniales ſimul cum canonicis vel monachis in eccleſia in uno choro conveniant ad pſallendum. Vigeſimus octavus. " Obeuntibus epiſcopis, quoniam ultra tres menſes vacare eccleſias prohibent Patrum ſanctiones, ſub anathemate interdicimus, ne canonici de ſede epiſcopali ab electione epiſcoporum excludant religioſos viros, ſed eorum conſilio honeſta & idonea perſona in epiſcopum eligatur; alioquin electio ſit irrita. „ Id factum puto, quod plerique monachi, jam vel ſoli vel cum canonicis cathedrales eccleſias poſſiderent; vel quod canonici electionem, ad quam olim univerſus clerus cum populo concurrebat, jam ſibi ſoli vindicare vellent. Trigeſimus. Ordinationes factas a Petro Leonis, & aliis ſchiſmaticis & hæreticis, evacuamus, & irritas eſſe cenſemus . . . . Mauriniacenſe chronicon refert, quod Papa tunc a multis paſtorales baculos abſtulerit, & pontificalia pallia eis detraxerit, & quicumque per Gerardum Engoliſmenſem ad altaris officium acceſſerunt, Apoſtolica authoritate interdixerit, ne ipſum impleant, & in illo ordinis gradu perenniter demorantes ad ſuperiorem non aſcendant.

Ibid. Arnaldus Brixienſis lector, Petrum Abaelardum præceptorem habuerat: vir quidem naturæ non hebetis, plus tamen verborum profluvio, quam ſententiarum pondere copioſus, ſingularitatis amator, novitatis cupidus, cujuſmodi hominum ingenia ad fabricandas hæreſes ſchiſmatumque perturbationes ſunt prona. Is e Gallia in Italiam revertens, religioſum habitum, quo amplius decipere poſſet, induit; omnia lacerans, nemini parcens: clericorum ac epiſcoporum derogator, monachorum perſecutor, laicis tantum adulabatur . . . Docebat, nec clericos proprietatem, nec epiſcopos regalia, nec monachos poſſeſſiones habentes, aliqua ratione poſſe ſalvari: cunctaque hæc Principis eſſe, ab ejus beneficentia in uſum tantum laicorum cedere oportere. Præter hæc de ſacramento altaris & baptiſmo parvulorum non ſane ſenſiſſe dicitur. His aliiſque modis dum Brixienſem eccleſiam perturbaret, laiciſque terræ illius prurientes erga clerum aures habentibus, eccleſiaſticas malitioſe exponeret paginas, ab epiſcopo viriſque religioſis accuſatur in ſynodo. Romanus ergo Pontifex, ne dogma pernicioſum ad plures ſerperet, illi ſilentium impoſuit. Arnaldus de Italia fugiens in oppidum Turegum, in Helvetia, hic officium doctoris aſſumens, pernicioſum dogma ſeminavit. Alia quoque ſynodi decreta per regna quidem divulgata ſunt, ſed abundante iniquitate, nihil oppreſſis & opem deſiderantibus profuerunt: quoniam a Principibus & optimatibus regnorum cum ſubjectis plebibus parvi penſa ſunt. CHRISTI AN. 1139. Orderic. l. 13.

Innocentius Papa, ut conſtat ex ejus literis ad Conradum abbatem & monachos Fuldenſes, audita vita laudabili B. Sturmii confeſſoris, cognitis etiam miraculis, quæ per ejus merita Dominus operabatur, atteſtatione fratrum, qui de partibus Teutonicis advenerant, in eadem ſynodo, communicato conſilio epiſcoporum & abbatum, eumdem beatum virum inter Sanctos honorari præcepit, & diem depoſitionis ejus cum gaudio ſolemniter celebrari. Act. SS. Bened. ſæcul. 3. part. 2.

XXXVIII. Rogerius rex & ſchiſmatis fautor a Papa coram ſynodo excommunicatus eſt. Sed Rainulpho duce defuncto, die ſeptima Maji cum exercitu Salernum transfretavit, & pene totam Apuliam occupavit. Innocentius urbe egreſſus, collectiſque copiis ad ſanctum Germanum oppidum ad radices montis Caſſini pervenit, ibique, dum per legatos de pace tractant, & Papa ulterius progreditur, a Rogerii filio captus eſt, die vigeſima ſecunda Julii. Rogerius ſtatim miſſis ad eum legatis ab eo humillima ſupplicatione petiit, ut concordiæ manum apponeret. Papa ſe deſtitutum viribus & armis conſpiciens, precibus illius aſſenſit, & pactis ex utraque parte firmatis, Rogerius cum filiis ad Pontificem accedens, pedibus ejus advolutus miſericordiam petiit, juravitque fidelitatem. Papa Siciliæ regnum ei per vexillum donavit, ſeptimo Kalendas Auguſti, & ſequens diploma ei dedit, in quo, poſtquam retulit, quanta pro defenſione Eccleſiæ Rogerii parentes geſſerint, & quomodo ejus prædeceſſor eum ad altiora provexerit, his ſubjicit: " Nos ergo ejus veſtigiis inhærentes, regnum Siciliæ . . . tibi ab anteceſſore noſtro conceſſum, cum integritate honoris regii, & dignitate Regibus pertinente, excellentiæ tuæ concedimus, Apoſtolica authoritate confirmamus. Ducatum quoque Apuliæ tibi ab eodem collatum, & inſuper principatum Capuanum, integre nihilominus noſtri favoris robore communimus, tibique concedimus . . . . Et hæc ipſa . . . . hæredibus tuis, qui nobis & ſucceſſoribus noſtris, niſi per nos & ſucceſſores noſtros remanſerit, (ſcilicet eis remittendo,) ligium homagium fecerint, & fidelitatem, quam tu juraſti, juraverint . . . duximus concedenda: eoſque ſuper his, quæ conceſſa ſunt, Deo propitio manutenebimus . . . Cenſus autem, ſicut ſtatutum eſt, id eſt, ſexcentorum ſchifatorum, id eſt, aureorum a te tuiſque hæredibus, nobis noſtriſque ſucceſſoribus ſingulis annis reddatur, niſi forte impedimentum adveniat. Datum in territorio Matianenſi, per manum Haimerici cancellarii, ſexto Kalendas Auguſti, indictione ſecunda, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo trigeſimo nono, Pontificatus Innocentii Papæ II. anno decimo. Urbs Neapolis, quam ſibi ſubjecerat Rogerius, poſtea toti regno nomen dedit. *Innocent. Papa a R. Rogerio captus.* Falcon. chron. Innoc. P. epiſt. 9. Conc. t. 6. ed. Hard. *Pax inter Papam & Rogerium regem.*

Innocentius Papa poſtea Beneventum venit, expulſoque Roſcemano, quem ei præfecerat Anacletus, Guidonem diaconum cardinalem rectorem Beneventi conſtituit. Audiens autem populus Romanus Papæ adventum, catervatim obviam exivit, & illum gaudio magno & honore ſuſcepit; deinde eum hortabatur, ut pacem, quam cum rege Rogerio fecerat, confringeret. Apoſtolicus autem nullo modo petitionibus eorum conſentire voluit, dicebat enim, ſic Deo placuiſſe, quod per ejus captionem hujuſmodi pax fieret. Cumque Rogerius Barenſem civitatem obſideret, Papa, qui tum Beneventi commorabatur, epiſcopum Oſtienſem ad cives delegavit, qui eos moneret, ut ad Regis fidelitatem colla ſubmitterent. Sed populus Barenſis eum ab urbis ingreſſu prohibuit: verum murorum ruina & famis aſperitate poſt duos menſes urbem certis conditionibus Falco. chron.

Christi An. 1139. bus dedere coacti sunt. Exinde omnes Rogerium habuere ut Regem legitimum. Id imprimis constat ex S. Bernardi, & Petri Cluniacensis ad eumdem literis.

Bernard. ep. 207. Petr. Clun. ep. 3. l. 3.

XXXIX. S. Malachias Armachanus in Hybernia episcopus circa idem tempus Romam venit, pallium a Papa pro sua sede petiturus. Innocentius eum benevolentissime suscepit, tollensque mitram de capite suo ei imposuit : mensem integrum Romæ moratus est, & paranti jam redire, ei vices suas Papa concessit per universam Hyberniam, legatum illum constituens : pallii tamen concessionem distulit, donec convocatum totius Hyberniæ concilium illud postularet. S. Malachias Armachæ in Ultonia natus ex nobilibus parentibus : erat in eadem urbe vir sanctus, ad quem se contulit, vitæ formam ab eo accepturus. Virtutibus brevi sic enituit, ut Celsus Armachanus episcopus, ante præscriptam a canonibus ætatem, eum ad sacros ordines promovere non dubitaverit. Presbyter ordinatus in monasterium Benchorense, licet a pyratis dirutum, secessit cum decem sociis, eique præfuit, ipse rector & fratrum regula. Conneretensis episcopatus jam diu vacabat, ad eam sedem electus est, & licet nolens, anno ætatis suæ trigesimo consecratus est episcopus. Summa erat hujus populi barbaries, Christiani nomine, re pagani, non decimas, non primitias dare, non legitima inire conjugia: non facere confessiones, pœnitentias nec qui peteret, nec qui daret, penitus inveniri poterat. Ministri pauci admodum erant, qui etiam otiosi vacabant. Nec enim in ecclesiis aut prædicantis vox, aut cantantis audiebatur. Stetit tamen in medio luporum pastor intrepidus, ut eos faceret oves. Monere communiter, secreto arguere, nunc aspere, nunc leniter convenire, prout cuique expedire videbat. Et sæpe noctes pervigiles egit, pro eis extendens manus in oratione. Tum rura & oppida cum discipulis pedes circumiens prædicabat, multis interim vexatus injuriis & incommodis. Sed dum his opponens scutum patientiæ in pio opere perseverat, paulatim leniri cœpit illa barbaries, & recipere disciplinam & ecclesiasticas consuetudines ; clerus in illis ordinatur ; sacramentorum solemnia rite celebrantur ; confessiones fiunt ; ad ecclesiam conveniunt plebes; concubinatus honestat celebritas nuptiarum, & omnia in melius mutantur. Occasione bellorum sede sua pulsus alio se contulit cum centum & viginti fratribus, & Iliacense monasterium ædificavit, ubi velut de novo inchoans, legem & disciplinam, quam aliis imponebat, magis ipse portabat episcopus & magister, ipse in ordine suo coquinæ inserviebat, ipse fratribus ministrabat.

S. Malachias.

Ibid. Celsus Armachanus Archiepiscopus interim moriens, misit baculum suum Malachiæ tanquam sibi successuro. Ante Celsum octo viri uxorati, & absque ordinibus, literati tamen, illius sedis curam gesserant. Inde tota illa per universam Hyberniam, de qua superius diximus, ecclesiasticæ disciplinæ dissolutio, religionis evacuatio, & subintroducta barbaries, imo paganismus quidam inductus sub nomine Christiano.

Ibid. c. 10. Celso mortuo, Malachias, licet electus Archiepiscopus, illius sedis possessionem inire non potuit, quia quidam potentes non patiebantur episcopari, nisi qui esset de familia sua. Mauritius quidam ex eorum genere hanc sedem invasit per quinquennium. Malachias hanc nactus occasionem se excusandi, totum onus rejecit. Instantibus tamen multis episcopis & viris nobilibus acquievit. Verumtamen civitatem non intravit, quamdiu vixit Mauritius, ne cædes hac occasione contingerent. Ita per biennium agens extra urbem, strenue in universa provincia opus episcopale exercuit. Mauritius moriens providerat, ut quidam Nigellus cognatus suus hanc sedem haberet. Verum Rex, & episcopi, & fideles terræ, Malachiam introduxerunt. Nigellus fugiens, textum Evangeliorum, qui fuit beati Patricii, & baculum auro tectum & gemmis adornatum, quem baculum Jesu nominabant, secum abstulit, quibus insigniis apud barbarum populum venerationem sibi conciliavit.

Ibid. c. 10. Malachias anno ætatis suæ trigesimo octavo intravit Armacham, & factus est totius Hyberniæ Metropolitanus. Adversariorum suorum vim & calumnias patientia superavit. Post triennium ecclesia restituta, pulsa barbarie, & reformatis ubique moribus Christianæ religionis, videns omnia in pace esse, memor propositi sui, constituit pro se Gelasium virum bonum, & tali honore dignum, clero & populo conniventibus : ipse vero ad suam paro-Christi An. 1139. chiam rediit; hac quidem conditione sedem Armachanam receperat. Et quoniam Connereth jam episcopum ordinaverat, Dunum, ubi fuerat antiquitus episcopus, se contulit, eamque sedem restituit.

Ibid. c. 14. Malachias factus Dunensis episcopus adscivit conventum regularium clericorum, & quasi novus miles accingitur ad spiritale certamen : sed dum exercitiis spiritualibus totum se dedere putat, universi ad eum confluunt, illiusque sapientiæ se instruendos & corrigendos committere festinant. Ipse etiam circumiens Dei verbum seminabat, de rebus ecclesiasticis summa authoritate disponens, cunctis approbantibus, & videntibus signa & prodigia, quæ faciebat.

Ibid. c. 16. Malachias Ecclesiæ rebus sic bene constitutis, Romam proficiscitur ; pertranseens Claramvallem visitat, ibique vivere & mori sibi liceret, postulavit ; sed a Papa non obtinuit, quod virum Apostolicum lucris uberioribus potius occupandum decerneret. Itaque quatuor e suis sociis hic reliquit, ut discerent vitæ modum, quem aliis postea in Hybernia traderent. Sanctus Bernardus huic arctissima conjunctus amicitia, eos benigne suscipiens probavit & fecit monachos. Malachias, postquam in patriam reversus est, alios misit, quibus per aliquantum tempus instructis, dato eis in patrem fratre Christiano, qui erat unus ex iis, dimisit, adjungensque aliquos e suis, quanti sufficerent ad numerum abbatiæ Mellefontis quam fundaverunt, ea vero quinque filias peperit.

Ibid. c. 17. & 18. Malachias, qui suum iter miraculis signaverat, legationis opus exercet, synodos convocat in variis locis, religio ubique propagatur & fovetur ; repetuntur antiquæ traditiones, quæ negligentia sacerdotum erant abolitæ ; & nova statuta cuduntur : & quæcumque promulgaverit, tanquam cælitus edita recipiuntur; ea quippe multis confirmabat miraculis, quorum maximum ipse erat. Totum in eo disciplinatum, totum insigne virtutis, perfectionis forma, etsi pro tempore multa dissimulans. A die primo conversionis usque ad extremum vitæ fine proprio c. 19. vixit, nec quidquam redituum ecclesiasticorum aut sæcularium vel in ipso habuit episcopatu. Parochias suas pedes incessanter circuibat, Evangelio serviens, & de Evangelio vivens, nisi quod frequentius de laboribus suis & suorum ferebat, unde se suosque comites sustentaret. In monasteriis contentus communi vita & mensa sæpe commorabatur. Vere profecto Apostolorum hæres est iste, qui talia agit. S. Bernardus, qui vitam ejus conscripsit, fuse narrat plurima ejus miracula, prophetias, revelationes, sanitatum operationes, mirabiles animarum conversiones: & cum tantus esset, Malachias humiliabat se in omnibus.

Dissidium inter regem Angliæ & episcopos. Orderic. l. 13. Anonym. auth. vit. R. Steph. Concil. tom. 2. edit. Hard. tom. 10. Lab.

XL. In vicina Hyberniæ Anglia tunc quoque magna facta est rerum conversio. Mathildis comitis Andegavensis uxor, & filia Henrici Angliæ regis, qui moriens eam declaraverat suam hæredem, transfretavit in Anglia cum Roberto comite Gloceſtriæ, & aliis plurimis : & cum permissu Regis, ad oppida, quæ patris sui fuerant, cum pace perrexit. Concussa protinus Anglia motibus diversis agitatur. Episcopi quoque magnam secum deducebant militum frequentiam. Complures eos apud Regem criminabantur, consulebantque Regi, ut manus in illos injiceret, & castella, quæ habebant, sibi dimittere cogeret, ne iis freti Mathildem reciperent ; a cujus patre multa beneficia accepissent. Rex timens moras trahebat, cum volenti occasio se ingessit. Alani Britanniæ comitis servi pro vindicandis hospitiis rixati sunt cum hominibus Rogerii episcopi Salesberiensis; primo quidem maledictis, mox gladiis res acta est. Alani satellites fugati, nepos ejus paulo minus occisus. Rex occasionem aucupatus, per suos proceres conveniri jussit episcopos, ut curiæ satisfacerent pro pace perturbata: modus autem satisfactionis foret, ut claves castellorum suorum quasi fidei vades traderent. Hæsitantes, ne abirent, arctius custodiri jussit. Rogerium episcopum ejus nepos absque vinculis compeditum ad sua castella duxit, & quatuor Regi reddere compulit. Episcopus quoque Lindecolnensis redditione castelli liberationem suam mercatus est.

Ibid. Hugo Rotomagensis episcopus, quanta poterat facundia, factum Regis defendebat. Henricus vero Wintonensis episcopus, & sedis Apostolicæ legatus

in

Christi An. 1139. in Anglia, licet Stephani regis frater esset, cum aliis dicebat: Si episcopi justitiæ limitem transgrederentur, non esse Regis, sed canonum judicium, & sine concilio ecclesiastico illos suis possessionibus privari non debuisse .... Hæc ille, & alii publice, & coram Rege affirmabant, qui eum non audiit. Quapropter vigorem canonum experiendum ratus, concilio, quod quarto Kalendas Septembris anni millesimi centesimi trigesimi noni celebraturus erat, Regem fratrem suum adesse præcepit.

Ibid. *Wintoniensis synodus.* Omnes fere episcopi Angliæ cum Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo venerunt Wintoniam. Lectum est primo in concilio decretum Innocentii Papæ, quo jura legationis, & vices suas Henrico episcopo Wintoniensi injunxerat. Inde ipse latine verba fecit de captione episcoporum. Miserabile scelus, Regem ab incentoribus ita fuisse seductum, ut hominibus suis, præsertim episcopis in curiæ suæ pace manus injici jussisset. Adjecta esset regio dedecori cœlestis injuria, ut sub obtentu culpæ Pontifices possessionibus suis spoliarentur. Sibi Regis contra legem Dei excessum tanto dolori esse, ut mallet se dispendio corporis, & rerum suarum affici, quam episcopalem celsitudinem tanta indignitate dejici. Demum hortatur synodum, ut, quid opus esset, facto deliberaret, spondens, se ei pro executione non defuturum. Rex causæ suæ non diffisus, comites misit in synodum, quærens, cur vocatus esset. Legatus respondit: Regem tanti sceleris conscium indignari non debere, si ad satisfactionem vocatus esset. Gentilium quippe sæculorum opus esse, episcopos incarcerare, possessionibus suis exuere .... Consulte vero Rex faceret, si vel facti sui rationem redderet, vel canonicum judicium subiret. Comites egressi, nec multo post reversi. Albericus Dever responsum Regis attulit, & quantum potuit, causam episcopi Rogerii gravavit, modeste tamen sine verborum contumelia, accusavit eum proditionis, quasi se ad Mathildem traditis castellis cum nepotibus conferre vellet. Demum Rogerium metu commissorum in Regem sponte castella tradidisse contendit: ac proinde velle Regem, ut pacta inter se, & episcopos rata permanerent.

Rogerius reclamavit, negans, se Regis fuisse ministrum, nec a minis abstinuit. Legatus leniter petiit, ut Rex episcopos de rebus suis restitueret, tum eos in synodo accusaret. Sed postulante Rege res dilata est ad adventum Archiepiscopi Rotomagensis. Is ubi venit, dixit: se concedere, ut castella episcopi haberent, si se jure habere debere per canones probare possent: quod quia non possunt, extremæ improbitatis esse contra canones niti velle. Demum, cum suspectum sit tempus, omnes optimates Regi castella sua tradere debere contendit. Albericus addidit, significatum esse Regi, quod minarentur inter se Pontifices, aliquos ex suis contra eum Romam mittere, & Regis nomine prohibuit, ne quisquam eorum absque ejus licentia quoquam iret. Ipse quin etiam, inquit, quia se gravari videt, ultro vos ad Papam appellat. Itaque sic discessum est. Legatus tamen, & Cantuariensis Archiepiscopus suppliciter pedibus Regis affusi oraverunt, ut misereretur Ecclesiæ, & animæ suæ, nec pateretur fieri dissidium inter regnum, & sacerdotium. Ille dignanter assurgens, nullam bonarum promissionum exhibuit efficaciam. Kalendis Septembris solutum est concilium; Rogerius autem Salisberiensis episcopus ætate, & mœrore confectus, die quarta Decembris obiit.

Robert. de monte in chron. XLI. Florebat hoc tempore Gallicana ecclesia per viros religione ac sapientia illustres: Milonem Morinensem episcopum, humilitatis virtute præcipuum; Alvisum Atrebatensem liberalitate atque consilio, & facundia clarum; Godefridum Lingonensem, Hugonem Antisiodorensem, Joannem Suessionensem, Gofridum Carnotensem, Albericum Bituricensem Archiepiscopum, scientia literarum atque consilio, & prudentia clarissimum. Sed inter omnes scientia, & virtutibus Bernardus abbas Claræ-vallensis eminentissime clarebat.

Portugallæ regni initia. Marian. lib. 10. Eodem anno Portugalliæ regnum institutum est. Alphonsus Portugalliæ dux non minus belli quam pacis artibus clarus, contractis undique copiis, in Maurorum fines populabundus penetravit: Tagoque superato Ismarem Maurorum regem aggressus est. Sed is quam maximos potest delectus habet, & quatuor alios Maurorum regulos in auxilium evocat, & numerosum conflat exercitum: octavo Kalendas Augusti, milites Alphonsum regem proclamant. Sequenti die pugnatur acriter; sed Mauri magno numero trucidati, plerique capti, & quinque regulorum signa Mauris erepta sunt: indeque regum Lusitaniæ insignia in clypeo cæruleo quinque alia scuta minora esse cœperunt. Christi An. 1139.

XLII. Petrus Abaelardus ab annis octodecim damnatus in synodo Suessionensi, Theologiam, licet in ea parum versatus, docere non destitit: hinc novos errores suis opusculis inseruit. Guillelmus abbas monasterii S. Theodorici, cum in manus ejus venisset quidam libellus, cui titulus erat, Theologia Petri Abaelardi, curiositate motus illum perlegit, cumque multa in eo reprehensione digna deprehendisset, datis ad S. Bernardum literis, eum hortatus, ut audacem hominis loquacitatem coerceret, ne eo tacente, malum latius serperet. Emortuis quippe, inquit, omnibus pene doctrinæ ecclesiasticæ magistris, quasi in vacuam rempublicam Ecclesiæ domesticus irruens inimicus, singulare sibi in ea magisterium arripuit: agens in scriptura divina, quod agere solebat in dialectica, proprias adinventiones, annuas novitates, censor fidei, non discipulus. Apud Bernard. ep. 326.

Hæc sunt capitula ex opusculis ejus collecta, quæ vobis offerenda putavi. Primo. Quod fidem definit æstimationem rerum, quæ non videntur. Secundo. Quod impropria dicit esse in Deo nomina Patris, Filii, & Spiritus Sancti; sed descriptionem hanc esse plenitudinem summi boni. Tertio. Quod Pater sit plena potentia: Filius quædam potentia: Spiritus Sanctus nulla potentia. Quarto. De Spiritu Sancto, quod non sit ex substantia Patris, & Filii, sicut Filius est ex substantia Patris. Quinto. Quod Spiritus Sanctus sit anima mundi. Sexto. Quod libero arbitrio sine adjuvante gratia bene possumus, & velle, & agere. Septimo. Quod Christus non ideo carnem assumpsit, & passus est, ut nos a jugo diaboli liberaret. Octavo. Quod Christus Deus, & homo non est tertia persona in Trinitate. Nono. Quod in sacramento altaris in aere remaneat forma prioris substantiæ. Decimo. Quod suggestiones diabolicas per Physicam dicit fieri in hominibus. Undecimo. Quod ab Adam non trahimus originalis peccati culpam, sed pœnam. Duodecimo. Quod nullum sit peccatum, nisi in consensu peccati, & contemptu Dei. Decimo tertio. Quod dicit, concupiscentia, & delectatione, & ignorantia nullum peccatum committi, & hujusmodi non esse peccatum, sed naturam... Sunt, ut audio, alia ejus opuscula, quorum nomina sunt, Sic, & non: Scito te ipsum: de quibus timeo, ne sint monstruosi dogmatis. Eosdem articulos postea speciali disputatione confutavit. *Abaelardi errores.*

Bernardus ejus scriptum laudavit, sed inducias petiit, dum ambo de ea re convenirent. Sed, inquit, id ipsum ante Pascha fieri posse non arbitror: ne, quod præsens tempus indicit, studium orationis impediatur. Interim Abaelardi opuscula evolvit, & certo cognitis ejus erroribus, secreto prius, deinde secum duobus aut tribus adhibitis testibus hominem convenit, & ut auditores suos a talibus compesceret, librosque suos corrigeret, amicabiliter admonuit. Plures etiam scholarium adhortatus est, ut libros venenis plenos rejicerent, & a doctrina, quæ fidem læderet Catholicam, caverent, & abstinerent. Abaelardus id ægre ferens, Senonensem adit episcopum, & postulat, ut ad synodum proxime celebrandam vocetur Bernardus, paratum se affirmans ad defendendas, de quibus illum reprehenderat, sententias; nec desistere voluit, donec hæc Bernardo significaret, & octavo die Pentecostes illum Senonas venire juberet. Bernardus nec se venturum, nec contra Abaelardum sese disceptaturum remandavit. Abaelardus nihilominus cœpit undequaque convocare discipulos, & obsecrare, ut ad futuram inter se, & Claræ-vallensem abbatem disputationem, una cum illo suam sententiam defensuri venirent. S. Bernardus hæc non ignorans, & veritus, ne propter occasionem absentiæ suæ tot profanæ insaniæ majore dignæ viderentur authoritate, prædicto die, secundo Junii anno millesimo centesimo quadragesimo Senonis se præsentavit, quo convenerant suffraganei episcopi. Christi An. 1140.

Itaque præsente rege Francorum Ludovico, cum Willelmo Nivernis comite, & Remensi Archiepiscopo cum quibusdam suis suffraganeis, & provinciæ Senonensis suffraganeis, exceptis Parisiensi, & Nivernensi, cum multis abbatibus, & literatis clericis, adfuit abbas Claræ-vallensis; adfuit & Petrus Ibid. *Senonens. synodus.*

Abae-

Christi An. 1140. Abaelardus cum fautoribus suis. S. Bernardus, cum librum Theologiæ ejusdem Petri proferret in medium, & quæ annotaverat hæretica capitula, de eodem libro proponeret, ut ea magister Petrus vel a se scripta negaret, vel si sua fateretur, aut probaret, aut corrigeret; visus diffidere Petrus Abaelardus, & subterfugere, respondere noluit: sed, quamvis libera sibi daretur audientia, tutumque locum, & æquos haberet judices, ad Papam appellans, cum suis a conventu discessit.

Ibid. *Abaelard. damnatus.* Hæc totidem verbis in ejusdem concilii synodica ad Papam continentur, quam ipsemet Bernardus episcoporum nomine conscripsit, hisque subjicit: "Nos autem, licet appellatio ista minus canonica videretur, sedi tamen Apostolicæ deferentes, in personam hominis nullam voluimus proferre sententiam. Cæterum sententias pravi dogmatis ipsius, quia multos infecerant, & sui contagione adusque cordium intima penetraverant, sæpe in audientia publica lectas, & relectas, & tam verissimis rationibus, quam beati Augustini, aliorumque SS. Patrum inductis a domino Clarævallensi authoritatibus, non solum falsas, sed & hæreticas esse evidentissime comprobatas; pridie ante factam ad vos appellationem damnavimus. Et quia multos in errorem plane damnabilem pertrahunt, eas authoritate vestra, perpetua damnatione notari, & omnes, qui pervicaciter, & contentiose illas defenderent, a vobis, æquissime pater, justa pœna mulctari, unanimiter, & multa precum instantia postulamus. Sæpe dicto vero Petro, si reverentia vestra silentium imponeret, & tam legendi quam scribendi prorsus interrumperet facultatem, & libros ejus, perverso sine dubio dogmate respersos condemnaret: avulsis spinis, & tribulis ab Ecclesia Dei, prævaleret adhuc læta Christi seges succrescere. Quædam de condemnatis a nobis capitulis vobis conscripta transmisimus, ut per hæc audita reliqui corpus operis facilius æstimetis."

S. Bern. ep. 189. S. Bernardus alteram Samsonis Archiepiscopi Remensis, & ejus suffraganeorum nomine, scripsit epistolam, & plures suo, tum ad Papam Innocentium, tum ad varios cardinales: in quibus eadem variis modis insinuans, id addit: "In omnium manibus versari libros Abaelardi, qui Arnaldum de Brixia in suum evocavit auxilium. In victu, inquit, & habitu habentes formam pietatis, sed virtutem ejus abnegantes, eo decipiunt plures, quo transfigurant se in angelos lucis, cum sint satanæ. Stans ergo Golias una cum armigero suo inter utrasque acies, clamat adversus phalangas Israel, exprobratque agminibus Sanctorum, eo nimirum audacius, quo sentit David non adesse. Denique in suggillationem Doctorum Ecclesiæ magnis effert laudibus Philosophos, adinventiones illorum, & suas novitates Catholicorum Patrum doctrinæ, & fidei præfert." Tractatum etiam adversus errores Abealardi transmisit ad Papam Innocentium. Has Romam detulit Nicolaus Clarævallensis monachus.

Arnaldus de Brixia fuerat Abaelardi discipulus. Quapropter hæc duorum hominum in fide suspectorum conjunctio tam suspecta, & odiosa fuit omnibus bonis, & vere Catholicis, ut utrumque exterminare coacti fuerint. Arnaldus, cum clericorum, & monachorum insidiis premeretur, confugit ad Constantiensem episcopum, ac aliquamdiu apud eum demoratus est. Quod cum accepisset sanctus Bernardus, Hermannum Constantiensem episcopum literis rogavit, ne in sua diœcesi pestem ejusmodi jam ex Italia, & Gallia pulsam, delitescere pateretur: "Execratus quippe, inquit, a Petro Apostolo, adhæserat Petro Abaelardo, cujus omnes errores ab Ecclesia jam deprehensos atque damnatos cum illo, etiam, & pro illo defendere acriter, & pertinaciter conabatur .... Et nunc apud vos, ut accepimus, operatur iniquitatem .... solet sibi allicere blandis sermonibus, & simulatione virtutum, divites & potentes. Demum cum fuerit de illorum captata benevolentia, & familiaritate securus, videbitis hominem aperte insurgere in clerum, fretum tyrannide militari, insurgere in ipsos episcopos, & in omnem ecclesiasticum ordinem desævire." Hinc eum hortatur, ut eum captum detineat, ne fortassis ejectus adhuc pluribus noceat. Bernardus cognovit, eumdem fugisse ad Guidonem in Germania legatum; itaque eum literis hortatus est, ut ab ejus familiaritate caveret, ne sub ejus authoritate securius errores suos disseminaret.

Innocentius Papa receptis episcoporum, & S. Bernardi literis, Abaelardum damnavit, & ejus errores, sententiamque suam datis ad eosdem literis communibus significavit. "Dolemus, inquit, sicut literarum vestrarum inspectione, & missis a vestra fraternitate nobis errorum capitulis, cognovimus, in Petri Abaelardi pernicioſa doctrina, & prædictorum hæreticorum, hæreses, & alia perversa dogmata Catholicæ fidei obviantia pullulare. Verum in hoc maxime consolamur, & omnipotenti Deo gratias agimus, qui in vestris partibus pro patribus tales filios suscitavit ..... qui novi hæretici calumniis studeant obviare. Nos itaque, qui in B. Petri cathedra licet indigni residere conspicimus, communicato fratrum nostrorum episcoporum, & cardinalium consilio, destinata nobis a vestra discretione capitula, & universa ipsius Petri perversa dogmata, sanctorum canonum authoritate, cum suo authore damnavimus, eique tamquam hæretico perpetuum silentium imposuimus. Universos quoque erroris sui sectatores & defensores a fidelium consortio sequestramus, excommunicationisque vinculo innodandos esse censemus. Datum Laterani decimo septimo Kalendas Augusti anni millesimi centesimi quadragesimi." Christi An. 1140. apud Bernard. ep. 194. Concil. tom. 6. ed Hard. tom. 10. Lab. *Abaelardus Remæ damnatus.*

His literis separatim hæc subjunxerat: "Fraternitati vestræ mandamus, quatenus Petrum Abaelardum, & Arnaldum de Brixia perversi dogmatis fabricatores, & Catholicæ fidei impugnatores, in religiosis locis, ubi vobis melius visum fuerit, separatim faciatis includi, & libros erroris eorum, ubicumque reperti fuerint, igne comburi ..... Transcripta ista nolite ostendere cuiquam, donec ipsæ literæ in Parisiensi colloquio, quod prope est, præsentatæ fuerint ipsis Archiepiscopis." Ibid.

Abaelardus damnationem sui dogmatis a Romana Ecclesia confirmatam cognoscens, ad Cluniacense monasterium se contulit, inde Romam profecturus sui purgandi causa, uti dixit Petro abbati, qui laudans ejus propositum, ejusdem sedis justitiam, imo & misericordiam ei non defuturam spopondit. Interim venit Cisterciensis abbas, & de pace ipsius, & Clarævallensis abbatis cum ipso egit. Dedimus, inquit Petrus Cluniacensis in sua ad Papam epistola, & nos operam paci ejus, & ut ad illum cum ipso iret, hortati sumus. Addidimus his monitis nostris, ut, si qua Catholicas aures offendentia aut scripsisset, aut dixisset; hortatu ejus, & aliorum bonorum, & sapientium, & a verbis suis amoveret, & a libris eraderet. Et factum est ita. Ivit, rediit, cum domino Clarævallensi, mediante Cistercienſi, sopitis prioribus querelis, se pacifice convenisse reversus retulit. Interim a nobis admonitus, dimissis scholarum, & studiorum tumultibus, in Cluniaco sibi perpetuam mansionem elegit. Demum Papam rogat, ut reliquos vitæ dies hic eum agere concedat. Tunc, ut refert Otto Frisingensis, scripsit apologeticum prædictorum capitulorum, de quibus fuerat accusatus; partim verba, ex toto autem sensum negans, ejusque describit initium. Cluniaci biennium vixit cum sancta fede reconciliatus, agente Petro abbate Cluniacensi, mortique proximus, coram fratribus fidem suam exponens, & facta confessione peccatorum, quam hac protestatione conclusit: "Quod si usquam per multiloquium excessi, numquam importuna defensio me effecit hæreticum, paratus semper ad satisfactionem de multis meis corrigendis, sive delendis, in quo certe proposito usque in finem perseverabo ...." Deinde sigillatim Catholica dogmata capitulis suis erroneis contraria profitetur, viaticoque munitus, in eodem vitam finivit cœnobio, die vigesima prima Aprilis, anno Christi millesimo centesimo quadragesimo secundo, ejus ætatis sexagesimo tertio; ejus humilitatem, paupertatem, vitam solitariam, assiduam orationem, & lectionem, & quotidianam Missarum celebrationem, dum Cluniaci commoratus est, laudat Petrus abbas, in epistola ad Heloisoam. Ejus corpus ad Paracletense monasterium delatum, & sepultum est. Otto Frising. Petr. Clun. epist. 4. lib. 4.

Guillelmus abbas S. Theodorici, qui collegit errores in Abaelardi Theologia dispersos, & confutavit, atque ad S. Bernardum detulit, multa scripsit opuscula plena pietatis, & eruditionis; imprimis laudatur ejus tractatus de sacramento altaris. In eo recte observat, novem prioribus sæculis nullas fuisse speciales hæreses, quæ Eucharistiæ sacramentum impugnarent. Hinc Patres non attendentes ad eas quæstiones, quas postea inve-

Christi An. 1140. invexere sacramentarii, securius loquebantur, nec eas confutandas sibi proposuere; imo & quædam scripsere, quæ habita circumstantiarum omnium ratione prorsus orthodoxa sunt, sed seorsim sumpta sensus alienos a mente authoris admittere videntur; sicque a sectariis in errorum suorum patrocinium pertrahuntur. Arctissimam cum S. Bernardo inierat amicitiam, cujus vitam scribere cœperat. Abdicata præfectura, Cisterciensem ordinem in cœnobio Signiacensi professus est: ubi, cum aliquot annos in jugi rerum cœlestium contemplatione, & summa animi dimissione exegisset, pie obiit.

Monastic. Anglic. tom. 1. XLIII. Turstanus Eboracensis Archiepiscopus multis laboribus senioque confractus, anno millesimo centesimo quadragesimo, dimisso sponte archiepiscopatu, monachum induit, & Nonis Februarii in Domino obdormivit. Convenientibus clericis ad electionem faciendam, pars major numero Willelmum thesaurarium in Archiepiscopum elegit: pars vero sanior appellatione interposita reclamavit, & elegit Henricum Murdach: Willelmus tamen ad tempus sedem obtinuit, amicitia Regis & potentum fretus, favente episcopo Wintonienſi, qui ei manus imposuit, & in episcopum consecravit. Pallium tamen procurante diversa parte, impetrare non potuit; cum enim ei fuisset propositum, ut sacramento fidem daret, hunc honorem datione pecuniæ se non appetiisse, jurare noluit: hinc S. Bernardus, adversus eum scribens ad cardinales, infert ejus consecrationem fuisse sacrilegam, eumque appellat intrusum. Henricus sub Eugenio III. prævaluit, & archiepiscopatum tenuit, quamdiu vixit.

Leo Allat. l. 2. de eccles. Occid. Constantinopolit. synodus Nicolai errores damnat. XLIV. Constantinopoli Leo Styopita patriarcha, mense Majo synodum celebravit, in dextris Catechumeniis S. Alexii: aderant duo Archiepiscopi, & undecim episcopi, & primarii magistratus. Patriarcha dixit: Quorumdam monachorum adventu didicimus, in monasterio domini Nicolai reperiri quædam commentaria constantini Chrysomali jam dudum mortui, quæ cum ipsi percurrissent, non parum scandalizati sunt propter multas in illis contentas ineptias: affirmabantque, jam multis ea communicari, tanquam utilissima ad alios deducendos in viam perfectionis. Isque libris examinatis, hæreseon plenos reperimus, quæ dictis Enthusiastarum & Bogomilorum sunt absurdiores.

Ibid. Prædictus Nicolaus docebat, eos satanæ cultum præbere, qui cuicumque principi honorem exhibent. Negabat, baptismum & pœnitentiam & vitam sanctam quidquam prodesse iis, qui suorum mysteriis non sunt initiati. Addebat, Christianos apud eos legi non subjici, pro viribus tamen, quæ legis sunt, esse facienda. Præterea docebat, Christianos duas habere animas, quarum una sit impeccabilis, alia peccatis obnoxia: rebaptizandos eos esse, qui eorum institutionem non didicerant. Synodus his auditis, libros illos exuri præcepit, prohibuitque, ne quisquam novas doctrinas ederet, priusquam a Catholica Ecclesia fuerint approbatæ. Vocati sunt qui ejusmodi libros habebant, & dixere, se nihil tenere, nisi quæ decrevit synodus, seque poscere veniam, quod bona præsumptione Constantinum prosecuti fuerint: seque ejus commentaria perpetuo anathemati subjicere.

XLV. Lugduni in Gallia canonici solemniter celebrarunt festum Conceptionis Deiparæ Virginis. Hic autem conceptionis nomine intelligitur illud instans, quo sancta ejus anima ejus corpori unita est, & præveniente gratia sanctificante, ex privilegio extraordinario, per merita Christi præservata est a peccato originali, cujus debitum ut Adami filia contraxerat. Jam quidem in aliquibus ecclesiis agebatur hic dies festus, qui necdum in canonem festorum relatus fuerat. Eaque de causa Bernardus, cujus eximia devotio erga B. Virginem omnibus notissima est, id in tam celebri ecclesia dissimulandum non ratus, sequentem ad Lugdunenses canonicos dedit epistolam.

S. Bernar. ep. 174. "Miramur satis, quid visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimum novam inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio. Numquid Patribus doctiores, aut devotiores sumus? Periculose præsumimus, quidquid ipsorum in talibus prudentia præterivit. At valde honoranda est, inquis, mater Domini. Bene admones: sed honor reginæ judicium diligit. Virgo regia falso non eget honore, veris cumulata honorum titulis, infulis dignitatum. Honora sane integritatem carnis, vitæ sanctitatem: mirare fœcunditatem in virgine, prolem venerare divinam: extolle nescientem vel in concupiscendo concupiscentiam, vel in pariendo dolorem. Prædica revelatam Angelis, desideratam Gentibus, Patriarchis, Prophetisque prægnitam, electam ex omnibus, prælatam omnibus. Magnificæ gratiæ inventricem, mediatricem salutis, restauratricem sæculorum: exalta denique exaltatam super choros Angelorum ad cœlestia regna. Hæc mihi de illa cantat Ecclesia, & me eadem docuit cantare. Ego vero, quod ab illa accepi, securus & teneo, & trado: quod non, scrupulosus, fateor, admiserim. „ Christi An. 1140.

Ibid. Inde dies ejus festos recenset, scilicet Assumptionem & Nativitatem: & fatetur, eam ex utero fuisse sanctificatam, & vitam ab omni deinceps peccato fuisse immunem. "Quod, inquit, nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Quid adhuc putamus his addendum honoribus? ut honoretur, inquiunt, & conceptus, qui honorandum præivit partum. Quid si alius, propter eamdem causam, etiam utrique parenti ejus festos honores asserat deferendos . . . . sed profertur scriptum supernæ, ut ajunt, revelationis: quasi & quivis non queat scriptum æque producere, in quo virgo videatur idipsum mandare & de parentibus suis . . . Unde ergo conceptionis sanctitas? An dicitur sanctificatione præventa, quatenus jam sancta conciperetur, ac per hoc sanctus fuerit & conceptus? sed non valuit ante sancta esse, quam esse: siquidem non erat, antequam conciperetur. An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit, ut simul & sanctificata fuerit & concepta? ne hoc quidem admittit ratio. Quomodo namque aut sanctitas absque spiritu sanctificante, aut sancto Spiritui societas cum peccato fuit? aut certe peccatum quomodo non fuit, ubi libido non defuit? nisi forte quis dicat, de Spiritu sancto eam, & non de viro conceptam fuisse; sed id hactenus inauditum ... Alioquin ubi erit prærogativa Matris Domini, quæ singulariter creditur exsultare & munere prolis, & integritate carnis, si tantum dederis & matri ipsius? non est hoc virginem honorare, sed honori detrahere. Si igitur ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non erat, sed nec in ipso quidem conceptu, propter peccatum, quod inerat; restat, ut post conceptum in utero jam existens, sanctificationem accepisse credatur, quæ excluso peccato sanctam fecerit nativitatem, non tamen & conceptionem. „

Ex his evidens, ut observant Albertus Magnus, Alensis, & S. Bonaventura in tertium sententiarum, quod S. Bernardus neget tantum S. Virginis Mariæ conceptionem fuisse immaculatam pro eo instanti, quo ejus corpus a parentibus seminatum est, & ante ejus animæ rationalis cum corpore unitionem. Quo quidem instanti, quoniam per naturalem generationem ut Adæ filia processit, debitum quidem peccati originalis contraxit, seu peccatum in radice habuit; sed peccati formalis & gratiæ tunc non erat capax. Itaque Bernardus immaculatam beatæ Mariæ Virginis conceptionem non impugnat in eo sensu, quo eam propugnant Theologi, qui summorum Pontificum decretis adhærent, & superius exposuimus.

Ibid. Bernardus eamdem sic concludit epistolam: "Si sic videbatur, consulenda erat prius Apostolicæ sedis authoritas, & non ita præcipitanter atque inconsulte paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compereram: sed dissimulaveram parcens devotioni, quæ de simplici corde & amore virginis veniebat. Verum apud sapientes, atque in famosa nobilique ecclesia, & cujus specialiter filius sum, superstitione deprehensa; nescio, an sine gravi offensa etiam vestri omnium dissimulare potuerim. Quæ autem dixi, absque præjudicio sane dicta sunt sanius sapientis: Romanæ præsertim Ecclesiæ authoritati atque examini totum hoc, sicut & cætera, quæ hujusmodi sunt, universa reservo: ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendare. „ Igitur cum piam opinionem de immaculata conceptione beatæ Dei Genitricis confirmet Ecclesia Romana, quam Theologi & universitates communiter propugnant, & dies festus immaculatæ conceptionis jam ubique sit receptus, ac proinde tria Bernardi jam cessent præjudicia: nunc, si viveret, cum Theologis summorum Pontificum decretis acquie-

CHRISTI AN. 1140. quiesceret, & festum immaculatæ conceptionis cum Ecclesia Catholica celebraret.

S. Bernardi liber de præcepto & dispensatione.

XLVI. S. Bernardus circa idem tempus consultus a monachis Carnotensibus de regula S. Benedicti, ejusque obligatione, ut eis responderet, librum composuit, in quo multas solvit quæstiones, sed præsertim has duas: Quænam sub præcepto suis subditis religionis imperare possit superior, & in quibus eosdem dispensare valeat? Secundam sic resolvit: "Primo quidem, quidquid de spiritualibus in ipsa regula traditum est, in manu abbatis nequaquam relinquitur. Deinde reliqua pars, quæ in corporalibus constat observantiis, ne ipsa quidem in ejus voluntate posita est, ut ejusdem deserviat voluntati, sed magis charitati. Neque enim abbas supra regulam est, cui semel & ipse spontanea se professione submisit . . . . . Esto proinde, ut interdum regulæ litera cedat pro tempore charitati, cum ratio necessitatis exegerit: absit tamen, ut hominis cujuspiam subdatur voluntati: super fratrum sane transgressiones, non super Patrum traditiones constituitur, qui abbas eligitur, mandatorum cultor, & ultor vitiorum. Arbitror namque, sanctas illas observantias prælatorum prudentiæ & fidei creditas, non subditas voluntati. „

Ibid. c. 4. Hinc transit ad alteram de præcepto quæstionem. "Nonne, inquit, regularis ipsa professio, qua se junior subdit sponte priori, æque alligat & priorem? Communis equidem pacti reor utrumque necessitate teneri, fierique duos per unius sponsionem ad alterutrum debitores: fidelis curæ unum, alterum humilis obedientiæ. Quidnam igitur jam voluntati relinquitur, ubi & prælatus debiti necessitate tenetur: sed & de hoc item non parum prælati præscribitur voluntati, quod is, qui profitetur, spondet quidem obedientiam, non tamen omnimodam, sed determinate secundum regulam, nec aliam quam S. Benedicti, ut oporteat eum, qui præest, non frena suæ laxare voluntati super subditos, sed præfixam ex regula sibi scire mensuram, & sic sua demum imperia moderari circa id solum, quod rectum esse constiterit, nec quodlibet rectum, sed hoc tantum, quod prædictus Pater S. Benedictus instituit, aut certe quod sit secundum quod instituit. Sic se quippe habet professio: Promitto obedientiam secundum regulam S. Benedicti: non ergo secundum voluntatem præpositi. Proinde, si professo secundum illam regulam abbas meus mihi aliud forte imponere tentaverit, quod non sit secundum illam regulam . . . . . quænam mihi, quæso, in hac re necessitas imminet obsequendi? solum quippe id a me posse exigi arbitror, quod promisi. „

Ibid. c. 5. "Videtis ergo jam obedientiæ limites, quos requiritis. Si modus est obeditionis, tenor professionis: nec se valeat extendere potestas imperantis, nisi quatenus attigerit votum profitentis: profecto citra & ultra, nec non etiam contra, quid aliud quam obedientiæ limites quosdam censuerim, & hisce terminis virtutem eamdem circumcludi: Quamobrem quisque professus, in quovis genere salutiferæ viæ, nec ultra obedientiæ legem cogendus, nec citra est inhibendus, quam sua ipsius videtur complecti professio. Quanto minus contra. „ Demum utramque quæstionem sic concludit ... "Ergo prælati jussio vel prohibitio non prætereat terminos professionis. Nec ultra extendi potest, nec contrahi citra. Nihil me prælatus prohibeat horum, quæ promisi, nec plus exigat, quam promisi; vota mea nec augeat sine mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate. Necessitas quippe non habet legem, & ob hoc excusat dispensationem. Voluntas vero, quia sola meretur retributionem, etiam sola non immerito gradum altiorem usurpat. Alioquin & absque necessitate remissio voti, non dispensatio, sed prævaricatio est ... Ponant ergo præpositi metam obedientiæ subjectorum ex votis labiorum ipsorum, non suorum desideriorum: monentes eos, non cogentes ad celsiora: condescendentes eis, cum necesse fuerit, ad remissiora, non cadentes cum eis. „ In sequenti capite docet, quod, licet non sit præcepti, tamen sit perfectionis obedire in omnibus, quæ bona sunt. Hanc S. Bernardi sententiam cum D. Thoma sequuntur celeberrimi Theologi.

Hugo in Iprensi territorio natus, & S. Victoris Parisiensis canonicus regularis, qui scientia literarum & humili religione floruit, & Bernardum de quibusdam quæstionibus consuluit, tertio Idus Februarii anni millesimi centesimi quadragesimi secundi obiit. Vir fuit pro sua ætate eruditus, atque in operibus Augustini multum versatus: plura scripsit opuscula; non pauca sub ejus nomine edita sunt, quæ ad alios pertinent. Sic ejus libri tres, de ceremoniis, sacramentis, officiis, & observationibus ecclesiasticis authorem habent Robertum Paululum presbyterum Ambianensem; chronicon vero opus est Victoris Floriacensis. Hugo de Follietto Corbiensis monachus, & Richardus Victorinus quædam opera composuerunt, quæ sub Hugonis Victorini nomine impressa sunt. CHRISTI AN. 1141.

XLVII. In orientali Palæstinæ & Syriæ ecclesia, magna in tribus primariis sedibus orta est dissensio. Fulcherius Guillelmo Tyrensi Archiepiscopo succesferat, & a Guillelmo patriarcha Hierosolimitano consecrationem receperat, quamvis Tyrus antiquitus primum honoris locum teneret inter tredecim Metropoles, quæ patriarchæ Antiocheno subjacebant. Romam non sine magnis periculis profectus, ab Innocentio Papa pallium accepit & literas, quibus patriarcham Hierosolymitanum monebat, ut tres suffraganeos, scilicet Acrensem, Sidonienſem & Beritanum ei restitueret. Tyriac. l. 6. c. 19.

Radulphus natione Normannus vir militaris & arrogans, mediocriter eruditus, sed facundus, sedem Antiochenam, post mortem Bernardi primi patriarchæ Latini, sine cleri & suffraganeorum consensu invaserat, favore populi, quem largitionibus demeruerat: & statim pallium de altari sumpsit, Papa ne quidem consulto, cui se parem dicebat, eo quod Petrus Antiochenam & Romanam fundasset ecclesiam. Episcopi suffraganei vim metuentes fugerant, & cum eo non communicabant, aliquos tamen pertraxit ad suam communionem. Ecclesiæ vero suæ clericos crudelissime vexavit, alios ejecit, quosdam in vinculis detinuit, prætexens quamdam in vitam suam conspirationem, omniumque animos sic exacerbavit, ut vix se tutum inter domesticos putaret.

Lambertus archidiaconus, & Arnulphus diaconus, & postea episcopus Consentinus, vir prudens & nobilis appellantes Romam profecti sunt, consentiente comite Raimundo, qui Radulphum eamdem viam arripere compulit. Arnulphus in Siciliam prior adveniens, Rogerium regem convenit, eique dixit: Ecce! in manus tibi datur hostium immanissimus, patriarcha Antiochenus, qui tibi & tuis Antiochiam abstulit. Vide, quomodo eum habeas, certus, quia per eum ad hunc comitatum hæreditario jure tibi debitum, iterum tibi parare poteris introitum. Radulphus igitur Brundusium applicans, juxta Rogerii mandatum, sublatis omnibus, quæ secum detulerat, vinctus traditur Arnulpho in Siciliam ante Regem pertrahendus. Sed ut erat homo prudens & facundus, habitis cum eo familiaribus colloquiis, receptis omnibus, spondens, quod ad eum rediret, cum omni honestate Romam dimittitur. Hic difficiles habuit ad Papam introitus, quia suam ecclesiam Romanæ parem, imo promogenitam dixerat. Intervenientibus tamen amicis, cum multa susceptus est magnificentia. Ejus adversarii proferunt libellos accusatorios: verum tota curia cognoscens, quia res necessarias ad plenam fidem faciendam non attulerant: utrinque parti significatur, ut quiescant, quousque Papa legatum Antiochiam dirigat, qui ibi habita testium & instrumentorum copia, de causa plenius cognoscere possit. Ibid.

Radulphus pallio, quod sibi sumpserat, cardinalibus reddito, aliud sumptum de corpore B. Petri per primum diaconum recepit, sicque dimissus ad Rogerium reversus est: & sæpius cum eo collocutus, in ejus triremibus in Syriam devectus est. Postquam ad portum S. Simeonis appulit, ecclesiæ suæ scribit, ut certo die extra civitatem ei cum processione solemniter occurrant. Clerus, qui eum oderat, comitis favore fretus, ei obedire noluit, imo perfecit, ut Princeps ei civitatis introitum interdiceret. Radulphus secessit in monasterium, quousque Edessæ comes eum recepit. Demum amicorum interventu placatus Antiochiæ princeps eum revocavit. Petrus Lugdunensis Archiepiscopus non multo post a Papa missus legatus venit in Syriam, sed devotionis causa Hierosolymam profectus est. Urgentibus eum Lamberto & Arnulpho, ut Antiochiam acceleraret, Accon rediit, ubi gravi correptus ægritudine, veneno, ut dicitur, in potum ministrato, mortuus est. Falco post illum electus est Lugdunensis Archiepiscopus. Tunc adversarii

Christi An. 1142. sarii Patriarchæ spe sua frustrati, & destituti auxilio, pacem supplices postulant, accusationi renuntiare parati. Lambertus in archidiaconatum restituitur. Arnulphus vero nihil humanitatis inveniens, Principis iterum fretus auxilio Romam proficiscitur, ibique precibus insistens obtinet, ut Albericus Ostiensis episcopus in Syriam legatus dirigatur.

Ibid. & Concil. tom. 6. ed. Hard. *Antiochena synod.* Albericus Hierosolymæ completis orationibus, Patriarcham & universos regni pontifices ad synodum convocat apud Antiochiam pridie Kalendas Decembris anni millesimi centesimi quadragesimi secundi celebrandam, & illuc cum omni celeritate contendit. Adfuere Willelmus patriarcha Hierosolymitanus, Gaudentius Cæsariensis Archiepiscopus, Anselmus Bethlehemita episcopus, Fulcherius Tyriensis Archiepiscopus, & duo ejus suffraganei, Bernardus Sidoniensis, & Balduinus Berytensis. De provincia autem Antiochena, quoniam erant viciniores, adfuere universi, scilicet Stephanus Tarsensis Archiepiscopus, Gerardus Laodicensis, Hugo Gebalensis, episcopi, canonicorum causæ faventes: Franco Hierapolitanus, Gerardus Gorycensis, Serlo Apamiensis Archiepiscopus, qui patriarchæ Antiocheno præstabant auxilium: Alii in neutram partem inclinabant.

Die statuta residentibus his omnibus cum abbatibus in ecclesia principis Apostolorum, & pontificalibus indutis, præsidente legato, lectus est mandatorum domini Papæ tenor. Tum accusatores Arnulphus & Lambertus archidiaconus, quamvis beneficii restitutionem obtinuisset, quibus alii complures adjuncti sunt, dicunt, se paratos ad accusandum procedere, & subire, si deficiant, talionem. Radulphum autem accusarunt, de enormi & contra regulas SS. Patrum ejus in patriarchatum introitu, & de ejus incontinentia, & de simoniacis operibus. Hisque instanter postulantibus, ut se præsentem exhiberet, mittuntur qui eum ad synodum solemniter invitent, & ut ad objecta veniat responsurus, moneant. Ille vero venire noluit. Eaque die nihil amplius processum est. Secunda die rursum convenientes, edicto citatorio rursus Radulphum evocant, qui venire recusavit. Interim Serlo Apamiensis, qui aderat sine vestibus pontificalibus, interrogatur a legato, quare reliquis fratribus non consonaret, & quare ad accusandum, sicut aliquando fecerat, non procederet? Respondit: Feci contra salutem animæ meæ, detrahens patri meo . . . nunc ab errore devio me revocans, nec eum accusare, nec eum judicare præsumo, sed pro ejus statu & incolumitate paratus sum usque ad mortem decertare. Præcipitur exire: & data est in eum sententia excommunicationis, & degradationis, sive juste, sive aliter, ab omni officio sacerdotali & pontificali depositus est. Tantus timor comitis Antiocheni, in partem legati nimium proclivis, omnes invaserat, ut jam contradicendi nulla libertas alicui præstaretur. Incendebat eumdem Principem quidam Petrus Armenus, præsidii civitatis custos, vir malitiosus. Sperabat enim, Haymericum nepotem suum, quem Patriarcha decanum fecerat, favore Principis Radulpho substituendum, si deponeretur: quod & factum est. Serlo sic depositus Antiochia egrediens in suam diœcesim se contulit: pervenienseque ad castrum Harene, ægritudine præventus lecto decubuit, & conversus ad parietem, & injuriarum enormitatem non ferens expiravit.

Ibid. Tertia die convenientes tertio dirigunt, qui Patriarcham peremptorio citent edicto: qui sive suam conscientiam, sive Principis violentiam timens, venire omnino negavit. Erat autem in palatio cum familiaribus suis, multo stipatus equitum & popularium comitatu, qui, nisi Principis timuissent potentiam, legatum cum universis, qui ad ejus depositionem convenerant, urbe depellere parati erant. Legatus videns quod ad se venire nolebat Patriarcha, de Principis confisus patrocinio, in palatium ascendit: ibique data in eum depositionis sententia annulum & crucem compulit violenter resignare. Inde jubente legato, Principi traditus, & vinculis miserabiliter alligatus, ignominiose tractus est apud monasterium S. Simeonis in monte eminentissimo situm, & carceri mancipatus est. Sed postea elapsus Romam profectus est, ibique aliquatenus gratiam sedis Apostolicæ assecutus, dum redire maturaret, veneno hausto, quonam porrigente nescimus, miserabiliter interiit. Clerus Antiochenus jam elegerat Haymericum decanum, virum illiteratum. Eum suggestione Principis, & interventu munerum factum esse Patriarcham dicitur. Christi An. 1143.

Ibid. *Hierosolymitana synodus.* Legatus his peractis Hierosolymam reversus est, ubi usque ad solemnitatem paschalem anni millesimi centesimi quadragesimi tertii moram faciens, habito prius consilio cum prælatis ecclesiarum, tertio post sanctum Pascha die, una cum domino Patriarcha, templum Domini solemniter dedicavit. Qua celebritate completa, convocatis episcopis cum Patriarcha concilium celebravit. Maximus Armenorum Pontifex ei interfuit, qui Catholicus dicitur. Cum eo de fidei articulis, in quibus a nobis dissidet ejus populus, habitus est tractatus: & ex parte ejus promissa est in multis correctio. Albericus legatus post hæc Romam reversus est.

Fulco Hierosolymitanus rex ex equo prolapsus jam obierat, Idibus Novembris anni præcedentis, duos filios reliquit impuberes, Balduinum & Amalricum. Regni potestas penes Melisendam reginam eorum matrem resedit, ei quippe hæreditario jure debebatur. Balduinus tamen, ejus nominis III., juvenis tredecim annorum formæ admirabilis, cui mentis quoque bene constitutæ respondebat habitus, cum matre coronatus fuit. Edessa Mesopotamiæ Metropolis, & Christianitatis propugnaculum eodem anno sic a Saracenis capitur. Armenius quidam civis Edessensis, habitans in turri muro contigua, ob filiam suam a Principe civitatis corruptam, coquens animo vindictam, invitatos pactis intestinis Saracenos ipsa nocte nativitatis Dominicæ intromisit in urbem: qui irruentes in populum secure in ecclesia excubantem, Archiepiscopum quidem altari assistentem mactarunt, populum vero non resistentem, sed subiti casus stupore rigentem gladiis trucidarunt. Christianæ religionis cultus trans Euphratem funditus deletus est. Guillelmus Hierosolymorum patriarcha post biennium anno decimo quinto sui pontificatus obiit. In hanc sedem translatus est Fulcherius Tyriensis: cui suffectus est Radulphus, natione Anglus, Regis cancellarius. Cleri pars ejus electioni contradixit, & Papam appellavit. Radulphus tamen favore Regis, quamvis ei se opponerent Patriarchæ, & Joannes Pisanus Tyriensis archidiaconus, qui postea fuit cardinalis, Tyriensem ecclesiam per biennium administravit. Neubrig. l. 1. de rep. christ.

XLVIII. Bituricensis ecclesia in Gallia, morte Alberici sui pastoris non mediocriter desolata, gravi schismate concussa est. In tantum hæc discordia processit, ut usque ad Papam & Franciæ regem pervenerit. Hæc sedes jam per annum & tres menses vacaverat, cum cleri pars, assentiente Rege, Cadurcum quemdam huic præficere volebat. Altera pars Petrum, Haimerici Romani cancellarii consobrinum elegerat. Papa vero cancellarium deligens, Petrum in Archiepiscopum consecratum misit Bituriges: Cadurcum vero omni ecclesiastico honore privavit. Rex indignatus id esse factum contra voluntatem suam, publice juravit, quod se vivente Petrus non esset Archiepiscopus, eique totius regni sui introitum interdixit. Innocentius id ubi rescit, dixit, Regem puerum esse instruendum, ne talibus assuesceret, adjecitque, veram non esse libertatem, ubi quis excipitur a Principe; nisi forte docuerit coram ecclesiastico judice illum non esse eligendum, & per omne Regis dominium divini celebrationem officii interdixit. Chronograph. Mauriniacens. Nang. chron.

Ibid. Theobaldus Campaniæ comes, qui multa in ea provincia ditiones possidebat, Petrum recepit, & ei omnes ecclesiæ obediebant. Rex iratus collecto exercitu Vitriacum Theobaldi comitis oppidum cepit, admotoque igne incendit ecclesiam, & in ea mille trecenti homines diversi sexus & ætatis periere. Hanc dissensionem auxit Radulphus Veromanduorum comes, uxorem suam, quæ Theobaldi neptis erat, sub prætextu consanguinitatis repudiavit, & in matrimonium accepit Petronillam Eleonoræ Francorum reginæ sororem. Tres episcopi, nempe Simon Tornacensis ejus frater, Bartholomæus Laudunensis, & Petrus Silvanectensis illud repudium approbavere. Theobaldus ad Papam querelas detulit, & in ejus gratiam eidem scripsit S. Bernardus, affirmans, eum causa justitiæ & fidelitatis erga sedem Apostolicam, a Ludovico rege male haberi. Innocentius Papa Ivoni cardinali in Gallia suo legato præcepit, ut Veromanduorum comitis possessiones interdicto supponeret, & tres prædictos episcopos ab officio suspenderet. Theobaldus autem, cum gravi bello premeretur, & ejus terra penitus desolaretur, compulsus est Regi sub jurejurando promittere, quatenus sententiam excommunicationis datam in Radulphum Bernard. epist. 217.

CHRISTI AN. 1143. dulphum faceret amoveri. Bernardus idem Papæ suasit, quia semper eamdem sententiam postea confirmare posset, si Radulphus datam fidem falleret.

Rex sciens anathema mox innovandum in Radulphum, Bernardo scripsit; non sine gravi querela, ut illud impediret, ob multa mala, quæ inde sequerentur. Bernardus, qui Principum gratiam adulationibus captare vel fovere nesciebat, id se facturum negavit, ac Regem severe reprehendit, divinum ei comminatus judicium, si ea de causa pacem cum comite Theobaldo factam violaret; quippe qui, uti epist. 220. promiserat, effecerat, ut Radulphus licet reus absolveretur, & recidivam excommunicationem non petierat. Bernardus aliis literis rursus Regem acrius arepist. 221. guit, quod pravis consiliis adhærescens, pacis consilia respueret, & comitis Theobaldi regiones vastaret hostiliter. Tum subjungit: At quidquid vobis de regno vestro, de anima & corona vestra facere placeat; nos Ecclesiæ filii, matris injurias, contemptum, & conculcationem omnino dissimulare non possumus ... non tacebo, quod cum excommunicatis iterato fœdus & societatem inire satagitis: quod in necem hominum, combustionem domorum, destructionem ecclesiarum, dispersionem pauperum, raptoribus & prædonibus adhæretis: non silebo, quod illicitum illud maledictumque juramentum inconsultissime usurpatum a vobis contra Bituricensem ecclesiam nunc ita tandem corrigitis, ut Christi ovibus apud Catalaunum pastorem præfici non sinatis: insuper & fratri vestro Roberto ejusque militibus domos episcopales contra jus & fas habitandas, & res ecclesiæ in hujusmodi nefarios usus profligandas audacter nimium exponatis. Dico vobis, non erit diu inulium, si hæc ita facere pergitis. Ecclesiam Remensem ejusque villas Robertus pariter vastaverat, eo quod Samson Remensis Archiepiscopus cum Theobaldo Campaniæ comite belli societatem iniisset.

epist. 222. Bernardus aliis literis conquestus est apud Joslenum Suessionensem episcopum, & Sugerium abbatem S. Dionysii, eosque increpavit, quod tot & tanta mala non impedirent. Postea Josleno minus aspere scripsit velut ei satisfaciens, & ad studium pacis adhortatur. Demum Stephano cardinali & Prænestino episcopo, qui prius fuerat monachus Cistercienſis, tot Ludovici regis malefacta & injurias in ecclesias & episcopos exposuit, orans, ut pro ea, qua valebat apud Papam gratia, daret operam, ut iis aliquod afferret remedium. Re postea diligentius considerata, & graviora mala timens, si schisma invalesceret propter interdictum, quod Galliæ regno Papa denuntiaverat:

Bernard. epist. 219. Bernardus literas dedit ad tres episcopos curiæ Romanæ, Albericum Ostiensem, Stephanum Prænestinum, Iymarum Tusculanum, & Gerardum cancellarium, eosque pro viribus hortatur & exorat, ne prioris schismatis cicatrici nondum penitus obductæ novam plagam inducant. " Si qua vobis sunt, inquit, viscera pietatis, tantis vos opponite malis, ne in illa præcipue terra, nempe in Gallia, sciſſura fiat, in qua solent sciſſuræ aliæ refarciri .... Regi puero parcatur, si fieri possit, salva in omnibus Ecclesiæ libertate, simul & Archiepiscopo Petro Bituricensi debita veneratione servata, quem manus Apostolica consecravit. Hoc ipse Rex humiliter petit, hoc nostra universa citra-montana nimium jam afflicta Ecclesia suppliciter deprecatur. Alioquin damus manus morti, tabescentes & arescentes præ timore & expectatione, quæ supervenerunt universo orbi. Deprecationem meam super hoc ab anno præterito non exauditio, sed indignatio, indignationem autem desolatio pene universæ terræ secuta est. „

Bernardus equidem solita apud Innocentium Papam gratia se excidisse tunc animadvertit. Ejus offensionis duas causas refert. Prima est, quod de rebus plurimis Papam sæpius interpellasset. Secunda. Quod cardinalis Joannis pecunias inconsulto Papa distribuisset iis, quibus dari testamento præscripserat. Utrumque data ad Innocentium epistola purgare tentavit.

Bernard. epist. 228. & 229. XLIX. S. Bernardus circa idem tempus amicissime scripsit Petro Cluniacensi conquerenti, quod ei non rescriberet. Gaudeo, inquit, quod recaluistis priscæ amicitiæ recordari, & vel læsum revocare amicum. Libenter redeo revocatus: Felix qui revocor. Nullarum jam memor sum injuriarum ... intimus vobis denuo factus, sicut dignamini scribere .... Decretum est mihi, ultra non egredi monasterio. Bernardi literis humanissime respondit Petrus abbas, & suorum novam texens apologiam, exponit causas dissensionum inter Cluniacenses & Cistercienses. Quarum prima est, diversitas consuetudinum, licet omnes eamdem S. Benedicti regulam profiteantur. Secunda est superbia & invidia, quæ inter religiosos facile nascitur, dum quisque sui ordinis prærogativam tueri sibi videtur. Unde fit, ut moriatur charitas, nam neque eum, cui invidet invidus, potest diligere. Præterea, ubi abest humilitas, abest & charitas, ut docet Apostolus, cum dicit, Charitas non æmulatur, non agit perperam, non est ambitiosa. Demum sic concludit: Restat, ut vos, quem fortem columnam, cui innititur monastici ordinis ædificium, summa providentia præparavit, & velut rutilum sidus exemplo verboque non solum monachis, sed & toti Latinæ ecclesiæ nostro tempore insigniter lucens donavit: Restat, inquam, ut totam, quam potueritis, huic divino operi detis operam, & unius nominis & ordinis maximas congregationes nequaquam dissidere ultra patiamini. Studui ego semper, ut sanctos illos congregationis vestræ monachos nostris fratribus commendarem, & ipsos illis perfectæ unione charitatis, si fieri posset, inviscerarem. Sic agere consueverunt sapientes in Christo superiores. CHRISTI AN. 1143. 1. Cor. 13.

Petrus Venerabilis non solum pro suis scripsit, sed etiam plurimum laboravit, ut quosdam abusus, qui localium superiorum negligentia invaluerant, prorsus removeret. In generali capitulo sui ordinis, frequentiora indixit jejunia. Secundo. Quædam indulta humanæ fragilitati corporum subsidia sustulit. Instantibus tamen fratribus, hanc austeritatem sic temperavit, ut publicatis suis statutis, in septuaginta octo articulos digestis multas laxitates rescinderet, imprimis esum carnium sanis prohibuit. Scandalum eo processerat, ut monachi qualibet feria sexta suis leguminibus & aliis ferculis adipes infunderent. Quod aliis omnibus adeo absurdum videbatur, ut nec ipsi pauperes datas sibi talium ciborum reliquias comederent: statuitque, ut jejunia regularia ab Idibus Septembris usque ad caput quadragesimæ ab omnibus, semel in die comedendo, servarentur, exceptis paucis festis diebus. Refectiuncula postea ubique superaddita tunc ignorabatur.

Petri Clun. ep. 13. 14. *Alcorani versio.* Petrus Cluniacensis, dum in Hispania pro monasteriis sui ordinis ordinandis commoraretur, magnis sumptibus effecit, ut Alcoranus Mahumetis de lingua Arabica verteretur in Latinam, illiusque exemplar misit Bernardo, eique scripsit: " Fuit hæc mea intentio, ut morem illum Patrum sequerer, quo nullam unquam suorum temporum vel læviſſimam hæresim silentio præterirent, quin ei totis fidei viribus resisterent, & scriptis ac disputationibus esse detestandam ac damnabilem esse demonstrarent. Hoc ego de hoc præcipuo errore errorum, de hac fece universarum hæresum, in qua omnium diabolicarum sectarum, quæ ab ipso Salvatoris adventu ortæ sunt, reliquiæ confluxerunt, facere volui, ne, sicut lethali ejus peste dimidius penes orbis infectus agnoscitur, ita quam sit execrandus & conculcandus, detecta ejus stultitia & turpitudine a nescientibus agnoscatur. „Petrus ad eam versionem usus est Roberto Retenensi, natione Anglo, Pampelonæ archidiacono, qui & Alcoranum in epitomem redegit. Petrus Bernardum viciſſim oravit, ut suum de præcepto & dispensatione librum ad se transmitteret.

L. Innocentius Papa Tiburtinos obsidione pressos interim ad deditionem compulerat sub honestis conditionibus; Romani vero infensi, quod eos, a quibus magnam cladem acceperant, tam benigne tractaret, volebant, ut dejectis eorum muris omnes solum vertere cogeret: quod cum non impetrassent, seditione facta novum creant senatum, & veluti prima libertate recepta, Tiburtinis bellum denuntiant. Papa veritus, ne urbis dominium Apostolicæ sedi aliquando eriperet ejusmodi conspiratio, minis & muneribus, quantum potuit, obstitit: at cum nihil proficeret, in morbum incidit, & die vigesima quarta Septembris anni millesimi quadragesimi tertii in pace quievit, cum annos tredecim & menses septem sedisset: & sepultus est in concha porphyretica Lateranensis ecclesiæ, quam reparaverat. Tertia die ab ejus morte, Guido natione Tuscus, presbyter cardinalis S. Marci ei successit, & dictus est Cœlestinus II. .... electionem suam sic scripsit ad Cluniacenses: Notum facimus dile- Mabill. tom. 2. mus. Ital. *Innocentius II. Papa succedit Cœlestinus.* Cœlestini P. epist.

CHRISTI AN. 1143. dilectioni veſtræ, quod domino noſtro bonæ memoriæ Papa Innocentio VIII. Kalendas Octobris defuncto, & in Lateranenſi eccleſia cum maxima cleri ac populi Romani frequentia tumulato, cardinales presbyteri, & diaconi, una cum fratribus noſtris, epiſcopis, & ſubdiaconis, clero ac populo Romano acclamante, partim, & expetente, tertia die in ipſa eccleſia, unanimi voto, & pari conſenſu, me indignum . . . . in Romanum Pontificem concorditer elegerunt. Demum ſe commendat eorum orationibus. Ille tamen erat ea prælatione digniſſimus, quoniam ei tria, quæ inter homines pene habentur præcipua, ſimul confluxerant, celebremque magiſtrum reddiderant: nobilitas ſcilicet generis, mentis induſtria in omni ſtatu æqualis, literarum quoque ſcientia multiformis. Ludovicus VII. Galliarum rex ad eum legatos pro pace ineunda miſit, quam ita dulciſſima impetratione obtinuerunt, ut in conſpectu illorum multorumque nobilium, benigne aſſurgeret, manuque elevata ſignum benedictionis contra Galliam faciens ipſam a ſententia interdictionis abſolverit. Verumtamen anno tantum ſequenti, mediante S. Bernardo, ſimultas, quæ inter regem Ludovicum, & comitem Theobaldum incanduerat, ſopita eſt. Porro hæc pax adeo firma fuit, ut Ludovicus rex poſt divortium cum Eleonora, & poſt mortem Conſtantiæ ſecundæ ejus uxoris, Adelam Theobaldi filiam matrimonio ſibi junxerit, ex qua Philippus cognomento Auguſtus, qui patri in regnum ſucceſſit, natus eſt.

Concil. tom. 6. edit. Hard.

Chronograph. Maurin.

Pſeudo-Robert. de mont. chron.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

LI. Eodem ſedente, Henricus Wintonienſis epiſcopus ſedis Apoſtolicæ legatus, in media quadrageſima, Londoniæ ſynodum celebravit, cui Stephanus rex interfuit. Nullus enim honor clericis vel Eccleſiæ Dei a raptoribus deferebatur; & æque capiebantur, & redimebantur ut laici. Statutum eſt ergo, ne aliquis, qui eccleſiam cœmeteriumque violaverit, vel clerico aut viro religioſo violentas manus injecerit, ab alio quam ab ipſo Papa poſſit abſolvi. Unde clericis aliquantulum ſerenitatis vix illuxit. Statutum eſt etiam, ut aratra in campis cum ipſis agricolis talem pacem habeant in agris, qualem habent in cœmeterio, ſi extitiſſent. Excommunicaverunt autem omnes, qui contra hoc decretum venirent.

London. ſynodus.

Cinnam. lib. 1.

LII. Joannes Comenus Græcorum Imperator, octavo die menſis Aprilis ejuſdem anni, cum annos viginti quatuor menſeſque ſeptem imperaſſet, in cilicio moritur. Manuelem filiorum natu minorem deſignavit Imperatorem. Saluberrimam edidit conſtitutionem adverſus provinciarum præſides, & magiſtratus, qui defunctorum epiſcoporum bona relicta invaderent; quod, ne amplius fieret, omnino pœnis cohibuit. Tunc etiam vacabat patriarchalis ſedes Conſtantinopolitana; Coſmas patriarcha ab ea depulſus fuerat, quod protegeret Niphonem monachum Bogomilum, qui in ſynodo damnatus, barba deraſa carceri mancipatus eſt. Manuel igitur Patriarcham conſtituit Michaelem monaſterii in inſula Oxia præpoſitum, virum liberalibus diſciplinis, humanioribuſque literis leviter quidem imbutum, ſed morum elegantia, rerumque divinarum ſcientia nemini inferiorem. Ejus viciſſim manibus in eccleſia Imperatorio diademate inſignitus eſt; ipſe vero centenarium auri in ſacra menſa depoſuit, & clero penſionem annuam duorum centenariorum aſſignavit.

CHRISTI AN. 1144. LIII. Cæleſtinus Papa II. Romanam Eccleſiam rexit menſes quinque, & dies tredecim, & anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto mortuus, die nona Martii, & in baſilica Lateranenſi ſepultus eſt. Poſt triduum cardinales convocati Gerardum Caucanimicum, civem Bononienſem, quem Honorius II. ex canonico regulari cardinalem creaverat, elegere, & Lucium II. in conſecratione nominarunt. Diverſarum eccleſiarum ſtatui conſulere volens, duos legatos a latere ſuo mittere curavit, Albericum Oſtienſem in Franciam, Haimerum Tuſculanenſem in Angliam. Urbani II. judicium, quo ſtatuerat, ut epiſcopi Britanniæ Turonenſi Archiepiſcopo ſubjacerent, confirmavit, & obedientiam, quam Dolenſi epiſcopo promiſerant, eis remiſit. S. Bernardo ſcripſit: " Nunc, ſicut accepimus, Nivernenſis comes contra juſtitiam, & Apoſtolicæ ſedis authoritatem, a dilecto filio Pontio Vizeliacenſi abbate violenter exigit, ut in qualibet querimonia in perſona ſua cum hominibus ſuis in curia ſua reſpondeat. Quod quidem nec ipſe abbas, nec prædeceſſores ſui hactenus feciſſe noſcuntur. Ideoque per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus eumdem comitem ex noſtra parte diligenter commoneas, ut pro beati Petri reverentia, cujus juris idem monaſterium eſſe dignoſcitur, ab ejuſmodi exactione deſiſtat, aut in præſentia venerabilium fratrum noſtrorum Oſtienſis, & Tuſculanenſis epiſcoporum, Apoſtolicæ ſedis legatorum, juxta tenorem ſedis Apoſtolicæ privilegiorum, quod juſtitia dictaverit, ab eodem abbate recipiat. Quod ſi hoc recipere noluerit, ipſum monaſterium tam injuſte opprimi pati non poterimus.„ Datum Laterani decimo tertio Kalendas Decembris.

Chronograph. Maurin. Luc. P. epiſt.

CHRISTI AN. 1144.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Ibid.

Raimundus Toletanus Archiepiſcopus a Lucio poſtulavit, ut eccleſiæ ſuæ primatum confirmaret: quod ei Papa libenter annuit, datis ad eum ſequentibus literis, tertio Idus Maji. " Per præſentis, inquit, privilegii paginam, authoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum regna primatus obtineas dignitatem. „ Exceptionem tamen apponit, ſed illa ſpectat Metropolis, non autem primariæ juriſdictionem. " Epiſcopales ſedes, inquit, quæ in præſentiarum juſte, & quiete poſſides, eidem Toletanæ eccleſiæ tanquam Metropoli, ſubditas eſſe decernimus . . . . Porro illarum diœceſes civitatum, quæ Saracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiſerunt, eo tenore veſtræ ſubjicimus ditioni, ut, quoad ſine propriis extiterint Metropolitanis, tibi ut proprio debeant ſubjacere. Si quæ autem Metropoles in ſtatum proprium fuerint reſtitutæ, ſuo quæque diœceſis Metropolitano reſtituatur, ut ſub proprii regimine paſtoris ſuper divini collatione beneficii ſemper glorietur. „

Baluz. miſcel. tom. 2.

Alphonſus Portugalliæ rex ditionem ſuam Lucio Papæ vectigalem conſtituit, annuo cenſu unciarum auri quatuor, ea conditione, ut defenſionem ac ſolatium Apoſtolicæ ſedis haberet, & nullam poteſtatem alicujus eccleſiaſtici ſæculariſque domini, niſi tantum ſedis Apoſtolicæ, vel ipſius legatorum in terra ſua reciperet. Lucius autem poſt acceptas ejus literas, ad eum reſpondens laudat hominium, quod Innocentio Papæ fecerat, & ſibi per literas promiſerat, " Ut tam tu, inquit, quam hæredes tui de terra ipſa quatuor uncias auri ſingulis annis Romano Pontifici perſolvatis. „ Alphonſum autem, licet ſe Regem inſcripſerit, tantum ducem ſalutat, quoniam Alphonſus Hiſpaniarum Imperator ejus regiæ dignitati ſe totis viribus opponebat: hinc nonniſi ſub Alexandro III. Regis titulum obtinuit.

Luc. P. epiſt. 2. Concil. tom. 6. ed. Hard. *Romanor. rebellio.*

Lucius Papa Romanos expertus rebelles, Conradi Imperatoris adverſus eos implorat auxilium, & quomodo provinciis Romanæ Eccleſiæ datis eum ſpoliare tentaverint, ſic exponit: " Populus Romanus nullas inſaniæ metas ponere volens, ſenatoribus, quos ante inſtituerat, patricium adjiciunt, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri Leonis filium eligentes, omnes ei tanquam Principi ſubjiciuntur. Deinde Pontificem ſuum adeunt, ac omnia regalia ejus, tam in urbe quam extra poſita, ad jus patricii ſui repoſcunt: eumque more antiquorum ſacerdotum de decimis tantum, & oblationibus ſuſtentari oportere dicentes. „ Has literas, & Guidonem Piſanum cardinalem, & cancellarium, alioſque Papæ legatos, antiquorum privilegiorum renovationem poſtulantes honorifice ſuſcepit Imperator. Contra vero rebellium legatos rejecit, eorumque literis non reſpondit, quamvis hæc ejus nomine, ac pro ipſius honore ſe feciſſe ſignificarent. Non omnes Romani huic conſpirationi conſenſere; Ptolomei, Frangipanes, & plures Jordanis conſanguinei aliique ex nobilioribus familiis ex parte Papæ ſtabant. Lucius Papa hinc factus animoſior, ut refert Gotfridus Viterbienſis hujus temporis ſcriptor, ſenatum extinguere tentavit. Itaque cum ingenti militia capitolium Romæ conſcendit, ut ſedentes ibi ſenatores cum dedecore removeret. Senatus autem populuſque Romanus ad arma converſus, Papam cum ſuis a capitolio repellit, ubi Papa, ſicut audivimus, lapidibus magnis percuſſus, uſque ad obitus ſui diem, qui proxime ſecutus eſt, in ſede non ſedit: obiit autem quinto Kalendas Martii, ſeu die vigeſima quinta Februarii, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto, poſtquam ſediſſet menſes undecim, & dies quatuordecim: in Lateranenſi baſilica ſepultus eſt.

Otto Friſing. Gotfrid. chron. *Lucii P. mors.*

CHRISTI AN. 1145.

LIBER L.

Eugenius Papa III. Armeniorum legatos recipit, qui ejus communionem, & judicium circa celebrationem Euchariſtiæ expetunt, & recipiunt. Deinde plures ſcribit epiſtolas ad componendum eccleſiæ Hiſpanicæ ſtatum, ubi, ſicut in Africa, Mauri Chriſtianos perſequebantur. Arnaldi Brixienſis Romæ ſectatores coercet: & cum Imperatore reconciliatur: pacem etiam ſancit cum Willelmo rege Siciliæ, cui dat inveſtituram, ejuſque hominium ſub annuo cenſu recipit. Arnaldus Brixienſis rurſus Romanos ad rebellionem commovet, ſparſis ſuis erroribus. Eugenius auxilium Imperatoris implorat, atque in Galliam ſe recipit: hic honorifice ſuſceptus plures celebrat ſynodos. Gilbertus Porretanus Pictavienſis epiſcopus in Pariſienſi ſynodo erroris accuſatur: in Remenſi quoſdam articulos retractat, & quidam ejus libri damnantur, donec corrigantur: ſed ſervat ſuum epiſcopatum. Ibidem damnatur quidam Eon fanaticus. Ludovicus VII. Francorum rex ſacram expeditionem ſuſcipit, quam ſuis concionibus, & miraculis multum promovet S. Bernardus ita, ut Conradus Imp. cum multis Principibus crucem ſuſcipiat. Hæc tamen expeditio fuit infeliciſſima. Papa Romam revertitur, Arnaldum ejicit, qui captus ab Imperatore flammis addicitur. S. Bernardus multos Albigenſes novos hæreticos ad Eccleſiam reducit, & alios coercet: confutat Henricum hereticum, cujus aliquot diſcipuli prope Coloniam deprehenſi flammis addicuntur. Metenſes cum vicinis Principibus reconciliat: & ſcribit libros quinque de conſideratione plenos monitis ſapientiſſimis. S. Malachiam Hyberniæ primatem ſuſcipit, adeſtque morienti, & ſcribit ejus vitam. Ipſe demum migrat ad Deum. Petrus abbas Cluniacenſis ſcribit adverſus Petrobruſianos in Aquitania tumultuantes. Publicani damnantur in Oxonienſi ſynodo, & puniuntur. Eugenio Papæ ſuccedit Hadrianus IV., & coronat Fridericum Imperatorem: Romani, quorum poſtulata contempſerat, ad arma convolant, ſed cum magna ſtrage vincuntur. Græci Italiam invadentes victi recedunt. Henrico Angliæ regi Papa concedit, ut Hyberniam occupet: & jubet, ut epiſcoporum bona relicta eorum ſucceſſoribus reſerventur. Pictura quædam, & vox in literis Papæ, quæ videbatur ambigua, & quamdam Imperatoris a Papa dependentiam in temporalibus indicabant, novum inter eos diſſidium excitant, quod Papa ſedat ſublata ambiguitate; ſed mox majus exardeſcit, quia Papa ſedem Ravennatenſem cuidam Guidoni conferre noluit, licet id inſtanter poſtularet Imperator, qui Guidonem in ea manutenuit: & licet utrimque plures pro pace laborarent, conciliari non potuit. Hinc poſt Hadriani mortem ingens ſchiſma naſcitur: Imperator enim Octaviani ſeu Victoris IV. partes ſuſcepit adverſus Alexandrum III., quem primum multoplures Cardinales elegerant. Imperator utriuſque juris judicium ſibi vindicans, convocatis pluribus epiſcopis, Octavianum in Papienſi conventu legitimum Papam declarari curat. Alexander, qui ejus judicium ſubire noluerat, ipſum cum ejus antipapa, & fautoribus excommunicat, & ſecedit in Franciam: hicque poſt breve tempus a regibus Franciæ, & Angliæ ut Petri ſucceſſor agnoſcitur: eorumque exemplum ſequuntur alii Reges, & Principes. Illius partes plurimum promovere S. Petrus Tarentaſius, & Arnulphus Lexovienſis epiſcopus. Francorum rex ab eo prope defecit, hortante Imperatore: ſed ejus fraude in quodam colloquio cognita, brevi reſipuit. Plures ſynodi pro reformatione morum atque diſciplinæ celebrantur. Henricus Upſalenſis epiſcopus, & Ericus Sueciæ rex martyrio coronantur. Inter ſcriptores eccleſiaſticos floruere S. Bernardus, Petrus abbas Cluniacenſis: Lombardus, dictus magiſter ſententiarum: Anſelmus Havelbergenſis, qui dialogos adverſus Græcos compoſuit: & Gratianus compilator decretalium.

Christi An. 1145. Onuphr. *Eugenius III. Papa.*

I. CUM ſenatus populuſque Romanus poſt mortem Lucii II. tumultuarentur, & ex eligendi Pontificis mora periculum Eccleſiæ immineret: Cardinales convenientes in proximam eccleſiam monaſterii S. Cæſarii, illic Dei nutu, contra morem decreto ſynodi ſub Stephano III. celebratæ inductum, extra ſuum collegium elegerunt Petrum Bernardum, natione Piſanum, monachum Ciſtercienſem, & diſcipulum S. Bernardi, qui eum abbatem monaſterio S. Vincentii, & Anaſtaſii præfecerat, virum probitate inſignem, & prudentia in rebus obeundis locupletem, eumdemque ad Lateranenſe palatium deducentes, in Apoſtolica ſede collocarunt, & Eugenium III. Christi An. 1145.

nun-

CHRISTI AN. 1145. nuncuparunt, tertio Kalendas Martii. Cum proxima Dominica consecrationem apud S. Petrum ex more susciperet pararet, cognito Romanorum perverso consilio, qui ejus electionem violenter retractare disposuerant, nisi eorum senatum, & patricium Apostolica authoritas confirmaret, eisque regalia traderet, cum omnibus cardinalibus, & episcopis Roma egressus fugit, & apud Farfensem abbatiam Pontifex consecratur, die quarta Martii. Inde Viterbium veniens Pascha celebravit, ibique per octo menses commoratus est.

Anonym. Cassin.

Otto Frising.

Bernard. ep. 238.

S. Bernardus, qui jam cardinalibus, & episcopis de ejus electione velut jocando scripserat, eidem Pontifici literis gratulatus, simul hortatur ad munus Apostolicum fortiter obeundum, ut conceptæ de se multorum opinioni respondeat. " Superest, inquit, ut hac facta mutatione tui, ipsa quoque, quæ tibi commissa est, Domini tui sponsa mutetur in melius ... si amicus sponsi es, ne dixeris dilectam ejus principem meam, sed principem, nihil tuum in ea vindicans, nisi quod pro ea, si oportuerit, etiam animam tuam donare debes. Si Christus te misit, æstimabis, te non ministrari, sed ministrare venisse: & ministrare non solum substantiam, sed ipsam quo-

1. Cor. 1. que animam. Verus successor Pauli dicit cum Paulo: Non quia dominamur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri. Petri hæres audiet Petrum

1. Petr. 1. dicentem: Neque ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis .... Alioquin, per quem alium hæc tam debita libertas sperabitur, si tu, quod absit, in Christi hæreditate quæras, quæ tua sunt, qui jam & ante didiceras, non dico tua non retinere, sed nec tuus esse .... Ascendisti in altum: noli altum sapere: sed time, ne forte contingat,

Psal. 101. fero miserabilem illam emittere vocem: A facie iræ, & indignationis tuæ elevans allisisti me; altiorem quippe locum sortitus es, sed non tutiorem; sublimiorem, non securiorem. Terribilis est locus iste, locus, inquam, in quo stas, terra sancta est; locus Petri est, locus Principis Apostolorum, ubi steterunt pedes ejus: locus illius est, quem constituit Dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ .... Quis mihi det, antequam moriar, videre Ecclesiam Dei, sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti vel auri, sed in capturam animarum. Quam cupio illius te hæreditare vocem, cujus adeptus es sedem? Pecunia, inquit, tua sit tecum in perditionem .... Hoc vehementer expectat, & omnino expetit a te mater tua: hoc filii matris tuæ desiderant, ut omnis plantatio, quam non plantavit Pater cœlestis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim constitutus es super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, & ædifices, & plantes ... Confortare igitur, & esto robustus: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum .... In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem, & timor ejus, qui aufert spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. "

Bernard. ep. 362. Bernardus tunc etiam scripsit Roberto Pullo cardinali, & cancellario: eum hortatur, ut Eugenio recens electo Pontifici strenuum pro officio se adjutorem præbeat in negotiis Ecclesiæ. Pullus natione Anglus vir fuit literis, & eruditione clarus, & antiquus Bernardi amicus, literas Parisiis professus, Oxonienſem accademiam in Anglia instauravit. Innocentius II. ob singulares animi dotes eximiamque doctrinam eum Romæ evocavit. Lucius Papa II. eumdem primum ex sua gente cardinalem creavit, & jussit suum esse cancellarium. Octo sententiarum ejus libros editos habemus, in quibus Theologicas quæstiones de mysteriis, & sacramentis tunc in scholis controversas, scripturæ, & Patrum authoritate solvit: in eo leguntur quædam extraordinariæ opiniones.

Otto Frising. II. Arnaldus Brixiensis interim Romam ingressus seditionem inflammavit, proponens antiquorum exempla Romanorum, qui ex senatus consultis, & juvenum fortitudine totum orbem suum fecerant. Quare reædificandum capitolium, renovandam dignitatem senatoriam, reformandum equestrem ordinem

Oth. chr. num. 31. docuit. Nihil in dispositione urbis ad Romanum spectare Pontificem, ei sufficere judicium ecclesiasticum. Romanus populus his cum patricio suo Jordane in furorem versus, præfecturæ dignitatem abolentes, omnes Principes ac nobiles cives ad subjectionem patricii compellunt, & cardinalium, & illustrium laicorum domos subruentes prædam immensam diripiunt. Ecclesiam etiam S. Petri sacrilege incastellare non metuunt. Peregrinos causa orationis advenientes, ad oblationem quæstus gratia plagis & verberibus cogunt, ac quosdam ex ipsis offerre nolentes in templi vestibulo occidere non verentur. CHRISTI AN. 1145.

Armeniorum legati.

III. Armeniorum episcoporum, eorumque Metropolitani, quem Catholicum vocant, legati venerunt ad Eugenium Papam, eique ex parte illius ecclesiæ subjectionem omnimodam offerentes, viæ suæ causas aperiunt, nimirum quod, cum inter ipsos, & Græcos, quædam in sacrificii ritibus esset discrepantia, dum, licet in conficienda Eucharistia pane fermentato, sicut illi, uterentur, tamen aquam vino non admiscerent; & Nativitatem Domini, & Epiphaniam unam facerent festivitatem; & de his Romanam Ecclesiam elegissent judicem, a qua formam sacrificii juxta consuetudinem ejus sibi tradi deposcerent. Itemque, quod essent in confinio Armeniæ quædam gentes, quæ fætus suos fœtentes generarent, sed ad Armenios transmissi, statim atque baptismatis aqua tincti essent, innatum fœtorem amitterent: qui tamen mox ad cultum paganismi redirent. De his, quid agendum esset, Papam consuluerunt. Iidemque a summo Pontifice de omnibus diligenter instructi sunt. Addit Otto Frisingensis, qui præsens aderat, Eugenium die dedicationis ecclesiæ S. Petri coram eis Missarum solemnia celebrasse, unumque ex legatis episcopum affirmasse, se vidisse super caput ejus radium solis coruscare, & in ipso duas columbas ascendentes, & descendentes: Cumque nullum aditum, per quem lux illa ingrederetur, inveniſſet, divinitus id factum esse cognoscentem, ad obedientiam Romanæ sedis amplius accensum fuisse. Armenii, si hæc pauca tantum supradicta retulerunt, suppressis aliis majoribus, quæ spectant ad fidem, & in quibus diffidebant, Ecclesiæ Romanæ communionem subdole furati sunt, ut fert illius gentis subdolum ingenium. Ibid.

Ibid. Gabalensis episcopus ex Syria eodem tempore venit Viterbium, & de patriarcha suo Antiocheno, & de matre Principis conquestus est, & sedis Apostolicæ authoritatem imploravit, ut decimas spoliorum Saracenis ablatorum obtineret, exemplo Abrahæ, qui eas Melchisedecho dedit. Audivimus eum, addit idem Otto Frisingensis, Transmarinæ ecclesiæ periculum post captam Edessam lacrymabiliter conquerentem, eaque de causa Alpes transcendere volentem, ut Romanorum, & Francorum regis auxilium imploraret. Eugenius optasset, tam sancto operi manum præsens imponere, sed Romanorum tyrannide præpeditus non potuit. Itaque literis ad Ludovicum VII. Francorum regem datis, sollicitavit eum ad profectionem in terram sanctam suscipiendam, omnesque Principes, & universos fideles in Galliis constitutos ad idem bellum hortatus est: cruce signatis plenam concessit indulgentiam: eorum uxores, filios, & bona sub sedis Apostolicæ protectione suscipit; eos, qui ære premebantur alieno, ab usuris de præterito solvendis absolvit, licentiamque dedit, ut terras cæteraſque possessiones suas, postquam commoniti propinqui aut domini, ad quorum feudum pertinebant, commodare pecuniam recusasse, ecclesiis vel personis ecclesiasticis, vel aliis quoque fidelibus oppignorare possent. Datum Vetrallæ prope Viterbium Kalendis Decembris. Papa sancto Bernardo curam illius expeditionis promovendæ dedit.

Chron. Maurin. Eugen. III. Pap. epist. 1. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

Otto Frising. Chron. 7. *Eugenius Romam redit.*

Eugenius dum pro liberatione terræ sanctæ sic laboraret, Deus ejus inimicos, nempe Romanos, expugnavit. Pontifex Jordanem eorum patricium cum suis fautoribus anathemate percussit, adjunctaque Tiburtinis sua militia, Romanos coercuit, ac pacem petere coegit: quæ his conditionibus inita est, ut patriciatus dignitatem ab ipsis nuper introductam abolerent, & præfectum, quem Pontifices constituere consuevissent, ipsi vero expulissent, in pristinam dignitatem reciperent, atque senatores ex Papæ authoritate tenerent, sicque in urbem rediens Eugenius, ingenti omnium lætitia exceptus est, ibidemque Domini Nativitatem celebravit. Anno sequenti millesimo centesimo quadragesimo sexto, Romani seditionem redintegrantes, rursus ab Eugenio postulant, ut Tibur evertat, vimque minantur, si postulata non impetrent. Eugenius habito cum cardinalibus consilio, rursus urbe excedere, atque in Franciam ire constituit, secessitque trans Tyberim. S. Bernardus, auditis his seditionibus, literis CHRISTI AN. 1146.

CHRISTI AN. 1146. Romanos increpat, quod tam inique in ſummum Pontificem ſe gerant, cum ipſius injuria in omnes Catholicos redundet. Deique vindictam comminatur, niſi mox reſipiſcant, ac Deo, & Papæ reconcilientur. Aliam ad Conradum Romanorum Imperatorem dedit epiſtolam, quem hortatur ad defenſionem authoritatis pontificiæ adverſus Romanos rebelles.

S. Bern. ep. 243.

ep. 244.

Tornac. epiſcopat. reſtitutus.

IV. Eccleſiam ſuam a Noviomenſi, cui fuerat unita ante ſexcentos annos, ſeparare laborabant Tornacenſes, quibus poſtulata tunc Papa conceſſit. Anſelmum S. Vincentii Laudunenſis abbatem deſignavit Tornacenſem epiſcopum, electumque a legatis ejuſdem eccleſiæ, iiſdem poſtulantibus conſecravit. Tornacenſes Noviomenſi epiſcopo ſacramento vel obedientia obſtrictos, ab eodem juramento, & obedientia, authoritate Apoſtolica abſolvit, & ut Anſelmo epiſcopo eadem fidelitate, & obedientia teneantur, præcepit. Ejus epiſtola data eſt trans Tiberim Idibus Martii: eumdemque Anſelmum Ludovico Francorum regi, & Theodorico comiti Flandriæ literis commendavit; eoſque hortatur, ut eum adjuvare, & manu tenere ſtudeant: ejuſque promotionis hanc affert rationem. " Tornacenſis eccleſia a longis retro temporibus paſtore proprio caruiſſe dignoſcitur. Unde ſicut multorum religioſorum, & diſcretorum virorum veridica relatione cognovimus, præter alia detrimenta, multa millia hominum abſque illa ſacri baptiſmatis unctione, quam fideles contra diaboli inſidias pugnaturi per manus epiſcoporum ſuſcipiunt, de præſenti ſæculo migraverint: & tam his, quam aliis diverſis modis, tam animarum, quam corporum, in eodem epiſcopatu, propter proprii paſtoris abſentiam, damna plurima provenerunt. „ Exinde proprios epiſcopos habuere Tornacenſes, qui jam ab annis quinquaginta urgebant hanc ſeparationem: hinc Romanæ curiæ miniſtros a ſuis adverſariis pecuniam accepiſſe criminati ſunt Noviomenſes.

Eugen. P. epiſt. 63.

epiſt. 64.

Expeditio ſacra in Gallia.

V. Ludovicus VII. Francorum rex, receptis Papæ literis, corde pio compatiens, Chriſtianis Syriæ ſubvenire conſtituit. Cum igitur in Natali Domini ejuſdem anni apud Bituricas curiam celebraſſet, regni ſui epiſcopis, & optimatibus ſecretum ſui cordis revelavit. Tunc religioſus epiſcopus Godefridus Lingonenſis, de Edeſſæ depopulatione, & oppreſſione Chriſtianorum peroravit, omniumque lacrymas excitavit, monens omnes, ut cum Rege ſuo ad ſubveniendum Chriſtianis, Regi omnium militarent. Res ad ampliorem dilata eſt deliberationem: ſtatutum ergo, ut omnes Vizeliaci circa Paſchæ feſtum anni milleſimi centeſimi quadrageſimi ſexti convenirent. Rex Romam Papæ nuntios ſuper hac re miſit. Condicto die omnes optimates adfuere; non defuit S. Bernardus Claræ-vallis abbas, qui cum quibuſdam prælatis de aſſumptione crucis prædicans, movit barones, & populum, ut ad vindicandas Chriſti injurias viribus totis inſurgerent: exponens eis, quanta mala Chriſtianis feciſſent infideles. Ubi primum Papæ literæ recitatæ ſunt, Rex primus proſiliens, & regina Eleonora cum magna devotione cordis ſignum crucis aſſumpſere, omneſque hortatus eſt, ut idem facerent. Epiſcopi, & barones ejus exemplo permoti, crucem unanimiter aſſumpſerunt. Idem zelus per totum regnum diffunditur, & certatim evolant omnes ad crucis ſignum in frontibus & humeris ſuis ſuſcipiendum. Hujus expeditionis promovendæ gratia ſtatutum eſt, ut omnes Dominica tertia poſt Paſcha Carnotum convenirent.

Odo de Diogil. l. 1. de profect. Lud. VII.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Vizeliacum concilium.*

Apud Bernard. ep. 423.

Petrus Cluniacenſis invitatus eſt, eique ſic ſcripſit Bernardus: Utinam mereamur habere præſentiam veſtram. Quia enim magnis omnino magnorum virorum conſiliis hoc verbum conſtat egere, gratum profecto obſequium præſtabitis Deo, ſi negotium ejus a vobis non duxeritis alienum: ſed indictum jam priorum omnium Cluniacenſium capitulum, ne ire poſſet, eum detinuit. Carnotum ex omni Gallia convenerunt epiſcopi, & abbates: Amedeus Lugdunenſis, & Gofridus Burdigalenſis Archiepiſcopi ſoli deſuere. Adſtitit Rex cum regni Principibus. Ibi S. Bernardus belli dux omnium conſenſu deligitur, cui cæteri Principes ſubjiciantur. Ille vero humiliter cauſatus hoc imperium a ſua profeſſione eſſe prorſus alienum, ſeque caſtrorum inſcium, huic eſſe imparem, illud recuſavit: quemadmodum ſcripſit Eugenio Papæ, quem monuit in cauſa tam univerſali, & tam gravi tepide non agendum eſſe, ac ipſius eſſe partes, adhortari Principes Chriſtianos, ut gladium materialem ſtringant adverſus Dei inimicos, qui fideles opprimebant, imminentique totius Chriſtianitatis ruinæ in Palæſtina totis viribus occurrant.

Ibid. *Carnot. ſynodus.*

Bernard. ep. 256.

CHRISTI AN. 1146. Altera encyclica epiſtola, Germanos, Anglos, Longobardos adhortatus eſt ad defenſionem orientalis eccleſiæ, cujus eis dignitatem, & periculum proponit, nec non, & fructum, quem ex illa expeditione pro ſuarum animarum ſalute percipient: monetque, ne, cum ſint viri fortes, acceptam occaſionem, quam eis offert divina miſericordia, pro ſcelerum ſuorum indulgentia, negligant: Imprimis acriter duella perſtringit, ut ab illis eos deterreat. "Illi, inquit, ſe dare diſcrimini, inſaniæ eſt, non virtutis; nec audaciæ, ſed potius amentiæ adſcribendum eſt .... Tum addit: Audivimus, & gaudemus, ut in vobis ferveat zelus Dei; ſed oportet omnino temperamentum ſcientiæ non deeſſe; non ſunt perſequendi Judæi, non ſunt trucidandi, ſed nec effugandi quidem .... Vivi quidam apices nobis ſunt, repræſentantes Dominicam paſſionem; propter hoc diſperſi ſunt in omnes regiones, ut, dum juſtas tanti facinoris pœnas luunt, teſtes ſint noſtræ redemptionis .... convertentur tamen ad veſperam, & in tempore erit reſpectus eorum. Denique cum introierit gentium multitudo, tunc omnis Iſrael ſalvus erit, ait Apoſtolus.„ Demum propoſito eorum exemplo, qui Petrum eremitam inconſiderate ſecuti periere, monet eos, ne ſe cuiquam temere committant, etiamſi oſtendat literas, tanquam ab ipſo datas, ſed omnino falſas atque furtivas, ſed viros bellicoſos, & gnaros talium duces eligant, & ſimul proficiſcantur, ne aliter quorumdam violentiam ſuſtineant.

Bernard. ep. 363.

Rom. 11

Bernardus in Germaniam proficiſci conſtituit, ut populos ad crucem ſumendam impelleret, & a Judæis necandis retraheret. Quidam enim monachus, nomine Radulphus, quaſi a Bernardo miſſus, crucem contra Saracenos, & internecionem contra domeſticos Judæos concionabatur in urbibus, quæ Rhæno adjacent, ubi populi plurimos Judæos tanquam religionis hoſtes occiderunt. Indoluere epiſcopi, ſe ipſis inconſultis, totam fere Germaniam perturbari. Henricus Moguntinus Archiepiſcopus, ea de re literis apud Bernardum conqueſtus eſt. S. Abbas ei humillime reſpondens, in Radulphum invehitur, aitque, tria in eo reprehenſione eſſe digniſſima, uſurpationem prædicationis, contemptum epiſcoporum, homicidii approbati libertatem.

Otto Friſing. in Freder. l. 1. c. 37

Bernard. ep. 365.

Bernardus viæ ſe dedit, & ſub finem Octobris venit Wormatiam, & ſermone habito, innumerabilem ibi ſignavit populum ſignaculo militiæ Chriſtianæ. Deinde Francofurti convenit Conradum Romanorum regem, ſui quidem reverentiſſimum; facilem tamen in hoc negotio non invenit, nec perſuaſibilem, ut ad illud adduceretur. Bernardus Francofurto diſcedens, Bingium, oppidum prope Rhenum, navigio pervenit. Ibi S. Hildegardis virgo, cui antea per literas verba ſanctæ admonitionis tranſmiſerat, ſanctimonialibus præſidebat, & voluminibus ab ipſa conſcriptis diligenter reviſis, ad circumſtantes dixit: Hæc ſcripta non ſunt humanitus adinventa, ſed per Spiritum Sanctum divinitus inſpirata. Cumque capellanus ſanctæ Virginis multos ea tanquam ſomnia muliebria, & deſtructi cerebri deliramenta traducere aſſeruiſſet; Bernardus ad Hildegardem dixit: Tu filia chariſſima, non metuas opprobria hominum, Deum habens defenſorem. Ejuſdem S. Virginis meminit chronographus Antiſiodorenſis, affirmatque, quod frequentes extaſes pateretur.

Vit. S. Bernard. l. 6. c. 11.

Trithem chron. Hirſaug.

Bernardus menſe Novembri exeunte Conſtantiam venit, inductus precibus Hermanni Conſtantienſis epiſcopi, qui eum Baſileam, mox Argentinam deduxit. Bernardus in eis civitatibus plurima edidit miracula, quæ refert Philippus Leodienſis archidiaconus, qui præſens ea vidit, & poſtea vitam monaſticam in Claravalle profeſſus eſt, eaque decem teſtium præſentium authoritate confirmat, eorumque relationem per modum dialogi compoſuit. Philippus ait: Me præſente feria ſecunda, cæcus ſenex adductus eſt in eccleſiam, & poſt manus impoſitionem, illuminatum eum populus acclamavit, ut omnes audiſtis. Frouvenus abbas: Ego hominem illum videntem vidi, & frater Gaufridus mecum. Franco: tertia feria Friburgi puerum cæcum mater obtulit in hoſpitio: dumque reportaret eum poſt manus impoſitionem, ego ipſe ſecutus ſum, & cum interrogaſſem puerum, clare ſe videre reſpondit: quod & in multis probatum eſt argumentis. Gaufridus:

Bern. vit. l. 6. c. 5.

Sta-

CHRISTI AN. 1146. Statim ut ingreſſi ſumus eccleſiam, adoleſcens claudus ſigno crucis greſſum recepit. Epiſcopus Conſtantienſis: Omnes vidimus eum ante altare, cum populus in Dei laudibus acclamaret. Eberhardus: Ego illa ipſa die tres alios claudos erectos vidi. Gaufridus: In eccleſia vidi puellam, cujus arida manus reſtituta eſt ſanitati, de qua inter oblationes cantatum eſt . . . . Epiſcopus: Quid illud omiſiſtis, quod prima die Friburgi pro divitibus juſſit fieri orationem, ut auferret Deus velamen de cordibus ipſorum, quia pauperibus accedentibus, ipſi crucem ſuſcipere cunctarentur. Neque otioſa fuit oratio: ſed, ut ſcitis, ditiſſimi quique, etiam peſſimi, illius vici ſignati ſunt . . . . Eberhardus: Ego cum militibus domini mei contuli, & ex his, quæ tam illi viderunt, quam ego ipſe, numeravimus triginta ſex miracula, quæ facta ſunt ipſo die.

Ibid. c. 7. S. Bernardi itinerarium multis ubique ſignatum miraculis ſic proſequitur. Conradus rex generalem curiam, cui Bernardus adeſſet, Spiræ in die Natali Chriſti congregavit: ibique coronatus eſt. Bernardus laboravit, ut inter quoſdam Principes pacem reformaret, quorum inimicitiis exercitus Chriſti detinebatur. Conradus primum iter tranſmarinum averſatus eſt. Bernardus autem inter Miſſarum ſolemnia, præter morem, nullo rogante, concionem habuit, & in ejus fine Regem ut hominem tota libertate convenit. Proponebat enim futurum judicium, imperantem vero Chriſtum, & dicentem Regi, qui ante illius tribunal adſtabat: O homo, quid debui tibi facere, & non feci? Ex hoc enumerans regni culmen, divitias, conſilia, virilem animum, & corporis robur, ſic eum commovit, ut in medio ſermone non ſine lacrymis exclamaret: Agnoſco divina munera gratiæ, nec deinceps, ipſo præſtante, ingratus inveniar: paratus ſum ſervire ei, quando quidem ex parte ejus ſubmoneor. Et ſtatim in laudem Dei populus exclamavit. Rex igitur ſignatus eſt, & vexillum ab altari per Bernardi manum ſuſcepit: quod ipſe in exercitu Domini manu propria deportaret. Signatus eſt cum eo nepos ejus dux Fridericus junior, qui poſtea imperavit; ſignati ſunt & plurimi Principes. Sabbato, cum Innocentum feſtus ageretur dies, ... Rex convocavit omnes Principes & milites, qui ſignati erant: ſimulque reſidentibus univerſis, exhortatus eſt eos ſanctus abbas. Cunctis egredientibus, Rex ipſe cum Principibus Bernardum deducebat, ne turbæ eum comprimerent. Puer claudus oblatus eſt ei coram Rege: Ille ſigno crucis edito puerum erigit, & jubet coram omnibus ambulare; converſus autem ſanctus Pater ad Regem: Propter vos, inquit, factum eſt hoc, ut noveritis, quia Deus vere vobiſcum eſt, & acceptum eſt ei quod cœpiſtis.

Spiræ plurima facta miracula ibidem recenſet; his tamen præmiſit: Non crebra ſolent in illis conventibus apparere miracula, nec dedignatur Deus, ubi eſt tantus concurſus curioſæ multitudinis, revelare gloriam ſuam. Nullibi legimus, tot miracula facta fuiſſe etiam a viris Apoſtolicis pro converſione infidelium, & fidei dilatatione, quanta hic facta ſunt pro expeditione bellica, quæ fuit infeliciſſima, quamvis Bernardus, ſanato puero claudo, Regi dixiſſet, hoc ſignum eſſe factum, ut hanc expeditionem eſſe gratam Deo, qui vere cum ipſo eſſet, comprobaret. Hinc Philippi narratio ſuppoſitionis quibuſdam ſuſpecta videtur: præſertim cum non in Claravalle, quo ex Germania rediit author, & reliquum vitæ peregit, ſed in monaſterio vallis regiæ repertum ſit illius exemplar. Verumtamen cum Otto Friſingenſis epiſcopus, ſcriptor nobiliſſimus, S. Leopoldi Auſtriæ marchionis filius, qui ea ætate vivebat, teſtetur, Bernardum perſuaſiſſe Conrado regi & multis aliis Principibus accipere crucem, plurima in publico vel in occulto faciendo miracula, & Bernardus Regi victoriam numquam promiſerit, & brachium Domini non ſit abbreviatum, ex conjecturis rejici non debet Philippi narratio.

Otto Friſing. l. 1.

Ibid. Philippus ſic eam proſequitur: vir quidam in præſentia Regis & Principum unius oculi viſum recepit: unde plurimum congratulabantur, eo quod præſens eſſet dux quidam Græcus, miſſus a rege Conſtantinopolitano. Hic in capella Regis loquebatur Patri noſtro, cum mulier cœca ei oblata eſt: ubi vero ſignata eſt coram eo, ſtatim illuminata eſt, & Græcus ille plurimum compunctus eſt. Bernardus monachum Radulphum evocavit, præmonuitque, ne contra monachorum regulam per orbem vagando, propria authoritate verbum prædicationis aſſumeret . . . Tandem ad hoc eum induxit, ut ſibi promiſſa obedientia, in cœnobium ſuum rediret, populo graviter indignante; & niſi ipſius ſanctitatis conſideratione revocaretur, etiam ſeditionem movere volente.

Otto Friſing. l. 1.

CHRISTI AN. 1147. Die tertia Januarii anni milleſimi centeſimi quadrageſimi ſeptimi curia ſoluta eſt. Bernardus cum ſuis Coloniam profectus eſt, ac multis in toto itinere miraculis claruit. Die nona Januarii pervenit Coloniam, & quia inſperatus fuit ejus adventus, minor fuit populorum frequentia; ſic nimirum gloriæ calcator humanæ ſolemnes ſemper exceptiones fugere conſuevit. Mane ingreſſus eccleſiam ad altare B. Mariæ Miſſam celebravit: ubi vero complevit, coram omni populo puella cœca illuminata eſt, & matrona dives, cujus crura arida a tribus annis extendi penitus non valebant, reſolutis nervis ad ſignum crucis ſine dilatione ſtetit erecta. In pulpito quoque, dum ſermonem apud populum habiturus aſcendiſſet, cœcus ſenex viſum recepit. Clericorum vitam prorſus infamem acriter coarguit, ac ſcripturæ regulis probavit eis continentiam.

Vit. Bern. l. 6. c. 7.

Dominica die, cum ad promiſſum ſermonem conveniſſet populus innumerabilis, Bernardus Miſſam celebravit, & poſt ejus celebrationem, innumera coram omnibus miracula contigerunt. Honorata mulier, quæ per quinquennium uno oculo cœca, multa ſeſe in medicos fatebatur inutiliter expendiſſe, ſub manu ſignantis viſum recepit . . . . Puella ſurda & muta confeſtim audivit & locuta eſt, & juvenem claudum ad orationem ſervi ſui Deus erexit. Bernardus poſt alia multa ſigna domum regreſſus ſtabat in feneſtra, & per ſcalam offerebantur infirmi, & multas ſanitates operatus eſt . . . omnium teſtis eſt civitas Colonienſis: in publico quippe facta ſunt, ut Deus ab omnibus glorificetur, qui in Sanctis ſuis glorioſus eſt.

c. 8.

Bernardus Colonia profectus per Belgium Remos reverſus, in ſingulis urbibus, per quas tranſiit, non defuere miracula. Die feſto Purificationis ei Catalauni rex Francorum Ludovicus occurrit. Plurimi quoque Principes Galliæ & Germaniæ convenerunt, & legati regis Romanorum, & Vulfonis Bavariæ ducis, ut de via Jeroſolymitana communi conſilio tractaretur: hic etiam miracula multiplicata ſunt. Poſt biduum colloquii Bernardus ad Claramvallem rediit cum triginta ſociis, qui ejus inſtitutum profiterentur. Relatio longe plura continet prodigia, quæ etiam poſtea Deus per ſervum ſuum operatus eſt.

Conventus Stampenſ. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Lab & Odo de Diogil. l. 2.

Dominica Septuageſimæ, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo, apud Stampas congregati ſunt epiſcopi & nobiles; Bernadus adfuit . . . interfuere legati Manuelis Græcorum Imperatoris, qui Ludovico regi porrexere epiſtolam adulatoriam; in ea plurima promittebat, quæ opere non implevit; utinam cruciati Principes ejus fraudes magis timuiſſent. Rogerius Siciliæ rex, ad quem legatos Ludovicus rex miſerat, remiſit viros nobiles, qui regnum ſuum in victualibus, & navigiis, & omni neceſſitate, & ſe vel ſuum filium itineris ſocium promittebat; ſed eos non audivere Principes. Itaque ejus nuncii abiere confuſi, & de Græcorum dolis prædicentes, quæ poſtea ſumus experti. Conradi Germaniæ, & Geyſæ II. regis Hungariæ legati obtulere literas, quibus tranſitum & commeatum ad alimoniam exercitus offerebant. Quapropter elegerunt viam per Græciam morituri, & ſic ſecunda conventus dies terminata eſt. Poſtremo congregati de regni cuſtodia deliberarunt, liberam enim adminiſtratoris electionem Rex eis permiſerat: cumque, quod erat melius, elegiſſent, S. Bernardus omnium nomine dixit: Te, Pater Sugeri, & Guillelmum Nivernenſem comitem monſtrans, elegerunt. Quod placuit omnibus; ſed comes Carthuſiæ ſe devoverat, quod cito poſt effectui mancipavit, & nec Regis, nec omnium precibus potuit revocari. Sugerius abbas S. Dionyſii ſolus ad tantum onus deſtinatur, quod nonniſi jubente Papa recepit. Rex proficiſcens ei ſocium dedit Samſonem Remorum Archiepiſcopum, & Radulphus Veromanduorum comes, ne deeſſet gladius ſæcularis, tertius additus eſt. Dies Pentecoſtes profecturis indicitur, Metenſis civitas ad novum conventum habendum eligitur.

Otto Friſing. l. 1.

Conradus Germaniæ rex menſe Februario generalem in Bajoaria curiam celebravit. Adam abbas Ebora-

Christi An. 1147. Eboracensis vir religiosus & honeste eruditus, qui post Missam solemnem ascendit ambonem, ac lectis Apostolicæ sedis & Clarævallensis abbatis literis, brevique exhortatione facta, pene omnibus, qui aderant, sacram militiam profiteri persuasit. Accepere crucem tres episcopi, quos inter erat Otto Frisingensis, & dux Noricorum Henricus frater Regis, innumerique comites & viri nobiles . . . sed & dux Boemorum Boleslaus, & Guelpho prioris Henrici ducis frater eamdem professi sunt militiam. Repente sic occidens siluit, ut non solum bella movere, sed & arma in publico portare nefas haberetur. Germanorum exercitus in duas partes divisi sunt. Conradus rex in Ascensione Domini, seu die vigesima nona Maji, iter per Hungariam capescit, se cum habens Theotinum legatum, natione Germanum, & Portuensem episcopum, & Fridericum Sueviæ ducem suum nepotem, & post multa incommoda Constantinopolim pervenit, die octava Septembris.

Chronic. reg. S. Pantal. apud Eccard. tom. 1.

Principum, quorum ditiones Rheni litoribus adjacent, navalis exercitus, quinto Kalendis Maji Colonia movens, decimo tertio Kalendas Junii venit in portum Angliæ, ubi comitem de Arscoth cum ducentis fere navibus tam Anglorum quam Flandrensium invenit. Deinde in portum Hispaniæ venientes, sexta feria ante Pentecostem in portum Galliciæ applicuerunt, qui a S. Jacobo distabat octo milliaribus. Ad cujus venerabile sepulchrum venientes in vigilia Pentecostes, sanctam solemnitatem exegerunt. Deinde per alveum Tagi fluminis intrantes in vigilia S. Petri & Pauli Ulyssipponam applicuerunt: & circa eam figentes tentoria, Kalendis Julii ejus suburbana ceperunt. Post hæc circa muros assultus varios, non sine magno suorum & hostium detrimento, dederunt, machinas & turres erexerunt. Saraceni, qui abundabant alimentis, suis concivibus egentibus victum negarunt, & plures fame mortui sunt. Horum pars maxima Christianis ultro se obtulit, & baptismi gratiam suscepit. Cum autem Germani turrim ligneam, quæ muro supereminebat, ascendissent, ex qua fortissime pugnabant, Saraceni dextras sibi dare petierunt. Algaita eorum princeps cum Christianis convenit, ut exercitus omnem suppellectilem cum auro & argento acciperet: Rex autem Alphonsus civitatem cum tota terra & nudis Saracenis obtineret: consummata est hæc victoria in ducentis millibus Saracenorum, in festivitate S. Ursulæ, seu die vigesima prima Octobris. Hic fuit fructus illius expeditionis. Alphonsus alter Hispaniarum Imperator victis Saracenis Cordubam occupavit.

Divion. chron. *Eugenius Papa in Gallia.*

VI. Eugenii Papæ in Galliam adventus Ludovicum regem aliquamdiu detinuit. Eum Rex Divione Dominica mediæ quadragesimæ honorifice suscepit: Inde Parisios venere, & Pascha celebravere in ecclesia S. Dionysii, ubi Rex pro more a B. Dionysio vexillum & abeundi licentiam petiit, vexillum sumpsit desuper altari, & peram & benedictionem a summo Pontifice. Post aliquot dies Papa ad ecclesiam S. Genovefæ Missam celebraturus accessit: prostratus oravit in tapete serico, quem ei paraverant canonici regulares. Papæ officiales illum ut sibi debitum post hæc auferre tentarunt; resistentibus canonicorum ministris, fit jurgium, mox pugna, quæ pugnis peragitur. Pontificii sanguinolentos vultus ostentant Eugenio, qui indignatus, canonicis licentiose viventibus Cluniacenses monachos substituere cogitavit. Verum canonicorum precibus mitigatus concessit, ut San-Victorinos canonicos admitterent, cum quibus tolerabilior posset esse conversatio. Sugerius abbas, jubente Papa, duodecim canonicos San-Victorinos apud S. Genovefam introduxit, quorum Prior adfuit primus hujusce reformationis abbas.

Vit. S. Guil. Rosch. apud Bolland. 6. April.

VII. Ludovicus rex, comitante Guidone cardinali presbytero, hebdomada secunda post Pentecostem, Conradum regem per Germaniam & Hungariam iter arripiens cum ingenti exercitu subsecutus est. Utrumque honorifice suscepit Emmanuel Imperator. Sed postea, inquit Nicetas Græcus author, nullum mali genus fuit, quod vel ipse in eos non machinaretur, vel aliis machinandi author non esset, nempe ut Græci calcem farinæ miscerent, quam vendebant militibus: ut scilicet eorum posteri ab adjuvandis Romanis deterrerentur. Idem & Turcæ imitati sunt, Manuelis literis ad bellum Alemannis faciendum concitati, in quorum manus proditione ductorum, quos eis dederat Manuel, trucidandi

Christianorum exercituum clades.

sunt traditi. Conradus vix cum decima parte florentissimi exercitus, versus Constantinopolim refugit. Ludovicus rex amissa magna suorum parte pervenit Antiochiam.

Christi An. 1147.

VIII. Eugenius Papa interea plures in Galliis celebravit synodos, ut variis erroribus occurreret. Gilbertus Porretanus vir humanis & divinis scientiis & morum gravitate spectabilis, ex canonico & Theologiæ professore celeberrimo creatus Pictavensis episcopus, apud Papam accusatus ab Arnaldo & Calone suis archidiaconis, quasi male de Trinitate sentiens, eique quatuor sequentes objiciebant propositiones, quas eum in sermone ad clericos habito in synodo protulisse testabantur: Prima est, quod divina natura, quæ divinitas dicitur, Deus non sit, sed forma, qua Deus est. Secunda. Quod, cum Pater & Filius & Spiritus sanctus unum esse dicuntur, nonnisi una divinitate esse intelligantur: nec converti possit, ut unus Deus, vel una substantia, vel unum aliquid, Pater, & Filius, & Spiritus S. esse dicatur. Tertia. Quod tres personæ, tribus unitatibus sint tria, & distinctæ proprietatibus tribus, quæ non sunt ipsæ personæ, sed sunt tres æternæ, & ab invicem in divina substantia in numero differentes. Quarta. Quod natura divina non sit incarnata. Itaque vocatus est ad synodum Parisiensem, cui Papa præsedit, ut de his capitulis responderet. Producuntur contra eum duo magistri, Adam de parvo ponte, vir subtilis, & Parisiensis ecclesiæ canonicus, Hugo de campo florido Regis cancellarius, qui affirmarunt sub sacramento, se aliqua ex his de ejus ore audivisse. Prolata sunt etiam quædam fragmenta de ejus commentariis in Boetium. Gilbertus negavit, se aliquando dixisse vel docuisse, quod divinitas non esset Deus. Plurium autem impugnationibus doctrinam suam exponere compulsus, inter alia dixit: Audacter confiteor, Patrem, alio esse Patrem, alio esse Deum, nec tamen esse hoc & hoc, id est, duas entitates. Quibus verbis distinctionem realem etiam minorem, inter naturam divinam & paternitatem rejiciebat, sed aliam tertiam, Scotistica duriorem finxerat. Ac proinde nimia subtilitate peccabat. Illius dicti obscuritatem tanquam verborum profanam novitatem sic excipit Josselinus Suessionensium episcopus: Quid est, quod dicis, esse Deum, nihil est. Quo verbo omnium in se retorsit spicula. Sed cum jam contentio in quæstiones nimis abstractas evanescceret, conventus eo die dissolvitur.

Parisienſ. ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

Ibid.

Gilbertus alio die pulsatus est de novitate dictionis, eo quod in prosa de sancta Trinitate tres personas tria singularia vocaverit. Respondit, per singularia, non Theologicas personas, sed ipsarum excellentiam intellexisse, secundum quod onomastice Paulum solemus vocare Apostolum. Papa sentiens causæ difficultatem, hanc remisit ad Remensem synodum Dominica mediana quadragesimæ celebrandam: Otto Frisingensis hæc referens, Gilberto plus æquo favit.

Biblioth. max. tom. p. 1038. *Petri Cluniac. epiſt. adverſus Petrobruſianos.*

IX. Petrobrusiani rursus in Aquitania tumultuabantur. Albericum Ostiensem episcopum, qui eos coerceret, misit Eugenius. Ejusmodi hæreticos in sua ad Guillelmum Ebredunensem Archiepiscopum epistola jam confutaverat Petrus venerabilis abbas Cluniacensis. Eorum excessus in ejus, & vicinis diœcesibus sic exponit: " In partibus vestris, novo & apud Christianos inaudito scelere, populi rebaptizati sunt, ecclesiæ prophanatæ, altaria suffossa, cruces succensæ, die ipso passionis Dominicæ publice carnes comestæ, sacerdotes flagellati, monachi incarcerati, & ad ducendas uxores tormentis sunt compulsi. „ Demum ei gratulatur ejusmodi hæreticos ex ejus finibus expulsos.

Ibid. pag. ſeq.

Eorum errores ad quinque post hæc reducit: quorum primus est: " Infantes non posse baptizari, quia doceri & credere non possunt. Itane, inquit, desipuere præterita sæcula, ut tot millibus parvulorum per mille & eo amplius annos illusorium baptisma tribuerent, & a Christi temporibus usque ad vos, non veros Christianos, sed phantasticos crearent. Sicne cæcus est orbis terrarum, tanta hucusque caligine involutus, ut ad aperiendos oculos, & ad tam diuturnam noctem illustrandam, post tot Patres, martyres, Pontifices, & universarum ecclesiarum Principes, vos tamdiu expectarit, & ad corrigendum longum errorem, Petrum de Bruis, & Henricum ejus assecla, velut Apostolos novissimos

elege-

Christi An. 1147. elegerit? Itane, usque ad novos sæculi reparatores mundus periit, & apud filios lucis, & veritatis omnia in tenebris, & falsitate gesta sunt? .... Quod si ita est, quanta absurditas sequatur, manifestum est. Cum enim tota Gallia, Hispania, Germania, Italia ac universa Europa, a trecentis vel quingentis fere annis nullum nisi in infantia baptizatum habuerit, nullum Christianum habuit .... nec ecclesiam habuit .... Periere igitur Patres nostri .... Detrahentur de supernis cœlorum usque ad ima inferorum innumerabiles Sancti, quos in infantia baptizatos, & vitæ sanctitate, & mundus testimonio, & divinitas miraculis commendaverat. „

Ibid. p. 1048. Secundus Petrobrusianorum error est, basilicas, & altaria fieri non debere. Illum confutat, primo ex veteri testamento: cum enim Salomon Dei jussu templum cum altaribus ædificasset, opus ejus Deus

3. Reg. comprobavit, & dixit: (Sanctificavi domum hanc, quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.) Secundo. Deus per Malachiam prædixit, quod in omni loco offeretur nomini ejus oblatio munda: ac proinde necesse, ut sint templa, & altaria in singulis regionibus, in quibus offerebatur oblatio munda. Tertio, Apostolus primis fidelibus

1. Cor. 11. scribit: (Convenientibus vobis in ecclesia, audio sciissuras esse ..... Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum: aut Ecclesiam Dei contemnitis?) Hic Paulus ecclesiam, in qua fideles Dominicæ cœnæ participabant, opponit privatis domibus, in quibus cibos communes comedunt.

Ibid. p. 1051. Galat. 6. Tertius eorum error: Crucem Domini non esse venerandam, sed magis confringendam, & conculcandam esse. Hic potissimum respondet rationibus adversariorum, quæ levissimæ sunt. Tum eis opponit hæc Apostoli verba: (Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini mei Jesu Christi.) Puto, inquit, quod non contumeliis vel incendiis dignam judicat, quam sic gloriosam prædicat, ut alibi quam in ipsa gloriari nefas ducat. Laudat etiam Christi verba loquentis de suo secundo adventu, cum veniet in potestate ac majestate magna ad universum orbem judicandum, tunc, inquit, apparebit signum Filii hominis in cœlo: scilicet ejus crux. Hinc infert: An dignum est, ut, quam ad salutis humanæ causam commendandam cœlum exhibet, terra respuat? .... Demum sic concludit: Crucem Domini, quam ex se non adorandam esse authoritas præcipit, ratio docet: ex Christo, & in Christo ipsam, immo magis Christum in ipsa venerandum, & adorandum esse, Deo devotus Christicolarum affectus invenit, servavit, instituit .... Simili intellectu, cum ante crucem humiliatus prosternor, eum, qui in ipsa olim pro vita nostra mortuus est, ut Deum, & Dominum, cui hoc soli debetur, adoro. „

Quarto. Petrobrusiani negabant, Christi corpus, & sanguinem divini verbi virtute, vel sacerdotum ministerio confici; totumque inane ac supervacuum esse, quidquid in altaris sacramento altaris ministri agere videbantur, affirmabant; sicque deterius Berengarianis hæreticis sentiebant. Quibus opponit tot Doctores, qui Berengarianos debellarunt, & jam laudata verba Malachiæ de oblatione munda, quæ Deo in toto orbe terrarum offeratur. Demum eisdem opponit Christi verba, qui, postquam in ultima cœna corpus, & sanguinem suum Apostolis tradidit, ut ipsi fatebantur, eis præcepit, ut hoc facerent in sui commemorationem, cujus præcepti

Joan. 6. observatio sic necessaria est, ut Christus dicat omnibus: (Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.)

Quinto. Negabant, fidelium vivorum suffragia prodesse defunctis. Hunc errorem iisdem scripturæ, & traditionis testimoniis confutat, quibus nunc utuntur Theologi. In hac fusiore Petri Venerabilis diatriba, quædam sunt apocrypha, & quæ criticam accuratiorem desiderant; & nonnulla, quæ parum conducunt ad propositum: quapropter ea prætermisimus. Ejus probationibus alias efficacissimas superaddidere subsequentes Theologi, in ea tamen authoris acre judicium, & eruditionem non semel admiratus sum.

Petrus de Bruis apud S. Ægidium, cum plures prius igni tradidisset, ipse vivus a populo combustus est, cum per annos viginti suos errores diffe-

minasset. Henricus ejus discipulus eosdem, sed paulum immutatos propagavit. Sed de eo jam superius egimus. Christi An. 1147.

Albericus a Papa missus adversus hæreticos, Godefridum Carnotensem episcopum, & S. Bernardum sibi comites adjunxit: Bernardus epistolam præmisit ad Hildephonsum S. Ægidii comitem, qui Henricum in sua ditione impune grassari permiserat, ostenditque, quam pernicious sit hæreticus, sic impia ejus facinora describens. "Versatur in terra vestra sub vestimentis ovium lupus rapax: sed ad domini designationem, a fructibus ejus cognoscetis illum. Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reverentia sunt, & sine Christo denique Christiani. Ecclesiæ synogogæ reputantur: sanctuarium Dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur: dies festivi frustrantur solemniis: moriuntur homines in peccatis suis .... heu! nec pœnitentia reconciliati, nec sancta communione muniti. Parvulis Christianorum Christi intercluditur vita, dum baptismi negatur gratia: nec saluti propinquare sinuntur, Salvatore licet pie clamante pro eis: Sinite, inquit, parvulos venire ad me ..... Non est hic homo a Deo, qui sic contraria Deo, & facit, & loquitur. „ Bernard. ep. 241. *Henricum hæreticum confutat S. Bern.*

" De tota Francia pro simili effugatus malitia, has solas terras sibi invenit expositas: in quibus fiducialiter sub tuo dominatu in gregem Christi toto furore bacchatur. Quid tuo honori congruat, Princeps illustrissime, ipse judicato. Nec mirum tamen, si serpens ille callidus decepit te, quippe speciem pietatis habens, cujus virtutem abnegavit. Sed nunc audi, quis ille sit .... homo apostata est, qui relicto religionis habitu, (nam monachus extitit) ad spurcitias carnis, & sæculi, tamquam ad suum vomitum, est reversus. Præ confusione autem habitare inter cognatos, & notos non sustinens ... factus est gyrovagus, & profugus super terram. Cumque mendicare cœpisset, posuit in sumptu Evangelium, nam literatus erat, & venale distrahens verbum Dei, evangelizabat, ut manducaret: si quid supra victum elicere poterat a simplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certe in usus turpiores turpiter effundebat. Frequenter siquidem post diurnum populi plausum, nocte insecuta cum meretricibus inventus est, & interdum etiam cum conjugatis. Inquire, si placet, vir nobilis, quomodo de Lausana civitate exierit, quomodo de Cenomanis, quomodo de Pictavi, quomodo de Burdegali: nec patet ei uspiam reversionis aditus, utpote qui fœda post se ubique reliquerit vestigia. „ Ibid.

Bernardus in multis Occitaniæ locis claruit miraculis, quæ refert Gaufridus monachus ejus comes. Unum præ cæteris insigne referemus. Est locus in ea regione, cui Sarlatum nomen est, ubi sermone completo, plurimos ad benedicendum panes Dei famulo offerebant: quos ille signo crucis edito in Dei nomine benedicens: In hoc, inquit, scietis, vera esse, quæ a nobis; falsa, quæ ab hæreticis, suadentur: si infirmi vestri gustatis panibus istis adepti fuerint sospitatem. Timens autem Gaufridus Carnotensium episcopus, Si bona fide sumpserint, ait, sanabuntur. Cui Pater sanctus de Domini virtute nihil hæsitans: Non hoc ego dixerim, ait, sed vere, qui gustaverint, sanabuntur: ut proinde vero nos, & veraces Dei nuntios esse cognoscant. Tam ingens multitudo languentium gustato eodem pane convaluit, ut per totam provinciam verbum hoc divulgaretur, & vir sanctus per vicina regrediens ob concursus intolerabiles declinaverit, & illo ire timuerit. Vit. S. Bernard. l. 3. c. 6.

In eadem provincia erant alii hæretici, qui postea ab Albigensi civitate illius hæresis velut Metropoli dicti sunt Albigenses, tunc autem vocabantur Ariani. Petrobrusianorum erroribus addiderant deliramenta Manichæorum, ut dicemus inferius. Albigenses legato advenienti cum asinis, & tympanis exierunt obviam, & cum signa pulsarent ad populum convocandum ad Missarum solemnia celebranda, vix convenere triginta. Bernardus post tres dies ab iisdem cum magna lætitia susceptus est. Sequenti die, cum S. Petri solemnitas esset, tanta ad audiendum verbum Dei multitudo convenit, ut eos non caperet grandis ecclesia. Bernardus incipiens a sacramento altaris per singula capita, quid hæreticus prædicaret, quæve esset fidei veritas, diligentius exponebat. Demum interrogavit eos, quid eligerent? & respondens *Albigensium hæreticorum initia.* Vit. S. Bernard. l. 6. infra epist. Gauf.

omnis

Christi An. 1147. omnis populus cœpit abominari, & detestari hæreticam pravitatem, & cum gaudio suscipere Catholicam veritatem. Pœnitemini igitur, inquit, quicumque contaminati estis, redite ad Ecclesiæ unitatem. Et ut sciamus, quis pœnitentiam agat, & suscipiat verbum vitæ, levate in cœlum dexteras in signum Catholicæ unitatis. Factum est ergo, ut levantibus omnibus dexteras in cœlum cum exultatione, ipse sermoni finem imponeret.

Ibid. Tolosæ satis devote susceptus est. Sed per paucos dies fuere devoti. Hic pauci, & quidem de textoribus, quos Arianos nominant, Henrico favebant, sed plurimi & maximi civitatis hæresi favebant. Vocatus est ergo Henricus, vocati sunt Ariani; sed omnes fugerant, audientes signa & mirabilia, quæ fiebant. Populus autem pollicitus est, quod nemo eos deinceps susciperet. De militibus seu nobilibus promisere nonnulli, quod deinceps eos expellerent, & non manutenerent. Legatus sententiam dedit in hæreticos & fautores eorum, atque defensores, ut neque in testimonio, neque in judicio suscipiantur: nemo communicet in convivio, neque in commercio: & patefacta est omni populo pessima ejus vita, & quomodo in Pisano concilio suas hæreses abjuraverit, & S. Bernardo redditus, ab eo literas acceperit, ut in Claravalle fieret monachus. Bernardus Henricum fugientem secutus est, prædicans in ipsis castellis, quorum homines seduxerat. Nonnullos milites invenit obstinatos, non tam errore, quam voluntate mala. Clericos enim oderunt, & Henrici facetiis gaudent, & quia id loquitur eis, unde excusationem habeant malitiæ suæ. Omnes tamen affirmabant, quod deinceps non manutenerent eum; siquidem Bernardi colloquium refugisset. Henricus tandem captus & catenatus episcopo traditus est. Sed Bernardus in Claramvallem redierat suorum literis revocatus. Ad Tolosanos dedit epistolam, adhortans eos ad perseverantiam, & monet, ut sollicite fugiant & ejiciant hæreticos, nec quosvis admittant prædicatores, præsertim ignotos & extraneos, nisi missi vel a Papa vel ab eorum episcopo prædicaverint.

Vit. Bern. l. 3. c. 6.

Henriciani prope Coloniam. Apud Bernard. tom. 1. ed. nov. p. 1487. Ervinus Steinfeldensis monasterii Præmonstratensium præpositus refert, juxta Coloniam detectos esse hæreticos, quorum quidam, inquit, cum satisfactione redierunt ad ecclesiam; duo ex iis, scilicet, qui dicebatur episcopus eorum cum socio suo, nobis restiterunt, in conventu clericorum & laicorum, præsente domino Archiepiscopo cum magnis viris nobilibus, hæresim suam ex scriptura defendentes; sed cum vidissent, se non posse procedere, petierunt, ut eis statueretur dies, in quo adducerent de suis viros in fide peritos; promittentes, se velle Ecclesiæ sociari, si magistros suos viderent in defensione deficere. Alioquin se velle potius mori, quam ab hac sententia recedere. Quo audito, cum per triduum essent admoniti, & resipiscere noluissent, rapti sunt a populis nimio zelo permotis, nobis tamen invitis: & in ignem positi & cremati, tormentum illud cum lætitia introierunt, & sustinuerunt.

Ibid. Ejusmodi hæreticos, quos ex sua discordia dicit fuisse cognitos, distinguit in duas classes. Primi dicebant, ecclesiam apud se tantum esse, quia ipsi soli nihil etiam in commune possidentes Christi vestigiis inhærerent. In cibis suis vetabant omne genus lactis, & quod inde conficitur, & quidquid ex coitu procreatur. In sacramentis suis velo se tegebant, & quotidie cibum & potum suum in Christi corpus & sanguinem se consecrare per orationem Dominicam; nos vero in sacramentis a veritate procul abesse asserebant. Præter baptismum aquæ, alium admittebant in igne & spiritu per solam manuum impositionem. Baptismum etiam nostrum cum nuptiis respuebant, sic inter eos baptizatum dicunt electum, & habere potestatem alios baptizandi, & in mensa sua corpus Christi & sanguinem conficiendi . . . Alii docent, Papam & episcopos sæculariter viventes perdidisse consecrandi potentiam. Hinc negant, in altari fieri corpus Christi, sacramenta reji ciunt præter solum baptismum, quem solis adultis conferunt. Omne matrimonium, præter illud, quod inter masculum & fœminam virgines contrahitur, fornicationem reputant. Suffragia pro mortuis, purgatorium, Sanctorum intercessiones, jejunia, cæteraque corporis macerationes rejiciebant. Itaque Henricianis & Colonienſibus hæreticis commune fuit odium in Ecclesiæ ministros, sacramenta, præsertim Eucharistiam, baptismum parvulorum & nuptias, atque in his cum Manichæis conveniebant: Ac proinde non fuere diversa sectarum capita, sed rami ex eadem radice prodeuntes, in quibus diversi duces nonnulla capita vel mutant, vel addunt. Ervinus Bernardum hortatur, ut adversus hujusmodi hæreticos stylum acuat. Christi An. 1147.

Bernardus in duobus sermonibus super cantica eorum errores confutavit, iisque exprobrat: Primo, Quod latebras quærerent etiam perjurio, quamvis omne juramentum damnent, ut eo licentius ministerium iniquitatis operentur, quo latentius. Secundo, vitam scandalosam, ut, qui secum circumducant mulierculas, quarum plures viros suos reliquere, quas abjicere cogendi sunt, ut deprehendantur. Tertio. Apostolus, inquit, etiam viduis matrimonium concedit, imo vult adolescentiores nubere. Demum, dolendum valde, inquit, quod non solum laici Principes, sed & quidam de clero, nec non de ordine episcoporum, qui magis eos persequi debuerant, propter quæstum sustineant, accipientes ab iis munera. Et quomodo, inquiunt, damnabimus nec convictos, nec confessos? Frivola satis, non ratio, sed occasio. Hoc solo, etiamsi aliud non esset, facile deprehendis, si viros & fœminas, qui se continentes dicunt, ab invicem separes . . . . Quod si non sustinent, justissime eliminabuntur de ecclesia, quam scandalizant. Hæretici latentes, seque Catholicos simulantes, si diligenter inquirantur, aliquo semper se produnt indicio. Bernardi serm. 65. & 66.

XII. Constantinopoli Manuel Imperator ecclesiarum possessiones lege confirmavit, & Nicolaum quemdam Muzalonem Cypriorum Archiepiscopum ad sedem patriarchalem promovit: verum, ubi res administrare cœpit, omnium statim ora in eum commota sunt, injuste occupatum ab illo thronum clamitantium, ut qui cum ecclesia, quam nactus fuerat, sacerdotium quoque deposuisset. Cypriorum enim ecclesiam adeptus postea recesserat. Conradus autem Imperator, quem amisso exercitu Manuel benigne susceperat, exacta hyeme Constantinopoli, primo vere anni millesimi centesimi quadragesimi octavi, cum reliquis copiis in Palæstinam navigavit, Jerosolymamque eodem fere tempore, quo rex Ludovicus, advenit. Omnium Principum consilium de expeditione tentanda indicitur. Damascum expugnandam omnes consentiunt. Franci, Germani, Palæstini circa eam castra ponunt, & post triduum, captis jam muris exterioribus, qui hortos ambiebant, cum brevi civitas capienda putaretur, principum Palæstinorum dolo removetur obsidio, cum enim machinas & milites ad aliam civitatis partem oppugnandam transtulissent, alimenta deficere cœperunt. Facta discessione Imperator & rex Francorum iterum ad obsidendam Ascalonem cum suis Joppe conveniunt. Sed Hierosolymitis minime juxta conditum occurrentibus, Imperator Constantinopolim navibus revehitur, inde in Italiam. Rex, cum jam suorum plurimi patriam repetiissent, cum paucis per annum Hierosolymis moratur, & anno sequenti in Galliam revertitur. Eugenius Papa Conradum regem per Italiam in Germaniam reversum literis consolatus est. De illa Christianorum expeditione sic scribit Gaufredus Prior Vosiensis. Exercitus ille nihil omnino profecit, quia se indisciplinate habuerunt: quapropter multi defecerunt, innumerabilesque perierunt propter iniquitatem suam: thesauros ecclesiarum falsa promittentes vadimonia ante iter auferebant, & infirmam plebem diris exactionibus affligebant: pompatice secuti sunt & superbi humilem Christum. Cinnam. l. 2. Christi An. 1148. Chronic. Roberti de monte. Eugen. P. ep. 6. Chron. Gaufrid. Vosiens.

Saxones in Orientem proficisci noluerant, cruces tamen sumpserant debellaturi vicinos sibi Sclavos idololatras. Tertius igitur signatorum exercitus ulturus mortes & exterminia, quæ Christicolis intulerant, præcipue vero Danis, qui ad hujus belli societatem accessere cum ingenti exercitu, per tres menses eorum regionem vastarunt; Germani vero, ne tributa, quæ Sclavi pendere consueverant, amitterent, pacem his concesserunt iis conditionibus, ut Christianam religionem reciperent, & Danos captivos redderent. Plures quidem suscepere baptismum, sed postea rediere ad idololatriam: Danis captivos senes & infirmos remisere: & non multo post Daniam consuetis vastarunt incursionibus ac latrociniis.

XIII. Eugenius Papa undecimo Kalendas Aprilis anni

CHRISTI AN. 1148. anni milleſimi centeſimi quadrageſimi octavi Remis ſynodum celebravit. In ea Archiepiſcopi, epiſcopi & abbates uſque ad mille & centum reſediſſe dicuntur. Præter Gallos aderant plurimi ex Germania & Hiſpania, quos Papa literis evocaverat. Theobaldus Cantuarienſis a Papa invitatus, licet Angliæ rex miſiſſet miniſtros, qui ejus tranſitum impedirent, clanculo cum tribus epiſcopis venit. Raimundus Toletanus primas, & Bernardus Tarragonenſis Archiepiſcopus adduxere multos Hiſpanos epiſcopos. His omnibus in baſilica S. Mariæ conſidentibus, adductus eſt Brito quidam, Eudo nomine, honeſtis natus parentibus, ſed illiteratus & idiota, qui patrio ſermone vocabatur Eon; hinc miſer quadam accentus aquitanici ſimilitudine deceptus, ad ſuam perſonam pertinere credebat, quod in exorciſmis eccleſiaſticis dicitur, ſcilicet per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos; dicebatque, ſe ſupremum eſſe vivorum & mortuorum judicem. Et quod magis ſtupendum, per quaſdam diabolicas præſtigias ſeduxit plurimos, qui eum ſequebantur ut dominum dominorum. Tandem a Remenſi captus Archiepiſcopo, ſynodi Patribus oblatus eſt, & quis eſſet, interrogatus, ſtatim ſtultam impietatem manifeſtavit, reſpondens, ſe eum eſſe, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos. Ex ſynodi decreto Sugerio abbati traditus eſt, ut arctæ cuſtodiæ manciparetur; non multo poſt defunctus vita pariter caruit & memoria. Diſcipuli ejus, quos magnis inſignierat nominibus, cum ſanam doctrinam nulla ratione reciperent, ſed potius obſtinatiſſime de falſis gloriarentur vocabulis, in tantum, ut ille, qui judicium dicebatur, ſuis detentoribus ultricem comminaretur ſententiam: curiæ prius, & poſtea ignibus traditi, ardere potius, quam ad vitam corrigi maluerunt.

Remenſis ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. Eugen. ep. 74.

Willelm. Neubrig.

Canones. Eadem ſynodus plures canones edidit, vel potius ab aliis ſynodis jam promulgatos innovavit atque confirmavit; ſed diverſe in diverſis exemplaribus referuntur. Primus prohibet, ne quis ab epiſcopis excommunicatos recipere præſumat. Secundus præcipit, ut clerici modeſte veſtiantur. Tertius ſic habet: " Nos quoque præcipimus obſervari: ut, qui ordine ſubdiaconatus, aut ſupra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque beneficio eccleſiaſtico careant. „ Quartus. " Statuimus, ut ſanctimoniales, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter vivunt, juxta beatorum Benedicti & Auguſtini rationem, vitam ſuam in melius corrigant & emendent: ſuperfluitatem & inhoneſtatem veſtium recidant, & in clauſtro ſint aſſidue permanentes. „ Interdicto ſubjicit inobedientes . . . . . Octavus prohibet, ne laici decimas poſſideant. Decimus. " Præcipimus ... ut unaquæque eccleſia, cui facultas ſuppetit, proprium habeat ſacerdotem: nec ab ejus regimine alicujus, niſi epiſcopi, in cujus parochia fuerit, vel archidiaconi, canonico judicio depellatur. „ Itaque parochi duodecimo ſæculo adhuc erant amovibiles. Sequentes mandant treugam Dei obſervari, quemadmodum præcedentes ſynodi ſtatuerant. Decimus ſextus. " Præcipimus, ut pro chriſmatis, & olei ſacri, & ſepulturæ acceptione nullum pretium exigatur. „ Decimus octavus. Præcipimus, ut nullus omnino hominum hæreſiarchas & eorum ſequaces, qui in partibus Guaſconiæ, aut Provinciæ, vel alibi commorantur, manuteneat vel defendat: nec aliquis eis in terra ſua receptaculum præbeat . . . . & recipientes anathemate feriantur, & in terris eorum, donec condigne ſatisfaciant, divina celebrari officia interdicimus. „ Hi hæretici erant Henriciani & Manichæi.

Gervaſ. in chron. Aſtiterunt in hoc concilio Eboracenſis eccleſiæ clerici cum Henrico Murdac, accuſantes Willelmum Eboracenſem Archiepiſcopum, non eſſe canonice electum, neque legitime conſecratum, ſed authoritate Regis intruſum. Willelmus convictus & depoſitus eſt. Plures cardinales huic ſententiæ repugnarunt. Eboracenſe capitulum poſt hæc ad Papæ mandatum in unum conveniens, diviſum eſt circa electionem: Capituli pars major dominum Hilarium Ciceſtrienſem epiſcopum: altera pars Henricum Murdac abbatem de Fontibus elegit. Eugenius vero Papa, cum utraque electio ſequenti hyeme ei fuiſſet Antiſiodori præſentata, electionem Henrici Murdac confirmavit, & caſſavit alteram, & ipſum Henricum conſecravit: Hanc controverſiam in Pariſienſi ſynodo ſic fuiſſe definitam, quorumdam eſt opinio.

XIV. Finita ſynodo, prudentiores & viciniores ad cauſam epiſcopi Gilberti terminandam reſervantur. Res peracta eſt ſacro tempore paſſionis, in Papæ cubiculo. Gilbertus vocatur, & quid de fide Trinitatis ſentiat, interrogatur. Ille plures Patrum codices protulit, multaſque ex eis legit authoritates, affirmans, ſe idem cum illis ſentire, & adverſariis exprobrans, quod decurtata tantum in ſchedulis afferrent teſtimonia. Papa tædio affectus ei dixit: Multa dicis & legis: ſed ſimpliciter a te cognoſcere velim, an illam ſummam & divinam eſſentiam credas eſſe Deum? Gilbertus reſpondit: Non. Præcepit ſummus Pontifex, ut Henricus Piſanus Romanæ Eccleſiæ diaconus, & poſtea presbyter cardinalis, hanc ejus reſponſionem ſcriberet: qui ſic ſcripſit: Epiſcopus Pictavienſis dixit, quod divina eſſentia non ſit Deus. Gilbertus dixit ad S. Bernardum, Scribite, quod divinitas eſt Deus. Bernardus reſpondit: Sculpatur in ſilice, quod divina natura, eſſentia, Deitas, bonitas, ſapientia vere eſt Deus. Sicque conventus dimittitur. CHRISTI AN. 1148. Ibid. Otto Friſing. chr. c. 46. Gaufred. epiſt. ad Card.

Sequenti die relecta eſt Gilberti propoſitio, qui voluit eam explicare, & multum de ea diſputatum eſt, donec Bernardus dixit: Si forma illa Deus non eſt; melior Deo eſt, cum ex ea Deus habeat eſſe, ipſa autem nec ab eo quidquam habeat. Similiter de tribus aliis articulis ſupra relatis diſputatum eſt, & Papa juſſit, ut ea quoque ſcriberentur. Hactenus Otto Friſingenſis & Gaufredus monachus, qui res Remis geſtas, eamque controverſiam ſcripſere ſatis conſentiunt; ſed poſtea in multis circumſtantiis differunt. Otto quidem aberat, in Syriam profectus; Gaufredus vero præſens, quæ vidit & audivit, refert, quapropter eum ſequemur.

Tunc dixere Cardinales: Audivimus, quæ propoſita ſunt, deinceps judicabimus, qualiter definiri debeant. Hoc verbum movit corda multorum, & ſequenti die apud Sanctum Bernardum convenere decem Archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, & magiſtri plurimi, & quoniam noverant, Gilberto, non tamen ejus doctrinæ favere cardinales, qui judicium ſibi reſervaſſe videbantur, dixerunt. Providendum, ut cum Gilberti capitulis mittamus fidei ſymbolum, ut ſciant plenius, unde judicent. Gilberti igitur capitula ipſiuſmet verbis ſcripſere, & ſuam confeſſionem contrariam in omnibus, & per omnia proponentes; & poſt multam deliberationem, omnes ſubſcripſere, putabant enim, ad hoc tendere nonnullos cardinales, ut ſine aliqua definitione concilium ſolveretur. Illud autem ſymbolum ſic habet. Ibid. Gaufred. epiſt.

" Credimus & confitemur, ſimplicem naturam divinitatis eſſe Deum, nec aliquo ſenſu Catholico poſſe negari, quin divinitas ſit Deus, & Deus divinitas. Sicubi vero dicitur: Domini ſapientia ſapientem, magnitudine magnum, divinitate Deum eſſe, & alia hujuſmodi: Credimus nonniſi ea ſapientia, quæ eſt ipſe Deus, ſapientem eſſe; nonniſi ea magnitudine, quæ eſt ipſe Deus, magnum eſſe; nonniſi ea æternitate, quæ eſt ipſe Deus, æternum eſſe; nonniſi ea unitate unum, quæ eſt ipſe; nonniſi ea divinitate eſſe Deum, quæ eſt ipſe: id eſt, ſe ipſo ſapientem, magnum, æternum, unum Deum. Cum de tribus perſonis loquimur, Patre & Filio & Spiritu ſancto, ipſas unum Deum, unam divinam ſubſtantiam eſſe, fatemur. Et e converſo, cum de uno Deo, una divina ſubſtantia loquimur; ipſum unum Deum, unam divinam ſubſtantiam eſſe tres perſonas, confitemur. Credimus & confitemur, ſolum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum æternum eſſe: nec aliquas omnino res ſive relationes, ſive proprietates, ſive ſingularitates, vel unitates dicantur, & alia hujuſmodi, adeſſe Deo, quæ ſint ab æterno, & non ſint Deus. Credimus & confitemur, ipſam divinitatem, ſive naturam divinam dicas, incarnatam eſſe, ſed in Filio. „ Ibid.

Hugo Antiſiodorenſis, & Milo Morinenſis, & Sugerius abbas S. Dionyſii, hoc ſcriptum Papæ & Cardinalibus omnium nomine præſentarunt, & dixere: Tenetis confeſſionem illius hominis ſcriptam: convenit, ut teneatis & noſtram. Ille dixit, quod paratus eſſet corrigere, ſi quid vobis aliud videretur; noveritis autem, quod nos in noſtra perſeverabimus, nihil penitus mutaturi. Illis Papa reſpondit, Univerſis, qui miſerunt vos renutiate, quod ab ea confeſſione in nullo prorſus Romana Eccleſia diſſentit. Poſt hæc in inſigni palatio archiepiſcopali, cui

nomen

Christi An. 1148. nomen Thau, universa Ecclesia conveniens, interrogatus episcopus Pictaviensis capitulis singulis libere renuntiavit. Ibidem dominus Papa authoritate Apostolica, de assensu totius ecclesiæ, quæ convenerat, capitula ipsa damnavit: districte præcipiens, ne eumdem librum legere, scilicet Gilberti commentarios in Boetium, vel transcribere etiam sic reprobatum auderet, nisi prius eum Romana Ecclesia correxisset. Cumque responderet Gilbertus episcopus: Ego corrigam ad arbitrium vestrum: Non vobis, ait Papa, hæc correctio committetur. Scissæ sunt præterea & discerptæ quædam chartæ, quas suis tradiderat discipulis, & dicebantur ejus sententias continere.

Otto Frisingensis ex aliorum tantum relatione scribens, & Gilberto plus æquo favens, quippe qui pro tuenda ejus doctrina plus quam Metaphysice disputat: scribit, Bernardum convocasse episcopos, & sollicitasse ad scribendum symbolum. Cardinales eo symbolo sic indignatos, ut Papæ comminarentur, si dignitatem suam sic violari permitteret. Vocatum vero Bernardum humiliter respondisse, episcopos nihil de præfatis capitulis definiisse; sed quia Gilbertus, ut sua quoque fides scriberetur, postulaverat, se episcoporum testimonia simpliciter exposuisse: eaque humili responsione placasse cardinales; ita tamen, ut nulla esset hujusce symboli authoritas. Fatetur tamen, Papam improbasse duas Gilberti propositiones. Romanus Pontifex definivit, inquit, ne aliqua ratio in Theologia inter naturam & personam divideret: neve Deus divina essentia diceretur ex sensu ablativi tantum, sed etiam nominativi, id est, Papa definivit, ut diceretur, quod divina essentia, non tantum esset forma, qua Deus est, sed ipsemet Deus. Gilbertus vero præmissam Pontificis sententiam excipiens, archidiaconibus suis in gratiam receptis, cum ordinis integritate, & honoris plenitudine ad propriam ecclesiam remeavit. S. vero Bernardus, quem nemo sanus hac in re vel ignorantiæ, vel mendacii suspectum habere potest, sic in publico sermone coram fratribus de Gilberto locutus est: non immerito nuper in concilio, quod Papa Eugenius Remis celebravit, tam ipsi quam cæteris episcopis perversa visa est, & omnibus suspecta expositio illa in libro Gilberti super verba Boetii de Trinitate . . . . . Qui in eodem conventu sententiæ episcoporum humiliter acquiescens, tam hæc quam cætera digna reprehensione inventa proprio ore damnavit: & addit, ejus librum Apostolica authoritate fuisse prohibitum.

Hoved. Eugen. P. ep. 2. XV. Bernardus Menevensis seu sancti David episcopus Papam adiit, affirmans, ecclesiam suam tempore Britonum fuisse Metropolim, eamque dignitatem sibi restitui postulavit. Equidem Henricus Angliæ rex, postquam Walliam subjugavit, Menevensem ecclesiam, aliasque ejusdem provinciæ ecclesias Cantuariæ subjicere cupiens, Bernardum clericum de camera sua Wilfrido sancti David episcopo subrogari procuravit, & a Cantuariensi Archiepiscopo contra morem consecrari fecit, præstitis prius sacramentis, de non suscitanda lite super jure Metropolitico adversus Cantuariensem ecclesiam. Bernardus tamen tunc jus suum prosecutus est. Papa Theobaldum Cantuariensem evocat, qui conquestus est, quod Bernardus promissam viva voce & scripto obedientiam sibi negaret, ejus professionem subjectionis duobus testibus comprobavit. Eugenius auditis utriusque partis rationibus & testibus, ex consilio episcoporum, Bernardo Menevensi præcepit, ut Theobaldo Cantuariensi, tanquam primo Metropolitano, reverentiam & obedientiam exhiberet. Jussit tamen, ut uterque die vigesima prima Octobris anni sequentis ad se rediret, ut re plenius discussa, quod justum Alford. annal. t. 4. ad an. 1148. fuerit, statueret. Bernardus non multo post obiit. David ejus successor multa pro Menevensis ecclesiæ dignitate scripsit. Exinde tamen Menevensis episcopus fuit Cantuariensis ecclesiæ suffraganeus.

Ibid. Theobaldus sedem suam repetens a rege Stephano Anglia exclusus est, in Galliam secessit, sed Stephani regnum sacris interdixit, ejusque sententiam S. Thom. martyr. epist. ad Boson. l. 1. Eugenius Papa confirmavit. Stephanus tunc demum reditum permisit, cum illi Romanus Pontifex anathema intentasset.

XVI. Papa circa idem tempus plures ad componendum ecclesiarum Hispaniæ statum scripsit epistolas. Prima est ad Alphonsum regem Hispaniarum: Excusat, si Portugalliæ duci aliquid concesserit; testatur, se minime voluisse per id imminuere ejus regni dignitatem. Demum Regi mittit rosam auream, quam in signum passionis & resurrectionis Jesu Christi, Dominica, qua cantatur, Lætare Jerusalem, singulis annis portare Romanus Pontifex consuevit. Altera Ildephonso Bracarensi Archiepiscopo & ejus suffraganeis præcipit, ut Toletano Archiepiscopo tanquam suo primati obedientiam exhibeant, sin minus, eos suspendit ab officio episcopali. Tribus aliis Bernardo Tarraconensi Archiepiscopo, & reliquis Hispaniarum episcopis idem injungit. Sicque Toletanæ sedis primatiam super omnes Hispanias confirmat, quemadmodum Regi prius scripserat. Bracarensis Toletano ut Primati se subjecit; nullum de Tarraconensis subjectione extat indicium. Ultima est ad clerum & populum Toletanum: "Significatum est, inquit, quod quidam Mozarabes venerabili fratri nostro Toletano Archiepiscopo obedientiam denegantes, ecclesias de manu laicorum recipiant, & in sacramentis Missarum, & aliis divinis officiis, tonsura quoque clericali & vestimentis, suam antiquam consuetudinem subsequentes, ab Apostolica sede diversa sentire præsumant . . . . . Universitati vestræ per præsentia scripta mandamus, quatenus eos districtius moneatis, ut in sacramentis Missarum & aliis divinis officiis a Catholica Ecclesia dissentire de cætero non præsumant, obedientiamque Toletano Archiepiscopo debitam exhibeant, si in ejus provincia manere voluerint. „ Mozarabes illi Christiani Saracenorum persecutionem fugientes huc venerant. Abdelmumenus enim Almohadum Imperator victis profligatisque in Africa Almorabitis, ecclesias omnes in Africa & Hispania Saracenica solo æquavit. Christianos vero, qui a sua religione deficere noluerunt, sine exceptione trucidavit: ita ut ex omnibus Mozarabibus nulli superfuerint, præterquam qui in terras Christianorum Hispaniæ se fuga recipere potuere, quos inter Clemens fuit ultimus Archiepiscopus Mozarabum Hispalensium. Quod si aliqui servi bello capti, aut latebris occultati manus Almohadum evaserunt, religionem suam profiteri non licuit in locis, in quibus nec episcopi, neque presbyteri, neque monachi amplius remanebant. Hinc, cum postea victis Saracenis urbes a Christianis receptæ sunt, nulli alii Christiani præter captivos reperti sunt.

Christi An. 1148. Eugen. ep. 74. ep. 81. Persecutio in Africa & Hispania. Sandov. in Alph. pag. 1. t. 4.

XVII. Eugenius his peractis Treverim venit cum octodecim cardinalibus, episcopis & abbatibus multis, invitatus ab Adelberone ejusdem civitatis Archiepiscopo, qui Papam cum cæteris per tres menses in cibo ac potu ex propriis sumptibus copiosissime providit. Ibi Papa ecclesiam monasterii S. Matthiæ de novo reparatam pridie Kalendas Februarii dedicavit, ac proinde anno millesimo centesimo quadragesimo nono, synodumque celebravit, ubi Henricus Archiepiscopus Moguntinus, & S. Bernardus ipsi mirabilia, quæ Deus operaretur in famula sua Hildegarde abbatissa, retulerunt. Quibus auditis, Papa attonitus, Adalbertum Virdunensem episcopum cum aliis viris fide dignis misit ad eam: ut cum humilitate & mansuetudine, quid rerum esset, ab ea scisciterentur. Qui cum veritatem inquirerent, illa simpliciter, quæ de se erant, aperuit, & legatos cum scriptis & libris suis dimisit. Illius volumina coram cardinalibus, Archiepiscopo, & omni clero publice recitari Papa præcepit, & ipse partem non modicam legit, per quæ omnium mentes in stuporem versæ, ac voces in laudem Dei excitatæ sunt. Sanctus Bernardus Papam hortatus est, ne tam insignem lucernam silentio tegi pateretur, sed tantam gratiam sua authoritate confirmaret. Papa ei consentiens devotam Christi virginem sequentibus literis visitavit. "Congratulamur gratiæ Dei, congratulamur & dilectioni tuæ: & hoc te admonemus, ut scias, quoniam Deus superbis resistit, humilibus vero dat gratiam: Gratiam ergo, quæ in te est, per humilitatem serva & custodi, ita ut ea, quæ in spiritu proferenda sensseris, prudenter proferas: quatenus illud a Domino audias: Dilata os tuum, & ego implebo illud. Quod nobis de loco illo, quem tibi in spiritu prævidisti, significasti, hoc permissione & benedictione nostra & episcopi tui fiat: ita quod ibi regulariter cum sororibus vivas secundum regulam S. Benedicti, sub ejusdem loci clausura. „ Nullam aliam scriptorum confirmationem vel licentiam ei fuisse concessam in literis legimus. Monasterii Fuldensis congregatio Henricum abbatem suum accusavit

Christi An. 1149. Trithem. chron. Hirs. Concil. tom. 6. ed. Hard. Pfal. 80. Brower. annal. Trevir. l. 4.

Christi An. 1149. vit apud Eugenium, quod minus recte eccleſiam illam adminiſtraret. Papa facta inquiſitione Henricum depoſuit, eique ſucceſſor datus eſt Marquardus, qui ſumma gloria monaſterium illud rexit.

Vit. S. Bernard. l. 2. Eugenius Papa inde repetens Gallias, Claramvallem viſitat. Mirabantur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem .... quæ pro officio exterius ſplendeat, & pro virtute interius nequaquam inaneſcat. Adhærebat carni ejus lanea tunica, diebus & noctibus cucullo veſtitus. Intus habitum monachi retinens, extra ſe Pontificem & veſtibus & moribus exhibebat. Segmenta ei circumferebantur pulvinaria: lectus palliis opertus cortina ambiebatur purpurea; ſed ſi revolveres operimenta, invenires ſuperjectis laneis compoſita ſtramina, & paleas conglobatas. Fratres etiam non ſine lacrymis adhortatus & conſolatus eſt, ſe inter eos fratrem exhibens, non dominum. Inde venit Ciſtercium, hic

Ibid. l. 4. c. 7. abbatibus ad capitulum generale congregatis, ei præſens adfuit, non tam authoritate Apoſtolica præſidens, quam fraterna charitate reſidens inter eos. In eo Serlo abbas Saviniacenſis, ſe & triginta tres ſuæ congregationis abbatias Ciſtercio ſubdidit. Hanc unionem Eugenius Papa confirmavit. Saviniacum monaſterium fundaverat B. Vitalis.

XVIII. Interim Arnaldus hæreticus; qui Romæ populum adverſus clerum hactenus armaverat; jam clerum adverſus ſe ipſum commovebat, & capellanos eccleſiarum miniſtros, quæ cardinalibus in titulum ceſſerant, ab eorum obedientia retrahebat, eosque inter ſe factioſe dividebat. Eugenius his compertis, Rogerii regis auxilio confidens rediit in Italiam. Brixiæ literas dedit ad univerſum clerum Ro-

Eugen. P. epiſt. 4. manum: " Ne, inquit, vires dare Arnaldi ſchiſmatici pravis actionibus per ſilentium de cætero videamur, per præſentia vobis ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus præfatum Arnaldum tanquam ſchiſmaticum modis omnibus devitetis. Quod ſi aliqui clerici, Dei & S. Eccleſiæ contemptores, ejus errorem poſt præſentium acceptionem ſequi præſumpſerint, ſcire nos volumus, quia tam officio quam beneficio eccleſiaſtico reddemus eos penitus alienos. „ Datum Idibus Julii. Aliis literis ad archipresbyterum S. Marci, mandat, ut capellanum

epiſt. 5. de Pinia ſub cenſuris cogat ad promittendam eccleſiæ ſuæ obedientiam. Eugenius poſtea Tuſculanum

Anonym Caſſin. ingreſſus, fultus auxilio Rogerii regis, Romanos ſibi rebelles expugnat. Ludovicus rex Jeroſolyma reverſus, ab eodem Rege apud Polentiam cum honore ſuſceptus, quarto Nonas Octobris ad Caſſinenſe monaſterium venit; poſt tres dies Tuſculanum veniens cum Apoſtolico colloquium habuit, atque in Franciam rediit. Eugenius vero Papa pacem cum Romanis reformans, Romam reverſus eſt.

S. Malach vit. apud Bernard. tom. 1. XIX. S. Malachias Archiepiſcopus Armachanus poſt Papæ diſceſſum venit in Galliam ab eo petiturus pallium. Itaque in Claravalle commoratus eſt, donec domeſtici ſui, quos Stephanus rex detinuerat, advenirent, & cum eis Romam proficiſceretur. Quinto die poſt ſuum adventum, cum in ſolemnitate S.

S. Malachiæ mors Lucæ Evangeliſtæ Miſſam in conventu celebraſſet, febre correptus lecto decubuit. Omnes ſolliciti erant circa frequens miniſterium, ut ipſi ſubvenirent, quibus ait: Sine cauſa hæc; ſed charitate veſtri facio, quidquid injungitis. Sciebat enim imminere tempus ſuæ migrationis. Inſtantibus fratribus, ne de vita diffideret, (nec enim ſigna mortis aliqua in eo apparebant) aperte dixit: Oportet hoc anno Malachiam exire de corpore ... Hic requies mea... Nec parum ſpei repoſitum mihi in die illa propinqua, qua mortuis tanta a vivis beneficia impenduntur. Interea jubet ſe ſacro oleo ungi. Exeunte conventu fratrum, ut ſolemniter fieret, ipſe de ſolario ſuperioris domus ad eos pedibus deſcendit, ungitur, & ſumpto viatico, fratrum orationibus ſe commendans, pedibus ad lectum revertitur. Ejus vultus pallidior aut macilentior non videbatur, & tamen dicebat, mortem eſſe in januis. Adeſt Sanctorum omnium celebritas; ſub noctis crepuſculo, febre invaleſcente, jam de vita ejus deſperatur. Fratres omnes eum circumſtabant. Ille ſingulis manus imponens benedixit, & paulo poſt migravit ad Deum, anno ætatis ſuæ quinquageſimo quarto.

Infertur oratorio abbatum humeris, S. Bernardus ejus memoriam funebri oratione proſecutus eſt, & videns puerum eminus ſtantem, cui emortuum pendebat a latere brachium, eum evocat, & apprehenſam aridam manum applicuit ad manum Malachiæ, & vivificavit eam. Omnibus rite peractis, in oratorio ſanctæ Dei Genitricis traditur ſepulturæ. Bernardus ejus vitam, duosque ſermones in ejus laudem compoſuit. Poſt annos quinquaginta in Sanctorum numerum relatus eſt. In epiſcopatu ei ſucceſſit Chriſtianus ejus archidiaconus, qui primus regularem Ciſtercienſium obſervationem Hibernos edocuit.

Christi An. 1148.

XX. Anſelmus Havelbergenſis in Saxonia epiſcopus circa idem tempus Papam convenit apud urbem Tuſculum. Eugenius ei dixit: Epiſcopus Imperatoris Conſtantinopolitani epiſtolam Græce conſcriptam præferens nuper ad me venit, &, ut erat eloquens, multa de doctrina & eccleſiaſtico Græcorum ritu propoſuit, quæ doctrinæ Romanæ Eccleſiæ minime concordant. Et univerſa, in quibus Græci a Latinis diſcrepant, nonnullis ſcripturarum authoritatibus confirmare voluit: & imprimis de proceſſione Spiritus ſancti a ſolo Patre diſputavit, & de azymis. Et quoniam Anſelmus, ut Lotharii Imperatoris legatus, aliquamdiu Conſtantinopoli commoratus fuerat, & multas de iis collationes cum Græcis habuerat, Papa eum rogavit, ut, quæ utrimque dicta fuerant, ſub dialogo conſcriberet.

Spicileg. tom. 13. *Anſelmi Havelberg dialogus.*

Anſelmus ejus mandatis obſequens librum compoſuit, quem vocavit Anticymenon, id eſt, objectionum collectionem, & conſervavit, quantum memoria ſubminiſtrabat, tenorem dialogi, quem cum Niceta doctiſſimo Nicomediæ Archiepiſcopo in publico conventu Conſtantinopoli habuerat. Huic autem præmiſit librum de una forma credendi & multiformitate vivendi, quorumdam precibus coactus, qui dicebant, plurimis non modicum eſſe ſcandalum, quod in Eccleſia, quæ una eſt, unam fidem tenendo, tot & tam diverſæ religionis novitates emergant. Illud opus tres dialogos complectens Eugenio Papæ nuncupavit.

Ibid.

In primo dialogo iis reſpondet, qui tantam rituum, ordinum eccleſiaſticorum, & monachorum varietatem calumniantur, & dicit: Quod unum Eccleſiæ corpus uno Spiritu S. regitur & gubernatur, diverſas habens gratiarum diviſiones. Hanc autem inſtitutam varietatem fuiſſe propter humani generis variabilem infirmitatem, & temporalem mutationem. Ibidem laudat religioſos ordines, etiam militares, militum enim Templi fortitudinem, paupertatem & obedientiam maxime commendat.

Ibid.

Secundus dialogus eſt de proceſſione Spiritus ſancti, quem Græci a ſolo Patre procedere contendunt, & ſic a nobis in fide diſſident. Nicetes Nicomediæ Archiepiſcopus in ea collatione, quæ juſſu Imperatoris Calo-Joannis publice habita eſt, Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere negavit: ne in Deo dicerentur duo principia. Anſelmus reſpondet: " Licet Spiritus ſanctus a Patre & Filio procedat, non tamen exinde concedimus, eſſe duo principia; quia Pater & Filius unum ſunt principium, ſicut ſunt unus Deus .... Hinc Chriſtus interrogatus: Tu quis es? Reſpondit: (Ego principium, qui & loquor vobis,) oſtendens, ſe eſſe unum & idem principium cum Patre in unitate ejusdem ſubſtantiæ .... qui tamen non eſt unus cum Patre proprietate perſonæ .... & in pſalmis de Chriſto dicitur: (Tecum principium in die virtutis tuæ.) Sic Pater & Filius & Spiritus ſanctus relative ad creaturas dicuntur unus creator, & unum principium, quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis .... Chriſtus tamen loquens de Spiritu S. recte dixit: (Quem ego mittam vobis a Patre:) videlicet oſtendens, quod totius divinitatis principium Pater eſt, qui author & generationis & proceſſionis eſt. Qui ergo procedit a Patre & Filio, recte ad eum refertur, a quo natus eſt Filius: & recte dicitur cum Patribus, quod principaliter a Patre procedat. „

Ibid. *De proceſſione Spiritus S.* Joan. 80. Pſ. 109. Joan. 15.

Nicetes, quod Spiritus amborum ſit, fatetur, ſiquidem in ſcripturis dicitur ſpiritus Patris, & ſpiritus Filii; ab utroque tamen procedere negat, Quia fortaſſis, inquit, aliud eſt, eum a Patre eſſe, & aliud eſt, eum procedere. Anſelmus vero probat, quod idem ſit, eſſe a Patre & ab eo procedere, ac proinde, ſi Spiritus S. ſit a Filio, ab eo quoque procedit. Nicetes reſpondet: In ſcriptura non legi, quod Spiritus S. procedat a Filio. Anſelmus inſtat, id etiam non negari, nec dici, quod a ſolo Patre procedat: ac proinde, quemadmodum de Filio recte creditur, quod ſit conſubſtantialis Patri, quamvis hæc

Ibid. Matt. 10. Galat. 4.

Christi An. 1148. vox in scripturis non reperiatur, sed ejus sensus passim reperitur; sic Spiritus S. recte a Filio procedere dicitur, quamvis expressis verbis in scriptura non legatur, sed æquivalentibus significatur. Demum Anselmus profert multas authoritates Patrum Græcorum & Latinorum, qui Spiritum sanctum a Patre & Filio, vel a Patre per Filium procedere dixerunt. Rejicit autem ut absurdissimam eorum locutionem, qui dicunt, quod Spiritus sanctus de Patre procedat in Filium, & sic per Filium procedat ad sanctificandam creaturam. Nicetes post longam disputationem tandem dat manus, dicens: Assentior omnibus, quæ dixisti. Porro verba hæc: Spiritus sanctus procedit a Filio, quoniam hactenus non sonuerunt publice in ecclesiis Græcorum, nequaquam subito possunt induci, ut sine aliquo scandalo plebis publice doceantur; sed aliquod generale concilium occidentalis & orientalis ecclesiæ, authoritate Romani Pontificis, adnitentibus Imperatoribus, celebrandum esset: ubi hæc & nonnulla alia Catholicæ Ecclesiæ necessaria secundum Deum diffinirentur. Tunc communi consensu illud verbum, Spiritus S. procedit a Filio, libenter susciperemus. Idem optavit Anselmus.

Tertius dialogus est de azymis, & de Romanæ sedis præeminentia. Sed prima quæstio statim in secundam recidit, scilicet, cujus ecclesiæ traditio sit alteri præferenda. Anselmus ostendit hanc Christi promissionem: (Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam,) in sola Romana Ecclesia suam obtinuisse veritatem: siquidem nullis erroribus aliquando contaminata fuit. Constantinopolitana vero, Alexandrina, & Antiochena ecclesiæ gravissimis erroribus infectæ fuerunt. Nicetes respondit: " Romanæ Ecclesiæ primatum ego non nego: siquidem in antiquis nostrorum historiis legitur, quod tres patriarchales sedes sorores fuerint: inter quas Roma primatum obtinuit .... Verum Romana Ecclesia, cui nos quidem inter has sorores primatum non negamus, & cui in concilio generali præsidendi primum honoris locum recognoscimus, ipsa se propter sui sublimitatem a nobis sequestravit, quando monarchiam, quod sui officii non erat, divisit, & episcopos & ecclesias Occidentis & Orientis diviso Imperio divisit. Et ob hoc, si aliquando cum occidentalibus episcopis concilium sine nobis celebrat, illi decreta ejus suscipiant, & debita veneratione observent, quorum concilio dictat ea, quæ dictanda judicaverit. Nos, quamvis in eadem Catholica fide a Romana Ecclesia non discordemus, tamen, quia concilia his temporibus cum illa non celebramus, quomodo decreta illius suscipiemus? si enim Romanus Pontifex in excelso throno gloriæ suæ residens nobis tonare, & quasi projicere mandata sua de sublimi voluerit, & non nostro concilio, sed proprio arbitrio, pro beneplacito suo de nobis & de nostris ecclesiis judicare, immo imperare voluerit, quæ fraternitas, seu etiam, quæ paternitas hæc esse poterit? Tunc nempe veri servi, & non filii Ecclesiæ recte dici possemus & esse. Quod si sic necesse esset, & ita grave jugum cervicibus nostris portandum immineret, nihil aliud restaret, nisi quod sola Romana Ecclesia libertate, qua vellet, frueretur: & aliis quidem omnibus ipsa leges conderet; ipsa vero sine lege esset: jam non pia mater filiorum, sed dura & imperiosa domina servorum videretur & esset. Quid igitur nobis scripturarum scientia? Quid nobis literarum studia? Quid magistrorum doctrinalis disciplina? Quid sapientum Græcorum nobilissima ingenia? Sola Romani Pontificis authoritas, quæ, sicut tu dicis, super omnes est, universa hæc evacuat? solus ipse sit episcopus, solus magister, solus præceptor, solus de omnibus sibi soli commissis, soli Deo, sicut solus bonus pastor, respondeat. Quod si in vinea Domini voluerit habere cooperatores, ipse quidem conservato primatu suo exaltatus glorietur in humilitate sua, & non contemnat fratres suos, quos veritas Christi non in servitutem, sed in libertatem in utero matris Ecclesiæ generavit .... Demum in nullo symbolo hoc reperitur, quod Romanam Ecclesiam confiteri specialiter jubeamur; quin immo universam S. Ecclesiam Catholicam & Apostolicam confiteri ubique docemur. „

Ibid. Matt. 16. *De primatu Romanæ Ecclesiæ.*

Anselmus hæc sustinere non valens, respondet laudando virtutes Romanæ Ecclesiæ, imprimis diligentissimam ejus in examinandis ecclesiasticis causis investigationem, & liberrimam in danda sententia veritatem. Unde consequens est, quod authoritate sua non abutatur. Sed indirecta hæc responsio non plane satisfacit. Fatendum igitur, quod ingenium & scientia in privatis nihil valeat ad salutem, nisi conjuncta sint cum debita superioribus ecclesiasticis obedientia: ut patet in plurimis hæreseon principibus. In prælatis vero eadem plurimum valent, ut subjectos sibi populos secundum divinam & ecclesiasticam regulam regant, adversariis resistant, Romano Pontifici circa difficultates occurrentes suam proponant sententiam, in synodis libere & sapienter judicent, non autem ut Romani Pontificis jurisdictioni & obedientiæ se subtrahant: non enim in scientia & ingenii præeminentia fundatur jurisdictio ecclesiastica, sed in dispositione Christi, quæ nobis per Ecclesiæ consensum infallibiliter innotescit. Demum in nullo quidem symbolo dicitur, Confiteor unam sanctam Romanam Ecclesiam; sed cum Christus Petro dixerit: (Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:) ad Romanam Ecclesiam, ut docet Irenæus, necesse est omnem aliam convenire ecclesiam, propter principalem ejus authoritatem. Hinc illæ tantum ecclesiæ pertinent ad Catholicam Ecclesiam, quæ communione cum Romana Ecclesia sociantur: ac proinde per illas voces, Unam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, Romana, ut est aliarum omnium caput & centrum unitatis, sufficienter designatur.

Christi An. 1148. Matt. 16.

Nicetes instat: " Non soli Petro, inquit, dictum est: (Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata in cœlis: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta in cœlis;) vel datus est Spiritus sanctus: sed omnibus Apostolis. „ Unde concludit, Petro non attribuendum privilegium, quod ab ipso Domino donante commune est omnium. Anselmus: Fatemur, omnibus Apostolis a Christo fuisse concessam ligandi & solvendi potestatem & datum Spiritum sanctum: ita tamen, ut principatus Petri sit omnibus excellentior: & transiit ad ejus successores, qui judicarunt de aliis Patriarchis, & plerosque condemnaverunt, ut multis probat exemplis. Postea redeunt ad quæstionem de azymis, utriusque ecclesiæ usum ut indifferentem retinendum concludunt, expectandumque concilii œcumenici judicium.

Ibid. Joan. 20. Matt. 16.

XXI. S. Bernardus iisdem temporibus scientia, virtutibus, & prophetiæ dono magis effloruit. Henricus, Ludovici Francorum regis frater, jam sacris ordinibus initiatus ad eum venit, & fratrum orationibus se commendavit. Cui Bernardus: Confido in Domino, nequaquam in eo te moriturum statu: sed experientia brevi probabis, quantum istorum tibi profit oratio. Re ipsa eodem die completum est, & de ejus conversione cœnobium omni exultatione repletum est. Lugente tota ejus familia quasi illum cerneret mortuum ... Andreas Parisiensis a conviciis & blasphemiis non abstinuit. Henricus Bernardum, ut ejus conversioni operam daret, precatus est. Cui vir sanctus, audientibus multis, ait: Dimitte eum, modo anima ejus in amaritudine est: nec pro eo sollicitus sis, quia tuus est. Cumque Henricus instaret, ut loqueretur Andreæ, Vir Dei severius eum intuitus, ait, Numquid jam dixi tibi? tuus est ille. Andreas hæc audiens, & a sacra conversatione vehementer abhorrens, talia secum cogitabat, ut postea fassus est. In hoc nunc scio, falsum te esse prophetam. Hoc tibi coram Rege & Principibus improperare non parcam, ut tua falsitas omnibus innotescat. Andreas abiit altera die, mala omnia imprecans monasterio, ubi dominum dimittebat. Ille vero sequenti nocte victus, & quasi vinctus, trahente se & vim faciente spiritu Dei, surgens ante diluculum rediit ad monasterium. Henricus aliquamdiu vitam monasticam in Claravalle professus, anno millesimo centesimo quadragesimo nono electus est Beluacensis episcopus. Bernardus ipsi timens propter ejus imperitiam, Petrum Cluniacensem consuluit: qui divinæ voluntati rem totam permittendam esse respondit: siquidem & canonice electus, & a Papa est approbatus. Itaque a Remensi Archiepiscopo consecratus est.

Christi An. 1149. Bern. vit. l. 4. c. 3. epist. 8.

XXII. S. Bernardus eodem anno libros quinque de consideratione inchoavit, & Eugenio Papæ nuncupavit, atque misit. In primo Papam adhortatur, ut inter tot occupationes & negotia, quibus obruitur, sui ipsius curam non negligat, nec terrenis rebus ita se

Bernardi de consideratione libri 5. c. 6.

Christi An. 1149. ita se occupari sinat ; sed Principibus ea dimittat ; "Non quia, inquit, indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. c. 7. Præterea Paulus dicit episcopum instruens ; (Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.„) Hinc eum monet, ut pietati, & rerum æternarum considerationi sedulo vacet, " Mentem quippe, de qua oritur, purificat consideratio : deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat: postremo divinarum pariter, & humanarum rerum scientiam confert. Hæc est, quæ confusa disterminat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, & fucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, ut nihil in mente resideat incorrectum, aut correctione egens. Hæc est, quæ in prosperis adversa præsentit : in adversis quasi non sentit : quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiæ est ...„ Tum præoccupat objectionem, & sic resolvit. "Prædecessores tui non ita consueverunt ... & videberis id agere in sugillationem illorum ... nec potes eorum omnia simul, & subito vel errata corrigere, vel excessus redigere in modum. Erit, cum acceperis, tempus, ut secundum sapientiam tibi a Deo datam paulatim, & opportune id studeas. Interim sane malo alterius utere in bonum, quod potes. Quamquam, si de bonis, & non de novis sumamus exempla, non defuere Romani Pontifices, qui sibi etiam inter maxima negotia tempus invenirent. Hinc invehitur in abusus advocatorum, judicum, procuratorum curiæ Romanæ eorumque fraudes graviter perstringit.

Ibid. Liber II. de consid. Librum secundum inchoat ab apologia propter infelicem successum expeditionis in terram sanctam susceptæ: quem refundit in malos mores cruce signatorum, se vero pro defensione habere testimonium suæ conscientiæ, cum Dei, & Papæ jussu populos ad eam suscipiendam adhortatus sit. Tum rediens ad propositum considerationis quatuor puncta designat. " A te, inquit, tua consideratio inchoet ; deinde, quæ sub te, quæ circa te, quæ supra te sunt .... Factum superiorem dissimulare nequimus ... Non ad dominandum opinor: Nam & Propheta, cum similiter levaretur, audivit: ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Quid Jerem. 2. horum factum sonat? Rusticani magis sudoris schemate quodam labor spiritualis expressus est. Et nos igitur, ut multum sentiamus de nobis, impositum senserimus ministerium, non dominium datum. Non sum ego major propheta: & si forte par potestate, sed meritorum non est comparatio. Hæc loquere tibi, & doce te ipsum, qui alios doces .... Disce exemplo prophetico præsidere non tam ad imperitandum, quam ad factitandum quod tempus requirit ..... Multo minus inveniri oportet aut deliciis resolutum, aut resupinum pompis. Nihil horum tibi tabulæ testatoris assignant. Sed quid? si illarum tenore contentus sis, curam potius hereditabis, & operam, quam gloriam, & divitias... Nam, quid tibi aliud dimisit Apostolus? (Quod habeo, inquit, hoc tibi do). Quid illud? unum scio: non est aurum, neque argentum, cum ipse dicat: (Argen- Act. 9. tum, & aurum non est nobis ...) Esto, ut alia quacumque ratione hæc tibi vendices, sed non Apostolico jure. Nec enim ille dare, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem super ecclesias. Numquid dominationem? Audi ipsum : 2 Petr. 5. (Non dominantes, ait, in clero, sed forma facti gregis.) Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio: (Reges Luc. 21. gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Et infert: Vos autem non sic.) Planum est, Apostolis interdicitur dominatus ... At, si interdictum tenemus, audiamus edictum. (Qui major est vestrum, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut qui ministrat.) Forma Apostolica hæc est: Dominatio interdicitur, indicitur ministratio, quæ & commendatur ipsius exemplo legislatoris, qui secutus adjungit: (Ego in medio vestrum sum, tanquam qui ministrat.) Quis se jam titulo hoc inglorium putet, quo se prior dominus gloriæ Ibid. c. 8. præsignavit? .... Agnosce hæreditatem tuam in cruce Christi, in laboribus plurimis. Felix, qui dicere potuit: (Plus omnibus laboravi.)

Quis sit Romanus Pontifex. In capite octavo ejusdem libri, pontificiæ dignitatis, & potestatis excellentiam sic exponit, alloquens Eugenium Papam. "Quis es? sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu Princeps episcoporum ; tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem & alii cœli janitores, & gregum pastores: sed tu tanto glorioſius, quanto & differentius utrumque præ cæteris nomen hæreditasti : Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi universi crediti, uni unus; nec modo ovium, sed & pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem, quæris? Ex verbo Domini, cui enim non dico episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolute, & indiscrete totæ commissæ sunt oves: (Si amas me, Petre, pasce oves meas.) Quas? Illius vel illius populos civitatis, aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non designasse aliquas, sed assignasse omnes ; nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.„ Post hæc eum ad propriæ personæ considerationem revocat, ut agnoscat, quantum in virtutibus profecerit. Demum ab otio magis, vanisque sermonibus eum dehortatur, eumque laudat, quod ab omni avaritia ita sit alienus, ut pecuniam tanquam paleam habeat.

Christi An. 1149.

Tertius liber est de modo, quem circa suos subditos tenere Papa debeat, quibus non dominari, sed eos ad Ecclesiæ gremium perducere laborare debet ; ita tamen, ut hæreticos, qui corrigi nolunt, coerceat. Quis autem modus in appellationibus ad sedem Apostolicam tenendus sit, sic explicat. " Appellatur de toto mundo ad te. Id quidem in testimonium singularis primatus tui. At tu, si sapis, non primatu gaudebis, sed fructu.„ Tum monet, ut iis sic servet justitiam, ut nemo gravamen vel injustitiam patiatur, sed damna resarciantur, & illicite usurpata appellatio non prosit appellanti, nec obsit appellato .... " Injusta, inquit, omnis appellatio, ad quam justitiæ inopia non coegit .... Appellandum a sententia. Ante sententiam improbe omnino, nisi ob manifestum gravamen, præsumitur appellatio. Qui igitur non gravatus appellat, liquet, quia aut gravare intendit, aut tempus redimere ... Quantos novimus appellasse pulsatos, quo interim liceret quod numquam licet? nonnullis etiam, quoad vixerunt, licuisse appellationis suffragio nefaria scimus, verbi gratia, incestum, adulterium. Quale est hoc, turpitudini patrocinari, quod vel maxime formidari a turpibus oportebat? Quousque murmur universæ terræ aut dissimulas, aut non advertis? Quousque non evigilat consideratio tua ad tantam appellationum confusionem atque abusionem? .... Appellantur episcopi, ne illicita audeant matrimonia solvere, vel prohibere. Appellantur, ne rapinas, ne furta, ne sacrilegia, & quæ ejusmodi sunt, ullatenus punire vel cohibere præsumant. Appellantur, ne indignas, & infames personas a sacris officiis beneficiisve repellere seu amovere queant. Quod tu invenis remedium morbo huic, ne, quod repertum ad remedium fuit, reperiatur ad mortem?... Et cur, inquis, male appellati non veniunt ostensuri suam innocentiam, malitiam convicturi? Dico, quod dicere ad hæc solent: Nolumus vexari frustra: in curia esse, qui proclivius faveant appellantibus, foveant appellationes. Cessuris Romæ, domi sedere satius est.

Ibid. Tertius liber de consider. c. 2.

Alterum abusum reprehensurus, instar principii præmittit. Ecclesiæ præsules non tam ut præsint, ac semetipsos pascant, quam ut aliis profint, constitutos esse. Tum veniens ad propositum, ait : " Murmur loquor, & querimoniam ecclesiarum. Truncari se clamitant ac dismembrari; vel nullæ, vel paucæ admodum sunt, quæ plagam istam aut non doleant, aut non timeant. Quæris, quam? subtrahuntur abbates episcopis : episcopi Archiepiscopis : Archiepiscopi Patriarchis, sive primatibus. Bona-ne species hæc mirum, si excusari queat vel opus. Sic factitando probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed justitiæ forte non ita: facitis hoc, quia potestis: sed, utrum & debeatis, quæstio est. Honorum ac dignitatum gradus, & ordines quibusque suos servare positi estis, non invidere, ut quidam vestrorum ait: Cui honorem, honorem ..... Præterea non omne, quod licet, decet, & expedit ... Quid item tam indignum, tibi quam ut totum tenens, non sis contentus toto, nisi minutias quasdam atque exiguas portiones ipsius tibi creditæ universitatis, tanquam non sint tuæ, satagas, nescio quomodo, adhuc facere tuas. Nolo autem, prætendas mihi fructum emancipationis ipsius: Nullus est enim, nisi quod inde episcopi insolentiores, monachi etiam dissolu-

Ibid. c. 3. & 4.

CHRISTI AN. 1149. tiores fiunt. Inspice diligentius talium ubique liberorum, & facultates, & vitas: si non pudenda admodum, & tenuitas in his, & in illis sæcularitas invenitur .... Quidni peccet licentius vagum, & male liberum vulgus, cum non sit qui arguat .... Vides, quam verus sit sermo ille: (Omnia mihi licent, 1. Cor. 10. sed non omnia expediunt. Quod si forte non licet? Ignosce mihi: non facile adducor licitum consentire, quod tot illicita parturit. „

Ibid. *Liber quartus de consider.* Argumentum libri quarti sic explicat: " Primis partibus pertractatis, in manibus est de his addere, quæ circa te sunt: & ipsa quidem sub te, sed quo propiora, eo importuniora tibi, nempe coram posita, incuriam non admittunt, non dissimulationem, non oblivionem ... Hæc, inquam, circa te sunt, clerus, & populus Romanus, cui specialiter episcoc. 2. paris: ac per hoc specialis curæ teneris debitor. Et primo quidem, clerum illum ordinatissimum esse decet, ex quo præcipue in omnem ecclesiam cleri forma processit. Deinde omne, quod perperam agitur te præsente, id tibi turpius. Interest gloriæ sanctitatis tuæ, ut, quos præ oculis habes, ita ordinati, ita sint informati, quatenus totius honestatis, & ordinis ipsi speculum, ipsi sint forma. Inveniantur præ cæteris, oportet, expediti ad officia, idonei ad sacramenta, ad plebes erudiendas solliciti, circumspecti ad sese custodiendos in omni castitate. „ Deinde populi Romani fastum perstringit, & proterviam. Eugenium Papam hortatur, ut ei curam præcipuam adhibeat, quamvis de curatione diffidat, hortatur exemplo priorum Pontificum, qui se totos ovibus pascendis exponerent, pastoris opere, & nomine gloriantes, nihil sibi reputantes indignum, nisi quod saluti ovium obviare putarent .... Unus erat de subditis quæstus, una pompa, unaque voluptas, si quo modo eos possent parare Domino plebem perfectam. Id omnimodis satagebant, etiam in multa contritione cordis, & corporis, in labore, & ærumna, in fame, & siti, in frigore, & nuditate: ubi nunc quæso consuetudo hæc? subiit dissimilis valde; longe in aliud mutata sunt studia, & utinam non in pejus .... vides omnem ecclesiasticum zelum fervere sola pro dignitate tuenda: honori totum datur, sanctitati nihil, aut parum ... nisi quod sublime est, hoc salutare ducamus: & quod gloriam redolet, id justum. Ita omne humile probro ducitur inter Palatinos, ut facilius qui esse, quam qui apparere humilis velit, invenias. Timor Domini simplicitas reputatur, ne dicam fatuitas. Virum circumspectum, & amicum propriæ conscientiæ calumniantur hypocritam. Porro amatorem quietis, & sibi interdum vacantem, inutilem dicunt ... Pastorem te populo huic certe aut nega, aut exhibe. c. 3. Non negabis: ne, cujus sedem tenes, te neget hæredem. Petrus hic est, qui nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus, vel sericis; non tectus auro, non vectus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris. „

c. 4. Quales esse oporteat Papæ ministros, sic indicat: " Itaque non volentes, neque currentes assumito, sed cunctantes, sed renuentes: etiam coge illos, & compelle intrare. In talibus, ut opinor, requiescet spiritus tuus, qui non sint attritæ frontis, sed verecundi, sed timorati, qui præter Deum tantum, timeant nihil, nihil sperent nisi a Deo. Qui adventantium non munus attendant, sed necessitates. Qui stent viriliter pro afflictis, & judicent in æquitate pro mansuetis terræ. Qui sint compositi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedientiam, mansueti ad patientiam, subjecti ad disciplinam, rigidi ad censuram, Catholici ad fidem, fideles ad dispensationem, concordes ad pacem, conformes ad unitatem .... Qui missi post aurum non eant, sed Christum sequantur: qui quæstum legationem non æstiment, non requirant datum, sed fructum... Qui non de dote viduæ, & patrimonio Crucifixi se vel suos ditare festinent; gratis dantes quod gratis acceperunt. „

Hunc librum claudit epilogo sequenti, qui continet summam eorum, quæ in Pontifice requiruntur. " Consideres ante omnia sanctam Romanam Ecclesiam, cui Deo authore præes, ecclesiarum matrem esse, non dominam: te vero non dominum episcoporum, sed unum ex ipsis; porro fratrem diligentium Deum, & participem timentium eum. De cætero oportere te esse, considera, formam justitiæ, sanctimoniæ speculum, pietatis exemplum, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorum ducem, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum advocatum.... ultorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, salem terræ, orbis lumen, sacerdotem Altissimi, vicarium Christi, Christum Domini, postremo Deum Pharaonis ...., Qui te non audierit, auditurum Deum, & contra se paveat. „ CHRISTI AN. 1149.

Ibid. *Liber quintus de consider.* In quinto libro considerationem instituit de his, quæ supra nos sunt, id est, de Deo, rebusque divinis, ad quas modo per creaturas erigimur. " Omnino, inquit, in his cavenda confusio, ne aut incertum opinionis fides figat, aut, quod firmum fixumque est fidei, opinio revocet in quæstionem. Et hoc c. 3. sciendum, quia opinio, si habet assertionem, temeraria est: fides, si habet hæsitationem, infirma est. „ Infra differit de natura, & proprietatibus Angelorum, & Dei, & præsertim de mysterio Trinitatis, sicque concludit. " Non ea disputatio comprehendit, sed sanctitas, si quo modo tamen comprehendi c. 14. potest quod incomprehensibile est. At, ni posset, non dixisset Apostolus, ut comprehendamus cum omnibus Sanctis. Sancti igitur comprehendunt. Quæris, quomodo? Sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina: timor Domini sanctus, & sanctus amor. His perfecte affecta anima, veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, & ait: Tenui eum, nec dimittam. „

CHRISTI AN. 1150. XXIII. Eugenius Papa interim, anno millesimo centesimo quinquagesimo, Romanæ plebis tumultibus urbe egredi coactus, in Campania commoratus est. Petrus Venerabilis Cluniacensis abbas eum adiit, sua cum eo negotia tractaturus; honorifice, & peramice susceptus, Papæ humilitatem, modestiam, justitiam, bonitatem ipse pariter redux plurimum laudavit in suis ad S. Bernardum literis. Anno sequenti millesimo centesimo quinquagesimo primo, Colonienses, & Moguntinus Archiepiscopi Papam adiere: alter, ut privilegiorum suæ ecclesiæ confirmationem obtineret; alter, ut molestissimo negotio se expediret: & plurimum argenti ei detulerunt. At ipse nihil penitus attingens, pecuniam reportare in Germaniam coegit. Moguntini judicium in aliud tempus remisit. Arnoldo Colonienſi post ejus reditum sequentem dedit epistolam: " Tuis justis postulationibus benignus impertientes assensum, ad exemplar prædecessoris nostri felicis memoriæ Leonis IX. Papæ, beati Petri Colonienſem ecclesiam ... sub ipsius Apostolorum principis .... & nostra protectione suscipimus, statuentes, ut, quascumque possessiones, quæcumque bona .... juste, & canonice possidet... vel poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Pallii quoque usum, & vivificæ crucis vexillum, atque nactum, seu stragulum, insigne videlicet festivi equi ... nos tam tibi, quam tuis successoribus confirmamus: adjicientes, ut nulli primati, nisi tantum Romano Pontifici, debeas esse subjectus. Pro amplioris etiam, & specialioris gratiæ prærogativa, ordinationem Regis infra tuam provinciam tibi duximus concedendam ..... Statuimus præterea, ut septem idonei presbyteri cardinales in prædicta ecclesia ordinentur, qui induti dalmaticis, & mitris ornati, ad principalia duo altaria ejusdem ecclesiæ cum totidem diaconibus, & subdiaconibus, quibus sandaliorum usum concedimus, Missarum solemnia in festivis diebus tantummodo administrent. Huic post Eugenium Papam subscripsere tres cardinales episcopi, sex presbyteri cardinales, & septem diaconi cardinales. Datum Signiæ sexto Idus Januarii, indictione decima quinta, Incarnationis Dominicæ anni millesimi centesimi quinquagesimi secundi. Alteram dedit ad Eberardum Bambergenſem episcopum, & ad Adam abbatem Ebrach, ut monachos restituant in ecclesiam Heindenheimenſem, pulsis inde clericis sæcularibus, quos Henricus Moguntinus reduxerat. Idemque eidem Henrico præcipit. Bernard. l. 3. de consider. CHRISTI AN. 1151. *Colonienſ. sedis privilegia.* CHRISTI AN. 1152. Eug. P. epist. 10. Concil. tom. 6. ed. Hard. Ibid. epist. 61. & 62.

XXIV. Lodovicus VII. Francorum rex, postquam e Palæstina rediit, a duobus suis consanguineis admonitus, quod inter ipsum, & Eleonoram uxorem ejus, de qua jam duas filias susceperat, talis erat consanguinitatis affinitas, ut inter eos de jure lex matrimonialis non poterat convenire; & inde per juramentum probationem legitimam offerebant: eis respondit, quod contra legem ecclesiæ eam habere Concil. tom. 6. ed. Hard. *Bulgerotiacenſi Synodus.*

Christi An. 1151. & 1152. bere nollet. Et ut istius rei veritas posset veracius indagari, die Martis ante Dominicam Palmarum anni millesimi centesimi quinquagesimi primi, in castro Baugentiaci Hugonem Senonensem, Hugonem Rotomagensem, Samsonem Remensem, & Lanfredum Burdigalensem Archiepiscopos, cum pluribus suis coepiscopis & baronibus Franciæ fecit solemniter convenire. Ante quorum præsentiam steterunt illi, qui genus inter Regem & Reginam se probaturos obtulerant: & per juramentum suum dixerunt, quod Rex & Regina se cognatione contingebant. Quo sufficienter probato in præsentia prælatorum, fuit inter eos per consensum partium matrimonium dissolutum. Eleonoram deinde conjugem duxit Henricus Normannorum dux, & Andegavorum comes: ac per eam dux Aquitanorum, & comes Pictonum, quæ ditiones Eleonoræ hæreditate obvenerant, utpote Guillelmi IX. Aquitaniæ ducis filiæ: quibus Angliæ regnum postea Henricus adjunxit. Ex eoque reges Anglorum Normanniæ & Aquitaniæ duces, & Andegavorum & Pictonum comites aliquamdiu fuere. Hinc innumeræ Galliam inundarunt calamitates. Ludovicus autem accepit Constantiam Alphonsi VIII. Castellæ regis filiam. Sugerius abbas S. Dionysii hic historiæ Ludovici VII. finem imposuit. Idibus enim mensis Januarii anni sequentis ad feliciorem vitam transiit, postquam annos viginti novem hanc abbatiam glorioſissime rexisset. Ejus sepulturæ cum sex episcopis & multis abbatibus adfuit rex Ludovicus, & flevit amarissime, flevit & omnis regia domus, & populi eum fleverunt tanquam prudentissimum consiliarium, & totius regni gubernatorem sapientissimum.

Ibid. *Hibernica synodus.* XXV. Joannes Paparo cardinalis ab Eugenio III. missus anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, cum Christiano episcopo totius Hispaniæ legato, venit in Hiberniam, atque in Mellifontis monasterio synodum celebravit, cui interfuere episcopi, abbates, Reges, duces, & majores natu Hiberniæ, quorum consensu quatuor archiepiscopatus constituti sunt, scilicet: Armachanus, Dublinienſis, Cassellensis, Toamensis: quibus eo tempore præfuerunt, Gelasius, Gregorius, Donatus, Edanus.

Bolland. die 19. Januar. Suecia eodem anno duos martyres dedit. S. Henricus Archiepiscopus Upsalensis, dum ædificationi & confirmationi ecclesiæ Finlandensis prudenter & fideliter insudaret, quidam homicida, quem ob cujusdam facinoris enormitatem disciplina ecclesiastica corrigere volebat, in suæ salutis zelatorem funestus insiliit, ipsumque crudeliter trucidavit: servi sui sanctitatem Deus multis miraculis declaravit. Die decima nona Januarii in Ecclesia recolitur ejus memoria. Martyrium quoque passus est S. Ericus Sueciæ rex. Upsalensem ecclesiam a suis progenitoribus fundatam, & aliquantulum ædificatam præ cæteris aggrediens, ac ministros divini cultus inibi ponens, opere magnifico consummavit. Postea regnum suum circuiens, pacem inter discordes fecit, oppressos a potentioribus liberavit, & impios de terra exterminavit, coadunatoque exercitu adversus Finlandos adhuc idololatras expeditionem dirigit; qui, cum oblatam pacem, si Christianam religionem profiteri vellent, respuissent, eam ingenti prælio devictos recipere compulit; missis sacerdotibus, qui iis Evangelium prædicarent, quod plures suscepere, ibique S. Henricum Upsalensem episcopum reliquit, qui fidem in ea provincia stabiliret: ipse vero in Sueciam reversus est. Die Dominica Ascensionis, cum Upsali Missarum solemniis interesset, a quibusdam magnatibus regnum ambientibus insidiose peremptus est: postquam fere decem annos Sueciæ regnum innocenter & summa cum laude administrasset. Ejus corpus cilicio coopertum post ejus mortem apparuit. Quamdiu vixit, jejuniis, vigiliis, balneis in aqua frigida, aliisque austeritatibus corpus suum in servitutem redegit. Miraculis claruit, eique martyrum honores detulit Ecclesia, illiusque die decima octava Maji meminit Romanum martyrologium.

Ibid. Die 18. Maji. Harawicus Bremensis Archiepiscopus, cum Daniæ, Norvegiæ & Sueciæ episcopos, qui diu prædecessorum suorum suffraganei fuerant, jam suæ jurisdictioni esse subtractos intelligeret; Sclavorum episcopatus jam ab annis octoginta vacantes, atque a barbaris dissipatos instaurare tentavit. Emmehardum ordinavit episcopum Mechleburgensem; Oldemburgensi vero ecclesiæ præfecit Vicelinum presbyterum, virum eruditum, qui Bremensi scholæ diu præfuerat, jamque ab annis triginta Christianam religionem apud Holsatiæ populos promovebat, qui, quamvis nomine Christiani, plures majorum suorum superstitiones retinebant, fontibus & sylvis cultum profanum deferentes. Vicelinus plurimos ad Christianam veritatem per pœnitentiam reduxit, clericorum regularium societatem instituit, qui secum in vinea Domini laborarent. Sed, ut ecclesiæ suæ decimas obtineret, regalium investituram ab Henrico Saxoniæ duce recepit; ejus quippe ditioni subjacebat hæc provincia.

Christi An. 1152.

Gratiani decretum. Gratianus, natione Etruscus, patria Clusinus, professione monachus, in monasterio sanctorum Felicis & Naboris Bononiæ, decretum, seu juris pontificii volumen insigne, quod ex variis canonum collectoribus compilaverat, sicque prænotatur, concordantia discordantium canonum, circa idem tempus publicavit. Multa veterum profert testimonia, quæ nullibi leguntur, vel ex libris apocryphis desumpta sunt, vel alterius sunt authoris, atque ex eis quandoque deduxit consequentias, præsertim circa sacramentum pœnitentiæ, quas non admittit sana Theologia. Illud opus propter utilitatem emendari & annotationibus illustrari curavit Gregorius XIII. summus Pontifex: sed non pauci nævi correctorum scientiam & diligentiam præteriere. Primus ejus glossator fuit Hugo seu Hugutio; secundus autem Joannes Teutonicus, & ista est glossa communis in textu. Apparatum autem nobilem super ipsam sine textu fecit Archidiaconus, qui rosarium decreti dicitur. S. Antoninus Florentinus antistes de Gratiano sic scribit: In decreto quædam ponit Gratianus, quæ non tenentur: quædam alia a conciliis & summis Pontificibus edita, quæ sunt revocata seu immutata per consuetudinem generalem contrariam, & abrogata. Idque multis probat exemplis. Aliaque errata non pauca annotavit Antonius Augustinus Tarraconensis Archiepiscopus. Bellarminus in eo reprehendit, quod non habuerit delectum authorum, ex quibus decreta collegit. Nec mirum, siquidem ejus ætate critica scientia prorsus ignorabatur.

S. Antonin. part. 4. tit. 11. c. 8. August. Tarrac. l. 1. de emendat. Gratian.

Conradi Imper. mors. XXVI. Conradus Germaniæ rex, anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo Bambergæ, decimo quinto Kalendas Martii, mortuus est, priusquam coronam Imperialem acceperit, postquam regnavit annos tredecim. In ecclesia Bambergensi juxta tumulum Imperatoris Henrici, qui nuper authoritate Romanæ Ecclesiæ in loca sancta levatus pro Sancto habebatur, regio cultu sepultus est. Cum decumberet, de futuro successore cum Principibus Imperii deliberans, præterito filio suo Friderico, qui junior erat, suasit, ut Fridericum fratris sui filium, Suevorum ducem, virum industrium, & ad regendum Imperium aptissimum eligerent. Qui Francofurti die quarta Martii ab omnibus Principibus electus est, & die nona, quæ in Dominicam cadebat, ab Arnoldo Colonienſi Aquisgrani coronatus est: dictus Ænobarbus, seu Barbarossa, a barba rufa.

Otto Frising. l. 2.

Ibid. Fridericus peractis omnibus, vocatisque prudentioribus, seu majoribus ex numero Principum, de statu reipublicæ consultans, legatos ad Romanum Pontificem Eugenium, & totam Italiam destinandos disposuit, de promotione sua in regnum significaturos. Mittuntur itaque Hillinus Treverensis electus, & Everhardus Bambergensis episcopus, viri prudentes & literati. Eugenius, auditis legatis, sex viros designavit, qui concordiæ capitula sancirent, quinque selecti ex collegio cardinalium, & cum iis Bruno abbas de Claravalle ordinis Cistercienſis prope Mediolanum. Fridericus quinque tantum deputavit, duos episcopos & tres comites. Rex promisit, quod ipsemet treugam nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio rege Siciliæ, sine libero consensu & voluntate domini Papæ Eugenii, vel successorum ejus, & pro viribus laborabit Romanos subjugare domino Papæ, sicut melius unquam fuerunt, a centum retro annis. Honorem Papatus & regalia B. Petri, sicut devotus & spiritualis advocatus S. Romanæ Ecclesiæ contra omnes homines pro suo posse servabit & defendet; quæ non habet, recuperare pro posse juvabit; recuperata defendet. Græcorum quoque regi nullam terram ex illa parte maris concedet. Quod si forte ille invaserit, pro viribus regni, quanto citius poterit, ipsum ejicere curabit. Papa vero Regi promisit, quod eum sicut S. Petri charissimum filium honorabit, & venientem pro coronæ suæ plenitudine, ... Imperatorem

Papæ & Imperatoris pax.

Apud Baron. ad an. 1152.

Christi An. 1152. ratorem coronabit, & ad manutenendum, augendum, & dilatandum honorem Imperii, pro debito officii sui juvabit: & quicumque justitiam aut honorem regni conculcare aut subvertere ausu temerario præsumpserit, Papa eos canonice ad satisfactionem commonebit. Quod si Regi ad Apostolicam commonitionem de jure & honore regio justitiam exhibere contempserint, excommunicationis sententia innodentur, & Græcorum regi Italiam invadenti resistet. Datum Constantiæ, decimo Kalendas Aprilis, anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo secundo.

Otto Frising. l. 2. c. 6. Non multo post turbata est hæc concordia. Cum enim Friderici Magdeburgensis episcopi morte sedes vacasset, electores inter se non consensere: alii Gerardum præpositum, alii decanum elegerunt. Fridericum regem adiere, qui, cum eos ad concordiam reducere non potuisset, decano cum suis persuasit, ut Guicmannum Cicensem episcopum eligerent, eique arcessito ejusdem ecclesiæ regalia concessit. Germanis enim persuasum erat per initam inter Henricum V. Imperatorem, & Paschalem Papam II. de investituris concordiam, concessum esse Regi, si electores dissentiant, eligere, quem vellet, episcopum, qui, priusquam consecretur, regalia per sceptrum suscipiat. Gerardus Romam pergens querelas defert ad Eugenium, & Guicmannum accusat intrusionis. Tres autem Archiepiscopi & octo episcopi, ut Regis factum defenderent, literas ad Papam dedere. Eugenius ei rescripsit: " Non persuasistis quod rectum est . . . Cum enim translationes episcoporum sine manifestæ utilitatis & necessitatis indicio divinæ legis oraculum non permittat; cum etiam multo amplior quam in electionibus cleri & populi eas prævenire debeat concordia: in facienda translatione Venerabilis fratris nostri Guicmanni, nihil horum est: sed solus favor Principis expectatur: & nec inspecta necessitate illius ecclesiæ, nec considerata utilitate personæ, clero ex magna parte reclamante, in Magdeburgensi eum dicitis ecclesia supplantandum . . . Quapropter per præsentia vobis scripta mandamus, quatenus charissimum filium nostrum Fridericum regem vestris exhortationibus impellatis, ut a sua super hoc intentione desistat . . . ecclesiæque Magdeburgensi liberam facultatem, quem voluerit, eligendi relinquat. „ Datum Signiæ decimo sexto Kalendas Septembris.

Ibid. c. 9. Eugenius pace facta cum Romanis, mense Septembri Romam reversus est: & Bernardum presbyterum, & Gregorium diaconum destinavit in Germaniam, ut judicarent Henricum Moguntinæ sedis Archiepiscopum, virum pro distractione bonorum ecclesiæ suæ frequenter correptum, nec correctum. Bernardus ejus simplicitatem putans excusandam, deprecatorias pro eo dedit literas. Nihilominus, cum Wormatiam cum Rege venissent pro festo Pentecostes, eumdem deposuerunt. Rex Arnoldum cancellarium suum per quorumdam ex clero & populo, qui illuc venerant, electionem, ei subrogavit. Iidem legati permissu Principis Burckardum Eistetensem senio gravem, ejus inutilitatem causantes, submovere. Sed cum in Magdeburgensem & quosdam alios sententiam ferre cogitarent, a Rege inhibiti ad propria redire jussi sunt. Henricus Moguntinus depositus secessit apud monasterium Cistercienſium, quod erat in Saxonia, ibique post tres menses pie mortuus est.

Christi An. 1153. XXVII. Eugenius Papa vir justus, & religione insignis, eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio, die octavo Julii, in civitate Tiburtina defunctus est: & inde per stratam publicam in vaticanum cum totius cleri & populi Romani turba frequentissima, communi omnium immensa tristitia deportatus est, & in ipsa B. Petri ecclesia, quam multis donariis ornaverat, coram majori altari tumulatus. Sedit annos octo, menses quatuor, dies decem. Miraculis gloriosis illius sepulchrum illustratum est, ut referunt plures authores etiam coævi. Die nona ejusdem mensis, Conradus Sabinienſis episcopus, patria Romanus, canonicus regularis, vir grandævus, & apud Romanos authoritate præclarus, electus est Romanus Pontifex, & vocatus Anastasius IV.

Ibid. c. 10.

Baron. an. 1153. *Eugenio P. succedit Anastas. IV.*

Anonym. chron.

S. Bern. vit. l. 5. c. 1. & 2. XXVIII. S. Bernardus Eugenium suum discipulum brevi subsecutus est. Corpus ejus, viribus deficientibus, lectulo decumbens variis exercebatur incommodis: animus tamen nihilominus liber & potens, quæ Dei erant, exercebat invictus: non cessans in mediis doloribus meditari sacrum aliquid, aut dictare, orare affectuosius, fratres studiosius exhortari. In oblatione salutaris hostiæ, quam usque ad defectum ultimum vix aliquando intermisit, artus vix sibi cohærentes vigore spiritus sustentabat, & curam utilitatibus ecclesiæ non negabat. Hugoni episcopo Ostiensi de Jordano cardinali legato sic scripsit. " Pertransiit legatus vester de gente in gentem, fœda & horrenda vestigia apud nos ubique relinquens: omnes pene ecclesias Franciæ & Normanniæ replevit, non Evangelio, sed sacrilegio. Turpia fertur ubique commisisse: spolia ecclesiarum asportasse: formosulos pueros in ecclesiasticis honoribus, ubi potuit, promovisse: ubi non potuit, voluisse. Multi se redemerunt, ne veniret ad eos, ad quos venire non potuit, exegit & extorsit per nuntios. In scholis, in curiis, in triviis, fabulam se ipsum fecit. Sæculares, religiosi, omnes male loquuntur de eo: pauperes, & monachi, & clerici conqueruntur de eo . . . Hoc testimonium habet & ab his, qui intus, & ab his, qui foris sunt. Non sic dominus Joannes Papero, non sic, cujus laus est in ecclesia, quippe honorificavit ubique ministerium suum. Legite literas illas domino meo, ipse videat quid de tali homine faciendum sit. „

Christi An. 1153. Bernard. ep. 90.

Iisdem temporibus gravis plaga populo Metensi supervenit. Egressi enim in multitudine gravi adversus vicinos Principes, a quibus præter morem lacessitam se esse tanta civitas indignabatur: concluſi inter frigidi montis & Mosellæ amnis angustias, ac mutuo sese impetu collidentes, plus quam duo millia corruerunt, quidam gladiis trucidati, plures amne submersi. Metenses ad ultionem parabantur, eorum autem adversarios audaciores fecerat eventus. Imminebat totius provinciæ certa vastatio. Cum venerabilis eorum Metropolitanus Hilinus, Archiepiscopus Trevirensis veniens ad Claramvallem, Bernardum obsecrat, ut se tantis malis opponere dignaretur. Deus paucis ante diebus ægritudinem corporis ejus aliquatenus relevarat. Bernardus, qui ex laboribus vires capere videbatur, Metas profectus est. Accidit autem, ut, cum tanquam fidelis mediator pacis rogaret ea quæ ad pacem erant, victores Principes eam obstinata animositate renuerent, insalutatumque virum Dei relinquentes discessere . . . Jam conventus in magno turbine solvebatur, sola utrimque meditabantur arma. Bernardus autem fratribus, qui secum venerunt, dixit: Ne turbemini, licet enim per multas difficultates, omnino tamen pax desiderata proveniet, idque sibi divina revelatione cognitum indicavit. Interim partibus convocatis, per dies aliquot de pace tractatum est: sed ob maximas difficultates sæpius utrimque desperatum est . . . . . donec quæsita tandem in medio flumine insula, partis utriusque primarii in naviculis accesserunt: ubi compositis omnibus, secundum quod fidelis arbiter definivit, datis sibi invicem dextris reconciliati sunt in osculo pacis.

Ibid.

Inter omnes, quas per manum servi sui ibidem Dominus præstitit, sanitates, celeberrima fuit cujusdam mulieris curatio. Hæc ab annis octo pessima ægritudine laborabat, validis motibus universa pariter membra concutiens. Cum autem spes pacis propemodum excidisset, Domino disponente venit mulier ita tremens, & omnes pariter ad spectaculum convenerunt. Orante denique Dei famulo, sub oculis omnium paulatim concussione sedata, perfectam protinus adepta est sospitatem. Quæ res in tantam admirationem etiam durissimos quosque permovit, ut percutientes pectora sua, cum lacrymis acclamarent. Cumque accedentes ad se Principes, ut cœperat, pro pace rogaret, suspirantes dicebant: Oportet, nos libenter eum audire, quem, ut ipsi cernimus, Deus diligit & exaudit: & audito eo multa facere, pro quo tanta Deus facit in oculis nostris.

Ibid. c. 2. *S. Bernardi mors.*

Metensium expleta reconciliatione S. Abbas ad monasterium rediit, gravi jam deficientis incommodo corporis occupatus: & fratribus ait: Cum præterita hyeme ægrotarem, dixi vobis, non esse, quod adhuc timeretis, æstate proxima imminere mihi hujus corporis dissolutionem, ut putabam. Paucis ante mortem diebus morbum suum datis ad amicum quemdam literis sic exposuit: Defectus stomachi, fere totum, quod patior, est. Frequenter exigit confortari modicum admodum qualicumque liquore, nam ad solidum omne inexorabiliter indigna-

CHRISTI AN. 1153. indignatur. Hoc parum, quod admittit, non ſine gravi moleſtia ſumit: ſed timet graviorem, ſi ſeſe vacuum omnino dimiſerit. Pedes, & crura intumuerunt, quemadmodum hydropicis contingere ſolet ... ſpiritus autem promptus eſt in carne infirma. Orate Salvatorem, qui non vult mortem peccatoris, ut tempeſtivum jam exitum non differat, ſed cuſtodiat .... Ad ejus exitum vicini epiſcopi cum abbatum, & fratrum copioſa multitudine congregati ſunt. Hora diei pene tertia ſanctus abbas Bernardus in terram viventium feliciter Chriſto duce migravit, decimo tertio Kalendas Septembris, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, ejus vitæ ſexageſimo tertio: ſepultus eſt ante ſanctum altare Beatæ Virginis Matris, cujus devotiſſimus fuerat ipſe ſacerdos.

In fin. tom. 2. oper. B. Bernard. Alexander Papa III., qui viginti annis poſt ejus mortem eum in Sanctorum numerum retulit, ſequens ei teſtimonium perhibet in literis ejus canonizationis. " Beatus Bernardus Claræ-vallenſis abbas, ſingularis gratiæ prærogativa ſuffultus, non ſolum in ſe ipſo ſanctitate ac religione præfulſit, ſed etiam in univerſa Eccleſia Dei fidei, & doctrinæ lumine radiavit. Fructum vero, quem in domo Domini, & verbo operatus eſt, & exemplo, nullus fere terminus ſanctæ Chriſtianitatis ignorat: cum uſque ad exteras quoque, & barbaras nationes ſanctæ religionis inſtituta tranſmiſerit, atque monaſteriorum fundationem extenderit (monaſteria centum ſexaginta erexit) & infinitam multitudinem peccatorum per vias ſæcularis latitudinis incedentem, ad ſpiritualis viæ rectitudinem revocarit. Specialiter autem ſanctam Romanam Eccleſiam, ita quondam ſub gravis perſecutionis turbine laborantem, tam vitæ merito, quam datæ ſibi cœlitus ſapientiæ ſtudio ſuſtentavit, ut digne quidem, & nobis, & omnibus ejus Eccleſiæ filiis in memoria habendus ſit, & devotione perpetua venerandus. In afflictione vero corporis ſui uſque adeo ſibi mundum, ſeque mundo reddidit crucifixum, ut confidamus, martyrum quoque eum merita obtinere ſanctorum, quem confeſſionis ordine, & parſimonia vitæ, tam longum conſtat duxiſſe martyrium. Quibus omnibus pia conſideratione penſatis, & in concilio fratrum noſtrorum expoſitis ..... eum Apoſtolicæ ſedis authoritate catalogo Sanctorum adſcribi mandavimus, & commemorationis ſuæ feſtum decrevimus amodo publice celebrandum. „ Datum Anagniæ decimo quinto Kalendas Februarii anni milleſimi centeſimi ſeptuageſimi quarti, ut communis fert opinio. Et quoniam quidem novatores Bernardum eadem ſecum ſentire de libero arbitrio calumniati ſunt, iis opponimus hac in re minime ſuſpectum Martini Lutherii teſtimonium. Bernardus, inquit, omnes Eccleſiæ doctores vincit: ſed cum diſputat, in alium virum mutatur, ibi nimium tribuit libero arbitrio.

Luther. in colloq. conviv. cap. de Patrib. Eccleſ.

Neubrig. l. 1. c. 26. XXIX. Henricus de Murdac Eboracenſis Archiepiſcopus, Bernardo ſuo patrono diu non ſupervixit, & die decima quarta Octobris e vivis exceſſit, cum annos ſeptem ſediſſet: Guillelmus, qui coactus ei locum ceſſerat, audita Eugenii Papæ morte, qui eum depoſuerat, ſpe recuperationis concepta, ſedem Apoſtolicam celeriter adiit, judicium non accuſans, miſericordiam humiliter poſtulavit.

CHRISTI AN. 1154. Poſt aliquot dies certus de Henrici morte nuncius ex Anglia ſuperveniens, preces ejus multum adjuvit. Itaque prioris judicii rigore ſublato, Apoſtolicæ manſuetudinis clementiam expetivit: miſerante ejus canos Papa, cum cardinalibus, & ſatagente circa ejus negotium maxime quodam Gregorio, magni nominis cardinali, & profundiſſimæ aſtutiæ, in integrum reſtitutus eſt, & pallio, quod numquam eatenus impetrare potuerat, inſignitus, ſabbato ſancto anni milleſimi centeſimi quinquageſimi quarti Wintoniam rediit, Eboracenſemque eccleſiam non multo poſt Albas Paſchales recepit, & decenti moderamine rexit, ingenita lenitate nulli oneroſus exiſtens. Paucis poſt Pentecoſten diebus, febre corripitur, & rapitur ex hac vita, ingenti, tam clericis, quam laicis, ex mitiſſimi patris occaſu luctu relicto. Poſt mortem inter Sanctos, ob miraculorum celebritatem, ab Honorio II. relatus eſt: Rogerius eccleſiæ Cantuarienſis archidiaconus ei ſuffectus eſt in archiepiſcopatu, quemadmodum ei prædixerat. Ulfricus ſanctus Anachoreta tunc migravit ad Dominum, poſtquam viginti & novem annis, contra hoſtes humani generis confligens victoriam reportavit. Haſelbergæ prope Oxonium in cellula eccleſiæ contigua, Chriſto ſe ſepeliens, multo labore multaque carnis, & ſpiritus afflictione vixit, nam tanto jejunio, tantaque vigiliarum inſtantia membra ſua mortificavit, ut pellis oſſibus adhæreret. In oratorio ſuo ſepultus poſt mortem miraculis claruit.

CHRISTI AN. 1154.

Stephanus Angliæ rex, octavo Kalendas Novembris ejuſdem anni diem clauſit extremum. Euſtachius ejus filius eum præceſſerat. Itaque poſt longum, & cruentum civile bellum, in quo varia fortuna pars utraque pugnavit, pax iis conditionibus convenerat, ut Henricus Mathildis filius, Normanniæ, & Aquitaniæ dux, hæres regni poſt Stephanum regem haberetur. Henricus igitur Stephano mortuo, in Angliam veniens, hæreditarium regnum ſuſcepit, atque in Regem conſecratus eſt. Statim edicto præcepit, ut illi, qui e gentibus exteris in Angliam ſub rege Stephano, prædarum gratia, tanquam ad militandum confluxerant, & maxime Flandrenſes in ſuas provincias redirent. Publicæ quoque diſciplinæ ſollicitudinem habuit, &, ut legum vigor in Anglia reviviſceret, qui ſub rege Stephano extinctus videbatur, ob civile bellum, cura propenſione ſategit.

Matth. Pariſ. in chron. Hagulſt. prior. hiſt.

XXX. Anaſtaſius Papa IV. menſe Decembri e vivis abiit. Friderici regis precibus nimis deferens Guicmanni promotionem confirmavit, eique miſit pallium, non ſine multorum ſcandalo. Præterea Raymundo de Podio hoſpitalis Jeroſolymitani magiſtro, & ejus equitibus ſequens dedit privilegium. " Quoniam omnia veſtra ſuſtentationibus peregrinorum, & pauperum debent cedere, ac per hoc nullatenus aliis uſibus ea convenit applicari, conſtituimus, ut de laboribus, quos veſtris ſumptibus colitis, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præſumat. Statuimus, ut nulli epiſcopo in eccleſiis vobis ſubditis interdicti, vel ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam liceat promulgare. „ Ibidem alia privilegia jam a Romanis Pontificibus conceſſa confirmat. Datum Laterani duodecimo Kalendas Novembris anno Chriſti milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto. Tertiam dedit epiſtolam ad epiſcopos, & abbates provinciæ Burdegalenſis. In ea præcipit, ut in Burdegalenſi ſede, atque in aliis epiſcopalibus eccleſiis, vel abbatiis ejuſdem provinciæ, in epiſcoporum electionibus, vel abbatum, canonicam habeant libertatem, abſque hominii, juramenti, ſeu etiam fidei per manus datæ obligatione. Demum, ut res, & bona univerſa decedentium epiſcoporum, & abbatum, illibata ſerventur ſucceſſorum uſibus: Huic poſt Papam ſubſcripſere decem cardinales. Anaſtaſii pontificatus brevis fuit, ſedit tantum annum unum, & fere quinque menſes. In Eccleſia Lateranenſi ſepultus eſt in mauſoleo porphyritico præclaro opere ſculpto: quod tempore Innocentii II. a latronibus violatum, & expilatum, & S. Helenæ Auguſtæ cineribus orbatum, ex ejus antiqua extra urbem baſilica huc tranſtulerat, ſibique paraverat. Poſtea ejus ſepulchrum incendio depravatum eſt. Lateranenſem eccleſiam plurimis beneficiis honoravit, ejuſque canonicis regularibus magna privilegia conceſſit.

Otto Friſing. l. 2. Anaſt. P. epiſt. 9. tom. 6. Concil. ed. Hard. tom. 10. Lab. ep. 10. Joannes diacon. jun. epiſt. 8.

Nicolaus de Brek Spere, natione Anglus, quem Albanenſem cardinalem creaverat Eugenius Papa, unanimi conſenſu Romanus Pontifex electus eſt, & licet reſiſtens in B. Petri ſedem inthronizatur, & dictus eſt Hadrianus IV. Patre paupere natus erat, qui eo relicto monachus apud S. Albanum factus eſt. Nicolaus adhuc adoleſcens, cum propter inopiam ſcholis vacare non poſſet, idem monaſterium quotidianæ ſtipis gratia frequentabat: unde pater erubeſcens verbis mordacibus eum abegit. Ille neceſſitate compulſus in Galliam tranſiit, & venit in Provinciam, ibique in monaſterio S. Rufi, quod erat canonicorum regularium, ſubſiſtendi occaſionem inveniens, quibus potuit obſequiis, iiſdem fratribus ſe commendare curavit. Et quoniam erat corpore elegans, prudens in verbis, ad injuncta impiger, placuit omnibus, rogatuſque canonici ordinis ſuſcipere habitum, annis plurimis ibidem reſedit, imprimis diſciplinæ regularis æmulator. Cumque eſſet acris ingenii, frequenti lectione ad ſcientiam atque eloquentiam multum profecit. Unde factum eſt, ut abbate defuncto, fratres eum concorditer in abbatem elegerint. Quibus cum aliquamdiu præfuiſſet, illi indignati, quod hominem peregrinum ſuper capita ſua levaſſent, confectis contra eum accuſationibus

Hadrian. IV. fit Pap. Neubrig. l. 2. c. 6.

bus

CHRISTI AN. 1154. bus ad sedem Apostolicam provocaverunt. Eugenius Papa, cum eorum querelas audiisset, & Nicolai se defendentis prudentiam, & modestiam animadverteret, utrique parti præcepit, ut unitatem spiritus in vinculo pacis servarent, & reconciliatos remisit. Sed brevi tempestas gravior intonuit, Papam rursus interpellant, qui utrique prudenter prospiciens: Scio, inquit, quid in vobis hanc procellam suscitet; alium abbatem vobis eligite: iisque dimissis, Nicolaum in B. Petri obsequio retinens Albanensem ordinavit episcopum. Postea legatus missus est in Norvegiam, & Sueciam, ubi Metropoles erexit. Henricus Angliæ rex literis illi de ejus promotione gratulatus, hortatusque est, ut fructuosis operibus, & doctrinis ecclesias omnes reficiat, seque accingat ad liberationem terræ sanctæ, Imperioque Constantinopolitano graviter afflicto subveniat.

Apud Petr. Blesens. epist. 168.

CHRISTI AN. 1155. Arnaldus Brixiensis semper Romæ tumultuabatur: quidam ex ejus sectatoribus Gerardum cardinalem S. Pudentianæ, dum iret ad Pontificem, vulnerarunt. Hadrianus civitatem interdicto suppositi, & usque ad feriam quartam majoris hebdomadæ anni millesimi centesimi quinquagesimi quinti, universa civitas cessavit a divinis. Tunc senatores, a clero, & populo compulsi Papam adeunt, & super sancta Evangelia jurant, quod Arnaldum ejusque sectatores ab urbe, & ejus finibus expellerent, & obedientes se Pontifici exhiberent; eo cum suis ejecto, absoluta est civitas.

Anonym. apud Baron.

XXXI. Fridericus Germaniæ rex ab aliquot mensibus Italiam ingressus cum exercitu, expugnatisque quibusdam castellis, & urbibus, Papiæ Longobardorum rex coronatus est; inde Bononiam pervenit circa festum Pentecostes, & Tusciam ingressus, ad eum reversus est Anselmus Havelbergensis, quem ad Manuelem Græcorum Imperatorem, ut ejus filiam acciperet uxorem; suam enim ob vinculum consanguinitatis dimiserat; & belli societatem cum eo iniret adversus Guillelmum Siciliæ regem, qui patri suo Rogerio defuncto successerat. Anselmus tunc electus est Ravennatensis Archiepiscopus, ejusdemque provinciæ exarchatum laboris sui præmium a Principe accepit.

Otto Frising. chron.

Frider. I. coronatur Imperator.

Rex ad urbem tendens circa Viterbium castra metatur. Hadrianus Papa cum cardinalibus huc veniens honorifice suscipitur, graviterque adversus populum Romanum conquestus, reverenter auditus est. Populus enim Romanus, ex quo senatorum ordinem renovare studuit, multis malis Pontifices suos affligere non cessavit. Arnaldus hæresiarcha, qui in Regis manus inciderat, urbis præfecto traditus, palo que alligatus vivus arsit, ejusque corpus in cineres redactum in Tyberim sparsum est, ne stolida plebs eum veneraretur.

Ibid.

Romanorum quoque legati, accepto prius de securitate viatico, Regem inter Sutrium, & Romam adeunt, Imperiumque ei offerunt, postulantes, ut senatum suum, & equites confirmet, & urbi Romæ pristinum splendorem restituat: Orbis, inquiunt, urbs te Principe recipiat gubernacula, & ad urbis reducatur monarchiam orbis insolentia. Tum Romam inducunt sic loquentem: Hospes eras, civem feci. Advena fuisti ex Trans-Alpinis partibus, Principem te constitui. Quod meum jure fuit, tibi dedi. Debes itaque ad observandas meas bonas consuetudines, legesque antiquas, mihi ab antecessoribus tuis Imperatoribus firmatas, ne barbarorum violentur rabie, securitatem præbere: officialibus meis, a quibus tibi in capitolio acclamandum erit, usque ad quinque millia librarum expensam dare: & hæc omnia privilegiis munire, sacramentique interpositione propria manu confirmare.

Ibid. c. 21.

Rex indignatus eos interrupit: in memoriam revocans, quomodo primo per multos annos in Græcorum, deinde in Francorum potestatem venerint, & omnia, quæ Roma prius habuit, hæc ad ipsum dimanasse cum Imperio. Tum subjungit: Gloriaris, me per te vocatum primo civem, deinde Principem esse factum; quod tuum erat, a te suscepisse. Quæ dicti novitas prorsus ratione vacua est . . . . Carolus, & Otto, nullius beneficio traditam, sed virtute expugnatam, Græcis, & Longobardis urbem cum Italia eripuerunt, Francorumque appossuerunt terminis. Docent hæc Desiderius, & Berengarius tyranni tui, quos a Francis captos in servitute vitam finiisse scimus . . . . Quibuslibet infirmis etiam, quod suum est, servare cupio: Quomodo Imperii mei sedem usque ad periculum capitis non defenderem, qui & ejusdem terminos restaurare cogitaverim . . . . Pecuniam a Principe vestro exigitis, quam quilibet lixa potius petere deberet ab institore . . . . Regaliter hactenus mea cuilibet, & quantum decuit, & præcipue de me bene meritis dare consuevi . . . . . Sed merito non justa injuste petenti cuncta juste negantur . . . . Sicque dimissi ad urbem revertuntur. Fridericus ex Papæ consilio, qui fraudem eorum præsenserat, præmisit mille equites, qui S. Petri ecclesiam, & Leoninam civitatem occuparent, & Papæ equitibus hic ad custodiam relictis se conjungerent; Papa cum iis misit Octavium cardinalem.

CHRISTI AN. 1155.

Postridie summo mane Papa cum cardinalibus profectus est. Rex armatus cum suis eum subsecutus, per portam auream ingressus est urbem Leoninam; mox ad gradus Ecclesiæ S. Petri veniens, a summo Pontifice honorifice susceptus, ac usque ad confessionem beati Petri deductus est. Dehinc celebratis ab ipso Papa Missarum solemnibus, armato stipatus Rex milite, cum benedictione debita Imperii coronam accepit, anno regni sui quarto, die decima quarta Kalendas Julii anni millesimi centesimi quinquagesimi quinti. Peractis omnibus Imperator cum corona solus equum phaleratum insidens, cæteris pedes euntibus, per eamdem portam ad castra sua revertitur, Romanus vero Pontifex in palatio, quod juxta ecclesiam habebat, remansit. Hæc Ottonis Frisingensis, qui patruus erat Imperatoris, relatio veteri cæremoniali nobis visa est conformior, & Fridericus Imperator de rebus a se in hac expeditione gestis literas ad eum dedit, quæ relatis congruunt.

Ibid. c. 22.

Dum hæc geruntur, Romani cum suis senatoribus in capitolio convenerant. Audientes autem, Imperatorem sine sua adstipulatione coronam Imperii accepisse, in furorem versi cum magno impetu Tyberim transeunt, & quosdam ex stratoribus, qui remanserant, in ipsa ecclesia S. Petri necare non timuerunt. Imperator hæc audiens cum suis festinat eo amplius, quo timebat, ne plebs furens in Romanum Pontificem, & cardinales irrueret. Pugna conseritur, tum juxta castrum Crescentii, tum ex altera parte juxta piscinam cum Transtyberinis. Romani tandem Germanorum impetum non ferentes coguntur cedere, mille vel cæsi sunt, vel in Tyberi mersi, capti ducenti, plurimi vero sauciati.

Ibid.

Hadrianus Papa, die festo sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Missam celebrans, rursus Imperatori coronam imposuit, & omnes, qui in conflictu cum Romanis sanguinem fuderant, absolvit. Inde propter famem, & nimios calores cum Papa inter urbem, & Tusculanum recessit Imperator, & multis e suis ex aeris corruptione pereuntibus, ad vicina montana transiit, & Papam circa Tyburtum cum captivis reliquit. Postea Spoletum, quia de tributi parte fraudaverat, & comitem Guidonem Guerram, aliosque nuncios detinuerat, vi intra diem expugnavit, & ferro, & igne destruxit urbem, infinitis acceptis spoliis, pluribus igne consumptis. Inde procedens versus Anconam, Palæologum Græcorum principem, & alios Manuelis Imperatoris legatos obvios habuit, qui, ut in Apuliam veniret, & hostem utriusque Imperii Guillelmum Siciliæ regem contereret, infinitam ei pecuniam dare spopondерunt. Sed quia ejus exercitus propter multos labores, & bella nimis debilitatus erat, placuit magis Principibus redire, quam in Apuliam descendere. Palæologus cum magna multitudine transiit in Apuliam, post adeptum Barum obiit. Willelmus in Græcos irruit, paucisque captis, cæteris occisis, omnem pecuniam asportavit. Fridericus autem devictis Veronensibus, qui ei insidias traxerant, in Germaniam se recepit. Non multo post obiit Arnaldus Colonienſis Archiepiscopus, suæque ecclesiæ reparator. Præpositi, & abbates Gerardum Bumensem, canonici vero majoris ecclesiæ, qui tunc præposito, & decano carebant, elegerunt Fridericum Adolphi comitis filium, cui regalium investituram dedit Imperator, eumque a Romano Pontifice consecrandum in urbem misit. Hic Ottonis Frisingensis episcopi libri duo de gestis Friderici I. Imperatoris desinunt; tertium promiserat, sed morte præventus perficere non potuit. Radevicus tunc ecclesiæ Frisingensis canonicus Imperatoris nutu, ejus rerum gestarum narrationem continuavit.

Ibid. c. 23. Fridric. Imper. apud Otton. Frising.

XXXII. Hadrianus Papa, postquam Willelmum Sici-

Christi An. 1156. Pagi t. 4. critic. Baron. ad an. 1154. & seq.

Siciliæ regem advenisse Salernum audiit, Henricum cardinalem ad eum misit, quem Rex recipere noluit, quia Papa in suis literis eum Regem non nominabat, quamvis jam a biennio adhuc vivente patre fuisset coronatus, & terras ecclesiæ vastavit, & oppida quædam occupavit. Papa inita belli societate cum quibusdam Apuliæ comitibus, quos Willelmus vel ejus pater bonis spoliatos ejecerant, cum exercitu venit Beneventum, & cum sociis magnam partem regni Neapolitani recepit. Manuelis Imperatoris legati ad eum venere, pollicentes ingentem vim pecuniæ, sequeque ex Italia Willelmum fugaturos, si tres in Apulia urbes maritimæ eis dederentur. Willelmus his cognitis legatos ad Papam de pace mittit, promittens solitum tributum & homagium, & tres urbes pro damnis illatis se daturum, Romanosque rebelles armis in officio contenturum. Papam ad has pacis conditiones inclinantem retraxere cardinales. Sed paulo post devictis Græcis cum Apulis, & spoliatis, uti diximus, Willelmus Papam Beneventi obsedit, atque in tantas difficultates adduxit, ut de pace componenda cogitaverit: Itaque Hubaldum, & Julium, & Rolandum cancellarium, presbyteros cardinales ad eum legatos de pace misit, quos ille benigne suscipiens, pax iis conditionibus convenit.

Apud Baron. ad an. 1156.

"Si aliquis clericus in Apulia & Calabria, adversus alium clericum de causis ecclesiasticis querelam habuerit, & a capitulo vel episcopo emendari non potuerit: libere tunc, si voluerit, ad Ecclesiam Romanam appellet. Translationes in ecclesiis fient, si necessitas aut utilitas postulaverit, & Rex vel ejus successores concedere voluerint: consecrationes & visitationes libere Romana Ecclesia faciet Apuliæ & Calabriæ civitatum, ut voluerit, civitatibus illis exceptis, in quibus persona nostra vel hæredum nostrorum tunc fuerit, nisi cum nostra aut eorum voluntate. Ibidem libere legationes habebit, ejus tamen legati possessiones ecclesiæ non devastent. In Sicilia quoque Romana Ecclesia consecrationes & visitationes habeat: & si aliquas ex ea personas ecclesiasticas vocaverit, magnificentia nostra nostrorumque hæredum pro Christianitate facienda, vel pro corona suscipienda, retinebit quas providerit retinendas. Cætera quoque ibidem habebit Romana Ecclesia, quæ habet, in aliis partibus regni nostri, excepta appellatione & legatione, quæ nisi ad petitionem nostram & hæredum nostrorum, ibi non fient. De ecclesiis & monasteriis terræ nostræ, de quibus quæstio mota est, sic fiat: vos quidem & vestri successores in eis habebitis eas, quæ in cæteris ecclesiis, quæ sub nostra potestate consistunt, solitæ sunt accipi consecrationes & benedictiones a Romana Ecclesia, & debitos insuper & statutos census exsolvent. De electionibus quidem ita fiat. Clerici conveniant in personam idoneam, & illud inter se secretum habebunt, donec personam illam excellentiæ nostræ pronuntient; & si persona illa de proditoribus aut inimicis nostris, vel hæredum nostrorum non fuerit, aut non extiterit odiosa, assensum præstabimus. Profecto vos nobis & Rogerio dulci filio nostro, & hæredibus nostris concedetis regnum Siciliæ, ducatum Apuliæ, principatum Capuæ, cum omnibus pertinentiis suis . . . & contra omnes homines adjuvabitis honorifice manutenere. Pro quibus omnibus vobis, vestrisque successoribus, & S. Romanæ Ecclesiæ fidelitatem juravimus, & vobis ligium homagium fecimus . . . & censum sexcentorum schifatorum de Apulia & Calabria, quingentorum vero de Marchia, vel æquivalens in auro & argento nos ac nostros hæredes Romanæ Ecclesiæ statuimus annis singulis soluturos; omnia vero prædicta, quæ nobis concessisti, sicut & nobis, ita etiam hæredibus nostris concedetis . . . ." Datum ante Beneventum anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo sexto, mense Junio. Eadem pacis conditiones Papa suo diplomate confirmavit: sicque liber Romam redire permissus est, cum comitibus & baronibus, qui ejus partes fuerant secuti; eos quippe restituere noluit Rogerius, qui eorum terras sibi retinuerat.

Pacis conditiones inter Pap. & Regem Siciliæ.

Hadr. P. ep. 7.

Papa, priusquam Græci in Italia internecione delerentur, hac usus opportunitate, nuntios misit ad Manuelem Imperatorem, literasque dedit ad Basilium Thessalonicensem Archiepiscopum, quibus eum hortabatur, ut utriusque ecclesiæ concordiam procuraret. Basilius eludens rescripsit, nullam inter Græcos & Latinos esse divisionem, siquidem eamdem fidem idemque sacrificium haberent: Ex quibusdam levibus scandalis natam esse offensionem, quam ipse facile sua authoritate, cum Imperatore removeret. Lucas Chrysoberges eodem anno Constantino Chliareno successit in patriarchatu Constantinopolitano. Christi An. 1156.

XXXIII. Fulcherius patriarcha Hierosolymitanus cum multis Palæstinæ episcopis circa idem tempus Romam venit, ut a Papa peterent rescissionem privilegiorum, quæ ejus decessor Anastasius equitibus hospitalitiis concesserat: Hadrianus vero nihil innovare voluit. Guillelmus Tyriensis Archiepiscopus, qui scripsit historiam Hierosolymitanam, hæc fusius narrat & iracundius, tanquam pro domo sua perorans; Hierosolymitanos equites multorum scelerum & impietatis accusat: & commentum illud subjicit, eos, postquam divitiis abundarunt, ejurasse patronum suum S. Joannem eleemosynarium, & in ejus locum optasse S. Joannem Baptistam. Æquior non est erga Hadrianum Papam integerrimum, atque a muneribus alienum, quem ait infinitis muneribus corruptum, in partem equitum se dedisse proclivem. Et post aliqua subjungit: De tanta cardinalium turba vix reperti sunt duo vel tres, qui Christum sequentes, ejus ministrum in causa sua pie vellent fovere. Alii omnes abeuntes post munera secuti sunt vias Balaam, filii Bosor. Sic optimos cardinales vituperat, & laudat tantum Octavianum, qui postea sub Victoris IV. nomine fuit antipapa, & Joannem cardinalem, qui eum elegit cum solo Guidone Cremensi, qui postea fuit antipapa sub nomine Paschalis III., qua in re magis reprehensione dignus, quod hæc scripserit post mortem Victoris antipapæ, & Alexandri III., quem Papam agnovit occidentalis & orientalis ecclesia.

XXXIV. Henricus II. Anglorum rex Joannem Salisburiensem, qui postea fuit Carnotensis episcopus, misit ad Hadrianum; qua vero de causa, & quid egerit, exponunt sequentes Papæ literæ: "Significasti nobis, fili in Christo charissime, te Hiberniæ insulam, ad subdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, & de singulis domibus annuam unius denarii beato Petro velle solvere pensionem. Nos itaque pium & laudabile tuum desiderium cum favore congruo prosequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes assensum, gratum & acceptum habemus... ut pro corrigendis moribus, & pro Christianæ religionis augmento, insulam illam ingrediaris, & quod ad honorem Dei, & salutem illius terræ spectat, exequaris: & illius terræ populus te recipiat... Jure nimirum ecclesiastico illibato & integro permanente, & salva beato Petro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, de singulis domibus annua unius denarii pensione . . ." His præmiserat: Hiberniam & omnes insulas, quibus sol justitiæ Christus illuxit, & quæ documenta fidei Christianæ acceperunt, ad jus beati Petri & sanctæ Romanæ Ecclesiæ non est dubium pertinere. Has literas per eumdem & simul annulum aureum investituræ signum ad Regem remisit, qui cum privilegio in archivis Wintoniæ repositus est.

Papa concedit privilegium ad Hiberniam occupandam. Had. P. ep. 1. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Raimundus comes Barcinonensis, antiquam consuetudinem aboleverat, statueratque, ut moriente episcopo nullus Princeps vel Castellanus, nulla omnino sæcularis persona, episcopalia bona invadere vel diminuere præsumeret, sed omnia futuris successoribus integra reservarentur. Ermengarda Narbonæ domina idem pro peccatorum suorum remissione instituit. Hadrianus Papa renuntiationem ejus ratam habens, eam authoritate Apostolica confirmavit, & firmam & illibatam perpetuis temporibus permanere decrevit: & literis datis ad Berengarium Archiepiscopum, & clerum Narbonensem, communione privat eos, qui Archiepiscopo moriente, ejus bona diripere & retinere præsumpserint. Datæ Laterani quinto Idus Decembris.

Episcoporum successiones reservatæ successoribus in episcopatu. Marca de concord l. 8. c. 18. Hadr. P. ep. 41.

XXXV. Petrus Venerabilis Cluniacensis abbas, octavo Kalendas Januarii anni millesimi centesimi quinquagesimi sexti animam Deo reddidit. Sanctitate & doctrina fuit celeberrimus: Cluniacensi monasterio & toti ordini sapientissime per annos triginta quinque præfuit. Supersunt centum nonaginta quinque ejus epistolæ, in quibus elucet summa prudentia; & quidam tractatus polemici tum adversus Judæos, tum adversus sectatores Petri Brusii. Romani Pontifices, Imperatores & Reges ejus ætate postularunt ut beneficium, ordinis confraternitatem, & obtinue-

Christi An. 1156. obtinuerunt. Eadem ætate sanctitate floruit S. Elisabetha abbatissa sanctimonialium in Schonaugia ordinis S. Benedicti, in diœcesi Trevirensi. Hæc sancta virgo, cum esset annorum ætatis trium & viginti, cœpit habere multas revelationes, quas ejus frater Egbertus Schonaugiensis abbas ornatiore stylo redegit & publicavit. Sed vel postea depravatæ sunt, vel sororis suæ privatas opiniones a revelationibus non distinxit Egbertus: multa enim in historia S. Ursulæ & sociarum ejus prorsus fabulosa leguntur. In ea quippe meminit cujusdam Romani Pontificis nomine Cyriaci, qui medius sedisse dicitur inter Pontianum Papam & Anteros, & cujusdam Dorothei regis Constantinopoleos, & cujusdam regis Siciliæ, qui tres non extitere. Itaque, ut sapienter observat Papebrochius, in ejusmodi privatis revelationibus dogmatum & factorum dogmaticorum, & historicorum non est repetenda veritas; quandoquidem contrariæ prætensæ revelationes circumferuntur.

Trithem.

Bolland. 10. Feb. S. Guillelmus eremita in Etruria circa idem tempus in cœlestem patriam migravit, & miraculis post mortem claruit, atque in Sanctorum numerum relatus est: Albertus ejus discipulus ejus vitam composuit, sed excidit. Theobaldus quidam trecentis ab ejus obitu annis aliam adornavit, sed plane fabulosam, eumque cum S. Guillelmo duce Aquitaniæ male confundit. Henschenius in notis ejus vitæ hæc omnia diligenter distinguit, exactaque censura notat fabulas: observatque, eum sub regula sancti Benedicti instituisse ordinem eremitarum.

Christi An. 1157. *Gradensis patriarchatus privilegia.* XXXVI. Veneti jam dudum urbem Jaderam seu Zaram in Dalmatia occupaverant: ne Spalatrensis Archiepiscopi jurisdictioni, ut antiquitus, subjaceret, iisdem postulantibus, archiepiscopalem dignitatem ejus episcopo contulerat Anastasius IV. Hadrianus vero IV. sequentem bullam dedit Henrico Gradensi patriarchæ. " Prædecessorum nostrorum felicis memoriæ, Pelagii, Alexandri, & Urbani II. vestigiis inhærentes: illius præcipue constitutionis tenorem servantes, quam Leo IX. Papa, & synodali judicio & privilegii pagina confirmavit; tibi tuisque successoribus canonice substituendis patriarchalem concedimus dignitatem, & magisterium Gradensis ecclesiæ gerendi in iisdem tamen finibus confirmamus, qui per supradictos prædecessores nostros eidem noscuntur ecclesiæ constituti. Crucem quoque ante te ferendam etiam concedimus, nisi cum Romæ fueris, aut in præsentia Romani Pontificis vel comitatu. Pallium etiam fraternitati tuæ largimur . . . . Præterea primatum ecclesiæ tuæ super Jardertinum archiepiscopatum, & episcopos ipsius Apostolica authoritate concedimus: & tam te, quam successores tuos, Jardertinus Archiepiscopus, & episcopi ejus, primatus præsidem recognoscant. Statuimus, ut consecrationis munus eidem Archiepiscopo impertiaris: Romano quidem Pontifici traditione pallii reservata. „ Huic post Papam subscripsere tredecim cardinales. Datum Laterani, Idibus Junii, indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo. Altera bulla eodem die data eidem concedit, ut Constantinopoli, & in aliis urbibus, in Constantinopolitano duntaxat Imperio constitutis, in quibus Veneti plures habent ecclesias, ubi eorum multitudo consuevit assidue convenire, liceat ei episcopum ordinare & consecrare. Venetis concessa patriarchæ Gradensi privilegia literis significavit. Jadrensis Archiepiscopus, in Papæ & cardinalium præsentia Henrico patriarchæ, ejusque successoribus obedientiam tanquam primati suo spontanea voluntate promisit: Et nos, inquit Hadrianus, promissionem ipsam in publicum fecimus redigi instrumentum.

Hadr. P. ep. 38.

ep. 39.

ep. 40.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè. XXXVII. Henricus Angliæ rex in quadragesima anni præcedentis generale sui regni concilium apud Londoniam congregavit, & renovavit pacem, leges, & consuetudines per Angliam ab antiquis temporibus constitutas. Ibi nonnulli episcopi & abbates privilegia suarum ecclesiarum, præsentis Regis scripto & sigillo confirmaverunt, inter quos Walterius abbas de Bello, regis Willelmi & aliorum Regum chartis per ordinem ostensis, ut scripto & sigillo ejusdem Principis confirmarentur, obtinuit. Intercessit Hilarius Ciceſtrensis episcopus; illud enim monasterium suæ jurisdictioni subtrahi nolebat, atque ad suas partes pertraxit Theobaldum Cantuariensem. Rex igitur vocato cancellario chartam abbatis sigillo suo confirmari prohibuit . . . . Abbas post tres dies Regem adit, & chartæ suæ confirmationem obtinet, quamvis obstaret episcopus, hanc ecclesiæ suæ dignitati contrariam asserens. Rex jussit utrumque & cancellarium coram Theobaldo convenire, ut si qua corrigenda essent, corrigerentur ... His apud Lambetham convenientibus, Willelmi regis charta legitur. Ubi ventum est ad hæc verba: quod ecclesia de Bello libera sit ab omni subjectione episcoporum, sicut ecclesia Christi Cantuariæ, hic ab utraque parte conclamatum est; Episcopis id esse contra canones & dignitatem Cantuariensis ecclesiæ contendentibus, præsertim cum nullus Ciceſtrensis episcopus consensisset eique chartæ subscripsisset; aliis privilegium defendentibus. Cancellarius audiens illos discrepantes, retulit chartam abbatis, ut in capella regia eam servaret, juxta Regis præceptum . . Post aliquot menses Rex abbati chartam suam reddidit. Sed non finita est querela inter episcopum & abbatem: quin episcopus perstitit ab abbate exigere obedientiam.

Christi An. 1157.

Anno sequenti, scilicet millesimo centesimo quinquagesimo septimo, die Pentecostes apud sanctum Edmundum conventus generalis habitus est. Adfuit cum adversariis abbas de Bello. Rex aliis occupatus negotiis judicium distulit . . . Die vero Martis post Pentecosten Rex mane cum multis episcopis & optimatibus intravit capitulum monachorum: & clericus jussu Regis chartam Willelmi regis, quam Bellensis abbas tradidit, perlegit. Thomas cancellarius episcopo Ciceſtrensi dixit, ut si quid contra hæc respondere vellet, liceret. Ille primo tergiversatus est quasi imparatus veniſſet. Tum duplicem distinxit potestatem, scilicet temporalem, & spiritualem, cujus caput esset Romanus Pontifex, & addidit: Nec ulli personæ laicali, etiam Regi cuiquam, ecclesiis quibusque dignitates vel libertates ecclesiasticas dare licet: vel attributas eisdem auferre, nisi Papæ permissione, vel confirmatione. Tunc Rex iratus dixit, (& quidem male) Tu pro Papæ authoritate ab hominibus concessa, contra dignitatum regalium authoritates a Deo mihi concessas, callidítate arguta niti præcogitas; & jussit, ut coram episcopis sibi satisfaceret, vel eorum judicium subiret. Hujus relationis stylo barbaro & confuso conscriptæ finis deest. Illius author partium abbatis fautorem se prodit, dum episcopum ubique traducit ut ineptum.

Chron. Reg. S. Pantal. apud Eccard. tom. 1. Radevic. de gestis Frider. I. c. 10.

XXXVIII. Dissidium inter Hadrianum Papam & Fridericum Imperatorem eodem anno exortum est: ejus sequentes causæ extitere. Innocentius Papa II. Romæ in muro pingi fecerat se ipsum quasi in sede pontificali residentem, Imperatorem vero Lotharium quasi complicatis manibus coram se inclinatum, coronam Imperii suscipientem, & super hanc picturam scriptum erat:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Dissidium inter Papam & Imperat. Otto de S. Blasio c. 8.

Papa necdum hanc scripturam deleri fecerat, uti Friderico, dum esset Romæ, promiserat, ne foret inter eos materia discordiarum. Quæ res non parum offendit Imperatorem. Itaque cum Esilus Lundensis archiepiscopus, quem Papa legatum in Dania constituerat, Roma discedens per Burgundiam transiret, Daniam repetens, a quibusdam captus, & rebus omnibus denudatus, etiam lucri gratia in custodiam missus fuisset, dissimulavit Imperator.

Radevic. c. 9.

Papa legatos ad eum misit Bisuntium, ubi generalem curiam tunc habebat. Legati coram principibus Imperatori præsentant Papæ literas. Primo quidem de Lundensis archiepiscopi captione & de Imperatoris dissimulatione moderate conquerebatur. Tum addit. " Debes, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter, & quam jucunde alio anno mater tua sancta Romana Ecclesia te susceperit . . . quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit, & honoris, & qualiter Imperialis insigne coronæ libentissime conferens, benignissimo gremio suo tuæ sublimitatis apicem studuerit confovere: nihil prorsus efficiens, quod regiæ voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Neque tamen pœnitet, nos desideria tuæ voluntatis in omnibus impleviſſe; sed si majora beneficia excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes quanta Ecclesiæ Dei & nobis per te incrementa possent, & commoda provenire, non immerito gauderemus: nunc autem quia tam immensum facinus, quod in contumeliam universalis Ecclesiæ & Imperii tui noscitur etiam commissum,

negli-

Christi An. 1157. negligere ac diſſimulare videris, ſuſpicamur utique ac veremur, ne forte in hanc diſſimulationem & negligentiam propter hoc tuus animus ſit inductus, quod ſuggeſtione perverſi hominis zizania ſeminantis adverſus clementiſſimam matrem tuam Sanctam Romanam Eccleſiam, & noſmetipſos, indignationem, quod abſit, aliquam conceperis vel rancorem. Ob hoc igitur & ob alia negotia, quæ cognoſcimus imminere, dilectos filios noſtros Bernardum ſancti Clementis presbyterum, Bolandum ſancti Marci presbyterum cardinalem, & cancellarium noſtrum Serenitati tuæ de latere noſtro ad præſens duximus deſtinandos, excellentiam tuam rogantes attentius, quatenus eos tam honorifice quam benigne recipias. „

Ibid. cap. 10. His literis lectis, & per Rainaldum cancellarium fida ſatis interpretatione diligenter expoſitis Principes, qui aderant, indignatione commoti ſunt, maxime quod in his Papa ſcripſiſſet: " Debes ante oculos mentis reducere .... quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit Romana Eccleſia, & qualiter Imperialis inſigne coronæ conferens ... te ſuſceperit .... ſed ſi majora beneficia excellentia tua de manu noſtra ſuſcepiſſet .... gauderemus. „ Hoc verbum, beneficium, Principes uſualiter accipientes, idem enim apud eos tunc ſignificabat, ac feudum, vehementer in iram concitati cardinales injuriis affecerunt: & Otto comes Palatinus Bajoariæ prope exerto gladio mortem illis intentavit. Fridericus authoritate ſua tumultum compeſcuit, & legatos ad habitacula deduci, ac primo mane proficiſci præcepit: addens in mandatis, ne hac vel illac, in territoriis epiſcoporum ſeu abbatum vagarentur: ſed recta via Romam reverterentur.

Chron. Reg. S. Pantal. Radevic. c. 10.

Ibid. Imperator poſt eorum diſceſſum circularibus literis, quod factum fuerat, per univerſum Imperium ſignificavit, acriterque conqueſtus eſt, quod Papa, qui pacis author eſſe deberet, diſſenſiones ſeminaverit, Imperii majeſtatem imminuendo. Ad vocem illam nefandam inquit, nempe beneficia, & omni veritate vacuam, non ſolum Imperialis majeſtas debitam indignationem concepit, verum omnes etiam Principes, qui aderant, tanto furore & ira repleti ſunt, quod ſine dubio illos duos iniquos presbyteros mortis ſententia damnaſſent, niſi hoc noſtra intercepiſſet præſentia. Porro quia multa paria literarum apud eos reperta ſunt, & ſchedulæ ſigillatæ, ad arbitrium eorum adhuc ſcribendæ, quibus, ſicut hactenus conſuetudinis eorum fuit, per ſingulas eccleſias Teutonici regni conceptum iniquitatis ſuæ virus reſpergere, altaria denudare, vaſa domus Dei aſportare nitebantur, eadem qua venerant via redire fecimus. Cumque per electionem principum a ſolo Deo & regnum & Imperium noſtrum ſit ... Quicumque nos Imperialem coronam pro beneficio a domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni, & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit. Tum eos hortatur, ut Imperii dignitatem imminui non patiantur.

Ibid. c. 15. Apoſtolicæ ſedis legati Romam reverſi, quantas injurias ſuſtinuerint, exponunt, gravibus graviora adjicientes, ut Papam ad ultionem provocarent. Clerus Romanus diviſus eſt: pars Imperatori favebat, accuſans legatorum incuriam, ſeu imperitiam; pars Papæ votis adhærebat. Hadrianus igitur ſequentes literas dedit ad epiſcopos Germaniæ. " Chariſſimus filius noſter Fridericus Romanorum Imperator tale quid egit, quale temporibus anteceſſorum ſuorum non legimus perpetratum .... Cum enim literæ noſtræ in auribus ejus legerentur, accepta occaſione cujuſdam verbi, quod ipſæ continebant: inſigne videlicet coronæ beneficium tibi contulimus, in tantam animi commotionem exarſit, ut convicia, quæ in nos & legatos noſtros dicitur conjeciſſe, & quam inhoneſte ipſos a præſentia ſua recedere, ac de terra ſua velociter exire compulerit, & audire opprobrium, & lamentabile ſit referre: facto edicto, ne aliquis de regno veſtro ad Apoſtolicam ſedem accedat; per omnes fines regni cuſtodes dicitur poſuiſſe .... Quocirca, fratres, quoniam in hoc facto non ſolum noſtrum, ſed veſtra & omnis eccleſiarum res agi dignoſcitur: Charitatem veſtram monemus... quatenus opponatis vos murum pro domo Domini, & præfatum filium noſtrum ad viam rectam quam citius reducere ſtudeatis: attentiſſime ſollicitudinem adhibentes, ut a Rainaldo cancellario ſuo, & Palatino comite, qui magnas blaſphemias in legatos noſtros, & matrem veſtram ſanctam Romanam Eccleſiam evomere præſumpſerunt, talem & tam evidentem ſatisfactionem faciat exhiberi, ut ſicut multorum aures amaritudo ſermonis eorum offendit, ita etiam ſatisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. „

Hadrian. P. ep. 3.

Christi An. 1157.

His literis receptis, Alemanniæ præſules, communicato in unum conſilio, ſic reſcribunt .... „ A verbis illis, quæ in literis veſtris continebantur ... commota eſt univerſa reſpublica Imperii noſtri, aures Imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neque aures Principum ſuſtinere ... quod nos, ſalva gratia veſtræ ſereniſſimæ paternitatis, ea tueri, propter ſiniſtram ambiguitatis interpretationem, vel conſenſu aliquo approbare, nec audemus, nec poſſumus; & quod inſolita & inaudita fuerunt uſque ad hæc tempora. Literas autem, quas nobis miſiſtis, debita cum reverentia ſuſcipientes, commonuimus filium veſtrum dominum noſtrum Imperatorem, ſicut juſſiſtis, & ab eo reſponſum accepimus tale, quale decebat Catholicum Principem, in hunc modum: Duo ſunt quibus noſtrum regi oportet Imperium, leges ſanctæ Imperatorum, & uſus bonus prædeceſſorum & patrum noſtrorum. Iſtos limites Eccleſiæ nec volumus præterire, nec poſſumus: quidquid ab his diſcordat, non recipimus. Debitam patri noſtro reverentiam libenter exhibemus; liberam Imperii noſtri coronam divino tantum beneficio adſcribimus; electionis primam vocem Moguntino archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem principibus, recognoſcimus; regalem unctionem Colonienſi; ſupremam vero, quæ Imperialis eſt, ſummo Pontifici; quidquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, a malo eſt. Cardinales in contemptum dilectiſſimi & reverendiſſimi Patris noſtri, & conſecratoris, a finibus terræ noſtræ exire non coegimus; ſed cum his, & pro his, quæ ſcripta & ſcribenda ferebant in dedecus & ſcandalum Imperii noſtri, ultra eos prodire noluimus. Introitum & exitum Italiæ nec clauſimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, ſed illis abuſionibus, quibus omnes eccleſiæ regni noſtri gravatæ & attenuatæ ſunt, & omnes pæne clauſtrales diſciplinæ emortuæ & ſepultæ, obviare intendimus. In capite orbis Deus per Imperium exaltavit Eccleſiam: in capite orbis Eccleſia, non per Deum, ut credimus, nunc demolitur Imperium. A pictura cœpit, ad ſcripturam pictura proceſſit: ſcriptura in authoritate prodire conatur: non patiemur: coronam anteponemus, quam Imperii coronam una nobiſcum ſic deponi conſentiamus. Picturæ deleantur, ſcripturæ retractentur, ut inter regnum & ſacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant ... Abſente autem Palatino comite, a cancellario præſente aliud non audivimus, niſi quod humilitatis erat & pacis, præter quod legatis pro periculo vitæ, quod a populo imminebat, pro viribus ſuis aſtiterit, cunctis, qui ibi aderant, hujus rei teſtimonium ei perhibentibus. De cætero ſanctitatem veſtram ſuppliciter rogamus & obſecramus, ut magnanimitatem filii veſtri, ſicut bonus paſtor, leniatis, ſcriptis veſtris ſcripta priora ſuavitate mellita dulcorantibus: quatenus & Eccleſia Dei tranquilla devotione lætetur, & Imperium in ſuæ ſublimitatis ſtatu glorietur. „

Radevic. c. 16.

Pax inter Papam & Imperat.

Radevic. c. 17. & ſeq.

Imperator, ut Mediolanenſes ad obſequium compelleret, Rainaldum cancellarium, & Ottonem comitem Palatinum præmittit in Italiam, ut omnia diſponerent, mox ipſe ſubſecuturus cum exercitu, quem colligebat apud Auguſtam Rhetiæ civitatem. Imperatoris legati cum honorificentia excepti. Ravennatenſis & Mediolanenſis archiepiſcopi cum quindecim ſuis ſuffraganeis, comites, marchiones, & conſules, fidelitatem Imperatori, & adminiculum expeditionis, tactis ſacroſanctis evangeliis promiſerunt. Papa de his factus certior, unius vocis ambiguæ explicatione, quæ tantum excitaverat incendium, placandum Imperatorem prudenter judicavit. Itaque novos ad eum miſit legatos, Henricum cardinalem presbyterum, & Hyacintum cardinalem diaconum, qui Ferrariam venientes, audito, quod Imperatoris legati Mutinam rediiſſent, ad eos pergunt: expoſitaque cauſa ſuæ legationis dimittuntur, & per vallem Tridentinam iter aggrediuntur, habentes ſecum gratia majoris ſecuritatis Albertum Tridentinum epiſcopum: Fridericus autem & Henricus illarum partium comites, eos cum epiſcopo rebus omnibus ſpoliatos in vinculis detinuerunt,

c. 21.

donec

Christi An. 1157. donec Hyacinthi cardinalis frater se pro eis obsidem dedit. Hanc immanitatem Henricus dux Bajoariæ & Saxoniæ non multo post vindicavit, & comites ad deditionem & satisfactionem coegit. Legati dimissi Fridericum apud Augustam conveniunt, & clementer excepti, ei reverenter dixere: Præsul sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vestræ excellentiæ devotissimus in Christo Pater salutat vos, sicut charissimum & specialem sancti Petri filium. Salutant etiam vos venerabiles fratres nostri, clerici autem vestri, universi cardinales, tanquam dominum & Imperatorem urbis & orbis.... eique Papæ literas offerunt, quas Otto Frisingensis episcopus legit & interpretatus est. " Sine grandi admiratione, inquiebat non ferimus,.. quod priores legati nostri, aliter quam Imperialem docuerit honorificentiam, sint tractati: occasione siquidem cujusdam verbi, quod est, beneficium, tuus animus, sicut dicitur, est commotus: quod utique nedum tanti viri, sed nec cujuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est, beneficium, apud quosdam in alia significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum. In qua significatione in universo sacræ scripturæ corpore invenitur: ubi ex beneficio Dei, non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione, & bono facto ipsius gubernari discimus. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde quod quidam verbum hoc, & illud scilicet, contulimus tibi insigne Imperialis coronæ, a sensu suo visi sunt ad alium retorquere: non ex merito causæ, sed de voluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem regni & ecclesiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum, contulimus, nihil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus. „ Demum ei commendat suos legatos, ut eos honeste & benigne recipiat; & det operam, ut inter ipsum ac matrem suam Romanam Ecclesiam nullum discordiæ seminarium remaneat.

Cap. 22.

Ibid. Cap. 23. Imperator his literis mitigatus, factusque clementior, quasdam causas, quæ seminarium discordiæ forent, si non congrua emendatio interveniret, legatis per capitula distinxit. Quibus ad nutum Principis, & per omnia bene respondentibus, præsulemque Romanum in nullo regiæ dignitati derogare: sed honorem & justitiam Imperii semper illibatam conservare pollicentibus, pacem & amicitiam tam summo Pontifici, quam omni clero Romano reddidit, eamque signo pacis & osculo, absentibus per præsentes destinavit. Sicque hilariores facti legati, donatique regalibus muneribus, divertunt in civitatem.

Christi An. 1158. Ibid. l. 2. c. 11. Otto Frisingensis episcopus missionem ab Imperatore petiit & obtinuit, commissam sibi plurimis ei commendavit ecclesiam, orans ne post mortem suam libertate electionis eam privaret. Accepto de sua petitione fideli promisso, ad propria reversus est. At cum aliquibus mortem suam, seu per visiones, seu per somnia revelatam fuisse cognovisset, vale dicto fratribus, ad Cistercienſe capitulum profectus est, jam languore corporis invalidus. Ubi ad Morimundense monasterium pervenit, hic per aliquot dies in lecto decubuit: jamque de obitu suo nequaquam dubius, dum sacro liquore olei perunctus fuisset, & testamentum condidisset, libros duos de vita Friderici primi Imperatoris, quos conscripserat, jussit afferri, eosque literatis & religiosis viris tradidit, ut si quid in primo pro sententia Gilberti dixisse visus esset, quod quempiam posset offendere, ad ipsorum arbitrium corrigeretur; seque catholicæ fidei assertorem, juxta sacræ Romanæ, imo & universalis Ecclesiæ regulam professus est. Deinde multa prius cordis contritione, & humili confessione reatum suum recognoscens, sumptis sacrosanctis mysteriis, in medio multorum episcoporum & abbatum, Domino spiritum reddidit, die vigesima prima Septembris, anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo. Præter duos libros de gestis Friderici primi Imperatoris, scripsit septem libros chronicorum a creatione mundi usque ad annum millesimum centesimum quadragesimum sextum: his tractatum de fine mundi theologicum addidit. Albertus ei successit in episcopatu.

Roderic. l. 7. c. 14. XXXIX. Initio ejusdem anni rumor fuit, Mauros Africæ cum ingentibus copiis in Castellæ regnum facturos irruptionem. Fratres militiæ templi cum eis resistere non possent, Sanctio III. Castellæ regi villam & arcem Calatravæ tradidere. Nullus inter optimates inventus est, qui hujus defensionis periculum expectare vellet. Raimundus autem abbas Fiterii Cistercienſis ordinis sollicitatus a Didaco Velasque, qui olim strenue militaverat, a Rege Calatravam petiit & obtinuit: deinde Joannes Toletanæ ecclesiæ Primas eodem postulante publice fecit prædicari, ut omnes, qui irent in auxilium Calatravæ, peccatorum omnium veniam mererentur. Res adeo feliciter succesſit, ut vix esset, qui aut non iret, aut equos, aut arma, aut pecunias in subsidium non largiretur. Sed Saracenorum exercitus non venit. Raimundus abbas postea Calatravæ militiam instituit, quæ amplexa est regulam Cistercienſium, temperato habitu, ut militaris agilitas exposcebat. Alexander III. hunc ordinem literis suis confirmavit: in iis jubet ut abbati Cistercienſi fratres omnes sint subditi: qui tamen postea subjecti fuere immediatæ jurisdictioni abbatis Morimundi in Francia. Primus ordinis magister fuit frater Garcia.

Christi An. 1158.

Regalia jura & sacramentum fidelitatis ab episcopis exigit Fridericus Imperator. XL. Fridericus Imperator cum ingenti exercitu ingressus in Italiam, die vigesima tertia Novembris ejusdem anni generalem curiam apud Roncaliam, cum maximo principum & episcoporum conventu celebravit. Aderant Guido Cremensis, cardinalis diaconus, sedis Apostolicæ legatus Pelegrinus Aquilejensis patriarcha, Hubertus Mediolanensis archiepiscopus, & viginti duo episcopi Itali, & Fridericus archiepiscopus Colonienſis cum quinque Germanis episcopis. Venerant etiam duces, marchiones, & comites, & barones, & consules & missi civitatum. Ibi renovatis antiquis legibus, novas de suo promulgavit Imperator, & jura desueta in consuetudinem reduxit, & novos judices singulis civitatibus dedit, & quo juris genere civitates Italicæ subjacerent Imperio, judicialiter exquisivit. Quod a principibus & legum magistris per triduum diligenter examinatum, generali omnium sententia judicatur: Ducatus, Marchias, comitatus, consulatus, monetas, telonia, fodrum, seu pabulum pro equis regiis, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, omnemque utilitatem ex decursu fluminum provenientem: nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem, deberi Imperatori, eique adjudicarunt. Hisque omnibus in fiscum annumeratis, episcopi, barones, civitates uno assensu Principis regalia reddidere. Imperator his omnibus, qui aliquid eorum se possidere regnum donatione probare potuerunt, idipsum Imperiali beneficio seu feudo perpetuo possidere confirmavit. Ex his autem, qui sola præsumptione de regalibus se intromiserant, triginta fere millia talentorum reditibus publicis per singulos annos accesserunt.

Roderic. l. 2. c. 3. Roderic. l. 2. c. 5.

Fridericus in eo conventu, promulgavit primam legem, quæ data est in favorem professorum & scholasticorum, præsertim juris civilis & canonici. Præcipit, ut in locis, in quibus ejusmodi scholæ habentur, secure commorentur; prohibet, ne quisquam eos injuria afficere præsumat etiam in compensationem damni vel nocumenti, quod alii ex eadem provincia intulissent. Si quid vero gravaminis eis acciderit, locorum judices ejus delicti fore reos, nisi illud emendaverint. Si quis vero eos vocet in judicium, eorum dominus, vel professor, vel urbis episcopus, per eorum arbitrio judex constituitur: si quis ad alium provocaverit, causa cadet. Bononienſis schola juris civilis ab anno præcedenti instituta, cui, post Gratiani collectionem, accessit hoc anno ut jus canoni publica professio, tunc celebris erat: quatuor ejus insigniores professores, scilicet, Bulgarus, Martinus, Joannes, & Jacobus, præcipuas in consultationibus prædicti conventus partes habuere, eorumque cum laude meminit Radevicus.

Roderic. l. 2. c. 14 & 15.

Iisdem diebus diem suum clausere extremum Fridericus Colonienſis archiepiscopus, Gebehardus Herbipolensis antistes, Anselmus Ravennæ Metropolitanus, cui Guidonem comitis Blanderatensis filium subrogari curaverat Imperator: Vercellensemque episcopum misit ad Papam Hadrianum, orans ut hanc electionem confirmaret, & Guidonem ordinaret; hic enim subdiaconus Romanæ Ecclesiæ jam a Papa fuerat consecratus. Hadrianus negavit quod postulabatur. Fridericus rursus misit Hermannum Ferdensem cum literis, instans acrius, eo quod canonica

CHRISTI AN. 1158. nica esset ejus electio, & facta præsente Papæ legato Hyacintho cardinali, & electus esset dignissimus, & sibi acceptissimus, sicque concludebat: Proinde altiori consideratione vestra perpendat discretio, quid in hac causa tam vestræ quam nostræ majestati & honestati conveniat. Imperatori rescripsit Hadrianus, recensens beneficia, quæ Guidoni contulerat. Nunc autem, inquit, honestatem ipsius considerantes, & profectum scientiæ . . . . . & quanta per eum & nobiles & potentes ejus parentes sacræ Romanæ Ecclesiæ adhuc potuerint commode provenire, & ad quantum dignitatis apicem in eadem Romana Ecclesia ipse valeat conscendere . . . . . communicato fratrum nostrorum consilio, a nostro latere tam pretiosum pignus, juxta petitionem excellentiæ tuæ, non possumus removere: sed ipsum opportunitate accepta, in Romana Ecclesia ad honorem ejusdem ecclesiæ & Imperii intendimus ordinare, ut in ea ad sublimiora quandoque conscendat: vel exinde ad alterius ecclesiæ fastigium dignitatis ipsum contingat pervenire . . . . . Confidentes Imperatoriæ Majestati hoc potius debere placere . . . . postulationem tuam in hac parte non duximus admittendam. Guido tamen Imperatoris potentia fretus usque ad mortem hunc archiepiscopatum per decem annos administravit.

Novum inter Papam & Imperatorem dissidium.

Ital. sacr. tom. 2.

Radevic. l. 2. c. 15. Prioris dissidii male obducta cicatrix sic sensim reduit. Præterea Papa graviter tulit, jura regalia tam ab episcopis & abbatibus, quam a civitatibus & proceribus Longobardiæ sic fuisse recognita. Imperator in omnem partem etiam in Corsicam & Sardiniam miserat nuncios, qui debita colligerent. Papa conquestus est de eorum insolentia, qui pro colligendo fodro missi fuerant: Castellanorum suorum gravamen incusans: Imperatoremque suis beneficiis ingratum existere conquestus est: atque ad eum literas dedit, in specie quidem leniores, sed diligentius consideratas, acriori commonitione plenas, easque vilis nuntius præsentans, priusquam legerentur, disparuit. Imperator calore juvenili ad vicem rependendam accensus, Notario suo jubet, ut in literis cap. 18. nomen suum præponat nomini Pontificis, & dictionibus numeri singularis ipsum alloquatur, qui modus antiquis communis a modernis fuerat immutatus. Ajebat enim aut Papam debere servare suorum antecessorum ad Imperatorem scribendi consuetudinem, aut seipsum antiquorum Imperatorum morem in suis epistolis observare oportere, ejusmodique literas per honoratam personam direxit.

Concil. tom. 6. ed. Hard. *Hadriani Papæ epist. 6.* Papa supra modum excandescens scripsit Imperatori: " Dilecte in Domino fili, super prudentia tua non mediocriter admiramur, quod beato Petro, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ non quantam deberes, exhibere reverentiam videris. In literis enim ad nos missis nomen tuum nostro præponis: in quo insolentiæ, ne dicam, arrogantiæ, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro & nobis a te promissa & jurata: quando eam observes, cum ab iis, qui dii sunt & filii excelsi omnes, episcopis videlicet, homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum sacratas manibus tuis innectis: & manifeste factus nobis contrarius, cardinalibus a latere nostro directis non solum ecclesias; sed & civitates regni tui claudis? Resipisce ergo, resipisce, tibi consulimus. Quia cum a nobis consecrationem & coronam merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas, nobilitati tuæ timemus.„ Aliæ quoque ejus literæ dicuntur deprehensæ, quibus Mediolanenses aliasque civitates rursus ad defectionem hortabatur.

Radevic. l. 2. c. 18.

Append. ad Radevic. p. 563. Imperator asperius & non sine convicio rescripsit, superbiæ Papam, & deprædationis ecclesiarum accusat cardinales. In iis duo tantum tolerabilia videntur. Primum est, Papam omnia dominia sua largitione principum obtinere: In secundo sic loquitur: " Ab iis autem qui Dei sunt per adoptionem, & regalia tenent, cur homagium & regalia sacramenta non exigamus? . . . . . aut igitur regalia nostra nobis dimittant: aut si hæc utilia judicaverint, quæ Dei, Deo, quæ Cæsaris, Cæsari persolvant.„

Radevic. l. 2 c. 18. *Pacis Propositiones.* Ne tanta utriusque partis acerbitas rursus schisma novum induceret, Henricus cardinalis literas dedit ad Eberhardum Bambergensem episcopum; ambo jam priorem pacem redintegraverant. " Dilecte Pater, inquit, & venerande frater, vestram monemus prudentiam, ut Imperialis dignitatis excellentiam, quantum in vobis est, in ea quæ ad pacem sunt, & ad honestatem spectant, jugiter suadeatis. Subtilius enim & sincerius in his, quæ ad Deum pertinent, & justitiæ libertatem, ratio & discretio vestra intelligit, quam alii principes, quantumcumque nobiles sint, qui tamen sacros canones, & ea quæ olim a Patribus disposita & ordinata sunt, non noverunt . . . . . Ideo amice charissime, episcopalis dignitas, in qua vos providentia divina constituit, movet discretionem vestram, ut ad honorem Dei stetis & vestrum, pro honestate & libertate Ecclesiæ, ut in antiquis limitibus Ecclesiæ integritas conservetur . . . . quamdiu per homines rerum divinarum ignaros negotia portabuntur, stabiliri pax incœpta non poterit. „

CHRISTI AN. 1158.

Ibid. Eberhardus ei respondit: " Apices Imperiales recitantur, forte in ea forma, quia priori ætati, & bonitati & simplicitati temporum illorum competebat, hominibus in directum loquentibus, neque numerum numero commutantibus, neque personas præposterantibus. Nunc mutata sunt omnia; sed non expallescat aurum . . . . . si qua exorbitatio consuetudinis modernæ facta est: hac occasione facta est, quia flamma sopita, denuo resuscitata est per literas, quas dominus Papa nuper direxit domino Imperatori, super ea quæstione, quæ vertitur inter Brixienses & Bergamenses, de contentione duorum castrorum, quas quidam pannosus Imperatori despective obtrusit, & ultro non comparuit: quæ videbantur duriores, & quasi interdicti vim in se continentes, ne causæ illius judicium sibi assumeret Imperator . . . . . Ubi est sapientia? ubi prudentia in regno & sacerdotio? . . . . . Parcat illis Deus, qui inter patrem & filium seminant discordias . . . more solito scribantur literæ, adjuvante Domino, flebile principium vertetur in gaudium. Imperator propter quædam negotia a castris discesserat. Ideo meis insinuationibus certum responsum ab eo elicere, neque vos literas ejus habere potuistis. „

Ibid. c. 20. Idem Papæ cum sancta libertate scripsit: " Inter vos, Domine, & filium vestrum dominum nostrum Imperatorem verbotenus aliquid perturbationis est. Timendum valde, ne verba verbis obviantia, sua collisione flammam excutiant, quæ se latius diffundat in sacerdotio & regno . . . . optamus & rogamus ea, quæ ad pacem sunt. Quod si liceret, salva reverentia vestra, verba singula trutinare . . . . non, ut arbitror, expediret: quia potius ignis sine mora discutiendus est, quam de igne, qua de parte venerit, disceptandum . . . . omissis illis, quæ aliter secundum varias interpretum mentes possunt accipi, dignetur ex integro scribere vestra paternitas placide ac benigne filio vestro domino nostro Imperatori, & ad se paterno affectu eum revocare, promptum ad exhibendam vobis omnem reverentiam . . . . quatenus Deus honoretur, & Ecclesia Catholica tranquilla devotione lætetur. „

XLI. Iisdem temporibus duo magni viri floruere in Galliis, scilicet Hugo regis cancellarius, & Petrus Lombardus, dictus magister sententiarum. Hugo rerum gerendarum peritia Papæ factus est charissimus, ejusque causa plures literas scripsit Hadrianus: ipsimet Hugoni gratulatus est, quod paci inter Francorum & Anglorum reges firmandæ utilem operam navaverit: eumdem Theobaldo Parisiensi episcopo ejusque canonicis commendavit, ut præbendæ Parisiensis reditus, ubicumque fuerit, faciant integre assignari: aliis literis eumdem episcopum rogat, ejusque canonicis præcipit, ut præposituram, quæ in Parisiensi ecclesia, & domos, quæ in claustro ejusdem ecclesiæ dehinc primum vacaverint, omni contentione & appellatione sepositā, ei concedant. Canonicos S. Crucis Aurelianensis increpavit, quod Hugoni cancellario præbendæ integritatem, cum abesset, non concesserint: Jubet, ut in posterum integre persolvant, & quod est subtractum, restituant. Eidem confirmavit archi-diaconatum Atrebatensem, cum omnibus ad eum pertinentibus. Et quoniam Godefridus Atrebatensis episcopus eum juramento obligaverat, quod, cum sibi placeret, cancellariam absque contradictionis obstaculo ei resignaret, Papa Hugonem a juramento absolvit, & conditiones in ejusdem archidiaconatus collatione positas declaravit irritas. Mirum, quod ab utroque sic commissæ simoniæ non meminerit, vel ab ea absolverit. Demum ei commendavit abbatem Compendiensem, ut in Regis gratiam restituat. Equidem superius quædam protulimus exempla sanctorum virorum, qui plures abbatias, vel etiam episcopatus possederunt:

Hadr. P. epist. 20.

epist. 11. & 24.

epist. 10. & 14.

CHRISTI AN. 1158. sed beneficium ante possessoris mortem alteri ex præcepto assignatum hactenus non vidimus.

Petrus autem cognomento Lombardus, eo quod esset patria Novariensis, scientiæ laude præ cæteris suis coætaneis plurimum inclaruit. Post absoluta Bononiæ studia venit in Galliam. D. Bernardus, cui eum commendarat Lucensis episcopus, quamdiu in Remensi schola versatus est, ei vitæ necessaria providit, Parisiosque proficiscentem commendavit Gilduino S. Victoris abbati. Hic inter Theologiæ magistros brevi primum locum obtinuit. Librorum raritas & ingens pretium, & maxime laboris difficultas ad facilem Theologiæ tractandæ methodum omnes traduxerat. Et quamvis inter locos Theologicos infimum locum teneat humana ratio, tunc sola in scholis dominabatur, atque ex Philosophorum etiam ethnicorum placitis, quamvis inter se de eorum sensu & veritate minime convenirent, gravissimas de rebus divinis quæstiones explicabant, quæ certe humanæ rationi longe sunt superiores: hinc non pauci, quemadmodum de antiquis Philosophis dicit Apostolus, evanuerunt in suis cogitationibus, & graviter aberrarunt, ut Gilbertus Porretanus, Abaelardus, Roscelinus, aliique, quorum superius meminimus. In rebus vero minoris momenti, tota pene de verbis erat controversia; quisque, ut suam tueretur opinionem, novas vocum & rerum definitiones excogitabat; inducebat novas, inutiles, aniles, ludicras quæstiones, adversariorumque objectiones subtilitate quadam magis eludere quam solvere nitebatur, quasi, quoties agitur de authoritate ecclesiastica, non tenenda esset hæc juris regula: Omnis explicatio legis, quæ in lege non fundatur, nulla est; siquidem fundamento caret. Gravissimæ de religione quæstiones neglectæ jacebant: Scriptura, traditio, Romanorum Pontificum & conciliorum decreta, Patrum sententiæ, historia ecclesiastica ignorabantur; vel, si quid in eo genere proferebant, ut plurimum erat apocryphum, vel inani subtilitate depravatum. Criticæ, quæ postea tot errorum nebulas sua luce dissipavit, nullus erat usus. Petrus, ut sic aberrantes, & evanescentes in suis cogitationibus, ad viam veritatis reduceret, Theologicum opus aggressus est, in quo tot tricis eas opponeret authoritates, quibus refragari homini Catholico non liceret. Itaque collectas Patrum sententias digessit in quatuor libros, in quibus Theologicas quæstiones secundum eum ordinem distribuit, quem postea, paucis immutatis, secuti sunt Theologi. In primo libro de Trinitate, & divinis attributis agit. In secundo, de creatione & operibus sex dierum, de lapsu primi hominis, de libero arbitrio & gratia, de peccato originali & actuali disputat. In tertio tractat de Incarnatione, exponensque Christi perfectiones, quædam proponit de fide, spe, & charitate, de donis Spiritus sancti, denique de mandatis divinis. Quartus liber est de sacramentis, tum in genere, tum in particulari, eamque fidem circa Eucharistiam astruit, quam contra Berengarium defenderat Ecclesia. His finem imponunt disputationes de resurrectione, extremo judicio, & statu beatorum. Pauca quidem e suo differit, assertiones suas confirmat Patrum sententiis; hinc magister sententiarum dictus est. Ducenti quadraginta quatuor Theologi illud opus commentariis illustrarunt, quos inter scholarum Catholicarum luminaria computantur.

In quibusdam tamen merito reprehenditur Petrus Lombardus; omissis gravissimis quæstionibus de Ecclesia, Romano Pontifice, de scriptura & traditione, de conciliis & factis dogmaticis, non raro divertit ad inanes & inutiles quæstiones. Allegoricis scripturarum expositionibus, quæ in traditione fundamentum non habent, quandoque suas male confirmat assertiones: quædam apocrypha laudavit. Et quod gravissimum est, viginti sex ejus opiniones ab omnibus Catholicis merito reprobantur . . . Petrus Lombardus ex doctore Theologo Parisiensi, & canonico Carnotensi creatus est Parisiensis episcopus, eique ecclesiæ per biennium præfuit. Philippum archidiaconum ejusdem ecclesiæ, & Ludovici VII. regis fratrem, hanc ei cessisse dignitatem ferunt. Sepultus est in templo S. Marcelli Parisiensis. Ejus epitaphium tumulo marmoreo insculptum sic habet: Hic jacet magister Petrus Lombardus Parisiensis episcopus, qui composuit librum sententiarum, glossas psalmorum & epistolarum: cujus obitus est dies decimus tertius Kalendarum Augusti: annus non annotatur; sed eum ad annum millesimum centesimum sexagesimum quartum perveniisse certum est. Aliunde constat ex certis instrumentis publicis, Mauritium ejus successorem anno millesimo centesimo sexagesimo primo fuisse Parisiensem episcopum; ac proinde Petrus Lombardus aliquot ante mortem annis episcopatum abdicavit. CHRISTI AN. 1159.

XLII. Fridericus Imperator anno millesimo centesimo quinquagesimo nono curiam generalem habuit in suis castris prope Bononiam. Mediolanenses in ea hostes pronuntiantur, res eorum direptioni, personæ vero servituti adjudicantur. Huic collationi adfuere quatuor cardinales legati sedis Apostolicæ, scilicet Octavianus & Henricus presbyteri, Willelmus & Guido Cremensis diaconi. Quid autem cum Imperatore egerint, sic in suis ad Eberhardum Salisburgensem Archiepiscopum literis exponit Eberhardus Bambergensis episcopus, qui præsens aderat, vir scientia & religione præditus, & pacis semper promotor. Radevic. l. 2. c. 30. *Discordia crescit inter P. & Imp.*

Post ingressum, inquit, quasi pacificum capitula durissima proposuerunt, scilicet, nuncios ad urbem, ignorante Apostolico, ab Imperatore non esse mittendos: cum omnis magistratus ibi B. Petri, cum universis regalibus de Dominicis Papæ sodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendæ coronæ. Episcopos Italiæ solum sacramentum fidelitatis sine hominio facere debere Imperatori, neque nuncios Imperatoris in palatiis episcoporum recipiendos. Imperator eis respondit: Quamvis non ignorem ad tanta negotia ex consilio Principum me respondere debere, tamen respondeo. Episcoporum Italiæ ego quidem non affecto hominium, si tamen & eos de nostris regalibus nihil delectat habere. Quod si gratanter audierint a Romano præsule, quid tibi & Regi? consequenter quoque eos ab Imperatore non pigeat audire: quid tibi & possessioni? Nuntios nostros non esse recipiendos in palatiis episcoporum asseritis: concedo, si forte aliquis episcoporum habet in suo proprio solo, & non in nostro palatium. De non mittendis vero Romam nuntiis, cum omnes magistratus & regalia sint Beati Petri, respondit, hanc rem egere graviori consilio. Nam, inquit, cum divina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, & sim, inane utique porto nomen ac sine re, si urbis Romæ potestas de manu nostra excussa fuerit. Ibid.

Legati institere de restituendis Ecclesiæ Romanæ possessionibus, & tributis Ferrariæ, totiusque terræ comitissæ Mathildis, ducatus Spoletani, insularum Sardiniæ & Corsicæ. Imperator super his justitiam obtulit, si ipsi justitiam vellent facere & recipere. Illi dixerunt, se Papæ causam judicio subjicere non posse. Imperator multum conquestus est de rupta concordia, qua sibi promissum fuerat, de Græcis, de rege Siculo, de Romanis, sine communi consensu non recipiendis: de Cardinalibus quoque sine permissione Imperiali libere per regnum transeuntibus, & regalia episcoporum palatia ingredientibus, & ecclesias Dei gravantibus: de injustis appellationibus. Postulavit, ut Papa cardinales alios prioribus adjungeret, qui cum curiæ Principibus hæc omnia complanarent. Papa eis requisitus respondit, aliam se nolle concordiam, quam illam, quæ inter Papam Eugenium & Imperatorem facta fuisset. Imperator hanc rejecit, siquidem Papa prior eam violasset, & coram episcopis & principibus Germaniæ & Longobardiæ omnem justitiam se facturum esse professus est, si Papa pariter eam reciperet; sicque concordiæ spes evacuata est. Interea nuntii Romanorum supervenientes, & ea, quæ pacis sunt, rogantes, bene recepti ac dimissi sunt. Rogatu tamen cardinalium Imperator nuntios ad Papam, & ad urbem misit, ut cum Papa, si ipse voluerit, pax fiat: sin autem, cum senatu & populo Romano. Ibid.

XLIII. Hanc controversiam suspendit mors Hadriani Papæ, qui Kalendis Septembris ejusdem anni apud Anagniam diem clausit extremum. Et die quarta ejusdem mensis corpus ejus Romam translatum, in ecclesia S. Petri honorifice tumulatum est, præsentibus clero, senatu, populoque Romano. Sedit annos quatuor & menses novem. Admirandum posteris reliquit exemplum: quod nec obolum quidem erogavit in suos propinquos, ita ut matrem pauperem tantum commendaverit eleemosynis ecclesiæ Cantuarensis, ac inopem reliquerit. Ibid. c. 43. *Alexand. Pap. III. succedit Hadr. II. S. Thom. Cantuar. ep. 24. Act apud Baron.*

Epi-

Christi An. 1159. Episcopi & Cardinales pridie Nonas Septembris in Ecclesia S. Petri convenerunt, & per trium dierum spatium ad invicem de ipsa electione pertractantes, tandem omnes, præter Octavianum tituli S. Cæciliæ, & Joannem tituli S. Martini, & Guidonem tituli S. Calisti presbyteros Cardinales convenerunt in personam Rolandi cancellarii, & Presbyteri Cardinalis, quem Alexandrum Papam III. nominarunt. Vir erat prudentissimus, & omnibus virtutibus ornatissimus, atque in omnibus beneficentissimus, sed & divinis humanisque literis instructissimus, quem S. Bernardus egregie laudavit, cum ab Eugenio III. electus est cancellarius: patriam habuit Senensem civitatem. Episcopi & Cardinales electum suum per manus priorum diaconorum fugientem & reluctantem papali manto induerunt.

Joannes autem & Guido Presbyteri Cardinales Octavianum S. Cæciliæ Presbyterum Cardinalem, post electionem Alexandri, Papam procaciter nominarunt. Octavianus statim introduxit milites, quos pecunia conduxerat, & papale mantum a collo Alexandri violenter abstulit: sed unus de senatoribus in ipsum insiliens mantum de manibus ejus eripuit. Ipse vero mantum, quod ejus capellanus attulerat, sibi jussit afferri, & sumpsit præponere: anteriore quippe ejus parte sua posteriora contexit.

Ibid. *Alexand. III. Papa.* Episcopi & Cardinales militum metu in munitionem Ecclesiæ cum Alexandro se receperunt, ibique novem diebus, ne possent exire, Octavianus quorumdam senatorum consensu, quos pecunia corruperat, die nocteque armata manu custodiri fecit: sed insurgente pro ipsis universo populo, inde educti, rursum per eosdem senatores in arctiorem custodiam translati hic triduo inclusi sunt. Populus Romanus immanitatem tantæ iniquitatis non ferens, cum Hectore, Frangipane & aliis nobilibus Alexandrum cum suis eripiunt, & liberos abire permittunt. Transeuntes autem per urbem, campanis undique pulsantibus, & jucunde cum exercitu comitantibus multis Romanis militibus, in vigilia B. Matthæi Apostoli prospere ad Nymphas pervenerunt: ubi ipsa Dominica die simul congregatis Gregorio Sabinensi, Bernardo Ostiensi, Gualtherio Albanensi, nec non Cardinalibus Presbyteris & Diaconibus, simulque Abbatibus, judicibus, advocatis, scriniariis, & Primicerio cum schola cantorum, nobilibus quoque, & plurima parte populi Romani, dominus Alexander per manus Ostiensis Episcopi, ad quem solum consecratio Romani Pontificis pertinet, consecratus est in summum Pontificem, & secundum solitum Ecclesiæ morem, pontificali regno coronatus est, scilicet mitra turbinata cum corona. Ante Nicolaum I. nullum exemplum ejusmodi coronationis occurrit, & nullus author ante hæc tempora hujus mitræ turbinatæ meminit, sed sæpe fit mentio mitræ Papalis.

Ibid. *Octavianus seu Victor IV. antipapa.* Octavianus autem, cum per totum mensem Septembrem tam per se, quam per milites, & Tusculanos comites, consanguineos suos, laborasset pro alliciendis ad se aliquot Episcopis, a quibus consecraretur: tandem reperto Melphitano Episcopo fugitivo, & Ubaldo Ferentinate, & Imaro Tusculano, qui, cum prius consensissent in electionem Alexandri, postea ab eo defecit, ab his consecratus est Dominica prima mensis Octobris, quæ in diem quartum incidebat, in Abbatia Farfensi: ac proinde quindecim dies post Alexandrum, & Victor IV. nuncupatus est. Alexander eum die 28. Septembris, cum eum terminum, ut ad unitatem Ecclesiæ rediret, præfixissent, tanquam inobedientem & contumacem, simulque illos, qui manus ei imponerent, solemniter in Ecclesia excommunicaverat. Victor vicissim Alexandrum cum suis excommunicavit. Et uterque partem suam Ecclesiarum & nobilium personarum favoribus munire curavit.

Alexand. P. ep. 1.

Guillel. Neubrig. l. 2.

Alexander, qui cum suis Terracinam descenderat, ex eorum consilio nuntios cum Epistola destinat ad Imperatorem, tunc Cremam obsidentem, qui primum eos aspere rejecit. Postea suasione Principum eos revocavit, eorumque literas legi permisit; sed nullum responsum dedit. Alteram ad Gerardum Episcopum Bononiensem, & ejusdem urbis canonicos, & legis doctores, & alios magistros dedit Epistolam: in ea suæ electionis seriem, eodem prorsus modo, quo nos superius, exponit. Viginti duo Cardinales ejusdem partis, quorum quinque erant Episcopi, communem ad Imperatorem dedere Epistolam, ut ejus implorarent auxilium pro Romana Ecclesia, cui salubriter providere teneretur. Alexandri electionem iisdem verbis, ac ipse, narrant, sicque concludunt: " Noverit sublimis gratia vestra, quod Otto Palatinus comes, occasione de intrusione Octaviani suscepta, præfatum dominum nostrum, & nos plurimum infestavit, & Ecclesiam Dei nisus est scindere, & multipliciter absque rationabili causa turbare. Campaniam siquidem & patrimonium Beati Petri cum intruso Octaviano violenter intravit, & terram ipsam studuit ei quibuscumque modis subjugare. Nos itaque & tota Ecclesia Dei nobiscum majestatem vestram suppliciter exoramus, ut tam violenta intrusione diligenter inspecta . . . diligenter attendatis . . . quomodo vos habere oportet . . . & supplicamus instantius, ut matrem vestram Romanam Ecclesiam diligatis, & tantam præfati invasoris atque schismatici iniquitatem nullatenus foveatis. „

Christi An. 1159. Radevic. l. 2. c. 53.

Victor eadem de causa scripsit Patriarchis, Episcopis, Abbatibus, Ducibus & Principibus curiæ Imperatoris, & postquam eos hortatus est, ut Ecclesiæ subvenirent, sic concludit duplici insigni mendacio. Post diutinam deliberationem, divina inspirante clementia, electione venerabilium fratrum nostrorum Episcoporum S. Romanæ Ecclesiæ Presbyterorum, cleri quoque Romani petitione, ejusdem populi assensu, ad summum pontificatum canonice electi sumus . . . si autem ex parte Rolandi cancellarii . . . qui die duodecimo post electionem nostram se fecit intrudi . . . . ad vos scripta pervenerint, tanquam mendacio plena, & a schismatico & hæretico destinata respuatis. Data Signiæ quinto Kalendas Novembris. Electus autem fuerat tantum a duobus Cardinalibus, postquam electus est Alexander. Radevicus, qui favet Octaviano propter Imperatorem, Alexandri ejusque Cardinalium literarum diem non apponit. Ex his enim Octaviani falsitas innotuisset: alia quoque multa supprimit. Quinque ejus partis Cardinales, quorum unus tantum erat Episcopus, encyclicam ad omnes Patriarchas, Episcopos, Abbates, Duces, Principes, & cæteros Ecclesiarum prælatos transmisere Epistolam: Imperatori se semper faviisse supponunt, eorum vero adversarios Siciliæ Regis pecunia corruptos inter se statuisse Imperatorem excommunicare: ita ut interveniente morte Papæ Hadriani, neminem in Papam eligerent, nisi ex eorum numero, qui illud sacramentum præstitissent. Demum a vicinis Episcopis exegisse juramentum, ne cuiquam manus imponerent, nisi eum elegisset factio Regis Siciliæ: sed illius commenti, quod plurimum valebat, ut sibi conciliarent Imperatorem, nullam probationem proferunt. His subjiciunt: " Post humatum corpus Hadriani Papæ in Ecclesia S. Petri, ad eligendum Pontificem convenimus . . . sed cum propter conspirationem adversæ partis electio lente procederet, tertia die fere transacta, ad hoc tandem ventum est, quod quatuordecim Cardinales Rolandum cancellarium nominaverunt. Nos autem novem numero Octavianum presbyterum Cardinalem.. elegimus ... & parti adversæ authoritate Dei omnipotentis, atque nostra penitus interdiximus: ne absque communi consensu omnium, sicut facta pactione conveneramus, ullatenus aliquem immantarent: & Rolandum eadem authoritate, ne mantum susciperet, prohibuimus. Qui dum Rolandum manto festinarent induere, nondum tamen illo induto ... nos minime permittentes, ad petitionem populi Romani, electione universi cleri, assensu etiam totius fere senatus, & omnium nobilium, nostrum electum manto indutum & inthronizatum in sede B. Petri collocavimus. „ Infra Rolandum post dies duodecim ab electione consecratum fuisse fatentur. Octavianum vero Dominica prima mensis Octobris . . . . Ac proinde, quidquid sit de reliquis hujus Epistolæ partibus, ipsimet fautores Octaviani aperte fatentur, Alexandrum a majori parte primum fuisse electum atque consecratum.

Ibid. c. 50.

c. 53.

Utriusque partis literæ.

Alexand. P. ep. 10.

Conc. t. 6. ed. Hard.

Poterat sane scissura illa cito resarciri, poterat multitudini paucitas cedere atque uniri, nisi Fridericus Imperator veteri odio Rolandi Alexandrum non ferens, Octavianam partem tuendam fovendamque modis omnibus suscepisset. Itaque suæ ditionis Episcopos, scilicet Italicos & Teutonicos præcepit Papiam convenire tanquam ad discussionem & examen, cujusnam partis merita præponderarent, re autem vera, ut Alexandri parte depressa, partem alteram approbaret: ut manifestum fiet ex

Imperator convocat conventum Papiensi qui de utroque electo judicet. Neubrig. l. 2. c. 9.

CHRISTI AN. 1159. consequentibus. Ad citationem amborum electorum Danielem Pragensem, & Hermannum Verdensem episcopos dirigit, cum sequentibus literis . . . " Cum omnibus ecclesiis in Imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, Romanæ ecclesiæ tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura, & defensio a divina providentia creditur nobis esse commissa specialius. Eapropter de discordia, quæ in substituendo Romanum Pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes, ne occasione hujus schismatis, Ecclesia Christi sanguine redempta debeat dilacerari . . . . Ut autem huic pesti competens exhibeamus remedium, generalem curiam, & conventum in octava Epiphaniæ Papiæ indiximus celebrandam, ad quam evocavimus Imperii nostri & aliorum regnorum . . . . episcopos, & abbates, quatenus remoto omni sæculari judicio, hoc tam magnum Ecclesiæ negotium ecclesiasticarum tantum personarum scientia ita sopiatur . . . . . Proinde eruditioni vestræ mandamus, & ex parte Dei omnipotentis, & totius Ecclesiæ Catholicæ, præcipimus, ut ad eamdem curiam veniatis, ecclesiasticarum personarum sententiam audituri, & recepturi . . . . Hermanus Verdensis, & Daniel Pragensis cum comite Palatino securum vobis conductum præstabunt . . . „ Sic autem inscribitur: Fridericus Dei gratia Imperator & semper Augustus Rolando cancellario, cæterisque cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem. Qualis autem ad Octavianum fuerit inscriptio, Radevicus, qui prædictam refert, supprimit.

Radevic. l. 2. c. 54. & 55.

Ibid. c. 56. In aliis ejus literis ad episcopos aliarum provinciarum hæc specialia sunt: " Coadunatis in unum omnibus episcopis tam Italicis quam Teutonicis, cæterisque Principibus viris religiosis, quid facto opus esset, diligenter investigavimus, ex decretis Romanorum Pontificum, & statutis Ecclesiæ veraciter accipientes, quod exorto schismate in Romana Ecclesia ex duorum Apostolicorum dissensione, ambos vocare, & secundum sententiam, & concilium orthodoxorum litem decidere deberemus. „ Tum eos invitat ad generalem curiam, quam Papiæ indixerat, hortaturque, ut ante conventum in neutram partem declinent. Data Cremæ decimo Kalendas Novembris. Jam vidimus quædam exempla duarum electionum, quarum dissidium definitum est judicio episcoporum, quos Imperatores, & Reges Italiæ convocaverant. Sic Bonifacius Papa Imperatore Honorio, causam obtinuit adversus Eulalium competitorem; sic Symmachus regnante Theodorico rege, prævaluit adversus Laurentium, quem altera pars elegerat.

Acta Alexand. III. apud Baron. ad an. 1159. Episcopi delegati Alexandrum Anagniæ existentem conveniunt, eique in præsentia cardinalium, nulla ei exhibita reverentia, referunt quæ illis Imperator mandaverat, & literas ejus proferunt. His perlectis post aliquam deliberationem respondit Alexander: " Nos recognoscimus dominum Imperatorem advocatum, & specialem Romanæ Ecclesiæ defensorem. Unde ipsum præ cæteris Principibus orbis intendimus honorare . . . Sed miramur ab eo nobis, & B. Petro, & Romanæ Ecclesiæ debitum honorem denegari . . . . nimirum longe a consuetudine prædecessorum suorum recessisse videtur, & dignitatis suæ terminum excessisse, dum sine conscientia Romani Pontificis concilium convocavit: & nos ad præsentiam suam, sicut homo super nos potestatem habens, præcepit convenire. Sane B. Petro, & per eum Romanæ Ecclesiæ, hoc privilegium a Domino Jesu Christo sanctisque Patribus traditum est: ut universarum ecclesiarum causas ipsius authoritate discutere atque finire, ipsa vero nullius unquam judicio subjaceret: Unde, quia nunc ab eo contra privilegium ecclesiæ fieri videmus, per quem deberet ab aliorum impugnatione defendi, hoc absque admiratione nimia ferre non potuimus, nec debemus. Ad curiam vero ejus vel ad sententiam accedere canonica traditio, & reverenda Patrum authoritas non permittit. „

Ibid. Hoc responso indignati legati, Signiam ad Octavianum accedentes, ad pedes ipsius procidunt, & eum adorant. Imperator, dum uni parti sic præjudicat, alteri justam sui judicii declinandi causam subministrat. Alexander, qui ejus fidei se prudenter non commiserat, cardinales Antonium, & Willelmum presbyteros, & Oddonem diaconum legatos misit in Galliam, & Hispaniam, Joannem vero cardinalem ad partes orientales: Julium vero Prænestinum episcopum, & Petrum diaconum ad Hungaros; Tiburtium cum Andronico diacono ad Imperatorem Constantinopolitanum.

CHRISTI AN. 1160. Conventus Papiensis. Radevic. l. 2. c. 62. & 63. Episcopi circiter quinquaginta cum pluribus abbatibus e Germania, & Longobardia Papiam convenere; venerant & legati diversarum nationum, spondentes, quidquid a synodo decretum foret, indubitanter a suis recipiendum: Imperator Cremensis civitatis obsidione detentus, quæ die vigesima septima Januarii capta, & cremata est, nonnisi die Purificationis cum exercitu venit Papiam. Conventus die quinta Februarii, anno millesimo centesimo sexagesimo inchoatus est. Imperator episcopos sic affatus est: Quamvis noverim, officio ac dignitate Imperii penes nos esse potestatem congregandorum conciliorum, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis; (Hoc enim, & Constantinus, & Theodosius, nec non Justinianus, seu recentioris memoriæ Carolus Magnus, & Otto Imperatores fecisse memorantur) Authoritatem tamen diffiniendi hujus maximi negotii, vestræ prudentiæ, vestræque potestati committo. Deus enim constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. Et quia in his, quæ ad Deum sunt, non est nostrum de vobis judicare, tales vos, & taliter in hac causa hortamur habere, tanquam solius Dei de vobis expectantes judicium. Cum hæc dixisset, ipse se concilio subtraxit.

Ibid. c. 65. Alexander nec venit, nec legatos misit. Aderat cum suis Octavianus. Diebus septem causa ventilata est. Canonici basilicæ S. Petri Romæ duos legatos miserant, qui suas ad Imperatorem, & episcopos literas pro parte Victoris obtulere. Ea tantum repetebant, quæ in suis literis cardinales partis Octaviani jam scripserant. Contendunt, Octavianum priorem papali manto fuisse insignitum, ac proinde priorem etiam fuisse designatum Romanum Pontificem, sicque concludunt: Nunc tacendum nobis est, ut Otto Palatinus comes, & Guido comes de Blanderata, & Heribertus præpositus, Imperatoris legati, vicem accipiant referendi, quid in domino cancellario, & suis repererint.

Ibid. *Actus synodi Papiensis.* Sexto die publice lecta est sequens formula: Hæc sunt capitula, quæ in concilio Papiæ super electionem domini Papæ Victoris canonice probata sunt: Dominus Octavianus, & nemo alius Romæ in ecclesia B. Petri, petitione populi, & consensu, ac desiderio cleri, a cardinalibus manto indutus, & nomen ei Victoris impositum est. Ibi multitudo cleri, & populi Romani venit ad pedes ejus. Tunc scriniarius secundum consuetudinem ascendens in altum, clamavit ad populum: Audite cives Romani . . . . dominus Octavianus cardinalis S. Cæciliæ in Romanum Pontificem electus, & immantatus est, & in cathedra B. Petri collocatus est, & Papa Victor est nominatus: Placet vobis? Respondit clerus, & populus ter: Placet. Deinde cum bannis, & aliis papalibus insignitus Papa in palatium deductus est: His peractis, capitulum S. Petri venit ad pedes Victoris, & obedivit. Sequenti die rectores cleri Romani accedentes ad cancellarium, & ad cardinales, qui cum eo erant, & non invenerunt eum immantatum, neque alia specie dignitatis insignitum: & audiverunt ab ore ejus, & suorum, quod numquam fuit immantatus. Quo audito, rectores ad pedes Papæ Victoris venerunt, & obedientiam, & reverentiam exhibuerunt. „ Tum recensent presbyteros, & clericos, & abbates, & monachos diversarum Romæ ecclesiarum, qui Victori promiserunt obedientiam, & inter eos cardinalem S. Marcelli, & nomina testium, qui eadem confirmant. Demum sequuntur variæ depositiones adversus Rolandum. Notabilis est inter alias Joannis de S. Stephano, & Wolferameni depositio: dixerunt, se audivisse, quod Papa Adrianus dixit ad eos, scilicet ad cardinales, cum de urbe exiret: Octavianus, quem ego misi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenses: sed ego mandavi Mediolanensibus, ut non curent de eo, sed fortiter se habeant, tam ipsi quam Brixienses, contra Imperatorem, & ego cum eis disposui, quod Imperator propter eorum impedimenta, non poterit Romam venire. Item etiam cum cardinalibus disposui, quod Octavianus non erit Papa post mortem meam. Sed hi, & alii nonnisi rumores parum verisimiles proferunt, & circumstantias, quæ sese manifeste destruunt.

His

Christi An. 1160. His præmissis, curia pro Octaviano dedit sententiam, reprobato Rolando, qui citatus se præsentare abnuerat. Victore sic recepto in papatu, sententia defertur ad Imperatorem: qua venerabiliter suscepta & approbata, Victor ad Ecclesiam vocatur, & magna solemnitate & frequentia cleri ac populi suscipitur, ipsique ut universali Papæ acclamatur: Imperator ante januas Ecclesiæ eum suscepit, & descendenti de equo strepam humiliter tenuit, & apprehensum per manum usque ad altare conduxit, & pedes ejus osculatus est, & omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, & omnes Principes cum universa multitudine, quæ præsens erat, pedes ejus osculati sunt. Sequenti die, habito generali concilio, Victor cum illo Rolandum cancellarium ut schismaticum, & ejus principales fautores, accensis candelis anathematizavit.

Ibid. c. 65. & 68.

Ibid. c. 70.

Hæc & supradicta continet præsidentium synodica, qua fideles omnes ex parte Dei adhortantur, ut synodi judicium recipiant. Primus ei subscripsit Peregrinus Aquilejensis Patriarcha, tum novem Archiepiscopi se cum suffraganeis adfuisse & subscripsisse testantur, inter quos reperitur Hillinus Trevirensis Archiepiscopus. Et infra. Henricus Rex Anglorum per literas & legatos suos consensit; Rex Hungarorum, Rex Bohemorum, Rex Danorum consensit. Demum subscribunt sex Itali Episcopi.

Ibid. c. 71.

Pleraque ejusmodi subscriptiones esse suppositas, minime dubium est. Bambergensis enim Episcopus, qui præsens aderat, de eadem re sic scribit ad Eberardum Salisburgensem Archiepiscopum: "Nuncius Regis Francorum promisit pro eo, neutrum se recepturum, usque dum nuncios Imperatoris recipiat. Nuncius Regis Anglorum idem velle & idem nolle promisit. Solus Trevirensis de regno nostro non consensit . . . usque ad vos solum perventum est.

Ibid. c. 69.

Imperator ad eumdem Salisburgensem & ejus suffraganeos literas dedit, ut cum aliis consentirent, ac Victorem Papam reciperent. "Luce clarius constat, inquit, quod Papa Adriano adhuc vivente, Rolandus cancellarius, & quidam cardinales conspiratione facta cum Willelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, & cum cæteris hostibus Imperii Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis . . . juramenti vinculo invicem sese constrinxerunt, ut defuncto Papa, nullus alius ei substitueretur, nisi qui in eadem conspiratione cum eis conveniisset. Hac de causa duodecimo die post electionem domini Victoris Papæ, idolum sibi Rolandum cancellarium erexerunt . . . Dum hæc Romæ agerentur . . . supervenerunt, quasi missi a Deo, Tarentasius Archiepiscopus, Abbas Claravallensis, Abbas Moremundensis, postulantes pacem pro Mediolanensibus: qui recepto a nobis verbo, dum Mediolanum pro investiganda eorum voluntate redirent, acceperunt ab eis tale responsum: Nos tenemur astricti juramento domino Papæ & cardinalibus, quod non debeamus redire ad gratiam Imperatoris sine eorum voluntate, & ipsi contra sine nostra voluntate nullam pacem facere possunt. Responderunt abbates: Vos de cætero non tenemini domino Papæ, quia mortuus est. Illi vero dixerunt: Si mortuus est Papa, nos ideo non sumus absoluti: quia tenemur Cardinalibus, & ipsi tenentur nobis . . . . Tum addit de conventu Papiensi. Post longam deliberationem, quia illa nefandissima conspiratio manifestis indiciis probata est, & in domino Victore nihil reprehensibile inventum est, nisi quod pauciores numero cardinales a conspiratione illa exsortes, eum pro bono pacis inter regnum & sacerdotium elegerunt. Ecclesia Dei Rolandum cancellarium conspiratorem . . . condemnavit, & dominum Victorem in universalem Pontificem confirmavit. „

Ibid. c. 72.

Alias circumstantias discimus ex literis, quas præpositus Bertherfgadensis dedit ad Eberardum Salisburgensem, qui veniens ad synodum, Vicentiæ gravi morbo correptus substitit, & domum redire coactus est. "Recitatæ sunt, inquit, literæ quamplures bullatæ ab Alexandro, & Cardinalibus, qui cum ipso sunt, Episcopis & civitatibus Longobardiæ directæ, sed a fidelibus Imperatoris captæ, ex quarum tenore machinationes eorum, & molimina contra Imperium patenter sunt deprehensa . . . . præsertim quia non erat qui prædictis assertionibus contradiceret . . . . Episcopi, parti Victoris, quæ eum undecim dies ante Alexandrum immantatum fuisse . . . sacramento probaverat, assensum præbuerunt, & Victorem in Apostolicum suscipientes, solitam ei reverentiam exhibuerunt. Facta sunt hæc Imperatore & fidelibus ejus annitentibus, propter causas memoratas, nempe propter prætensam adversus Imperatorem conspirationem . . . Patriarcha & quidam alii, salva Catholicæ Ecclesiæ censura . . . obedierunt. Trevirensis cum iter cœpisset, infirmitate præpeditus excusatorias literas direxerat . . . . Bambergensis, Pataviensis, & Ratisponensis Patriarcham sunt imitati. Pro confirmandis omnibus, quæ facta sunt, mittuntur legati, dominus Colonensis in Franciam, Virdunensis in Hispaniam, Pragensis in Hungariam. „ Hic desinunt libri duo de gestis Friderici Imperatoris, quos scripsit Radevicus Frisingensis canonicus: plures literas integras & acta refert, quæ magnæ sunt utilitatis ad historiam illius temporis.

Christi An. 1160.

Imperator, ut opus suum consolidaret, per totum sibi subjectum Imperium misit edictum, ut Ecclesiarum prælati Victorem in Papam reciperent, vel in exilium pellerentur. Facta est ergo maxima in Ecclesia turbatio, fugientibus Catholicis, & suas Ecclesias deserentibus: in quorum loca violenter intrusi sunt Octaviani complices. Alexander autem, cum frequenter Imperatorem admonuisset, nec tamen eum a sua malevolentia revocare potuisset, ipsum cum Episcopis & Cardinalibus in die cœnæ Domini, seu die vigesima quarta mensis Martii apud Anagniam tanquam principalem Ecclesiæ persecutorem solemniter excommunicavit, & omnes ejus subditos a juramento fidelitatis ei præstito absolvit, atque in Octavianum & ejus complices jam diu prolatam excommunicationis sententiam innovavit.

Acta Alexand. P. apud Baron. ad ann. 1160.

XLIV. Imperatoris & aliorum literis licet sollicitatus, schismati tamen numquam adhæsit S. Eberhardus, generis nobilitate, institutione monastica, & vitæ sanctitate clarus. Post annos vitæ quadraginta per varia studia in statu canonicali, & vita monastica, deinde apud parentes modeste transactos, denuo monasticam resumpsit in Prufeningo prope Ratisponam monasterio. Post tres annos in monasterio Biburgensi, quod ejus fratres fundaverant, Abbas designatus, nonnisi post annos quinque hanc dignitatem suscepit jussu Innocentii Papæ, qui eum consecravit. Post annos quatuordecim, mortuo Conrado Salisburgensi Archiepiscopo, communi consensu Episcoporum, cleri & populi ei suffectus est. Archiepiscopus nihil de prioris austeritate vitæ remisit; vigiliis, orationibus, abstinentiæ operam dabat: egenos & vagos induxit in domum suam, & nudos operuit: & monasteriis multa largitus est. Solus ex Episcopis Germaniæ semper Alexandro Papæ adhæsit, Hartmannumque Brixiensem Episcopum ad easdem partes traxit: & aliam rationem non dedit, nisi quia tota Ecclesia consensit in Alexandrum. Et quamvis Fridericus id molestissime ferret, Eberhardus ubi in præsentiam ejus venisset, reverentia sanctitatis spiritum ejus reprimebat, ut ipsemet Imperator confessus est. Ardebat tamen sanctus vir quælibet adversa sustinere pro Domino. In monasterio Runensi migravit ad Deum die vigesima secunda Junii, qua inter Sanctos colitur, anno ætatis suæ septuagesimo nono, Episcopatus decimo octavo. Ejus sanctitatem Deus post ejus mortem declaravit multis miraculis, quibus glorioſum fecit ejus sepulchrum.

S. Eberhardi vita. Apud Bolland. die 22. Junii.

XLV. Henricus e monacho Cisterciensi creatus Cardinalis Presbyter, & Odo Diaconus Cardinalis, & Philippus Abbas ordinis Cistercienſis communem Epistolam adversus synodicam Papiensis synodi publicarunt. Hæc in ea præcipua sunt. Hanc controversiam a comprovincialibus Episcopis, vel potius in generali synodo Romæ definiri debuisse contendunt; siquidem hic & facilius & liberius veritas innotuisset. Secundo, Romani Pontificis electionem reservant solis Cardinalibus. Nam, inquiunt, si S. Petri canonici eum eligunt, cur non potius Lateranenses, quorum Ecclesia primum dignitatis locum obtinet? cur non aliæ Patriarchales Ecclesiæ? Tertio, affirmant se missos Papiam, ut Alexandri causam tuerentur, non quidem ut subirent judicium, sed cum rei gestæ veritatem exponere coram Imperatore voluissent, nunquam sibi fuisse permissum, sed potius minis & periculis mortis deterritos rediisse, cum hic secure commorari non liceret.

Epistola adversus Papiens. synodum.

CHRISTI AN. 1160. Arnulphus episcopus Lexovienſis in Normannia Henrico regi tunc ſubdita, magnæ tunc quoque apud eumdem Regem authoritatis, ad Alexandrum III. ſic ſcripſit . . . " Properaſſe jam ad pedes beatitudinis veſtræ . . . . niſi me utilitatis veſtræ ratio maxime tenuiſſet. Ex quo etenim promotionis veſtræ auribus noſtris veritas, & oppoſitæ præſumptionis error innotuit, feſtinavi ad noſtri notitiam principis id perferre, ut vacantem animum ejus favore veſtro, quibus debebam perſuaſionibus occuparem ..... Hæſit ille aliquamdiu, ſed ſtatim operante Spiritus ſancti gratia confirmatus, nullum ſe alium quam vos ſuſcepturum, conſtanti hilaritate promiſit. In quo, cum proxime de differenda veſtra ſuſceptione Imperatoris literas accepiſſet, cui plurima videtur charitate conjunctus, ne preces ejus ſpreviſſe, & in præjudicium ejus feſtinaſſe videretur, generale quidem ſuppreſſit edictum; ſed nequaquam linguam a literarum nominiſque veſtri veneratione continuit, neque quemquam noſtrum voluit continere . . . . . Firma apud eum eſt veſtri apoſtolatus authoritas... Mei autem ſtudii erit omnes circa eum quaſi vigilias obſervare, ne ora loquentium iniqua prævaleant, ſed ipſe in veſtra, ſicut ſemel incæpit, obedientia perſeveret . . . . Veſtrum quoque eſt, quoties refulget occaſio, provincias omnes frequentibus viſitare mandatis, ut ab omni parte nomini veſtro, & obedientiæ pariter aſſuefcant. „

Biblioth. max. tom. 22. *Arnulphus Lexovien. Alexandri P. partes promovet.*

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

Alexander ſic ei reſcripſit. " Literas a tua prudentia deſtinatas . . . . in fratrum noſtrorum auditorio publice fecimus recitari . . . . Perſolvimus autem gratias omnium Conditori laudum præconia referentes, quod magnificum, & ſereniſſimum nobis principem Henricum regem Angliæ audivimus firmum, & ſtabilem in catholicæ unitate Eccleſiæ permanere, & quod per tuam præſertim inductionem idem in ſancto propoſito animum ſolidavit . . . . . circumpoſitos quoque epiſcopos, & tam eccleſiaſticas quam ſæculares perſonas, nobiles præcipue ac potentes, ad hoc ipſum efficaci ſtudio, & omni diligentia exhorteris. „ Tum invehitur in Imperatorem, quem, ait, jam dudum perſequi Eccleſiam.

Demum hæc notanda ſubjicit: " Octavianus autem, in ipſius Imperatoris præſentia per aliquot dies, velut pro certo accepimus, inſignia pontificatus abjecit, ſicut in noſtro, & fratrum noſtrorum conſpectu, dum Romæ olim nos teneret incluſos, ſuam malitiam recognoſcens, facere voluit, ea quidem conditione ſervata, ut nos ei poſtmodum reddere deberemus . . . Cæterum Imperator, ut Eccleſiam Dei ſuæ videretur ſubrogare ditioni, memorato apoſtatico pontificalia inſignia reddidit, & eum de Papatu, quod eſt a ſæculis inauditum, per annulum, prout dicitur, inveſtivit. Quoſdam etiam epiſcopos, aliis diſcretioribus, & honeſtioribus occulte de illo conciliabulo fugientibus, reverentiam exhibere laicali violentia, & tyrannica oppreſſione coegit . . . . . Ad hæc juxta prudentiæ tuæ conſilium, Rotomagenſi Archiepiſcopo, ejuſque ſuffraganeis exhortationis lineas deſtinamus. Data Anagniæ Kalendas Aprilis. „

Ibid. *Arnulphi epiſtola ad epiſc. Angliæ.*

Arnulphus, his literis receptis, encyclicam ad epiſcopos Angliæ direxit epiſtolam, in eaque oſtendit quantum Alexander præſtet Octaviano, ſive perſonæ, ſive modus electionis utriuſque ſpectetur, eadem refert, quæ ſuperius diximus· Tum addit: " Imperator blanda ſchiſmatici deſperantis humiliatione ſeductus eſt, dum ille perſonam ſuam arbitrio ejus exponit, & cauſam, neque ſe quidquam fore, niſi de ſola ipſius voluntate præſumit . . . . ſed & cauſam communem privata authoritate decidere, qua arrogantia præſumpſerunt, nobiſque tanquam inferioribus imponere magiſtratum, quos divina bonitas pares ordine, & etiam ſpectabiles conſtituit dignitate... Ad hæc, ſi quod de Octaviano factum eſt, ab initio forte non valuit, ex poſt facto iſtorum nullo jure valuit confirmari . . . . Benedictus autem Pater miſericordiarum, qui eccleſiæ Gallicanæ ſolitam miſericordiam benignus impendit: ut eam ſemper, & agnitione veritatis illuſtret: & pedes ejus a juſtitiæ tramite nullatenus aberrare permittat. Sicut enim omnes, quos ad oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ Teutonici furoris provexit invidia, virtus Altiſſimi manifeſta dejecit: ſic omnibus, quos devotio Gallicana ſuſcepit, victoriam ſemper contulit, & triumphum.. Unde nunc quoque perſonarum penitus qualitate diſcuſſa, factiſque circa electionem plenius exploratis, in perſonam ſanctiſſimi Patris Alexandri, de vere catholici, & ſereniſſimi Regis ſui beneplacito convenerunt, literaſque ejus, & nuncios paſſim, & ſuſcipiunt, & honorant. Sed quia inter ipſum, & principem noſtrum . . . . noviter eſt reformata concordia: placuit ob gratiam ipſius ad momentum differre publicandæ ſuſceptionis edictum, donec iſte noſter eccleſiam regni ſui conſoluiſſe poſſet: & quod mente concepit, aſſenſus veſtri conniventia confirmaſſet . . . . Alexandri nuncios, & literas cum reverentia ſemper excepit, nullumque ſe alium ſuſcepturum, adhibita ſæpe coram omnibus aſſeveratione prædixit. Octaviani vero literas . . . . poſt dorſum ſuum quam ſublimius potuit, non ſine riſu omnium qui aderant, coram nuncio projecit . . . . . oportet tamen vos, propter aliquos, qui inter vos ſunt, ſollicite providere, qui ſe ſchiſmatico dicunt cognatione conjunctos, ne malignitas forte prævaleat. „

CHRISTI AN. 1160.

Alexandri electionem plurimum in Galliis provexit Guillelmus Senonenſis epiſcopus, qui poſtea tranſlatus eſt ad Remenſem eccleſiam, ut teſtatur Petrus Bleſenſis. S. Arlredus monaſterii Rievellenſis abbas in Anglia invectivam adverſus Octaviani electionem publicavit. Joannes Sarisberienſis doctor Anglus celebris, Alexandri partes pluribus literis promovit, oſtenditque, quam inique ſe gefſerit Papienſis ſynodus. Philippus abbas bonæ ſpei Ciſtercienſis ordinis pro eadem cauſa feliciſſime laboravit. Alexandri literas ad regem Angliæ detulit, qui juſſit, ut privatis, & ſecretis literis ſuam ei promitteret obedientiam. Galliarum etiam regem adiit, quem in eum propenſiſſimum aſſerit, ſecretiſque literis, quas ei tradidit, Alexandro ſuam promotionem gratulatus eſt. Papam admonet ne ejuſmodi literas publicet, priuſquam uterque in conventu epiſcoporum eum in Apoſtolicum ſuſcipi, ab omnibus ſubditis præceperit: quod ſpondet brevi facturum, ſiquidem omnes epiſcopi, & prælati ejus electionem probant ut legitimam.

Petr. Bleſ. epiſt. ad Will.

Arnulphus Lexovienſis quam utiliter laboraverit, ut Alexander in Anglia, & Normannia ſuſciperetur, cardinales fecit certiores. Alexandri Papæ legatorum probitatem, & prudentiam laudat, & ſimul de quadam eorum diſpenſatione, quæ regem Francorum adverſus eos ſcandalizaverat: qualis autem fuerit, non indicat: ſed addit: numquam ad conſenſum illius diſpenſationis pertrahi potuiſſent, niſi eos inexpugnabilis neceſſitas, & inæſtimabile bonum recompenſationis illico venturæ traxiſſet. Convenerant ſiquidem ex mandato regum venerabiles de regno utriuſque perſonæ, ut de Romani Pontificis ſuſceptione tractarent, de quo nihil adhuc publice fuerat conſtitutum. Stabant itaque fratres illi cauſam eccleſiæ non ſine magno diſcrimine proſequentes, quoniam apud pleroſque favor iniquitatis convaluerat; adeo ut qui manifeſtæ repudium veritatis ſuggerere non audebant, differendum potius ſæculari quadam aſtutia prædicarent . . . . . Romanam eccleſiam ſemper oneroſam extitiſſe principibus, jugum aliquando data occaſione ponendum, donec cupiditatis pœnas ambitio deteſtanda luiſſet. Solvendum morte alterius quæſtionis incertum, atque interim poſſe religionem epiſcoporum per ſingula regna ſufficere: accedebat legatorum Imperatoris, & cardinalium Joannis, & Guidonis inſtantia, quibus dari videbatur de modica dilatione triumphus..... ſed & rex Francorum rei diffinitionem regis Anglorum voluntati commiſerat, nihil ſe facturum publice conteſtatus, niſi quod ipſius ei ſententia prædicaſſet .... Quia igitur de arbitrio regis Anglorum tota cauſa pendebat, exaudiendus erat potius, quam ſeveritatis alicujus auſteritate terrendus, de cujus ſimplici favore in momento Francorum, Anglorum, Hiſpaniæ, Hiberniæ, & Norvegiæ regna cœpiſtis. Ex his liquet, hanc diſpenſationem in favorem regis Angliæ fuiſſe conceſſam, quam ab utroque Rege, epiſcopis, principibus, populis gratanter acceptatam eſſe teſtatur. Quod ſi quid, addit, de indulgentia contra communes regulas conſtat eſſe delictum, nihil tamen criminis interceſſit. Reipſa, ut refert Matthæus Pariſienſis, Henricus rex hoc anno Margharetam regis Francorum filiam, quam in ſua cuſtodia habebat, Henrico filio ſuo deſponſari fecit, & Caſtellum Giſorz diu deſideratum recepit, propter quod rex Francorum, quia præpropere factum fuerat, valde indignatus eſt. Igitur

Arnulph. epiſt. 25.

Matth. Pariſ. ad an. 1160.

diſpen-

CHRISTI AN. 1160.

diſpenſationem tum propter conſanguinitatem, tum quia pubertatis annos necdum attigerant, conceſſere legati pontificii.

Publicani damnati in Oxonienſi ſynod. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

XLVI. Erronei quidam venerunt in Angliam, quos vulgo publicanos vocant: eorum authores originem ex Gaſconia habebant: Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ virus ſuæ perfidiæ infuderunt, plurimoſque ſeduxerunt: Homines ſimplices & idiotæ, peſte ſemel hauſta, ſic pervicaces ſunt, ut ad omnem vigeant diſciplinam: unde rariſſime contingit eorum aliquem converti ad pietatem. Sed huic peſti ſic itum eſt obviam, ut de cætero hanc inſulam ingredi revererentur. Erant autem tam viri quam fœminæ, paulo amplius quam triginta, qui diſſimulato errore, quaſi pacifice hanc ingreſſi ſunt, propagandæ peſtis gratia: duce quodam Gerardo, in quem omnes tanquam præceptorem & principem reſpiciebant; nam ſolus erat aliquantulum literatus, cæteri ſine literis & ruſtici, nationis & linguæ Teutonicæ. Aliquandiu in Anglia morantes unam tantum mulierculam ſuis faſcinarunt præſtigiis. Sed brevi deprehenſi, tenti ſunt in cuſtodia publica. Rex vero nolens eos indiſcuſſos vel dimittere, vel punire, epiſcopis præcepit, ut Oxoniæ concilium congregarent. Gerardus in eo loquens pro omnibus, Chriſtianos ſe eſſe dixit, & doctrinam catholicam venerari. Interrogati per ordinem de ſacræ fidei articulis, perverſa dixerunt, ſacrum baptiſma, Euchariſtiam, conjugium deteſtantes: atque unitati catholicæ auſu nefario derogantes. Cumque ſumptis de ſcriptura divinis urgerentur teſtimoniis: ſe quidem, ut inſtituti erant, credere, de fide vero ſua diſputare nolle reſponderunt. Moniti ut pœnitentiam agerent, & corpori Eccleſiæ unirentur, omnem conſilii ſalubritatem ſpreverunt: minas quoque deriſerunt, his Domini verbis abutentes. (Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum) Tunc epiſcopi, ne virus hæreticum latius ſerperet, præcaventes, eoſdem publice pronuntiatos hæreticos, corporali diſciplinæ ſubdendos catholico principi tradiderunt. Qui præcepit hæreticæ infamiæ caracterem frontibus eorum inuri: & ſpectante populo, virgis coercitos urbe expelli, diſtricte prohibens, ne quis eos vel hoſpitio recipere, vel aliquo ſolatio confovere præſumeret. Dicta ſententia, ad pœnam juſtiſſimam ducebantur gaudentes, & cantantes: Beati eritis, cum vos oderint homines. In tantum deceptis a ſe mentibus ſeductorius abutebatur ſpiritus. Illa quidem mulierecula, quam in Anglia ſeduxerant, metu ſupplicii diſcedens ab eis, errorem confeſſa reconciliationem meruit. Porro deteſtandum illud collegium cauteriatis frontibus, juſtæ ſeveritati ſubjacuit, eo, qui primatum gerebat in eis, ob inſigne magiſterii, inuſtionis geminæ, id eſt, in fronte & circa mentum dedecus ſuſtinente, ſciſſiſque cingulo tenus veſtibus publice cæſi, & flagris reſonantibus urbe ejecti, algoris intolerantia, nemine vel exiguum miſericordiæ impendente, miſere interierunt. Hujus ſeveritatis rigor non ſolum peſte illa regnum Angliæ purgavit; verum etiam ne ulterius irrepereret, incuſſo hæreticis terrore, præcavit. Ejuſmodi hæretici cum certum authorem cognitum non haberent, ſe nominarunt Apoſtolicos.

Nazarena ſynodus Alexandr. Papam ſuſcipit. Concil. tom. 6. ed. Hard. Labbè.

XLVII. Alexander Papa III. eodem anno in Orientali ſynodo agnitus eſt Romanus pontifex. Ubi primum Joannes cardinalis ab Alexandro Papa miſſus ad Orientales partes legatus, apud Byblium appulit, volens impetrata licentia tanquam legatus in regnum Hieroſolymitanum introire, pertentavit Regis & principum tam eccleſiaſticorum quam ſæcularium mentes . . . Poſt multam deliberationem, mandatum eſt ei, ex parte, ut ſubſiſteret, nec in regnum præſumeret ingredi, quouſque cum prælatis eccleſiarum & regni principibus pleniore deliberatione ei de communi conſilio mandaretur, quod eum facere oporteret. Interim convocatis apud Nazareth, tam domino patriarcha, quam reliquis eccleſiarum prælatis, & principibus quoque nonnullis cum domino Rege aſſiſtentibus, cœperunt deliberare, quid in tanta ambiguitate facto eſſet expedientius. Omnes enim Orientis pontifices, de utroque patriarchatu, nempe Antiocheno & Hieroſolymitano, in neutram partem manifeſte declinaverant: in occulto tamen, aliis huic, aliis illi ſuum favorem præſtantibus, factum eſt, ut ab invicem diſſentirent. Tyrienſis archiepiſcopus cum aliis dicebat, quod Alexander & ejus legatus ſuſciperetur. Alii e converſo Victoris cauſam præferentes, legatum nullo modo recipiendum eſſe cenſebant. Rex autem mediam quamdam viam ſequens, timens ne ſcinderetur eccleſia, ſuadebat, legato, ſi tanquam peregrinus, orationis gratia, abſque inſignibus legationis, ad loca ſancta vellet accedere, dandam eſſe licentiam, & concedendum, ut uſque ad primum tranſitum remaneret. Dicebat enim: Schiſma recens eſt, necdum orbi innotuit, uter eorum cauſam foveat potiorem; periculoſum autem eſſe in re dubia diffinitivam præcipitare ſententiam . . . Prævaluit tamen eorum ſententia, qui legatum recipiendum eſſe aſſerebant. Hæc refert Guillelmus Tyrius, qui cætera ſupprimit.

CHRISTI AN. 1160.

Synodica vero Nazarenæ ſynodi his non omnino congruit. Sic enim habet: "Sanctæ & catholicæ & electæ electionis veſtræ epiſtolam, quanta debuimus veneratione ſuſcepimus: & die præfixa, convocatis etiam in unum omnibus venerabilibus fratribus & filiis noſtris, qui omnes ex voluntario quidem & libenti animo vel affuerunt, vel literas excuſatorias, aſſenſum tamen ſuum præferentes & denunciantes miſerunt. Eam ut diximus, epiſtolam in præſentia omnium, Tyrienſis & Nazareni, & reliquorum fratrum & filiorum noſtrorum, legimus diligenter & relegimus. Audita vero contumaci & temeraria perverſitate Octaviani ſcilicet & pſeudo fratrum ſuorum Joannis & Guidonis, pertimuimus: & quia ab unitate ſanctæ matris Eccleſiæ receſſerant, doluimus. Attamen intellecta poſtmodum venerabilium fratrum, & dominorum noſtrorum epiſcoporum, & cæterorum cardinalium concordi & ſana unanimi voluntate, cognito etiam aſſentientis cleri, & acclamantis populi aſſenſu & deſiderio ſuper electione & conſecratione veſtra tam ſancta & canonica, reſpiravimus, & gaudio magno gaviſi ſumus. Cæterum ipſam eamdem ſacroſanctam & ordinariam electionem & conſecrationem veſtram, quotquot ſumus, laudavimus, communiter & concorditer approbamus, & excommunicatis ſchiſmaticis, Octaviano, Joanne, & Guidone, cum ſuis fautoribus, quantum in nobis eſt, vos in dominum temporalem, & patrem ſpiritualem eligimus unanimiter, & voluntarie recipimus.

Ibid.

CHRISTI AN. 1161.

Gallia & Anglia obediunt Alexandro Papæ.

XLVIII. Anno ſequenti occidentis pleraque regna pariter Alexandrum Papam ſuſceperunt. Francorum & Anglorum reges modis omnibus ſollicitare curavit Fridericus Imperator, ut ad perpetuandam amicitiam, ſibi in hac parte concordes exiſterent, in acceptando videlicet Octaviano in Romanum pontificem, exploſo penitus Alexandro. Sed Philippus abbas bonæ ſpei, & Arnulphus Lexovienſis epiſcopus fluctuantem Henrici Angliæ regis animum ad partes Alexandri duxere. Itaque pace menſe Majo, anni milleſimi centeſimi ſexageſimi primi, inter Ludovicum Franciæ & Henricum Angliæ reges conciliata, menſe Julio, Henricus rex congregavit omnes epiſcopos Normanniæ & abbates, & barones apud novum mercatum, oppidum ſex leucis a Bellovaco diſſitum; & Ludovicus rex adunavit, ſuos Bellovaci, & ibi tractatum eſt de receptione Papæ Alexandri, & refutatione Victoris: & conſenſerunt Alexandro, reprobato Victore.

Neubrig. l. 2. c. 9.

Robert. de mont. Chron.

Toloſana ſynodus. Concil. tom. 6. edit. Hard. tom. 10. Labbè.

Sed cum hi duo conventus fuerint tantum, quibus pauci adfuere epiſcopi, coactum eſt concilium Toloſanum, cui centum Patres inter epiſcopos & abbates interfuerunt, una cum regibus Franciæ & Angliæ, quorum ſtudio Patres convocati venerant. Ubi & Octaviani ſimul & Alexandri Papæ, atque Imperatoris Friderici, nec non & regis Hiſpaniæ legati aderant. Hujus ſynodi acta periere: ſed quid in ea geſtum ſit, ſic exponit Faſtradus abbas Clarævallenſis, qui præſens aderat, cui ſcriptores Angli & Germani conſentiunt. Auditi ſunt, inquit, primum Octaviani cardinales, Joannes de ſancto Martino, & Guido Cremenſis, quos ſolos de curia Romana ſecum habebat. Reſponderunt alii, ſcilicet tres Cardinales Alexandri legati, Henricus & Willelmus presbyteri, & Odo diaconus. Cognitum eſt non ſolum aſſertionibus cardinalium Alexandri Papæ, & idoneis teſtibus, qui præſentes aderant, quibus illi nulla ratione contradicere potuerunt; verum ex verbis adverſariorum, Octaviani nullam fuiſſe electionem: immantationem feciſſe ſibi ipſi, laica-

Christi An. 1161. laicali adjutorio pontificalem occupasse cathedram : sicut communi omnium audientia , me audiente , Guido Cremensis testatus est. Consecrationem vero eumdem Octavianum, jam ante octo diebus excommunicatum . . . . . susceptisse a Tusculano , & Ferentinate , secum excommunicatis , & Melphitense, jam propter evidentes enormitates suas, quas protestati sunt rex Angliæ & episcopi ejus , & ipsi compatriotæ , damnato & deposito . Cognitum nihilominus est , Alexandrum ab aliis omnibus cardinalibus, qui aderant, electum : & nisi ipse primum fugiendo, deinde reluctando humiliter obstitisset: & Joannes & Guido Cremensis , sicut ipse coram omnibus testatus est, violenter impedissent , solemniter fuisse immantatum , quod postea suo loco & consecrationem authenticam ab his , quibus ex officio incumbebat , solemniter accepisse . Manifeste etiam probatum est , quod diu ante Papiense concilium , Octavianum in Papam per nuncios suos , & literas auro bullatas susceperat Imperator. Quod Papiæ vero scripserant centum quinquaginta tres fuisse episcopos , non fuerunt nisi quadraginta quatuor . . . . . qui cum Willelmo Papiensi presbytero cardinali ad vincula , qui neutri parti tunc adhæserat, diutina deliberatione concilium habuerunt, se neutrum suscepturos , eo quod pauci essent de tota Ecclesia , quousque vel communis omnium , vel plurium regnorum synodus conveniret: vel manifestius appareret , quem eorum major & sanior pars Ecclesiæ sequeretur ; & idem se consulturos Imperatori . Imperator autem non consensit ; sed quos potuit , minis & precibus sigillatim vocatos coegit suscipere quem ipse ante susceperat , absentibus tamen de numero supradicto , sicut idem Willelmus cardinalis manifeste asserit, viginti quatuor, ex quibus unus fuit Papiensis episcopus. Communi itaque consilio prædictorum Regum , & totius ipsorum ecclesiæ , reprobatus est schismaticus Octavianus: susceptus Alexander Papa , & legati ejus condigno honore & reverentia . Quidam ex eis , qui manus dederant Octaviano , reversi sunt. Cartusienses & Cistercienses inter primos Alexandro se subjecere .

Neubrig. l. 2. c. 9. XLIX. Alexander Papa interim in terra regis Siciliæ, cujus fideli favore fruebatur , tutus consistens, opportunitatem transeundi in Galliam præstolabatur , parebatque ei in eis , quæ ad curam spectant pastoralem, totus orbis Latinus, exceptis provinciis Alemannicæ ditionis. Henricus, regis Francorum frater & Beluacensis episcopus , mortuo Samsone Remensi archiepiscopo , a clero & populo Remensi conspirantibus votis eligitur , & transfertur ad hanc Metropolim. Schismaticis plurimum re-

Hist. Rem. l. 3. c. 2.

S Petrus Tarentas. Apud Bolland. 8. Maji. stitit S. Petrus Archiepiscopus Tarentasiensis. Relicta sede fugerat in monasterium sui Cistercienfis Ordinis in Germania constitutum , ubi tanquam monachus diu vixit ignotus. Diligenter a suis quæsitus & inventus, ecclesiæ suæ redditus est . . . . . Schismaticis palam restitit , & plurimos ex circumpositis revocavit ad catholicam unitatem. Nihilominus tamen devotis eum colebat officiis Imperator , non minori ei reverentia obsequens , quam sævitia cæteros catholicos persequens . Multos enim archiepiscopos , episcopos & abbates etiam quondam sibi charissimos, pro eadem causa in exilium egerat: & Cistercienfis Ordinis numerosa collegia ab Heriberto Chrysopolitano suis extrudi cœnobiis non prohibuerat . Petrus post hæc adiit Imperatorem in civitate Chrysopoli constitutum , ubi etiam ab oppressione Catholicorum , maxime religiosorum , quantum potuit , ejus animum revocavit . Quin etiam generalem omnibus indixit orationem, ut Dominus ecclesiam illam ab ejus episcopi schismatici tyrannide liberaret ; scilicet vel ut converteretur ad pœnitentiam, vel de medio tolleretur : Oratum est, & infra quatuor vel quinque dies miseram ille schismaticus animam exhalavit. Demum ab Alexandro Papa accersitus, per Italiam & Tusciam magnifice consolabatur catholicos, & schismaticorum facies ignominia & confusione replebat : Cum vel in ipsis urbibus , ubi pseudo-episcopi præsidebant , palam & publice eamdem hæresim condemnaret , universo populo devotissimis illum obsequiis prosequente , & Domino variis signis confirmante sermonem . Romanus Pontifex eum honorificentissime suscepit.

Ibid. Postquam ad ecclesiam rediit , ei Papa mandat , ut ad reges Franciæ & Angliæ reconciliandos sub quanta poterit celeritate festinet. S. Præsul statim descendit in Gallias : ingressusque monasterium diœcesis Senonensis, quod Pluriacum nuncupatur, & in eo per mensem infirmitate detentus, plurimis ægrotis beneficia sanitatum præstitit , aliisque claruit miraculis . Carobolii præpositum in occursum ejus misit rex Franciæ : Rex autem Anglorum ei occurrit juxta montem Calvum , in confinio Franciæ & Normanniæ , & ad ejus conspectum equo desilit , ejusque pedes amplectitur , quamvis ægre ferret antistes . Altera die cum utroque Rege & Flandrensi comite , multis undique circumstantibus , de pace familiariter conferebat . Interim venit mater filii duodennis , qui jam ab annis septem cœcus erat , quem sibi præcepit exhiberi , & precibus ei visum restituit . Francorum rex diligentius inquisita & cognita veritate , non dubitavit flexo genu virtutem in puero adorare divinam , caput ejus oculosque deosculans , & honorans oblatione propria manuum ejus : Pax inter utrumque Regem facta est , renovatis prioribus pactis, atque confirmatis ; Henricus, regis Anglorum filius, Francorum regi fecit homagium de ducatu Normanniæ . Post tres annos S. Petrus migravit ad Deum die decima quarta mensis Septembris anno trigesimo tertio sui pontificatus , ejus ætatis septuagesimo quarto . Deus servi sui sanctitatem & felicitatem post mortem ejus multis miraculis declaravit . Cælestinus Papa III. postulante Cistercienfium abbatum generali capitulo , (monachus quippe in eo ordine annis viginti sanctissime vixerat) eum in numerum Sanctorum retulit .

Christi An. 1161. ad 1165.

Robert. in ap. pend. ad Sigibert.

L. Conciliabulum iisdem diebus Imperatoris voluntate Laudæ celebratum est , quod , inquit Otto Morena schismaticus , unanimiter confirmavit electionem Victoris seu Octaviani. In eo recitatæ sunt literæ excusatoriæ regum Daniæ , Norvegiæ , Hungariæ & Bohemiæ , & sex Archiepiscoporum , & viginti episcoporum , multorumque abbatum , tam Clarævallensium , quam aliarum congregationum : in quibus continebatur , ipsos Reges cum universis eorum provinciis , & prædictos Archiepiscopos , episcopos, abbates velle se tenere Victorem pro Papa & domino. Sed veritate cognita , resilierunt ex iisdem plurimi. Nam, ut habet Sclavorum Chronicon , Victorem Papiæ receperunt Rainoldus Colonienfis , & Conradus Moguntinus , & omnes quos Imperialis aut timor , aut favor agebat . Alexandrum vero recepit Hierosolimytana ecclesia , & Antiochena . Præterea omnis Francia , Anglia , Hispania, Dania, & omnia regna, quæ sunt ubique terrarum . Insuper Cistercienfis Ordo universus accesserat, in quo sunt Archiepiscopi, & episcopi complures, & abbates amplius quam septingenti. Quamobrem iratus Cæsar proposuit edictum , ut omnes monachi Cistercienfis ordinis , qui consistebant in regno suo , aut Victori subscriberent , aut regno pellerentur . Eorum ingens numerus transfugit in Franciam . Pontifices etiam quamplures , sanctitate insignes in Longobardia & Germania Principis violentia suis sedibus expulsi , & alii in eorum locum superpositi sunt.

Laudens. Chron.

Chron. Sclav. l. c. 91.

LI. Manuel Orientis Imperator Alexandrum pariter agnovit pontificem , ut constat ex sequenti ejus ad Ludovicum Galliæ regem epistola: " Literas nobilitatis vestræ suscipientes , in quibus continebatur, quoniam coadunatione ecclesiarum , cæterarumque nobilium personarum , a vobis tractatum , confirmatumque est, quasi justum, Papam sanctissimum Alexandrum suscipiendum esse , quem vos utique quasi patrem , summumque pontificem suscepistis , & ideo nostro Imperio scripsistis , quatenus ei condecentem honorem & amorem exhiberet; hoc nostrum vobis Imperium rescribit : Antea quidem addiscebat Imperium nostrum de statu sapientiæ sobrietatisque ipsius . Nunc vero tale de sanctitate ejusdem testimonium suscipiens scripto tanti viri , qualis vos estis , tam præclara corona insigniti . . . condignam reverentiam ipsius sanctitati exhibemus , & orationum ejus participes fieri optamus.

Duchesn. annal. tom. 4. p. 579.

LII. Fridericus Imperator anno millesimo centesimo sexagesimo tertio Mediolanenses fame edomitos ad deditionem compulit: Kalendis Martii necessitate famis coacti ad eum apud Laudam venerunt, seque reos profitentes, personas , res , ipsamque

Spicileg. tom. 3. p. 588. epist. Frider. Imp.

Christi An. 1163. que civitatem, nulla conditione interpoſita reddiderunt. Præterea quarto Nonas ejuſdem menſis cum omni militia redeuntes ad Imperatorem, vexilla & univerſa ſigna bellica, claveſque civitatis, & conſulatus dignitates ei reſignarunt, refutantes omnia genera armorum, omnemque poteſtatem, niſi quam cum ejus permiſſione poſſent obtinere. Juraveruntque, quod univerſa ejus mandata bona fide, & ſine fraude obſervarent, & quadraginta majores de civitate dederunt obſides. Pridie vero Nonas Martii, univerſus populus civitatis cum vexillo ſancti Ambroſii, ad ejus curiam venerunt, non judicium vel juſtitiam poſtulantes, ſed quia crucem meruerant, per crucem, quam quiſque manu geſtabat, miſericordiam ſupplices implorabant. Imperator univerſos vitæ munere donavit, & a vinculo banni Imperialis abſolvit, deputatis in exilium patriam conceſſit, rebus omnibus & libertate privatis, alodia, quæ juſte videbantur contraxiſſe, reſtituit. Sed univerſa regalia, quæ ipſi hactenus per rapinam poſſederant, fiſco ſuo applicuit. Urbis foſſata complanavit, muros ſubvertit, turres deſtruxit, & totam civitatem in ruinam & deſolationem poſuit. Hic deſinunt chronica regia ſancti Pantaleonis, uſque ad annum milleſimum ducenteſimum trigeſimum ſeptimum continuavit Godefridus monachus Pantaleonita.

Chronograph. Affligem. Corpora trium Sanctorum Magorum ſeu ſapientum, qui Chriſtum recens natum adoraverant, Rainaldus electus Colonienſis Archiepiſcopus, de eccleſia quadam Mediolano contigua tranſtulit: & cum magna exultatione totius provinciæ proceſſione mirabiliter ordinata, civitati Colonienſi illata, & in eccleſia S. Petri repoſita ſunt. Si quis noſſe velit, inquit Chronographus Affligemenſis, quomodo de partibus ſuis translata ſunt Conſtantinopolim, & inde Mediolanum, id in eccleſia ſancti Petri Colonienſis inveniet; ſed in ea relatione quædam videntur fabuloſa. Idem referunt Chronographus Claravallenſis & Neubrigenſis, & annales Boſavienſes. Ægidius Aurea ſcribit eum tranſtuliſſe corpora SS. Felicis & Naboris Martyrum.

Neubrig. l. 2. c. 8.

Annal. Boſovien. apud Eccard. tom. 1. Arnoldus Moguntinus archiepiſcopus alter ſchiſmaticorum anteſignanus, in atrio eccleſiæ B. Jacobi Moguntiæ a ſuis civibus obſeſſus & comprehenſus miſerabiliter occiditur, & ipſum monaſterium omne concrematur. Imperator poſtea in cædis authores animadvertit, & ad reprimendam civium inſolentiam murum civitatis deſtrui mandavit. Quemdam etiam cognatum ſuum nomine Conradum epiſcopum eis ſuo arbitrio præfecit: qui non multo poſt contra Imperatorem ſentiens ſponte epiſcopatum tanquam pro juſtitia deſeruit, & ad partem Alexandri Papæ tranſivit. Eodem anno, quidam hæretici, de ſecta eorum, qui dicuntur Cathari, de Flandriæ partibus Coloniam advenientes, prope civitatem in quodam horreo occulte manſitare cœperunt. Sed dum neque Dominico die eccleſiam intrarent, a circummeantibus comprehenſi & detecti ſunt. Qui Eccleſiæ catholicæ repræſentati, & diu ſatis de ſecta examinati, dum nullis probabilibus documentis corrigi poſſent, ſed in ſuo propoſito pertinaciſſime perſiſterent, ejecti ſunt ab eccleſia, & in manus laicorum traditi. Qui eos extra urbem educentes, Nonis Auguſti ignibus eos tradiderunt, mares quatuor, & juvenculam unam, quæ dum miſeratione populi prope ſervaretur, ſi forte interitu aliorum terreretur, & ſaniori conſilio adquieſceret, ſubito de manibus ſe tenentium elapſa, ultro ignibus ſe injecit, & periit.

Godefr. monach. Chron. apud Freher. tom. 1.

Canonizatio ſancti Eduardi. Alexand. P. ep. 3. Concil. tom. 6. ed. Hard. Act. Alexand. 3. apud Baron. LIII. Henricus Angliæ rex legatos ad Alexandrum Papam miſit, qui ſuo & totius cleri Anglicani nomine, S. Eduardi regis Anglorum & confeſſoris canonizationem poſtularent, & obtinuit. Ut conſtat ex ejuſdem pontificis literis ad clerum Angliæ. Papa cum jam tuto in Italia commorari non poſſet; Imperator enim cuncta fere Romanæ Eccleſiæ loca occupaverat, & periclitabatur Apulia; itaque in Galliam ſolitum Romanorum pontificum aſilum tranſire deliberavit; ordinatoque in urbe vicario Julio Prænestino epiſcopo, & aliis rebus diſpoſitis, Terracinam cum cardinalibus perrexit: ubi inventis Siciliæ regis triremibus, eas conſcendit. Sed ventus validus eas conquaſſatas in ſaxa litoris impulit, ubi abſque ulla jactura hominum vel ſarcinarum diſſolutæ ſunt. Pontifex, modico tempore reparatis omnibus, infra octavas nativitatis Dominicæ rurſus mare intravit. Die vigeſima prima Januarii anni milleſimi centeſimi ſexageſimi ſecundi apud Genuam applicuit, ubi contra prohibitionem Imperatoris, ab univerſo clero & populo honorifice ſuſceptus eſt. Genua profectus die vigeſima quinta Martii, venit ad inſulam de Liguriis, ibique tempeſtatibus detentus, Domini reſurrectionem celebravit, die octava Aprilis. Sequenti quarta feria pervenit ad eccleſiam Magalonam, & majus ejus altare ſolemniter dedicavit. Et quoniam locus erat anguſtior, & maxima multitudo prælatorum adventum ejus præſtolabatur, ad montem Peſſulanum aſcendit, ubi ab epiſcopis reverenter ſuſceptus eſt. Et cum iis die Aſcenſionis Dominicæ, id eſt, die decima ſeptima Maji, publice excommunicationis ſententiam in Octavianum atque in omnes ejus complices promulgavit: & conſtituit, ut quicumque princeps ſæcularis ab eccleſiaſtico monitus, juriſdictionem temporalem in eos non curaverit exercere, ſit cum eis vinculo anathematis innodatus. Præterea prohibuit, ne quis monachus vel canonicus regularis, ad ſæculares leges; vel Phyſicam, id eſt, medicam ſcientiam legendas accedat. Alioquin a diœceſanis epiſcopis canonice puniatur.

Christi An. 1163.

Monſpelienſis ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Henricum & Willelmum cardinales inde miſit ad Ludovicum Francorum regem cum literis, ut adventum ejus ei ſignificarent, & de loco, ad quem ipſe accederet moraturus, cum eo convenirent. Reginæ quoque ſcripſit, ut in ſua erga ſedem Apoſtolicam devotione permaneat, & Regem in ſua erga eamdem ſedem devotione confirmet. Rex gratanter ſuſcepit, & cum læto reſponſo remiſit. Exivit ergo Pontifex a monte Peſſulano, & per Aleſtum & Mimacum, & Anicium tranſiens, in vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Claromontum cum omni proſperitate pervenit. Rex in occurſum ejus miſerat legatos ſuos, Theobaldum abbatem ſancti Germani de Pratis, & Cadurcum clericum ſuum, quorum legationem cum minus gratanter accepiſſet Alexander, jam enim audierat Ludovicum prope conveniſſe cum Imperatore de mutuo ad Toanam colloquio, quod eum valde perturbabat: reverſi Vezeliacum venerunt, Theobaldus abbas in morbum incidit, & mortuus eſt nono Kalendas Auguſti.

Alexand. P. Act. apud Baron.

Alexander vero literis datis ad Hugonem Sueſſionenſem epiſcopum, & Regis cancellarium, poſtquam ei cum amoris ſignificatione gratias egit, atque laudavit de iis, quæ pro ſuis partibus promovendis egerat, vehementer eum hortatur, ut Francorum regem cum omni diligentia commoneat, ut conſtans in priori propoſito perſeveret. Specialiter autem, inquit, ſuper eo, quod diſpoſuit cum Friderico Imperatore ſe colloquium habiturum, eum admonere non differas: ut quia credimus & timemus colloquium illud tam Eccleſiæ Dei, ac nobis ipſis, quam etiam Regi ac regno ſuo multipliciter fieri poſſe damnoſum, ab eo abſtineat, & tale penitus propoſitum derelinquat. Datum Mimate nono Kalendas Auguſti. Fredericus eumdem literis rogaverat, ut daret operam, ne Ludovicus rex, Alexandrum vel aliquem ex ejus cardinalibus vel nunciis reciperet.... videns autem cum honore ſuſceptum & a maxima parte principum agnitum, timens ne, ſi penitus prævaleret, id rebus ſuis male cederet, cogitavit eum & Victorem, ſub prætextu ingentium malorum, quæ ex diſcordia ipſorum orirentur, judicio univerſalis Eccleſiæ in ordinem redigere, & tertium quemdam in Romanum pontificem evehere. Quod ut perficeret, Francorum regi ſub ſpecie pacis per Henricum comitem Trecenſem ſuggeſſit, ut ambo in ſuis confiniis convenirent; ipſe quidem adduceret Octavianum, Rex autem Alexandrum; & per congregatam in unum Gallicanam eccleſiam, Italicam & Teutonicam, de utroque decerneretur, quid utilius eſſe exiſtimaretur. Ludovicus rex repulſa legatorum ſuorum offenſus per Manaſſem Aurelianenſem epiſcopum ſcripſit comiti Trecenſi, ſe acceptare colloquium, promiſitque jurejurando, quod audita utriuſque electionis examinatione, juxta diſcretionem perſonarum utriuſque regni, ſtaret ejus conſilio.

Ducheſn. tom. 4. p. 595.

Ibid. p. 579.

Ibid. p. 424. Act. Alex. apud Baron. Ibid.

Indictum eſt colloquium apud Louvigennam, vicum citra Ararim fluvium, & ſtatutum, ut uterque electus ei adeſſet, & de ſua electione in conſpectu totius Eccleſiæ conferret. Id ubi cognovit Alexander, ad Ludovicum regem miſit legatos, ſcilicet

Christi An. 1163. licet Bernardum Portuensem episcopum, & Hyacinthum diaconum suum, qui Regis iram lenirent. Convenerunt ergo Alexander & Ludovicus apud Silviniacum, qui est vicus monachorum Cluniacensium. Rex Papam rogavit, ut ad constitutum veniret colloquium, aut si præsentiam Imperatoris abhorreret, accederet saltem usque ad castrum Vergiacum inexpugnabile, promisitque, quod eum cum suis salvum reduceret. Cum autem non adquiesceret Alexander, Imperatoris dolos veritus; Mirum est, inquit Rex, quod conscius justitiæ tuæ, subterfugias testimonium innocentiæ tuæ. Alexander indignum ratus ut ipse subiret judicium, destinavit quinque Cardinales, ut probarent ejus electionem fuisse canonicam. Rex cum eis abiit ad indictum colloquium. Papa vero in monasterium Dolense secessit, & mansit in Aquitania.

Ibid. Rex ubi pervenit ad castrum Divionem, occurrens ei comes Henricus, tunc primum aperuit ei pactiones, quas cum Imperatore fecerat, scilicet, ut Imperator & Rex cum pontificibus, & abbatibus, & optimatibus utriusque regni convenirent: & præsentibus Alexandro & Victore, ex utraque parte eligerentur viri probatissimi, tam ecclesiastici, quam militares, qui electionem utriusque dijudicarent: & cujus electio fuerit sanior comprobata, ab omnibus susciperetur, alterius vero annullaretur. Si tua majestas, inquit, his conditionibus adquiescere noluerit, nec arbitrio judicum assensum præbere, jurejurando juravi, quod ad partes Imperatoris transibo, & quidquid de fisco Regis in feudum habeo, id ei tradens, deinceps ab illo tenebo. Rex stupefactus respondit: Unde tibi fiducia, ut me inscio talia promitteres? Tunc comes protulit prædictam Regis epistolam.

Ibid. Imperator Victorem secum duxit super pontem Arari impositum: statimque, quasi pactionibus satisfeciisset, recessit. Rex autem Ludovicus, quasi venatum pergens, transiit per nemus ad locum colloquii, & misit Jocium Turonensem archiepiscopum, & Mauritium Parisiensem episcopum, & Guillelmum Vizeliaci abbatem cum aliis optimatibus ad nuncios Imperatoris, inter quos erat comes Henricus, qui propter affinitatem cognationis, partibus Victoris omnino favebat. Missi Regis inducias postularunt, eo quod colloquii pactiones pridie tantum Regi fuerant cognitæ. Imperatoris procuratores eas negarunt. Itaque Rex reversus est Divionem; cardinales vero Alexandri putantes solutum esse colloquium, Vizeliacum redierunt. Henricus comes sequenti die venit ad Regem, allegans eum a pactionibus nequaquam esse liberum; ideoque se necessario discessurum ab eo, & Imperatori hominium esse facturum: Attamen ob gratiam Regis obtinuisse se dixit ab Imperatore trium hebdomadarum inducias, ea conditione, ut Rex datis obsidibus polliceretur Imperatori, ad diem se venturum, & Alexandrum adducturum, atque ibidem causam utriusque auditurum, & judicio proborum virorum Imperii & regni pariturum, aut certe se ipsum traderet vinctum Imperatori apud Chrysopolim, quæ est urbs nobilis Bisuntinorum. Rex acquievit, & pactus est, ita se facturum, datis obsidibus duce Burgundiæ, comite Flandriæ, & Guillelmo comite Nivernensi. Omnis autem ecclesiasticus ordo, his auditis, valde doluit, & corde clamaverunt ad Dominum, ut misereretur Ecclesiæ suæ, & Regem liberaret a fraude circumvenientium se. Christi An. 1163.

Ibid. Rex ergo nuncios citissime misit ad Alexandrum, ut cum suis sine mora veniret. Pontifex & cardinales valde turbati sunt, prospicientes gravissima sibi imminere pericula, si illuc pergerent: si vero non irent, Regis personam periclitari, eique rerum immineret spoliatio. Terribilis quippe & nimium formidanda videbatur potentia Imperatoris, qui Daniæ & Bohemiæ reges, cum principibus & ducibus suis, & cum magna multitudine militum, sicut credebatur, illuc secum adduxerat. Sed Deus excitavit spiritum regis Anglorum, ut in subventionem domini sui regis Francorum cum maxima pugnatorum multitudine festinaret. Præterea fame laborare cœpit exercitus Imperatoris. Itaque cum Rex sine Papa Lovigennam rediisset, Imperator, qui, cogente ciborum penuria, discesserat, misit præcipuum schismatis fautorem Rainaldum cancellarium suum, & Colonienſem archiepiscopum, cumque coram eo replicarentur pactiones, quas comes Henricus Imperatoris nomine Regi proposuerat: subito divina virtus adfuit Ecclesiæ suæ, & Regis simplicitati. Rainaldus respondit, Imperatorem nequaquam talia dixisse, scilicet quod cuiquam permitteret consortium judicandi Romanam Ecclesiam, quæ proprie sui juris erat. Tunc Rex gaudio repletus dixit Henrico comiti: En, Imperator abest, & missi illius pacti formam, te præsente, commutant: numquid jam ab omnibus pactionibus absolutus sum? Henricus & episcopi & abbates, qui præsentes aderant, responderunt: Absolutus es, & liberasti verbum tuum; statimque Rex equum velocissimum, cui insidebat, reducens recessit. Teutonici confusi eum insecuti sunt, rogantes, ut rediret ad Imperatorem, paratum exequi omnia, quæ Rex proposuerat. Ille respondit: Feci quod meum fuit. Sic soluto conventu, Rex in regnum suum rediit.

Ibid. Alexander Papa Ludovici regis indignationem veritus in Aquitania hyemaverat. Ubi rex Angliæ illum in Dolensi monasterio visitaverat, & post pedum oscula pretiosis muneribus donaverat, præparatamque sibi sedem humiliter recusans, ad pedes Pontificis cum suis baronibus confederat. Anno vero millesimo centesimo sexagesimo tertio, instante tempore quadragesimæ, pontifex venit Parisios, & a Rege susceptus est honorifice, ipse vicissim ei rosam auream obtulit, & basilicam sancti Germani de pratis consecravit, peractisque paschalibus solemniis, Turonem profectus, hic diu commoratus est.

LIBER LI.

Thomas ex cancellario Cantuarienſis archiepiſcopus, dum clericos gravium ſcelerum reos regiis judicibus puniendos tradere recuſat, incurrit Regis odium, qui conſuetudinum regiarum obſervationem ab epiſcopis juramento promitti exigit, quod promiſſum Thomas poſtea denegavit. Hinc Regis iram timens, clam ſecedit in Galliam, moraturque in Pontiniaco monaſterio. Henricus rex ejus familiares & propinquos bonis ſpoliatos ejicit, & jubet adire Thomam, ut, eorum miſeria commotus, ſuæ voluntati conſentiat. Thomas his nullatenus inflexus eorum ſuſtentationi providet. Rex ipſum Pontiniaco minis excedere cogit: Thomas ad Franciæ regem confugit, qui vitæ neceſſaria Senonis ei ſuppeditat. Alexander Papa ejus reſtitutionem literis & legatis obtinere fruſtra tentat. Thomæ poſt ſex annos permittit, ut Angliam interdicto ſubjiciat: idem Regi comminatur pro Cis-marinis provinciis. Rex, qui Thomam ſupplicem ter rejecerat, eum benigne ſuſcipit, ac nulla conſuetudinum facta mentione in ſedem ſuam reſtituit. Sed cum aliquos epiſcopos, qui Regis filium, contra jus ſuum coronaverant, excommunicaſſet, quaſdam paſſus eſt injurias: Demum cum Rex de eo conqueſtus eſſet amarius, quatuor ejus milites clam in Angliam tranſeuntes Thomam in eccleſia trucidant. Rex de ejus morte graviter doluit, illiuſque ſe innocentem probare omni ope laboravit: & miſit ad Papam legatos, qui pro eo jurarunt, quod mandato Papæ Rex ſtaret. Papa vero Thomæ mortis authores & complices excommunicavit, & legatos miſit in Normanniam, quibus poſt ſubjugatam Hyberniam Henricus rex occurrens, cum juramento ſe de Thomæ morte purgaſſet, ac impoſitæ pœnitentiæ ſe ſubjeciſſet, ab iis abſolvitur: Papa Thomam miraculis clarum in SS. Martyrum numerum refert. S. Godricus Eremita ei reſtitutionem & mortem prædixerat. Henrici filii adverſus patrem rebellant; Scoti & Vallenſes vaſtant Angliam: ſed cum Rex pœnitens Thomæ ſepulchrum adiiſſet, victis Scotis eorum Regem capit, & filios ad obſequium redire cogit. Alexander Papa Romam redit, & licet honorifice receptus, poſtea Romanorum rebellione clam fugere Beneventum cogitur. Fridericum Imp. excommunicat & deponit, ejuſque ſubditos a juramento fidelitatis abſolvit: Tuſculum civium donatione recipit. Septemtrionis eccleſias ordinat. Fridericum Imper. cum fautoribus abſolvit, initamque cum eo pacem confirmat: & cum Romanis pariter pace ſancita Romam redit. Duo Antipapæ miſere pereunt: tertius Alexandrum adit pœnitens, qui abſolutum eum creat Beneventanum archiepiſcopum. Quartus captus carceri mancipatur. Schiſma cum Græcis perſeverat. Manichæi multis in locis graſſantur, atque damnantur: illis imprimis ſe opponit S. Galdinus Mediolanenſis archiep. Valdenſes eis ſuccedunt. Plures ſynodi pro morum & diſciplinæ reformatione celebrantur . . . Rugiani & Finlandi fidem catholicam ſuſcipiunt. Petrus Bleſenſis & Petrus Comeſtor ſcientiæ laude florent. Theorianus Græcus author Armenos ad rectam fidem adducit circa Incarnationem.

I. THeobaldus Cantuarienſis Archiepiſcopus, cum ſediſſet annos duos & viginti, jam ante biennium obierat: opes, quas habebat, non mediocres, teſtamento pauperibus reliquit: eodem prohibuit ſub anathemate, ne quis officialium Regis res, quæ monachorum eccleſiæ Cantuarenſis uſibus dicatæ erant, uſurparet, vel terras, quæ pertinerent ad archiepiſcopum, abalienaret, priuſquam ei ſucceſſor ſubrogaretur, vel clerum ſuæ diœceſis indebitis exactionibus opprimeret. Æger regem Henricum in Normannia tunc agentem literis hortatus eſt, ut rejecto Octaviano, Alexandro, quem Francia receperat, adhæreret; ſiquidem in ejus parte erat tota fere Romana eccleſia. "Eos vero, inquit, in ſimili caſu prævaluiſſe crebra recolimus lectione, quos Gallicana recepit & fovit eccleſia, „ idque inductione confirmat. Alexandro Papæ adhuc in Italia commoranti ſcripſerat. Aliis literis Regi commendavit eccleſiam ſuam, & rogavit, ut eam ab incurſu prædonum tueretur, ſibique talem ſtuderet ſubrogare virum, qui tanta ſede non videatur indignus, " cui religio placeat, qui virtutum meritis placere credatur Altiſſimo, ... & confirmet diſpoſi-

Christi An. 1163. Alford. Annal. tom. 4.

Christi An. 1163.

CHRISTI AN. 1163. ſpoſitiones, quas teſtamento fecit. „ Demum tertia epiſtola Regem præmuniit adverſus pravas politicorum & atheorum ſuaſiones. "In eo maxime viget, inquit, & proficit gloria principis Chriſtiani: ſi pium Domino, a quo omnis principatus, impendat famulatum; eique pacis, exultationis & gloriæ perpetuatur hæreditas, qui procellas componit Eccleſiæ laborantis; & fideli & felici procurat obſequio, ut exultans ſponſa capitis ſponſi queat amplexibus inhærere. In ſe vero provocat omnipotentem manum Altiſſimi, qui naufragium Chriſti pleno miſerationis affectu non excipit: qui eccleſiæ colliſiones aut operatur, aut negligit, & abutens poteſtate conceſſa, conſenſu fovet malitiam, quam non reprimit aut extinguit. Colliſio ſiquidem populorum, indubitata regnorum ſubverſio eſt, fomes ſchiſmatis, jam labentis indicium eſt principatus. „

Ibid. *S. Thomas Cantuarienſis Primas.* II. Sedes ejus per annum propter Regis abſentiam vacavit. Rex cogitavit quidem virum nominare, qui ſua prudentia ita ſacerdotio fungeretur, ut regno quoque conſultum foret. Itum tandem eſt in Thomam cancellarium, cujus fidem, probitatem, induſtriam quinquennio jam probaverat. Itaque eo anno nullum non movit lapidem, ut epiſcopi & Angliæ clerus in Thomæ electionem cum regio voto concurrerent. Quod difficile videbatur, quia Thomas tunc militem potius quam clericum agebat in Normannia. Illum tamen dimittit in Angliam velut ad componenda regni negotia, revera tamen, ut ad Cantuarienſem primatum promoveretur, idque ei ſecreto indicavit. Ille tantum onus recuſans Regi ingenue dixit: Novi te nonnulla exacturum, & etiam in eccleſiaſticis te jam multa præſumere, quæ ego æquo animo ſuſtinere non poſſem. Et ita occaſione nacta, intervenient invidi, qui extincta priori gratia, perpetuum inter nos odium ſuſcitabunt. Rex in propoſito permanens, magnis viris legationis ipſius in Angliam comitibus hoc deſiderium ſuum ſuper cancellarii promotione Cantuarienſis eccleſiæ conventui, & regni ſui clero intimandum injunxit. Henricus vero Piſanus cardinalis & Papæ legatus Thomæ ſuaſit, ut voluntati Regis acquieſceret, qui maluit periclitari apud Regem, quam deſolationem eccleſiæ, quæ multis ſubjacebat periculis, ulterius propagari.

Ibid. Ubi primum Regis votum Cantuarienſibus monachis innotuit, in varias ſcinduntur ſententias. Tandem anno milleſimo centeſimo ſexageſimo epiſcopi provinciales & conventus ſanctæ Cantuarienſis eccleſiæ, ad ferenda ſuffragia Londini conveniunt, & Thomam prima regni ſede dignum, & regis Henrici eum proponentis judicium unanimi conſenſu probaverunt. Richardus Londonienſis epiſcopus ſolus obloctus eſt. Electus Henrico puero Regis filio & hæredi præſentatur de mandato Regis: in hoc vices ejus gerebat: & ſic authoritate Regis ab omnibus curiæ nexibus abſolutus, liber Anglicanæ eccleſiæ redditur, & cum multorum & magnorum comitatu Cantuariam propter conſecrationem proficiſcitur. Hic die ſecunda Junii presbyter a Waltero Rofenſi epiſcopo ordinatur, & ſequenti die ab Henrico Wintonienſi ad majus ſacerdotium conſecratur. Aderant Henricus Regis filius, & regni proceres, & quatuordecim epiſcopi ejus ſuffraganei. Nuncios confeſtim ad Alexandrum Papam apud montem Peſſulanum commorantem direxit, qui pallium inſtanter poſtularunt & obtinuerunt. Thomas ad illud ſuſcipiendum pedes ivit obviam, & pronus cum ſumma devotione ſuſcepit. Atque ita primus Anglorum, poſtquam Angliæ Normanni dominati ſunt, Cantuarienſem ſedem obtinuit. Sanctiſſimæ Trinitatis feſtum in Anglia celebrari die octava Pentecoſtes, inſtituit. Ipſe brevi transformatus eſt in virum alterum, factus abſtinentior, vigilantior,, frequentior in oratione, ſollicitior in prædicatione, æſtimans rectum renovationis progreſſum a ſe ipſo incipere, & tunc ſe in aliis dominari poſſe, ſi ſibi ipſi prius didiciſſet imperare: & corpus ſuum ſervituti ſubjiciens docuit ancillari, ſpiritum dominari. Tyrocinium novæ militiæ ab habitu monaſtico cœpit, quem veris virtutibus, conſtantique pietatis exercitio illuſtravit: gaudens quod in triplici veſte triplicem perſonam gereret: exteriori clericum exhiberet; interiori monachum occultaret: intima cilicii moleſtias ut pœnitens ſuſtineret, ætatis ſuæ tunc quadrageſimum quartum agebat annum.

III. Anno milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio, quarto Kalendas Junii, Alexander Papa in eccleſia ſancti Mauritii Turonis concilium celebravit: interfuerunt ſeptemdecim cardinales, centum viginti quatuor epiſcopi, quadringenti quatuordecim abbates, annuente rege Angliæ venerant ejus epiſcopi. Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus ſedit ad Papæ dexteram; Eboracenſis vero archiepiſcopus ad ſiniſtram. Arnulphus Lexovienſis epiſcopus ſermonem habuit; & patres hortatus eſt ad procurandam pro viribus Eccleſiæ unitatem adverſus ſchiſmaticos, ejuſdemque libertatem adverſus tyrannos, qui direptis, ait, ejus poſſeſſionibus, eam in ſervitutem redigunt. Promiſit futuram Imperatoris converſionem, qui ſe ſubjiciet Eccleſiæ ut ſuperiori, quæ ei dedit Imperium. Poſtea Apoſtolica conſtituta ſunt roborata, & decem ſequentia promulgata capitula.

Conc. Ant. Tom. Conc. tom. 9. ed. Labb. tom. 10. Labb.

Primum prohibet fieri præbendarum diviſionem, aut dignitatum permutationem. Secundum ſic habet: " Plures clericorum .... dum communes uſuras quaſi manifeſtius damnatas exhorrent, commodata pecunia indigentibus, poſſeſſiones eorum in pignus accipiunt, & provenientes fructus percipiunt ultra ſortem. Idcirco generalis concilii decernit authoritas, ut nullus amodo conſtitutus in clero, vel hoc, vel aliud uſuræ genus exercere præſumat. Et ſi quis hactenus poſſeſſionem alicujus data pecunia ſub hac ſpe in pignus acceperit, ſi ſortem ſuam, deductis expenſis de fructibus jam recepit, abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Sin autem aliquid minus habet, eo recepto, poſſeſſio libera ad dominum revertatur: Quod ſi poſt hujuſmodi conſtituta in clero quiſquam extiterit, qui deteſtandis uſurarum lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officii periculum patiatur: niſi forte beneficium Eccleſiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur.„ En, Papa & ſynodus prohibent quidquid ultra ſortem accipitur pro commodata pecunia. Præterea damnant cenſum ex utraque parte redimibilem, quandoquidem in eo fit, quod hic expreſſe prohibetur. Tertium ſtatuit, ut ſi quis alicui laico eccleſiam, vel decimam conceſſerit, a ſuo ſtatu ſuccidatur.

Ibid. Epiſcopationes.

Quartum. In partibus Toloſæ damnanda hæreſis dudum emerſit, quæ paulatim more cancri ad vicina loca ſe diffundens, Guaſconiam, & alias provincias quamplurimas jam infecit .... Unde contra eos, epiſcopos & omnes Domini ſacerdotes in illis partibus commorantes vigilare præcipimus: & ſub interminatione anathematis prohibere, ut ubi cogniti fuerint illius hæreſis ſectatores, ne receptaculum quiſquam eis in terra ſua præbere, aut præſidium impertire præſumat, ſed nec in venditione aut emptione aliqua cum eis omnino commercium habeatur: ut ſolatio ſaltem humanitatis amiſſo, ab errore viæ ſuæ reſipiſcere compellantur. Quiſquis autem contra hæc venire tentaverit, tanquam particeps iniquitatis eorum anathemate feriatur. Illi vero ſi deprehenſi fuerint, per catholicos principes cuſtodiæ mancipati omnium bonorum amiſſione mulctentur. Et quoniam de diverſis partibus in unum latibulum crebro conveniunt, & præter conſenſum erroris nullam cohabitandi cauſam habentes, in uno domicilio commorantur, talia conventicula & inveſtigentur attentius, & ſi vera fuerint, canonica ſeveritate vetentur. „ Hujuſmodi hæretici ſic dicti ſunt a Petro Waldo Lugdunenſi cive eorum authore, qui circa annum milleſimum centeſimum ſexageſimum mortis imagine territus, pecuniæ vim ingentem pauperibus diſtribuit: ſicque maximam eorum multitudinem ſibi ſociavit, quos voluntariam paupertatem ſectari docuit. Cum autem eſſet aliquantulum literatus, novi teſtamenti textum eos vulgari lingua docuit: a prælatis reprehenſus correptionem contempſit, diſcipulis perſuadens clerum, quod moribus eſſet depravatis, eorum vitæ & doctrinæ invidere. Demum a Romano pontifice confixi anathemate contempſerunt: Apoſtolicorumque errores adoptarunt. Poſtea dicti ſunt pauperes de Lugduno, ab urbe ex qua eruperant. Demum Albigenſes vocati ſunt, quod hanc regionem totamque Toloſanam provinciam ſuis erroribus infecerint. Eoſdem fuiſſe Manichæos conſtabit ex infra dicendis.

Ibid. *Walden. ſes hæretici.*

Reine. opuſcul. de hæres.

Octavum. "Statuimus, ut nullus omnino poſt votum religionis, ad phyſicam, id eſt, medicam, legeſve mundanas, ſeu civiles, legendas permittatur exire: ſi vero exierit, & ad clauſtrum ſuum infra duorum menſium ſpatium non redierit, ſicut excommunicatus

Ibid.

ab

Christi An. 1163. ab omnibus evitetur. „ Nonum. " Ordinationes factas ab Octaviano & aliis schismaticis & hæreticis, evacuamus, & irritas omnes esse dicimus, & decernimus . „ Decimum jubet primo , ut castrorum capellani rerum ecclesiasticarum ablatarum restitutionem procurent ; si vero castrorum domini eas restituere noluerint, tunc cessent ab omni officio ecclesiastico, excepto baptismo, & in periculo mortis communione : secundo prohibet , ne mercatores , vel alii excommunicatum hospitem suscipiant: nec in venditione, vel emptione, seu aliqua participent accommodatione. Tertio, de cœmeteriis & ecclesiis, sive quibuslibet possessionibus ecclesiasticis cenferias dari vetat; & eum, qui clericis violentas manus imposuerit, anathematizat. Et addit: " nec ab alio, nisi a domino Papa absolutionem consequetur , nisi mortis interveniente periculo , dispensatio misericorditer subveniat : data tamen pro se satisfaciendi securitate , si convaluerit , pro absolutione Papam se aditurum , „ Quarto , clericis & laicis prohibet, ne quis scienter prædia Ecclesiæ emat , vel prædium cœmeterii , vel cujuslibet possessionis ecclesiasticæ ; quod qui præsumpserint , anathematis vinculo feriantur.

Romual. Salernit. Dum illud concilium celebraretur, Conradus, Imperatoris consanguineus , & electus Moguntinus archiepiscopus , nolens Octaviano & Imperatori schismatico consentire , ecclesiam suam deserens , ignorante Imperatore , ad Alexandrum Papam festinus advenit. Quem Papa satis benigne recipiens, postmodum in cardinalem episcopum Sabinensem promovit: postremo in archiepiscopatum Moguntinensem sublimavit. Quo audito , Imperator ira commotus Christianum cancellarium suum in Moguntina ecclesia eligi fecit, & a suis suffraganeis consecrari . Germanorum episcopi plures occulte scripserunt Alexandro Papæ , obedientiam & omnimodam reverentiam pro loco & tempore illi humiliter exhibentes. Italiæ vero non minima pars affuit , partim scripto , partim sua præsentia . Sed & Sardinia & Sicilia cum omni Calabria, omnis quoque Orientalis ecclesia, & Hispania, devotum obedientiæ caput humiliter Alexandro catholico Papæ subdidit . Demum duo episcopi , quorum unum consecraverat Tarraconensis archiepiscopus , ejus Metropolitanus , alium archiepiscopus Toletanus , totius Hispaniæ primas , de Pampilone ecclesia sunt expulsi , ad cujus titulum fuerant ambo consecrati: & tertio subrogato, concessum eis, ut si vacantes ecclesiæ eos vocarent , earum fierent præsules.

Hist. Vizeliac. l. 4. Trivet. in Chron.

Hist. Vizeliac. l. 4. Neubrig. l. 2. c. 15. Alexander Papa post synodum in Dolense monasterium reversus est : inde Senonas perrexit , quam civitatem valde formosam & fertilem ex oblatione Ludovici regis elegit , ut in ea universalis Ecclesiæ negotia pertractaret . Ad eam pervenit die trigesima mensis Septembris cum multa caterva episcoporum & cardinalium; & ab Hugone ejusdem urbis archiepiscopo , & multis episcopis & abbatibus honorifice est receptus , ibique remansit usque ad reditum in Italiam, scilicet per annum & dimidium.

Quadripart. l. 1. c. 20. IV. Thomas Cantuariensis postquam e synodo in Angliam reversus est , ecclesiarum utilitatem procurare cœpit . Tunc duæ vacabant sedes episcopales , Wintonienſis videlicet & Herefordensis . Mos enim prophanus in plerisque regnis jam inoleverat , quod episcopatus vacantes , & monasteria Reges pro voto per annos plures tenerent , & reditus fisco applicarent . Rex ad ejus instantiam pontifices in eis fieri annuit. Ad Wigornienſem sedem quidem electus est Rogerus comitis Glovernensis filius , ætate quidem juvenis , sed morum gravitate senex , cujus virtus adhuc dignior sanguinis generositatem superabat , quem primum B. Thomas consecravit, qui postea in prosperis & adversis usque ad proscriptionem ipsi semper fuit obediens . Robertus de Moleduno , sæcularium & sacrarum literarum in scholis magister præclarus , & morum integritate multo magis quam scientia clarior, electus est in Herefordenſem episcopum, & a beato Thoma, qui fuerat ejus discipulus, consecratus. Impletumque est in his duobus viris sanctitate conspicuis B. Thomæ desiderium . Proposuerat enim , ut archiepiscopatus sui tempore , contra conscientiam suam nemini , nisi digno manum imponeret.

Ibid. Dissidium inter Regem & B. V. Eodem anno Londoniæ apud Westmonasterium sancti regis Eduardi corpus de sepulchro extulit , & ob multa præclara ejus vitæ merita, solemniter quidem & sublimiter in ecclesia inter Sanctorum corpora collocavit , Rege volente & præsente . Erat quippe tunc utriusque summa concordia : sed brevi ei successit dissensio. Vidit Thomas, cancellarii munus , quod hactenus gesserat , cum pastorali munere, animarumque & ecclesiarum cura non posse consistere : itaque resignavit sigillum regium , quod Rex nimis moleste tulit . Præterea publicæ potestatis ministri consueverant singulis aidis colligere pecuniam tanquam mercedem laboris , quam tuitioni patriæ impenderent . Hanc Rex tanquam reditum in fiscum redigere voluit : obstitit Primas , dicens , non oportere in reditu computari quod pro suo & aliorum arbitrio daretur. Sed & tertium fuit, quod iram Regis accendit: contigit , ut quidam operarii diabolici , nomine duntaxat clerici , de maleficiis accusati , capti tenerentur in vinculis; inter quos sacerdos erat de homicidio infamatus, & accusatus a propinquis defuncti. Iste ob privilegium ordinis ad diœcesanum episcopum Salesberiensem captus dirigitur , Regis officialibus & propinquis defuncti accusantibus & instantibus , ut episcopus exhiberet justitiam ; sed sacerdote instanter inficiante, cum non posset per accusatores convinci , canonica ei indicitur purgatio , qua cum defecisset, mittit episcopus ad Thomam de jure consulens, ut in exequendis procederet securius. Archiepiscopus consultus mandavit , ut omni privatus beneficio ecclesiastico exauctoraretur , & in monasterio ad agendam perpetuam vitæ districtitissimæ pœnitentiam perpetuo recluderetur. Clerici rei sic secundum canones tunc puniebantur, absque ulla mutilatione membrorum.

Christi An. 1163. Thomam Cantuar.

Ibid. Illud etiam non prætermittendum, quod circa idem tempus , Philippus de Lidrois canonicus justitiarium Regis quibusdam contumeliis affecerat, propter quod Rex adversus ipsum & totius regni clericos exasperatus videbatur. Querela ad Thomam delata , clericus etiam supra modum delicti, ut sic quiesceret Regis indignatio , est punitus , publicæ scilicet virgarum disciplinæ adjudicatus, & per annos aliquot ab omni officio & beneficio ecclesiastico suspensus . Rex ea pœna non contentus, reum ad pœnam corporalem deposcere videbatur , sed verebatur hoc exprimere . Et videns Primatis rigorem ad hoc non posse flecti, & tamen per hujusmodi castigationes quorumdam clericorum flagitia non reprimi , sed potius in dies per regnum deterius fieri : archiepiscopum , & episcopos regni , & clerum , Londonium apud Westmonasterium convocat . Interea Thomas vacantem ecclesiam Ainefordiæ contulit Laurentio . Willelmus villæ dominus sibi vindicans jus patronatus Laurentium expulit . Archiepiscopus eum excommunicavit. Quod quia inscio Rege fecerat, maximam Regis indignationem incurrit . Ajebat enim nullum ex suis officialibus se inscio debere excommunicari, ne forte & ipse ignorantia lapsus cum excommunicato communicaret. Hac in re se imitari Regem Guillelmum primum, qui nulli episcopo permittebat, ut aliquem de baronibus suis , seu ministris , licet capitali crimine denotatum, publice sine ejus præcepto excommunicaret.

Selden. in spicil. p. 169.

Quadripart. l. 1. c. 23. Londinen. conventus. Episcopis Londini congregatis, Rex instanter egit, ut clerici in flagitiis enormibus deprehensi , lictoribus suis tradantur ecclesiæ præsidio destituti: adjiciens eos ad nocendum fore promptiores, nisi post pœnam spiritualem, corporali pœnæ subdantur; instantissimeque postulabat , ut tales mox submoti ab ordine , curiæ traderentur : " quod , ajebat , non solum jus humanum, sed etiam ipsius juris divini canonica sanxit authoritas : uti nunc observatur . „ Quidam ob Regium favorem, ajebant tales clericos tradendos curiæ, hoc est, judicio sæculari puniendos. Archiepiscopus cum episcopis & viris eruditis librato consilio , Regem obsecratur , ne contra sanctorum Patrum instituta novam per regnum suum inducat coercitionem: adjiciens se hoc nec debere sustinere, nec posse . Rex eo amplius commotus , quod cerneret archiepiscopum & episcopos adversus ipsum , ut putabat , unanimes , scisciatur , an consuetudines suas regias forent observaturi : replicans illas tempore avi sui ab omnibus eorum prædecessoribus observatas , tempore suo damnari non oportere . Archiepiscopus præhabito cum fratribus suis consilio , respondit illas se & fratres suos observaturos , salvo ordine suo : idem dixerunt episcopi singuli sigillatim a Rege interrogati . Hilarius Ciceſtrensis audiens ob hanc vocem Regem magis exacerbatum, dixit, se

Christi An. 1163. regias consuetudines observaturum bona fide. Rex nihil mitigatus, ipsum quibusdam contumeliis affectum sprevit: atque ad alios conversus dixit, illud verbum esse captiosum, salvo ordine suo: unde petebat, ut absolute & absque adjectione regias consuetudines se observaturos promitterent. Thomas respondit: Quod fidelitatem ei juraverunt, vitam scilicet, membrum, & honorem terrenum, salvo ordine suo: & quod in terreno honore Regis fuissent consuetudines comprehensæ: & ad earum observationem se minime in alia forma obligatos, nisi in qua prius juraverant. Rex turbatus est vehementer, & plures episcopi ante minas cessissent, nisi archiepiscopi constantiam persensissent. Rex insalutatis episcopis in multa indignatione subito recessit: & sequenti die munitiones & honores, quas Thomas jam a tempore cancellariæ in custodia habuerat, repetita recepit; & nescientibus episcopis ante lucem Londonia recessit: quem trepidi episcopi prosecuti sunt. Thomas tamen Cicestrensem episcopum acriter objurgavit, quod commune omnium verbum commutare præsumpsisset.

Ibid. Arnulphus Lexoviensis episcopus veniens in Angliam, Regi sibi infenso suasit, ut divideret episcopos, quo Thomam sibi facilius reconciliaret; quod Rex solerter præstitit, alios minis, alios promissis ab archiepiscopo separans, qui promiserunt se Regi obsecuturos. Thomas multorum episcoporum & abbatum suasionibus impetitur, ne unius verbi occasione, se ipsum una cum universa ecclesia in discrimen adeo patens importune conjiceret, asserente uno ex iis abbate, hanc esse mentem ipsius Alexandri Romani Pontificis. His tandem persuasus Thomas, apud Oxenefordiam ad Regem accessit, & verbum, quod Regi scandalo erat, se mutaturum promisit. Unde Rex aliquantisper sedatus, vultum ei exhibuit sereniorem: dixit tamen obligationem de regiis consuetudinibus observandis velle sibi fieri in episcoporum & procerum regni audientia publica.

Bongars in gest. Dei p. 1178. VI. Balduinus III. Hierosolymorum rex tertio Idus Septembris ejusdem anni mortuus est; & cum liberos non haberet, fratrem suum Almaricum regni hæredem instituit. Almaricus datis ad Ludovicum Galliæ regem literis, id ei significavit, simulque quam pessimo loco essent res Christianorum in Syria, sic exposuit. Quia vero, Illustrissime, tota Christianitas in Oriente vehementer attrita, & solito gravius oppressa nimium laborat, tum ex infortunio Rainaldi principis Antiocheni, qui rediens ab expeditione captus fuit, cæsis atque captis fere omnibus, qui in comitatu ipsius erant: tum ex terræ motu, qui in præterito Augusto, totius principatus Antiocheni castella, turres & municipia fere omnia funditus evertit. Demum Regis implorat auxilium.

Hemold. l. 1. c. 92. Geroldus Oldemburgensis episcopus, ex consensu Henrici Saxoniæ ducis, sedem suam Lubecum transtulit, ibique duodecim præbendas & præposituram instituit; Holsatiæque populos ad decimarum solutionem quasi divino jure debitam compellere voluit; sed eos populos expertus indociles, & patrium solum vertere paratos, quamvis annitente duce perficere non potuit, & non multo post ipse viam universæ carnis ingressus est.

Christi An. 1164. VII. Henricus Angliæ rex, anno millesimo centesimo sexagesimo quarto, octavo Kalendas Februarii, generalem episcoporum & optimatum regni sui conventum habuit apud Clarendonam, instantiusque exegit, ut promissa sibi solverentur. Thomas licet Regi assentire promisisset, tamen quia principes frequenter ad indebita manus extendunt, modum ignorantes, consuetudines regias absolute comprobare noluit. Tunc Saresberiensis & Norvicensis episcopi exorant archiepiscopum, ut sui & cleri misereatur, animique pertinaciam relaxet: ne ipse carcerem, clerus exterminium, ipsi capitis damnationem incurrerent. Sed & comites duo potentissimi ei dicebant, quod nisi voluntatis Regis acquiesceret, ex Regis jussione ad violentiam cogendi erant, quæ Regi sibique perpetuam irrogaret infamiam. Richardus Templariorum præpositus, eum pariter admonuit, ut sibi caveret, & clero misereretur. Tandem nuntii Regis venerunt ei significantes, quid futurum erat, si non acquiesceret. Thomas eorum precibus victus, Regis voluntate parere consensit. Primus igitur se obligat, quod regias consuetudines foret observaturus bona fide, suppressis illis verbis, salvo ordine. Atque juratoriam adjiciens cautionem, hæc se factu-

Conventus Clarendon. Concil. tom. 6. ed. Hard.

rum in verbo veritatis spopondit. Et id ipsum in eadem forma sigillatim universi pontifices juraverunt. Et statim per quosdam regni proceres, qui has nosse debuerant, facta est regiarum consuetudinum recognitio. Verum cum pleræque fuissent jam expressæ, & multo plures forent exprimendæ, Thomas dixit: se nec esse de antiquioribus regni, ut pristinas ejus consuetudines sciret, nec in archiepiscopatu diu fuisse: Et quoniam jam inclinata esset dies, tantum negotium esse differendum in crastinum. Placuit sermo, & in sua se receperunt hospitia. Christi An. 1164.

Ibid. Sequenti die revertentes, intermissæ regiæ consuetudines sunt recognitæ, & in scriptum chirographi more confectum redactæ, quarum multæ, ut perhibebatur, nequaquam erant regiæ: sed odio archiepiscopi confictæ, ipso etiam Rege ignorante, qui cum adhuc juvenis esset, non nisi per alios eas cognoscere poterat. Sexdecim articulis subsequentibus continentur.

Primo, de advocatione & præsentatione ecclesiarum, si controversia emerserit inter laicos & clericos, vel inter clericos, in curia domini Regis tractetur & terminetur. Secundo, Ecclesiæ de feudo domini Regis non possunt in perpetuum dari absque concessione ipsius. Tertio, Clerici accusati de quacumque re, admoniti a judicibus Regis, veniant in curiam ipsius responsuri ibidem de hoc, unde videbitur curiæ Regis... ita quod Regis justitiarius mittet in curiam sanctæ Ecclesiæ, ad videndum quomodo ibi tractabitur. Et si clericus convictus vel confessus fuerit, non debet eum de cætero ecclesia tueri. Quarto, Archiepiscopis, episcopis, & personis regni non licet exire regnum absque licentia domini Regis. Et si exierint, si Regi placuerit, securum eum faciant, quod non perquirent damnum Regi vel regno. Quinto, Excommunicati non debent dare vadium ad remanentiam, nec præstare juramentum, sed tantum vadium & plegium standi judicio ecclesiæ, ubi absolvuntur. Sexto, Laici non debent accusari, nisi per certos & legitimos accusatores & testes in præsentia episcopi: ita quod archidiaconus non perdat jus suum . . . . . Et si tales fuerint, qui culpantur, quod non velit, vel non audeat aliquis accusare eos: vice-comes requisitus ab episcopo faciat jurare duodecim legales coram episcopo, qui veritatem secundum conscientiam suam manifestabunt. Septimum, Nullus qui de Rege tenet in capite, nec aliquis dominicorum ministrorum ejus excommunicetur, nec alicujus eorum terræ sub interdicto ponantur, nisi prius conveniatur; vel si fuerit extra regnum, justitiarius ejus, ut rectum de eo faciat: & ita ut quod pertinebat ad Regis curiam, ibi terminetur: & de eo quod spectat ad curiam ecclesiasticam, ad eamdem mittatur, ut ibi terminetur. Octavum, De appellationibus, si emerserint, ab archidiacono debet procedi ad episcopum, ab episcopo ad archiepiscopum. Et si archiepiscopus defuerit in justitia exhibenda, ad dominum Regem perveniendum est postremo, ut præcepto ipsius in curia archiepiscopi controversia terminetur: ita quod non debet ultra procedi absque assensu Regis. Nono, Si calumnia emerserit inter clericum & laicum, vel e converso, de ullo tenemento, quod clericus velit ad eleemosynam trahere, vel laicus ad laicum feudum: per recognitionem duodecim legalium hominum, juxta capitalis justitiarii Regis considerationem terminabitur . . . . . Et si recognitum fuerit ad eleemosynam pertinere, placitum erit in curia ecclesiastica: si vero ad laicum feudum, nisi ambo tenementum de episcopo eodem, vel barone, advocaverint de feudo illo eumdem episcopum vel baronem, erit placitum in curia ipsius: ita quod propter factam recognitionem saisinam non amittat, qui prius fuerat saisitus.

Ibid. Decimum, Si clericus ab archidiacono vel episcopo super aliquo delicto citatus fuerit, unde debeat eis respondere, & ad citationes eorum noluerit satisfacere: bene licet eis sub interdicto ponere eum, sed non debent ipsum excommunicare, priusquam capitalis minister Regis villæ illius conveniatur, ut justitiet eum ad satisfactionem venire. Et si minister Regis inde defecerit, erit in misericordia Regis: & exinde poterit episcopus ipsum accusatum ecclesiastica justitia coercere. Undecimum. Archiepiscopi, episcopi, & universæ personæ regni, qui de Rege tenent in capite, habeant possessiones suas de Rege

sicut

Christi An. 1164. sicut baroniam ; & inde respondeant justitiariis & ministris Regis, & sequantur, & faciant omnes consuetudines regias : & sicut cæteri barones debent interesse judiciis curiæ Regis, quousque perveniatur ad diminutionem membrorum, vel ad mortem . Duodecimum. Cum vacaverit archiepiscopatus, vel episcopatus, vel abbatia, vel prioratus ... esse debet in manu Regis, & inde percipiet omnes reditus & exitus, sicut dominicos reditus suos. Et cum ventum fuerit ad consulendum ecclesiam , debet Rex mandare potiores personas ecclesiæ : & in capella ipsius Regis , & consilio personarum regni , quas ad hoc faciendum advocaverit : & ibidem faciet electus homagium & fidelitatem Regi, sicut ligio domino suo, de vita sua , & de membris , & de honore terreno , salvo ordine suo, priusquam consecretur . Decimum tertium . Si quisquam de proceribus regni disfortiaverit, seu noluerit archiepiscopo, vel episcopo , vel archidiacono , de se suisque justitiam exhibere, dominus Rex debet eos justitiare . Et si forte aliquis disforciaret domino Regi rectitudinem suam , archiepiscopi, episcopi, & archidiaconi, debent eum justitiare, ut Regi satisfaciat . Decimum quartum , Catalla , seu bona mobilia eorum, qui sunt in foris facto Regis , non detineant ecclesia vel cœmerium contra justitiarios Regis , quia ipsius Regis sunt , sive in ecclesiis, sive extra fuerint inventa . Decimum quintum , Placita de debitis , quæ fide interposita debentur, vel absque interpositione fidei, sint in justitia Regis . Filii rusticorum non debent ordinari absque assensu domini , de cujus terra nati dignoscuntur.

Ibid. Perlectis consuetudinibus, & in formam chirographi redactis , Rex postulat ab archiepiscopis , ut ad cautionem & majorem firmitatem sigilla appendant. Thomas etsi vehementer contristatus, dissimulat tamen , Regem contristare tunc nolens , differendum adhuc dicebat propter negotii magnitudinem . Scriptum tamen dictas consuetudines continens recepit; & aliud exemplar suscepit Eboracensis archiepiscopus. Rex tertium in Regum archivis recondendum accepit. Sicque conventus dimissus est.

Ibid. Thomas versus Wintoniam proficiscebatur; inter ejus familiares orta est murmuratio , dum alii improbant , alii defendunt, quod gestum erat Clarendonæ . Qui crucem ferebat ante Thomam , acrius in Regem invehebatur , qui libertatem ecclesiasticam opprimeret. Thomas quærit, cur hæc diceret ? Te ipsum, ille respondit, id respicit, qui hodie perdidisti famam & conscientiam , cum manus tuas Deo sacratas ad execrandas consuetudines observandas extenderes . Ingemuit Thomas, & suspirans adjecit : Pœnitet me graviter , & meum exhorrescens excessum , me ipsum judico indignum de cætero ad eum accedere in sacerdotio , de cujus in ecclesia contraxi tam vile commercium ; statimque destinavit nuntium ad sedem Apostolicam , ut Papa eum absolveret.

Ibid. Alexander Papa jam ista didicerat ex aliorum relationibus, magnaque commiseratione commotus literis suis eum mœrentem consolatus est , atque absolvit a juramento, hortatusque est, quidquid in ea re deliquerit , confiteretur per pœnitentiam , ac postea missarum celebrationibus non abstineat . Id ipsum Rudolph. de Diceto. Regi innotuit, & Thomam evocat ; qui palam ei restitit , & scriptum consuetudinum suo sigillo corroborare noluit . Rex exasperatus gravioribus cœpit eum vexare exactionibus ; tractus enim in causam a Joanne mareschallo , qui apud Regem conquestus est pro quodam manerio, quod a multis temporibus, uti dicebatur , inconcusse possederat archiepiscopus , tandem post longas fatigationes, in quibusdam articulis contrariam reportavit sententiam, & Thomas quingentarum librarum taxationem solvere compulsus est . Unde clam navem conscendit, ut navigaret in Franciam, & Papam conveniret ; sed adver-

Ibid. sis ventis in Angliam rejectus est. Rex inde majus adversus eum concepit odium , quod se inscio e regno exire tentaverit . Ebroicensis apud utrumque egit , ut eos in pristinam concordiam reduceret . Rex autem cum ante omnia consuetudinum confirmationem exigeret: Thomas eas ad Papam transmisit, ut de iis judicaret. Alexander secundum & sextum, & undecimum , & decimum tertium, & decimum quartum, & decimum sextum capitulum toleravit: alia vero damnavit. Henricus Rex missis ad Alexandrum literis postulavit, ut regias consuetudines probaret , & legationis Apostolicæ prerogativa transferret ad Rogerium Eboracensem . Papa utrumque negavit: verum cum Rex missis nuntiis id urgeret, Papa ne penitus eum abalienaret, aliquid concedendum putavit. Itaque Rogerium suum legatum instituit , sic tamen , ut Cantuariensi præjudicium non faceret , in literis enim legationis Eboracensi prohibuit, ne in tota provincia Cantuariensi crucem suam ullatenus deferret, nisi concessum privilegium amittere vellet . Idque Thomæ literis significavit , eum admonens, ut pro necessitate temporis Regi in omnibus & per omnia , salva honestate ecclesiastici ordinis , deferre satageret , & ejus sibi gratiam & amorem incessanter recuperare intenderet , ne secus faciendo, eum contra se ipsum conturbet . Nos, inquit, data opportunitate, de honore & augmento tuo cum Rege sollicite conferemus: & circa conservanda jura & dignitates ecclesiæ tuæ necessariam diligentiam adhibebimus . Datum Senonis, tertio Nonas Martii . Aliis literis eum consolatus , & simul hortatus est , ut circumspectum se exhibeat ad gratiam Regis recuperandam , quantum salva libertate Ecclesiæ, & honestate officii fieri posset : & usque ad proximum Pascha regem sustineat , & nihil in eum vel in terram ipsius exerceat . Henricum etiam regem literis adhortatus est, ut divinam reveritus ultionem, ejusmodi consuetudines exigendo, ecclesiam in servirtutem non redigeret , sed regni & sacerdotii jura distingueret.

Rex consuetudines suas executioni mandari curabat , & clericos furti vel homicidii reos ab episcopis depositos, ad tribunal sæculare puniendos remittebat. Thomas id fieri non debere pro certo statuebat, ex quadam constitutione Justiniani, qua statuitur, ut de crimine ecclesiastico cognoscat episcopus, & reum canonice puniat , aliis vero judicibus ejusmodi criminum cognitio interdicitur. Sic eam mutilam refert Gratianus: additur enim in novella Justiniani : Si civile fuerit crimen, civilis judex causam informabit, & si clericum deprehendat reum , eum ab episcopo depositum juxta leges pœna afficiet . Henricus rex aliquid plus concedebat foro ecclesiastico : clericos a suis justitiariis in publico flagitio deprehensos , episcopo loci reddendos decreverat , ut quos inveniret obnoxios, præsente justitiario Regis exauctoraret, & postea curiæ traderet puniendos. Thomas id injustum putabat, quia bis judicaretur in id ipsum; quapropter quos exauctoraverant episcopi, a manu laicali protegere contendebat. Voluntati Regis acquiescebant cæteri episcopi . Ejus animum jam gravissime commotum novis adversus archiepiscopum criminationibus exacerbabant aulici, qui quælibet ejus verba vel facta in crimen trahebant, insinuantes Regi ejus authoritatem periclitari, si prævaleret archiepiscopus . Quapropter Rex eum in judicium trahere constituit.

Thomas super actum, quem egerat cancellarius , in judicium vocatus , præsentiam suam conventui Northamptonensi exhibuit, tertio Idus Octobris anni millesimi centesimi sexagesimi quarti . Convenerant illuc episcopi, comites & barones totius regni. Et quoniam episcopatuum , abbatiarum vacantium bona de jure cancellariæ fuerant deputata ejus custodiæ per annos plurimos , nullamque super his reddiderat rationem , hanc exhiberi Rex requirebat . Henricus Wintonienſis episcopus hanc non deberi probavit , siquidem Thomas ante consecrationem suam ab Henrico filio & hærede Regis , & a justitiario regni liber & absolutus ab omni ratione fuisset assignatus episcopus . Sed cum absolutionem hanc factam Regis mandato probari non posset, rationem esse reddendam multi reputabant . Thomas petiit, ut a prudentioribus consilium petere sibi liceret . Prudentiores ei suasere ne sedem suam abdicaret , sed temporum necessitati cedens Regi morem gereret , ne se ipsum & Anglicanam ecclesiam proximæ ruinæ exponeret . Thomas tunc vocatis duobus comitibus inducias postulavit in crastinum, quas Rex concessit.

Sequenti die passione iliaca graviter vexatus est . Ibid. Itaque missis ad eum citandum respondit, se tertia die certo venturum . Re ipsa post celebratam Missam , amoto ab humeris pallio cum infula, cæteris indutus vestibus sacris, cappa clericali superinjecta, crucem propria manu bajulans , & sacram Eucharistiam secreto deferens , ut esset sibi in tantis periculis posito præsidium , venit ad cameram , ubi Rex ipsum præstolabatur. Occurrens ei Robertus

Christi An. 1164. Alford. tom. 4. ad an. 1163.

Alexand. P. ep. 8. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Epist. 9.

Epist. 10.

S. Thom. vit. c. 24.

Radulph. ad an. 1163.

Ibid. Concil. tom 6. ed. Hard.

CHRISTI AN. 1164. Herefordensis episcopus hortatus est, ut crucem deponeret, ne Regem offenderet, vel saltem eam sibi deferendam concederet. Utrumque Thomas abnuit. Rex his auditis secessit in conclavem interiorem.

Ibid. Thomas in loco destinato solus ex una parte sedit, ex altera parte sedebant pauci episcopi, qui vocati sunt ad Regis consilium. Rogerius Eboracensis exiens ait clericis suis: Hinc recedamus, non decet nos videre quæ modo contingent Cantuariensi. Bartholomæus Exoniensis e camera Regis exiens, procidit ad Thomæ pedes, & ait: Pater mi, miserere tui, miserere nostri: omnes enim hodie perimus odio capitis tui. Exiit enim edictum a Rege, ut qui tecum staret, publicus hostis judicaretur, in capite puniendus. Thomas hunc inspiciens, Fuge, inquit, quia non sapis ea quæ Dei sunt. Tunc ad Thomam venerunt omnes episcopi, & Hilarius Ciceſtrensis ei dixit: Aliquando fuisti noster archiepiscopus: sed quia Regi juraſti, te ejus dignitatem & consuetudines servaturum, & nunc eas niteris destruere; idcirco te reum perjurii dicimus, & perjuro archiepiscopo de cætero non obedimus. Nos itaque & nostra sub domini Papæ protectione ponentes, te ad ejus præsentiam appellamus super his responsurum. Tum ex adverso sederunt in silentio. Robertus Ciceſtrensis ait: Rex tibi mandat, ut venias redditurus rationem super objectis: alioquin audi judicium tuum. Judicium? inquit Thomas, immo, fili comes tu prius audi... In mea promotione, præsente Henrico Regis filio, cui & hoc ipsum mandatum fuit, quæsitum est, qualem me redderent Cantuarienſi ecclesiæ: & responsum est, liberum & absolutum ab omni nexu curiali. Si igitur liber & absolutus, super his, a quibus liberatus sum, nec teneor, nec volo deinceps respondere. Et quia nec lex, nec ratio permittit, ut filii judicent patrem, sub solo Deo a domino Papa judicandus, cujus præsentiam appello, ecclesia Cantuarienſi, ordine & dignitate mea, cum omnibus ad eam pertinentibus, sub ejus protectione positis. Et vos, fratres & coepiscopi mei, ad domini Papæ judicium voco: & sic Catholicæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis authoritate munitus recedo. Contumeliis & injuriis abeuntem prosequuntur.

In Quadrip. l. 1. c. 40. Thomas sequenti die Rogerium Wigornienſem, & Robertum Herefordenſem episcopos & capellanum suum misit ad Regem, postulans securum e regno egressum. Rex responsum distulit. Eodem die duo proceres ad Thomam veniunt collacrymantes, protestanturque viros maleficos insignes in illius necem conspirasse: ne ergo causa ecclesiæ in morte ejus pateretur occasum, cœpit cogitare de fuga, jussitque ipsa nocte in ecclesia S. Andreæ sibi parari lectum inter duo altaria. Huc cum paucis accedens septem psalmos pœnitentiales cum Sanctorum litaniis prostratus recitavit: deinde decubuit, capescendæ quietis simulans occasionem. Sed secreto per posticum exiens paulo ante gallicinium clandestinam iniit fugam. Mane facto ejus servi, fuga cognita, latitarunt. Rex vero plurimum turbatus est, convocatisque episcopis & proceribus scisciatur quid agendum. Commune fuit omnium consilium, ut majores episcopi, qui se Regi obligaverant, Romanum adirent Pontificem, & de perturbatione pacis regni & sacerdotii, & reatu perjurii eum accusarent, & interim omnia ejus in pace essent, dum Papæ judicium referrent. Itaque regio edicto proclamatum est, ne quis Thomam molestaret, aut de possessionibus ejus aliquid auferret. Et iter confestim arripiunt Rogerius Eboracensis episcopus, Gilbertus Londonienſis, Rogerius Wigornienſis, Hilarius Ciceſtrensis, Bartholomæus Exoniensis, episcopi, & cum his nonnulli aulici potentes, missi in magno apparatu, & cum multis muneribus. Thomas vero clam fugiens fratrem suum habebat viæ ducem, & per plures noctes incedens per invia, ad portum Sandicum pervenit, naviculaque fragili transvectus est in Flandriam; & post multas itineris molestias & pericula, earum enim regionum principes Anglorum regi erant consanguinitate conjuncti, & partim pedes, partim equo vectus venit ad Clammarense monasterium ordinis Cistercienſis, non procul a castro sancti Audomari. Regis legati cum ad illud eadem die perveniſſent, Thomas inde discedens, eadem nocte ad abbatiam sancti Bertini navigando venit, ibique convenienter susceptus secure delituit.

VIII. Interea Octavianus pseudo-Papa, quarta feria post octavas Paschæ, seu die vigesima secunda Aprilis obiit in urbe Lucensi, & sepultus est in monasterio extra civitatem. Cum enim canonici majoris ecclesiæ, & regulares canonici sancti Fridiani ei sepulturam negassent, præeligentes a suis migrare sedibus, quam admittere corpus schismatici, quem credebant in inferno sepultum esse, a satellitibus Imperatoris & familia propria ad miseros monachos cadaver illud perlatum est. Ejus mortem deflevit Alexander Papa. Eadem die, qua sepultus est, cardinales, quos ipse creaverat, convenientes mandato Imperatoris Guidonem episcopum Cremensem elegerunt in antipapam, qui die vigesima septima Aprilis ab Henrico Leodiensium episcopo & aliis quibusdam episcopis consecratus est, & dictus Paschalis III. Leodiensis autem episcopus, qui ab eodem vicissim pallium acceperat, eodem anno mortuus est. Guidonis promotionem confirmavit Imperator, & super sancta evangelia juravit, quod eum ejusque successores haberet catholicos Papas; Alexandrum vero ac successores ejus semper schismaticos teneret. Id ipsum quoque viros ecclesiasticos, quousque facere potuit, nihilominus jurare coegit.

CHRISTI AN. 1164. Epist. ad Thom. Cant. *Mort Octaviani antipapæ.* *Guido Crem. antipap. Ægid. de aurea.* Act. Alexand. apud Bar.

Romæ vero defunctus est Julius Prænestinus episcopus, Alexandri Papæ vicarius, & in ejus locum Joannes presbyter cardinalis, tituli SS. Joannis & Pauli, subrogatus, Romanum populum ex maxima parte magnis largitionibus ad Alexandri obedientiam reduxit, qui senatum juxta voluntatem ejus constituit innovando; ecclesiam quoque B. Petri, & comitatum Sabinensem, quem schismatici per violentiam Imperatoris hactenus detinuerant, vicario reddidit. Imperator enim jam minus timebatur; Longobardiæ enim civitates cum Venetis adversus eum conspiraverant. Joannes vicarius habito cum fidelibus clericis & laicis consilio de revocando pontifice, nuncios ad eum & literas in Galliam transmisit, orans ex parte cleri & populi Romani, ut ad suam sedem reverti dignaretur. Alexander his auditis, de sua ad urbem reversione cum cardinalibus & episcopis tractare cœpit, & licet multa imminerent difficilia, tamen regum Franciæ & Angliæ & episcoporum Galliæ consilio, Joanni vicario certum de suo reditu responsum dedit, statimque ad iter se festinanter accinxit. Hugo Rotomagensis archiepiscopus datis ad suffraganeos suos literis, eis significavit vicinum Papæ reditum, quem expectabat Italia, tum addit: Nec ad omnimodam pacis & securitatis plenitudinem quidquam deest, nisi ut dominus Papa sumptibus exinanitus immensis, sibi & suis vectigalium sufficientiam de vestra largitione restauret. Ex quibus liquet hanc subventionem fuisse liberam. Idem factum in Galliis conjicere licet. Sed ad annum sequentem dilata est ejus profectio, & multa prius pro temporis necessitate disposuit.

Act. Alexand. apud Bar.

In Quadrip. vit. S. Thom. l. 2. c. 6. IX. Angliæ regis legati per idem tempus Ludovicum Francorum regem apud Compendium adeunt, sui regis ei literas porrigunt, in quibus scriptum erat, quod Thomas quondam Cantuarienſis archiepiscopus de regno suo tanquam proditor fugerit. Unde, ne ipsum reciperet, precabatur. Rex quæsivit, quis Thomam deposuisset? Ego vero, inquit, Rex sum, & tamen minimum de clericis regni mei deponere non valerem. Hebertus & alius a Thoma missi nuncios sequebantur, ut eorum verba & gesta certius explorarent. Ipsi quoque Regem convenerunt nomine archipræsulis: Rex ut cognovit eos esse de ejus familia, eos deosculatus benigne audivit. Lacrymabilem ejus periculorum historiam cum ei exposuissent, regiæ clementiæ viscera commota sunt, eisque quid Angliæ rex scripserit, indicavit, adjecitque, illius versiculi meminisse debuisset rex Angliæ, irascimini, & nolite peccare: priusquam amicum tam dure tractaret. Alter e nunciis mox ei respondit: Domine, forte illius versiculi recordatus fuisset, si illum tam frequenter, ut vos in aula regali audiisset. Rex subrisit. Et sequenti die consilio cum suis habito, Thomæ pacem & securitatem in tota sua ditione concessit. Hoc enim, inquit, e pristina dignitate diadematis regum Francorum est, ut exules, & præsertim personæ ecclesiasticæ Regum & regni securitate & pace perfruantur, & a persecutorum injuria defendantur.

Ibid. Archiepiscopi nuncii post hæc ad Papam Senonas accelerant. Regis legati eos pridie prævenerant, sicque vel muneribus, vel falsa rerum gestarum relatione cardinalium animos præoccupaverant, ut Thomæ missos

Christi An. 1164. missos nequidem in osculo receperint: qui tamen eadem die sub vesperam archiepiscopi nomine Papam salutarunt, eique literas ejus tradidere, quas non nisi satis mendose descriptas habemus: & præsulis pressuras narravere libenter audienti & compatienti, ita ut lacrymas cohibere non potuerit, eisque dixerit, dominus vester adhuc vivens jam martyrii privilegium sibi vindicat, & data benedictione remisit ad hospitium.

Ibid. Altera die Papa cum cardinalibus, qui tunc fere omnes in curia præsentes erant, consistorium intravit: advocatis utriusque partis nunciis, Londinensis episcopus prior verba fecit. Primo quidem authoritatem Papæ commendavit. Secundo, Cantuariensem criminatus est, quasi ex levi occasione, quæ facilius posset extingui, sua pertinacia regnum & sacerdotium perturbasset, & nemine vim inferente fugerit. Cicestrensis episcopus eadem diversis verbis iteravit, sed neuter quidquam eorum, quæ causæ propria erant, attigit. Eboracensis archiepiscopus Thomam pertinaciæ insimulavit, & Papam hortatus est, ut eum severe coerceret. Exoniensis episcopus petiit legatos, qui præsente Thoma causam illam coram Rege audiant & decidant. Comes de Arundel patria lingua Regis sui devotionem & reverentiam erga Papam commendavit, quem hortatus est, ut ad hanc causam finiendam invigilaret attentius. Hæc regiorum legatorum diversa postulantium discordia, & orationes, quæ nihil ad propositum conducens continent, quique in Regis concilio deliberata non exequuntur, sed ut ibidem legitur, risum movent authoris vitæ S. Thomæ, relationem suspectam mihi saltem ex hac parte faciunt, ne quædam minus vere, sed adulatorie scripta contineat.

Ibid. Papa, qui ex multorum secreta relatione causam dissensionis inter Regem & archiepiscopum, & gestorum veritatem cognoverat, legatos hortatur, ut archiepiscopi adventum expectarent. Illi vero expectare renuentes, quia terminus sui reditus a Rege præfixus instabat, instanter postulant, ut legatus a latere mittatur in Angliam, qui causam inter Regem & episcopum terminet. Papa coarctabatur, redintegrato enim schismate, Regis animum alienare verebatur, si negaret, quod per tam honorificos legatos postulabat. Non minus metuebat archiepiscopum remittere in Angliam, ubi velut hostis publicus habebatur, ne opprimeretur ejus innocentia, non sine gravi ecclesiæ scandalo. Verumtamen librato consilio, Regis petitionem non adimplendam decrevit, nisi archipræsulis adventum expectarent. At illi expectare nolentes, voto frustrati in Angliam revertuntur. Papa Thomæ scripsit: sententiam ab episcopis & baronibus Angliæ, quoniam ad primam Regis citationem tui copiam non feciſti, adversum te præsumptuose prolatam . . . in qua tibi omnia mobilia . . . abjudicarunt, præsertim cum nulla mobilia præterquam de bonis ecclesiæ tuæ habueris, irritam penitus esse censemus, & eam Apostolica authoritate cassamus, statuentes ut nullas in posterum vires obtineat.

Concil. tom. 6. Edit. Hard. p. 1612.

In Quadrip. vit. S. Thom. l. 2. c. 6. Thomas post aliquot dies ex abbatia sancti Bertini profectus est, comitibus abbate & Milone Trevirensi archiepiscopo, qui propter viæ securitatem illum deduxerunt Suessionem, quo sequenti die Francorum Rex venit, & ad Thomæ descendit hospitium, & securitate promissa, sumptus necessarios de fisco acceptare compulit. Thomas Regi maximas egit gratias, & post aliquot dies ad Papam properavit, regiis ministris eum deducentibus. Tepide a cardinalibus, a Papa vero benigne susceptus est, qui præcepit, ut sequenti die exilii sui causas coram fratribus exponeret. Itaque crastino, dum propter reverentiam vellet assurgere, jussus est sedendo causam edicere. Ostendit se obsequendo voluntati regis Angliæ facillime posse cum eo redire in gratiam; sed ecclesiæ suæ privilegiis derogare sibi non esse integrum, salva conscientia. Tum protulit exemplar consuetudinum, quas Rex exigebat, quibus perlectis, moti sunt usque ad lacrymas qui prius pro viribus adversabantur. Verum hæc pars relationis parum probabilis videtur. Cardinales, priusquam Thomas Anglia egrederetur, consuetudinum exemplar receperant, & Papam jam eas damnasse refert idem author; & addit, quod Papa Thomam dure increpavit, ob approbatas viva voce cum aliis episcopis ejusmodi consuetudines, quas cum sæpius relegerit Alexander, partim toleravit, partim reprobavit.

Thomam rursus admissus ad audientiam, annulum pastoralem Papæ reddidit, & archiepiscopatum resignavit. Habita secreta deliberatione, inquit author, quidam suadebant, ut accepta ejus dimissione, sic Rex placaretur, & cessaret dissensio, Thomæ vero commodius provideretur. Mirum sane consilium: Qui enim sic pax inter regnum & sacerdotium conciliari potuisset, nisi Thomæ successor comprobaret consuetudines, quas Papa damnaverat? Itaque Papa Thomæ præcepit, ut pontificalis officii curam de sua manu reciperet, eumque in integrum restituit, ac commendavit abbati Pontiniacensi, qui ei vitæ necessaria submini strraret, donec pacis tempus aspiraret. Hæc non satis cohærent cum prædicta regis Franciæ liberalitate. Christi An. 1164. Ibid.

Thomas accepta benedictione cum paucis familiaribus Pontiniacum ingressus induit habitum monachalem, quem Papa benedixerat, illudque monasterium habuit ut scholam virtutum, qua erudiebatur ad prælium. Sed quietem, quam sperabat, non invenit. Angliæ rex res ejus omnes suorumque confiscari præcepit, & omnes ejus consanguineos & familiares proscriptos addixit exilio, & jurare compulit, quod adirent archiepiscopum: prohibitumque est, ne pro eo oraret ecclesia. Quotidie igitur ad eum exulum multitudo confluebat: conquerebanturque hanc se illius causa pati miseriam. Thomas ipsos cum literis supplicatoriis ad diversas personas destinavit, qui eos benigne susceperunt, ita ut plurimi felicius in exilio, quam in patria degerent. Plures, quos a juramento Romanus Pontifex absolvit, in Flandria remansere. Ibid.

Thomas tot malis infractus austerius vitæ genus instituit; cilicio semper ad carnem indutus, crebris flagellationibus & jejuniis corpus suum in servitutem redigebat; monacho, quo ad vitæ necessitatem ministro utebatur, præceperat, ut communem monachorum cibum cum reliquis sibi appositis intermiseeret: sicque pluribus diebus solis aridis & insipidis leguminibus vescebatur: hinc esculentiori cibo jam dudum assueti vires fatiscere cœperunt, atque in gravem languorem incidit: consuetosque cibos resumere coactus est. Interim hoc inter Papam & Angliæ regem agebatur, ut ad mutuum de pace colloquium venirent. Rex illud acceptavit, modo Thomas non adesset; quam conditionem admittere noluit Pontifex, qui re infecta venit Parisios. Cumque per totam Franciam multæ & variæ sententiæ de fide inter magistros haberentur; Alexander Papa, convocatis in unum scholasticis, & quibusque literatis, in ipsa vigilia nativitatis Domini, usque ad tria, ut fertur, millia, cum assentientibus sibi cardinalibus, condemnavit, & omnino interdixit omnes tropos, & indisciplinatas quæstiones in Theologia, Parisiensique episcopo sub obedientia præcepit, ut per totam Franciam eas compesceret. Sententia autem de gloria hominis in Deum assumpti, & in Deum nati, approbata est ibi coram Papa, ac roborata, conscriptis inde centum quinquaginta & amplius authoritatibus. Ibid. Chronograph.

X. Ludovicus rex ineunte anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, sequentes ab Amalrico Hierosolymorum rege literas recepit; " Nobis apud Ægyptum cum Syracuino dimicantibus factum est, ut Raimundus comes Tripolitanus, & Boemundus princeps Antiochenus cum multo exercitu ad liberandum castellum prope Antiochiam situm, nomine Haring, quod Noradinus cum innumera multitudine obsederat, irent, & auxilio divino hostibus eorum adventui cedentibus, liberarent. Accidit autem, dum præfati principes, non contenti tanto Dei beneficio, superbe hostes ad loca naturaliter munitissima insequerentur, ipsos ab hostibus capi, & omnem fere eorum exercitum partim capi, partim occidi; & postea quidem proditores Noradino Panadium tradiderunt. Sic itaque quasi in angustiore pendulo sancta laborans terra, vestrum, & vestrorum potissimum, quod sibi efficacissimum fore speramus, nobiscum implorat auxilium. „ Rex his perlectis, ex consilio Papæ edixit, ut quilibet nobilis & clericus ad defensionem & juvamen ecclesiæ Orientalis, per quatuor annos ex viginti solidis annui reditus unum penderet. Rex easdem literas cum suis per legatos transmisit ad regem Angliæ, qui anno sequenti convocatis apud Cenomaniam episcopis, abbatibus & optimatibus provinciarum, quas in Gallias possidebat: precibus & exemplo regis Francorum, & assensu omnium statuit, Christi An. 1165. Ducheſn. tom. 4. p. 696. Chron. Gervaſ.

Christi An. 1165. statuit, ut omnes hoc anno de qualibet libra bonorum suorum duos denarios, & quatuor annis sequentibus de singulis libris singulos denarios solverent. Condonata est tertia pars pœnitentiæ suæ omnibus, qui fideliter hanc eleemosynam persolverent. Alexander Papa sanctam Helenam Sueviam canonizavit. Beatus autem Hartmannus Brixinensis episcopus, & S. Ebrardus Salisburgensis archiepiscopus ad æternam vitam migrarunt. In Ebrardi locum successit Conradus Patavienſis episcopus, ab omni clero & populo unanimiter electus, ut cum Alexandro staret, sicut prædecessor suus. Conradus ad Imperatorem fratruelem suum profectus est pro regalibus ab eo suscipiendis: sed cum Paschalem Papam agnoscere nollet, sine regalibus, cum gratia tamen ab Imperatore dimissus est.

Canis. tom. 2.

Chronograph.

Concil. tom. 6. ed. Hard. p. 1617.

XI. Henricus Anglorum rex Alexandri Pontificis animum cernens minus sibi quam Thomæ Cantuarienſi faventem, cœpit esse Alexandri partibus infensior, ut constat ex sequentibus ejus literis ad Reginaldum Colonienſem archiepiscopum, schismaticorum signiferum. " Diu desideravi, justam habere occasionem recedendi a Papa Alexandro, & a perfidis cardinalibus ejus, qui proditorem meum Thomam, quondam Cantuarienſem archiepiscopum, contra me manutenere præsumunt. Unde cum consilio omnium baronum meorum, & cum consensu cleri, magnos viros de regno meo, scilicet Eboracenſem archiepiscopum, Londonienſem episcopum, archidiaconum Pictavienſem, Joannem de Oxeneford, Richardum de Luci Romam missurus sum, qui publice & manifeste ex parte mea, & totius regni mei, & omnium aliarum terrarum, quas habeo, proponent & denuntiabunt Papæ Alexandro, & cardinalibus suis, ne ulterius proditorem meum manuteneant: sed ita liberent me ab eo, ut alium cum consilio cleri in ecclesia Cantuarienſi possim instituere. Denuntiabunt etiam, quod quidquid Thomas fecit, in irritum revocent. Hoc etiam postulabunt, quod coram eis Papa jurari faciat publice, quod ipse, & successores sui, & mihi, & omnibus successoribus meis, regias consuetudines Henrici avi mei inconcussas, & inviolatas, quantum ad se, conservabunt in perpetuum. Quod si forte alicui petitionum mearum contradicere voluerint: neque ego, neque barones mei, neque clerus meus, aliquam ei ulterius servabimus obedientiam: imo manifeste eum, & omnes suos impugnabimus. Et quicumque in terra mea inventus fuerit, qui ei post hæc adhærere voluerit, expelletur. Ea propter rogamus vos, sicut charissimum amicum, quatenus fratrem Ernoldum, vel fratrem Radulphum Hospitalarium, omni occasione remota, cito ad me mittatis, qui ex parte Imperatoris, & vestra, prædictis nunciis meis ducatum præbeat, eundo & redeundo per terram Imperatoris." Imperator consultus a Colonienſi archiepiscopo misit Radulphum, qui regis Angliæ legatos deduceret.

Ibid. Henricus postea filiam suam Imperatoris filio nuptui tradidit: eaque de re misit ad eum oratores Joannem Oxonienſem, clericum suum, & Richardum Ineceſtrenſem, qui ea occasione interfuere Herbipolenſi conventui, quem pro die vigesima tertia Maji, anno millesimo centesimo sexagesimo quinto condixerat Imperator, ut in eo Guidonis seu Paschalis antipapæ promotio confirmaretur. Quid in eo gestum sit, Alexandro Papæ sic scripsit quidam ejus amicus, qui præsens aderat: " Imperator cum principes suos ad curiam, quam eis in festo Pentecostes indixerat, adunasset; & principes ipsi sabbato ante festum, atque subsequenti secunda feria, de pace inter vos & eum reformanda tractare cœpissent; Reginaldus Colonienſis archiepiscopus advenit, publice asserens & proponens, quod nihil contra vos ad honorem sui labor & studium Imperatoris proficeret, nisi ejus tunc penitus assentiret consiliis. Dicebat enim quod potior pars Imperii vobiscum erat .... Plures tamen ad obedientiam nostri Apostolici, quos ei rex Anglorum episcopos numero quinquaginta, & plures juxta placitum Imperatoris exhiberet. Ei talia promittenti, & ad certitudinem hujus rei duos nuncios ejus præsentialiter exhibenti, de prosequendo ejus consilio suum Imperator pollicetur assensum: & ille hujusmodi consilium Imperatori dedit, ut in conspectu totius curiæ juraret, quod nunquam Alexandrum Papam, vel aliquem ex ejus parte in Papam reciperet, sed Paschali Papæ semper & inseparabiliter adhæreret. Si vero mori illi contingeret, hoc ipsum juramentum sui successores observarent. Principes vero suos hoc ipsum jurare compulit. Præterea quod si prius obiret Imperator, principes ipsi nullum antea coronarent in Regem, quam is qui coronandus esset, de fovendo Paschali & ejus successoribus idem faceret juramentum. Et quod principes infra sex hebdomadas omnes abbates, præpositos, & alios ecclesiarum prælatos, milites quoque, & alios honoratos, hoc jurare compellerent: & eos qui nollent hoc facere, rebus eorum penitus confiscatis, depositos, & honoris sui cingulo spoliatos, & crudeliter mutilatos, a toto Imperio compellerent exulare. "

Conventus Herbipol.

Christi An. 1165.

Imperatori placuit forma consilii, sed archiepiscopo Magdeburgenſi, & aliis episcopis, dura visa est & molesta. Magdeburgenſis etiam se nullum juramentum præstare velle respondit, nisi prius Colonienſis ordines & consecrationem reciperet, sicque omnem dubitationem removeret. Quod cum ille promittere detrectaret, eum sic objurgavit Imperator: " Ecce manifeste apparet, quod sicut traditor & deceptor, in periculum meum Papam mihi præfeceris ignoranti: cum etiam ante receptionem literarum mearum, ne de substituendi Pontificis electione tractares, tu statim (cum Te Deum laudamus) & juxta beneplacitum tuum, novum mihi Pontificem elegisti, plus mihi proditor factus quam Moguntinus electus, quem reum hujus criminis deferebas. Præsertim cum ille dederit mihi salubre consilium, ut ex quo Deus me a prioris periculo liberavit, nullatenus me obnoxium facerem successori. Nunc vero necessario te noveris compellendum, ut laqueum, quem parasti, primus incurras. Et aliis etiam id facere recusantibus, solus habebis subire periculum, quod in malitia tua noscitur cæteris esse præparatum. Itaque Colonienſis primus cum maximo fletu juxta prædictam formam fecit juramentum, & susceptis ordinibus, consecrationem quoque promisit se recepturum. Exhibuit etiam nuncios regis Angliæ, qui in persona regis Angliæ publice coram omnibus juraverunt, quod quidquid Imperator super hoc se servaturum juraverit, ipse quoque Rex tenebit firmiter & servabit: Imperator igitur prædictum præstitit juramentum, sed addidit ex consilio Magdeburgenſis, ut si utroque electo Papa moriente, cardinales utriusque partis in aliquem unanimiter convenirent; liberum sibi esset eum recipere; si tamen, ut postulavit Colonienſis, de Imperatoris assensu eadem electio proveniret. Deinde principes inde singuli præstitere juramentum. Cum vero ad episcopos ventum esset, dicerentque omnes, excepto Verdenſi, velle se potius regalibus cedere, quam hujusmodi sacramenta præstare: Responsum est, oportere eos facere juramentum, & regalia retinere. Sicque cum fletu primus juravit Magdeburgenſis, sub ea tamen conditione, si omnes alii essent juraturi, & quod solutus esset juramento, quocumque tempore desineret regalia possidere. Bambergenſis episcopus post varias excusationes ita ipsi Imperatori juravit; quod quamdiu voluerit regalia retinere, secundum quod ei proprius sensus dictaverit, Imperatori super negotio auxilium & consilium ministrabit. Verdenſis intrusus, & Halberstadenſis absolute, sicut Colonienſis juraverunt. Virdunenſis & Frisingenſis, propter suorum archiepiscoporum absentiam excusati, juramentum facere minime sunt coacti: sed libere ad propria redierunt; usque ad festum SS. Apostolorum Petri & Pauli sibi licentiam impetrantes.

Ibid.

" Hi tantummodo principes juraverunt, dux Saxonienſis, marchio Brandeburgenſis, Albertus comes Palatinus frater Imperatoris, & quidam sororius Imperatoris. Patriarcha Aquilejenſis non affuit, neque Salisburgenſis archiepiscopus, neque Trevirenſis, nec aliquis suorum suffraganeorum, & multi de principibus non affuerunt. "

Ibid. Imperator post hæc encyclicas literas dedit, in quibus eadem scribit, nisi quod ait, subscripsisse quadraginta episcopos, multo vero pauciores in actis recensentur, easque sic concludit: Ad perfectum hujus negotii firmamentum, ex totius Herbipolenſis concilii decreto præcipimus, ut si quis ad sui mandatum antistitis sacramentum supraſcriptum non præstiterit, si clericus sit, aut monachus, ecclesiastico privetur honore ac beneficio: si laicus, alodia & beneficia quæcumque possidet, nostra ipsi authoritate a suo judice vel domino prorsus adimantur. Datum Wirtzburgi Kalendis Julii.

Alexan-

CHRISTI AN. 1165. *Alexander moderate de rege Angliæ conqueritur.*

Alexander Papa prædictas amici ſui literas, cum eſſet in itinere verſus Italiam, recepit, ſtatimque ſcripſit Gilberto Londonienſi epiſcopo Angliæ regi familiariſſimo, revocans memoriam beneficiorum quæ ab ipſo receperat, & addit: " Sollicitius oporteret te circa illa quæ ad ſalutem animæ ejus, & honorem regni pertinent, invigilare, ut & fructus quem ſperamus, proveniret. . . . Quod autem nunc a devotione eccleſiæ animum mentemque revocat, & jam in multis, ſicut in appellationibus, & viſitationibus noſtris, & communicando ſchiſmaticis, & nominatim excommunicatis, ſe contaminat, & quod Cantuarienſem archiepiſcopum de terra ſua exire, eumque perſequi non ceſſat, te non credimus latere. Unde rogamus & mandamus, quod admoto tecum venerabili fratre noſtro Herefordienſi epiſcopo, Regem convenias diligenter, & commoneas ut errata derelinquat, exceſſus iſtos corrigat, matrem ſuam Romanam Eccleſiam diligenter veneretur. „ Tum amorem ſuum & gratum animum erga Regem, quem laudat, teſtatur. Demum Gilberto mandat, ut denarios B. Petri per totam Angliam fideliter colligi faciat, eoſque ſibi tranſmittat maturius, vel etiam præmittat de ſua vel de mutuo accepta pecunia, poſtmodum eam recepturus. Data Claramonti in Avernia die decima Julii.

Apud Alford. tom. 4. p. 147.

Gilbertus Papæ reſcripſit: ſe Regem adiiſſe in Normannia commorantem, unaque cum Herefordienſi inſinuaſſe quæ mandaverat. Rex autem, inquit, reſpondit, aſſerens mentem ſuam ſe a vobis nullatenus avertiſſe, nec id unquam propoſiti mente concepiſſe. Quin . . . . vos ut patrem diligat, & Romanam eccleſiam ut matrem veneretur, & foveat, & ſacris juſſionibus veſtris, ſalva ſibi ſua regnique ſui dignitate, humiliter obtemperet. Quod ſi vos aliqua jam diu reverentia non reſpexit, hanc ejus rei cauſam aſſerit, quod cum vobis in neceſſitate, toto corde, totis viribus aſtiterit . . . . in omni fere petitione ſua ſe repulſam ſuſtinuiſſe conqueritur. De paterna vero gratia vultus ſperans lætiores, in B. Petri & veſtra fidelitate, immobili conſtantia perſeverat. Inde eſt quod Sanctitatem veſtram viſitare volentem nullum impediet, nec hactenus impedivit. In appellationibus, ex antiqua regni ſui inſtitutione, id ſibi vindicat honoris, ut ob civilem cauſam nullus clericorum regni ſui, ejuſdem regni fines exeat; niſi, an ipſius authoritate & mandato jus ſuum obtinere queat, experiatur. . . . Imperatorem etſi ſchiſmaticum noverit, a vobis tamen excommunicatum eſſe uſque hodie non reſcivit. . . . Fratrem noſtrum Cantuarienſem ſuo ſe regno nequaquam expuliſſe aſſerit. Unde ſicut abſceſſit ultroneus; ſic ad eccleſiam ſuam, cum ſibi ſederit in animo, plena pace ſua revertendi ſibi liberum erit: dum tamen ſibi ſatisfaciat, & regias ſibi, quas ipſe juratus eſt, conſuetudines integre conſervare velit. Si qua vero eccleſia, vel eccleſiaſtica perſona, ab ipſo vel a ſuis ſe gravatam oſtenderit, ſatisfactioni pleno totius eccleſiæ judicio paratus erit . . . . . Cauſam ſuam dominus Rex plurimum ſibi juſtificare videtur, cum in omnibus quæ dicta ſunt, eccleſiæ ſui regni conſilio ſimul & judicio ſe pariturum, & patris noſtri domini Cantuarienſis reditum, juxta quod dictum eſt, ſe nullatenus impediturum pollicetur. Unde veſtræ ſupplicandum exiſtimamus excellentiæ, ut . . . . zelum illum, qui ad ulciſcendam omnem, quæ Eccleſiæ Dei irrogatur, injuriam laudabiliter igne divini ſpiritus ſuccenſus eſt, ſi placet, ad tempus intra fines modeſtiæ cohibeatis: ne vel interdicti vel excommunicationis ſententiam, vel ultimum illud præciſionis elogium proferendo eccleſias innumeras miſere ſubverti toleretis, & tam Regem ipſum, quam innumeros cum eo populos a veſtra, quod abſit, obedientia irrevocabiliter avertatis . . . . Sanguis regius tunc ſcit demum vinci, cum vicerit: manſuetudine leniendus eſt, monitis & patientia ſuperandus... In charitate non ficta loquimur: ſi hic rei finis extiterit, ut amiſſis ſuis dominus Cantuarienſis exilium juge ſuſtineat, & veſtris, quod abſit, mandatis ulterius Anglia non obediat: fuiſſet ſatius patienter in tempus ſuſtinuiſſe, quam tanto zelo ſeveritatis partibus inſtitiſſe. Quid enim ſi plures e nobis ab obedientia veſtra perſecutio ſeparare non poſſit? non deerit tamen, qui genu curvet ad Baal, & de manu idoli pallium Cantuariæ ſuſcipiat. Nec deerunt, qui ſedes noſtras occupantes, ipſi tota mentis devotione obediant. Jam multi præmaſticant ad talia, optantes ut veniant ſcandala. Unde non propria, pater, plangimus incommoda: ſed niſi his malis occurritis, fœdam eccleſiæ Dei ſubverſionem imminere cernentes pertimeſcimus. CHRISTI AN. 1165.

Ibid. Henricus rex, vel potius Londonienſis epiſcopus ejus nomine, aliam ad cardinales dedit apologeticam, quæ eadem mutato paululum loquendi modo continebat: legatoſque ſe miſſiſſe in Germaniam, ut de filiæ ſuæ matrimonio cum filio Imperatoris agerent. Alexander Papa etſi ſatis intelligeret, Henricum regem ſic conſtantem profiteri obedientiam, ut ſchiſma proximum minaretur, niſi quæ vellet, obtineret, pro temporis neceſſitate diſſimulandum ratus Gilberto reſcripſit: " Quod circa ea, quæ tuæ injunximus fraternitati, efficax ſtudium impendiſti, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum regem Angliæ, ſuper exaltatione Eccleſiæ, ac noſtra, fideliter commonere curaſti, gratum omnino & acceptum habemus, & tibi gratias uberrimas exſolvimus. Quoniam vero eumdem Regem ut filium chariſſimum arctiori charitate diligimus: idcirco per te, & per venerabiles fratres noſtros, Rotomagenſem archiepiſcopum, & Herefordenſem epiſcopum, nec non per chariſſimam filiam noſtram in Chriſto, illuſtrem quondam Romanorum Imperatricem, matrem ejus, ſæpe ac ſæpe ipſum ſollicitandum duximus, & ad Eccleſiæ devotionem multimodis provocandum... & rogamus fraternitatem tuam, ut eum ſollicite inducas, ut ad ejus (Dei) eccleſiæ honorem pariter & exaltationem ſolito modo intendat, & cauſam ipſius ſtrenue foveat atque defendat: eccleſias vero & eccleſiaſticas perſonas diligat & honoret, & eorum jura conſervet. Venerabilem quoque fratrem noſtrum Cantuarienſem archiepiſcopum in amorem & gratiam ſuam reducat... Malumus ipſum in patientia & manſuetudine vincere, quam eum aliquo modo gravare, quamdiu poterimus ſuſtinere. Datum in gradu Mercurii, undecimo Kalendas Septembris. „ Francorum regem aliis literis rogavit, ut primam ſedem Epiſcopalem vel abbatiam in regno ſuo vacantem Thomæ Cantuarienſi procuraret ad ſuſtentationem.

Concil. tom. 6. edit. Hard. in conv. Herp b. Papa literis ad Rotomagenſem & Burdegalenſem Archiepiſcopos, eorumque ſuffraganeos datis conqueſtus fuerat, quod Angliæ rex cum Reginaldo Colonienſi communicaſſet, & legatos miſiſſet ad Imperatorem. Rotomagenſis archiepiſcopus de ea re ſic ſcripſit ad Henricum cardinalem: Pro domino rege Anglorum omnem exhibemus ſecuritatem, quod Imperatori nec per ſe, nec per nuncios juramentum præſtitit aut promiſſionem, quod ſchiſmatico adhærere velit eccleſiam relicturus. Immo certi ſumus, quod in aliis quibuſcumque de matrimonio pactionibus, licet Teutonici ſuper hoc laborarent per triduum, nihil unquam concedere voluit, niſi præeunte in omnibus fidelitate domini Papæ, & Eccleſiæ, & regis Franciæ. Ipſi vero literis noſtris mandavimus, domina Imperatrix & nos, ut ab hac noxa ſe quam citius excuſet. Hæc partium magis quam veritatis ſtudio ab eo ſcripta eſſe conſtat, non ſolum ex actis conventus & literis Imperatoris ſupra recitatis, ſed præſertim, quod Regis nuncii a S. Thoma ſequenti anno nominatim excommunicati ſunt.

S. Thom. l. 1. epiſt. 85. XII. Arnulphus Lexovienſis literas amicitiæ & prudentis conſilii plenas dedit ad Thomam Cantuarienſem in Galiis exulantem. Poſtquam laudavit ejus conſtantiam in eccleſiæ libertate defendenda, quæ obſtruxerit etiam ora loquentium iniqua, qui eum accuſabant ſuperbiæ, quaſi vel ipſi Regi dominari voluiſſet, contra cum aperte conſtaret, quod cum Regis favorem & ſummam authoritatem facile conſervare potuiſſet; his poſthabitis, pro eccleſia ſe maximis malis & periculis objeciſſet. Admonet eum ne cum de pace agetur, minutiis inſiſtat, ſiquidem ei cum Rege ſit agendum, quem felices ſucceſſus fecerint delicatum, ita ut, quidquid non obſequatur, ducat injuriam ... ſed humilitati & patientiæ preparet ſe quandoque tractabilem . . . Si quid vobis, inquit, ſerenitatis cœperit apparere, occaſionem veſtra ſapientia non repellat: ſed oblatam pleno colligatis amplexu. Super quo ſi quid tractandum acciderit, nolite ſingulos articulos nimia ſubtilitate diſcutere, quia ſubtilitas contentionem parit, contentio vero ſopitos odiorum ignes quaſi quibuſdam flatibus excitat & accendit. Non erit vobis ad ſingularia decurrendum, ſed quaſi generalioribus ſtudioſius inhærere, quia ſalva res eſt, niſi pactiones ſpeciales expreſſe perimant libertatem: ſi enim nos fidei profitemur, & reverentiæ,

CHRISTI AN. 1165. tiæ, & obsequi debitores: si bona & personas nostras honori & utilitatibus ejus offerimus impendendas, & regias dignitates & antiquas consuetudines, in quibus legi Dei non obviant, promittimus observare, non lædit, quia in his omnibus contra debitum nullatenus obligamur. Permitte Regem videri causam obtinuisse coram hominibus, modo tua coram Deo sit salva conscientia .... consolamini, quia de adventu ejus ad Normanniam plurima commoditas incipit apparere; quia præsens efficacius ab his, qui vos diligunt, poterit eorum authoritati cedere, adquiescere consiliis, precibus inclinari... Disposuit etiam, sicut ajunt, in plerisque mitius agere, ut in pacem omnia dissimulatis revocentur injuriis, & ipse celeri reditu ad reprimendam Galensium revertatur audaciam, priusquam cum eis Scoti & Britones conveniant.

Alexander P. Romæ honorifice susceptus. Act. Alex. apud Baron.

XIII. Interea Romani sic in arctum redacti sunt ab Imperialibus, ut paciſci coacti fuerint, se Guidonem antipapam recepturos, nisi ante finem Septembris eis subveniret Alexander, quem crebris literis vocarunt. Ille de monte Pessulano solvens post diem decimam nonam Augusti, cum multo discrimine tum procellarum, tum insidiarum Imperatoris, Messanam pervenit, ibique honorificentissime a Siciliæ rege Willelmo, ecclesiæ Romanæ feudatario susceptus, & muneribus donatus est: cum prius exercitum in Romanorum auxilium misisset. Messana solvit mense Novembri cum triremibus, & præsidio Regis Ostiam advenit. Mane facto, senatores cum nobilibus, & magna cleri & populi multitudine ex urbe ei honorifice occurrerunt, exhibentes tanquam animarum suarum pastori debitam obedientiam, & consuetam reverentiam: & exinde cum cum ramis olivarum, usque ad portam Lateranensem, cum omni gaudio conduxerunt: ubi totus clerus de more solemniter indutus ejus præstolabatur adventum. Ibi & convenerant Judæi, de more legem suam deferentes in brachiis: & concurrerunt signiferi cum bandis, stratores, scriniarii, judices cum advocatis, & non modica populi multitudo. Inchoata processione, undique alternis vocibus cum summa exultatione deductus est ad patriarchium sancti Salvatoris in Lateranense palatium. Hæc acta sunt anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, indictione decima tertia Nono Kalendas Decembris, ipsius pontificatus anno sexto. Papa post tres dies felicem suum adventum Henrico Remensi archiepiscopo, & ejus suffraganeis per literas significavit.

Caroli Imperat. canonizatio. Bolland. 28. Jan.

XIV. Fridericus Imperator die Natalis Domini ejusdem anni assensu Paschalis antipapæ, & ex consilio universorum principum, tam sæcularium, quam ecclesiasticorum, pro elevatione & exaltatione corporis Caroli Magni Imperatoris, atque ejus canonizatione, solemnem curiam Aquisgrani celebravit.

CHRISTI AN. 1166. Paschalis antipapa quarto Kalendas Januarii illud levavit & exaltavit, & Carolum in Sanctorum numerum retulit. Imperator de ea canonizatione diploma promulgavit. Datum est sexto Idus Januarii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto: ejusque corpus in capsa aurea lapidibus decorata collocavit. Et tunc authoritate Metropolitani Colonienſis Aquisgrani solemnitas de eodem Cæsare Augusto orthodoxo, sicut de sancto agitur, quæ prius fiebat de fideli defuncto. Cum autem sequentes legitimi Romani Pontifices hanc canonizationem nec ratam habuerint, nec impugnaverint, ejus cultus propagatus est in alias ecclesias Galliæ, Belgii, & Germaniæ.

S. Thomas Cantuar. fit legatus in Anglia. Alford. tom. 4. p. 153.

XV. Alexander Papa ubi primum Romæ securus constitit, literas ad Thomam Cantuarienſem dedit, quibus eum legatum suum in Anglia constituit, excepta diœcesi Eboracensi. Hanc prærogativam aliis Angliæ episcopis significavit. Papæ literas ab ignoto recepit Gilbertus Londonienſis, qui Regi sic scripsit: " Tanta se nobis authoritas opponit, ut consilium pariter & auxilium a vobis expetere compellamur. Nam quod authoritas Apostolica præcipit, hoc appellatio non suspendit: nec adversus ejus mandatum, ullum potest esse remedium, cum quod præcipitur, implere necesse sit, aut inobedientiæ reatum incurrere. Die namque B. Pauli, cum Londonii ad altare consisteremus, literas domini Papæ de manu cujusdam nobis penitus ignoti suscepimus, quibus legatio in totam Angliam, excepto Eboracensi episcopatu, domino Cantuarienſi conceditur; omnibus etiam nobis episcopis ejusdem authoritate injungitur, quatenus ei tanquam Apostolicæ sedis legato humiliter obediamus.... & super iis, quæ ad nostrum spectant officium, ei plane respondeamus: & quæ statuerit, firmiter observanda suscipiamus. Adjicitur etiam ut omnes, qui beneficia clericorum archiepiscopi, in eorum absentia, mandato vestro perceperint, ad plenam eorum intra duos menses restitutionem, anathematis sententia, omni appellatione remota, compellamus. Denarium etiam B. Petri a coepiscopis nostris præcipimur exigere. Literas prædictæ legationis, & literas archiepiscopi, quas ad plures transmittit episcopos, ipsis aut mittere aut præsentare præcipimur, si in nostri ordinis integritate perseverare curamus. Ad pedes igitur sublimitatis vestræ corde prostrati deposcimus, ut hæc omnia implere concedatis, ne ex toto redigamur ad nihilum. Demum monet Regem, ut mandet episcopis, ut si in literis archiepiscopi gravamen aliquod adversus regni consuetudines intellexerint, ad Papam statim, vel ad legatos brevi venturos, confidenter appellent. CHRISTI AN. 1166.

Ibid.

Thomas post hæc duas ad regem Henricum dedit epistolas commonitorias: In prima benigne Regem monet, ut Anglicanæ ecclesiæ pristinam libertatem restituat: severius agit in altera, & post collaudatam sacerdotii dignitatem, Regi divinam ultionem denuntiat. Rex his graviter offensus, nihil respondit, nisi injurias, quibus portiores monachos Cistercienses oneravit. Metuens tamen ne in terram ejus interdicti, & in personam ejus, anathematis sententia citissime ferretur, Chinone in provincia Turonensi consilium iniit, studiosius inquirens, quonam modo sibi utendum esset adversus Cantuarienſem, qui corpus & animam ei pariter auferret. Lexovienſis episcopus dixit unum esse remedium, imminentem sententiam appellationis obstaculo impedire. Lexovienſis igitur & Sagienſis episcopi Regis jussu missi, ut appellatione interposita, usque ad octavas Paschæ suspenderent Thomæ sententiam. Rotomagensis cum eis profectus est de pace, quam desiderabat, tractaturus. Thomas vero orationis causa iter ad urbem Suessionum arripuerat. Sic ergo, Domino faciente, elusa est sollicitudo regalium episcoporum, qui non invenerunt archiepiscopum, & frustrati a proposito suo reversi sunt. Sic Rex dum per varias consuetudines appellationis jus evacuare conatur, ipsemet pro capite suo ad appellandi refugium evolare cogitur. Thomas vero ubi Suessionem pervenit, beatæ Virgini, cujus memoria hic celebris est, & S. Drausio ejusdem urbis episcopo, qui medio circiter septimo sæculo floruit, & ad quem confugiunt pugnaturi, & beato Gregorio Anglicanæ ecclesiæ fundatori, cujus caput se habere dicunt Suessiones, agonem suum per tres dies precibus commendavit. Inde profectus est Vezeliacum, ut Angliæ regem ejusque fautores publice excommunicaret. Sed cum eum graviter ægrotare didicisset, ipsius excommunicationem distulit. Die vero Pentecostes sequentem in publico sermone sententiam protulit, quam episcopis Cantiæ provinciæ suis literis significavit... " Quoniam vix, inquit, a Rege auditi sumus, & nullatenus exauditi; scriptum illud, in quo illæ non consuetudines, sed pravitates potius, quibus perturbatur, & confunditur Anglicana ecclesia, continentur, ipsiusque scripti authoritatem, invocata Sancti spiritus gratia, publice condemnavimus & cassavimus, præsertim in sex articulis, quos Papa damnavit. Universos etiam observatores, exactores, consiliarios, adjutores, seu defensores earum excommunicamus: omnesque vos episcopos a promissione, qua contra constitutum ecclesiasticum ad earum observationem tenebamini, authoritate Dei & nostra absolvimus. „

Chinonense concilium. Concil. tom. 6. edit. Hard.

Joannes Sarisberiensis. *S. Thomas multis excommunicat.* *Lit. epp.* Alford. tom. 4.

Ibid.

Denuntiavimus etiam excommunicatum Joannem de Oxeneford, qui in hæresim damnatam incidit, præstando juramentum schismaticis... Et quia contra mandatum domini Papæ, & nostrum, decanatum Saresberiensis ecclesiæ sibi usurpavit. Quod factum juri contrarium penitus cassavimus, præcipientes episcopo Saresberiensi, & capitulo, in virtute obedientiæ, & in periculo ordinis sui, ne, visis literis nostris, eum decanum haberent. Similiter Richardum de Ivecestre excommunicavimus, ex eo quod in eamdem hæresim inciderit, communicando cum Reginaldo Colonienſi schismatico, machinando etiam & fabricando omnia mala cum schismaticis, & Teutonicis illis in perniciem Dei & Romanæ Ecclesiæ. Excommunicavimus etiam Richardum de Lucy, & Jocelinum de Baliol, qui pravitatum illarum authores & fabricatores extiterunt. Ranulphum etiam de Broc, qui bona ecclesiæ Cantuarienſis .....

occu-

Christi An. 1166. occupavit, & detinet, homineſque noſtros tam eccleſiaſticos, quam laicos cepit, & in captione detinet. Hugonem quoque de ſancto Claro, & Thomam filium Bernardi, qui ejuſdem quoque Cantuarienſis eccleſiæ bona & poſſeſſiones occupaverunt, & tenent: omnes etiam qui de cætero, in poſſeſſiones & bona Cantuarienſis eccleſiæ, contra voluntatem noſtram & conſenſum, manus violentas extendent, eadem excommunicationis ſententia innodavimus. Tibi autem, frater epiſcope Londinenſis, in virtute obedientiæ injungimus, quatenus præſentes literas aliis coepiſcopis noſtris omnibus de provincia noſtra manifeſtes & oſtendas. „ Thomas facti ſui rationem Papæ literis reddidit, exponens quoſnam & quibus de cauſis excommunicaverat.

Ibid. Henricus rex magiſtrum Gualterium miſit in Angliam cum literis a colloquio Chinonenſi, ut Inſulanos ſuper facta appellatione præmuniret: & portas & tranſitus faceret diligentius obſervari, & clerum ab obediendo ſuſpenderet. Poſt breve tempus epiſcopi ex mandato Regis Londoniam convenerunt, ut de ſententia ſui epiſcopi ad Papam appellarent. Appellationiſque ſuæ literas ad Papam & Thomam ſuffraganeorum Cantuarienſis eccleſiæ nomine direxere; nam ad eos tantum ſpectabat Thomæ ſententia, cui nullum jus legationis in Eboracenſem provinciam Papa conceſſerat. Eorum ad Papam literæ ſic habent. Poſt laudatam regis Angliæ pietatem, & erga Papam obedientiam: " Rex, inquiunt, cum pacem regni ſui enormi inſolentium quorundam clericorum exceſſu, non mediocriter aliquando turbari cognoſceret: clero debitam exhibens reverentiam, eorumdem exceſſus ad eccleſiæ judices retulit epiſcopos, ut gladius gladio ſubveniret.... Qua in re partis utriuſque zelus innotuit: epiſcoporum in hoc ſtante judicio, ut homicidium, & ſi quid ejuſmodi eſt, exauctoratione ſola puniretur in clero. Rege vero exiſtimante pœnam hanc non condigne reſpondere flagitio, nec ſtabiliendæ paci bene proſpici, ſi lector aut acolytus perimat quam præclare nitentem virum religione, vel dignitate, ut ſola jam dicti ordinis amiſſione tutus exiſtat. Clero itaque ſtatuto cœlitus ordini deferente, domino vero Rege peccatum juſto ſicut ſperat, odio perſequente, & pacem altius radicare intendente, ſancta quædam oborta eſt contentio .... hinc non dominationis ambitu, non opprimendæ eccleſiaſticæ libertatis intuitu, ſed ſolidandæ pacis affectu, eo progreſſus eſt, ut regni conſuetudines & dignitates Regibus ante ſe in regno Angliæ a perſonis eccleſiaſticis obſervatas, & pacifice ac reverenter exhibitas, dominus Rex noſter vellet deduci in medium; & ne ſuper his contentionis funis traheretur in poſterum, notitiæ publicæ delegari... hæc eſt domini noſtri Regis in eccleſiam Dei toto orbe declamata crudelitas, hæc ab eo perſecutio, vel undique divulgata malignitas. In his tamen omnibus ſi quid periculoſum animæ, ſi quid ignominioſum eccleſiæ continetur: id veſtra monitus atque motus authoritate, ob reverentiam Chriſti, ob Eccleſiæ ſanctæ honorificentiam, eccleſiæ regni ſui conſilio ſe correcturum devotione ſanctiſſima jam diu pollicitus eſt, & conſtantiſſime pollicetur .... verum hic, de cujus patientia pacem, de cujus modeſtia redintegrationem hucuſque gratiæ ſperabamus: ipſum quem monitis emollire, quem meritis & manſuetudine ſuperare debuerat, per triſtes & miſerabiles literas .... dure ſatis & irreverenter aggreſſus eſt: in ipſum excommunicationis ſententiam, in regnum ejus interdicti pœnam acerrime comminando .... minis quoque gravibus ſuperaddita ſunt graviora. Quoſdam namque fideles & familiares domini Regis, primarios regni proceres .... non citatos, non defenſos, non, ut ajunt, culpæ conſcios, non convictos aut confeſſos, excommunicationis innodavit ſententia, & excommunicatos publice denuntiavit.... Unde ne apoſtolatus veſtri tempore tam miſere ſubvertatur Eccleſia: ne dominus Rex & ſervientes ei populi a veſtra, quod abſit, avertantur obedientia, ne totum, quod privatorum conſilio machinatur, poſſit in nos domini Cantuarienſis iracundia: adverſus eum & ejus mandata, domino noſtro Regi, aut regno ejus, nobis, aut commiſſis nobis eccleſiis gravamen aliquod importantia, ad ſublimitatem veſtram voce & ſcripto appellavimus, & appellationi terminum diem aſcenſionis Dominicæ deſignavimus. „

Concil. tom. 6. ed. Hard. Concil. Anglican.

Hæc autem ſumma eſt eorumdem ad S. Thomam Cantuarienſem epiſtolæ. Significant hactenus ſe ſperaſſe fore ut in ſuo receſſu ſeſe piis operibus exercens, Regis cor, quod in manu Dei eſt, ſic emollire ſatageret. Verum quorundam relatione ſe comperiſſe, quod Regi commonitorium direxerat, quo ei excommunicationem, regno interdictum comminabatur: quo facto ſpem omnem pacis evertiſſet. Quapropter eum adhortantur, ne Regis animum, ſuum benefactorem, qui eum a tenui fortuna ad primas regni & eccleſiæ dignitates evexerat, novis injuriis ad iracundiam & indignationem provocet, ſed potius eum humilitate & charitate vincere ſtudeat, præſertim cum Rex ſi quid peccaverit, ſatisfacere paratus ſit, & eccleſiæ ſuæ judicio ſe pariturum ſponderit. " Movet nos omnes, inquiunt, quod in fratrem noſtrum Saresberienſem epiſcopum, & decanum ejus, præpoſtere, ut quidam æſtimant, nuper actum audivimus: In quos damnationis pœnam, ante motam de culpa controverſiam, calorem, ut videtur, iracundiæ, pluſquam juſtitiæ ſecuti tramitem, intorſiſtis. Ordo judiciorum novus hic eſt, hucuſque legibus & canonibus, ut ſperamus, incognitus: Damnare primum, & de culpa poſtremo cognoſcere: Quem ne in dominum noſtrum Regem, & regnum ejus, nec in nos, & commiſſas nobis eccleſias & parochias, in domini Papæ damnum, ſanctæque Romanæ eccleſiæ dedecus & detrimentum, veſtræque confuſionis argumentum non modicum, exercere tentetis, & extendere, remedium vobis appellationis opponimus: & qui contra metum gravaminum, in facie eccleſiæ, viva jam dudum voce ad dominum Papam appellavimus, iterato jam nunc ad ipſum ſcripto etiam appellamus. „

Christi An. 1166.

Thomas epiſcopus ſuis ſuffraganeis reſcripſit, eorum literas communi conſenſu ſcriptas minime ſibi videri: exprobrat ignaviam, qua ſe communem libertatis eccleſiaſticæ defenſorem in media perſecutione deſeruerint. Tum ad cauſam propius accedens, oſtendit fugiendi neceſſitatem ſibi impoſitam, tum ut vitæ conſuleret, tum ut appellationem apud ſedem apoſtolicam proſequeretur, ſicque aliquod remedium afferret tot vexationibus, quibus afflictabatur Anglicana eccleſia: ſecundo probat promotionem ſuam ad archiepiſcopatum fuiſſe canonicam, cui nemo contradixerit. Præterea ſe Regis ſaluti conſulere dicit, cui quamvis multa, multo tamen plura Deo debeat, cui de commiſſa ſibi authoritate pro correctione peccatorum rationem redditurus eſſet. Eorum autem, quos excommunicavit, crimen cum manifeſtum fuerit & notorium, negat juxta canones neceſſariam fuiſſe præviam inquiſitionem. Demum eorum appellationem ex triplici capite dicit irritam: primo, quia contra ſe ipſos & libertatem eccleſiarum, quam ſecum tueri deberent, nomine Regis appellaverint. Secundo, quia Rex eos eligit judices, cum ipſi in ea cauſa partes actorum adverſus eum agere deberent. Tertio, quia cum ipſe ſit Metropolitanus, a ſuis ſuffraganeis judicari non poſſit. Demum eccleſiæ ſuæ bona & jura ſibi reſtitui poſtulat.

1. Thom. epiſt. l. 1. epiſt. 127.

Gilberto Londonienſi, qui privatim ad eum ſcripſit, eadem fere reſpondit. Præterea conqueritur: Primo, quod annum integrum pro termino ſuæ appellationis aſſignaverint, ſicque prolongaverint exilium ſuum, eccleſiæ ſuæ calamitates, & Regis periculum, cujus conſcientia his non parum læditur, dum verbis promittit ſatisfactionem, & re ipſa multos innocentes affligit & opprimit. Demum hortatur, Regi ſuadeat, ut agnoſcat ſe non eſſe epiſcoporum judicem.

Henricus rex poſt hanc appellationem miſit nuncios ad Papam, a quo tandem impetravit, ut ad pacem reformandam inter ipſum & archiepiſcopum duos a latere mitteret legatos. Præterea Rex literas commonitorias ad generale capitulum Ciſtercienſe direxit, ſignificans quod Thomam Cantuarienſem ſuum inimicum ſuſcepiſſent: ſed ſi conſervare vellent quæ in ſuis ditionibus poſſidebant, ne eum amplius ſecum tenerent. Expleto capitulo venerunt ad archiepiſcopum Ciſtercienſis abbas, & Willelmus Papienſis epiſcopus, illius ordinis quondam monachus, & quidam abbates, eique capituli nomine nunciarunt ſe ſuſcepiſſe tales Regis literas: Non te, inquiunt, expellimus, ſed pro tua prudentia vide, quid expediat. Thomas reſpondit, ſe nulla ratione velle, ut ſui occaſione læſionem ullam ordo pateretur, qui tantam ei exhibuiſſet humanitatem: itaque unum e ſuis miſit ad Ludovicum Francorum regem, qui cauſam receſſus ejus nuntiaret. Rex Ciſtercienſium timidi-

S. Thom. vit. in Quadrip. l. 2. c. 18.

Christi An. 1166. miditatem coarguit, & nuncio dixit: saluta dominum tuum archiepiscopum, eique meo nomine nuntia, quod eum non deseram, sed suscipiam propter Deum; ad quemcumque locum dominationis meæ divertere voluerit. Thomas Senonensem civitatem elegit.

Ibid. Pontiniaco digressurus, ubi per biennium manserat, amare flevit: abbati lacrymarum causam scisciranti, sub fide secreti manifestavit, divinitus se cognovisse, quod brevi gladio moreretur. Hac nocte, inquit, visum est mihi, quod in ecclesia contra dominum regem Anglorum in audientia domini Papæ & cardinalium contenderim: Papa quidem meæ parti favente, sed pro Rege cardinalibus mihi adversantibus. Cum ecce subito supervenerunt quatuor milites, qui me rapientes ab auditorio, in eadem ecclesia capitis mei summitatem excoriarunt: adeo angustiabar, quo defeciisse mihi videbar. Ego vero pro hac quidem revelatione Deo, quantas valeo, gratias ago: sed propter eos doleo, qui me secuti sunt; certissime enim scio, quod me percusso, dispergentur. Hanc visionem retulit etiam abbati de Valle-lucenti suo familiari, cum ei pariter promisisset, quod eo vivente nulli eam manifestaret. Illi duo abbates post ejus martyrium hanc visionem publicarunt.

Ibid. Thomas inde Senonas venit, ubi ab Hugone archiepiscopo & clero & populo civitatis in omni alacritate susceptus est, de fisco ad usum necessaria percipiens ampliissime, ibique per annos quatuor commoratus est. Rex quoties ad hanc urbem veniebat, primo quidem ad ecclesiam, tum ad Thomam se conferebat, ejusque consilio, tanquam viri experti regia negotia tractare, lubenter utebatur. Post aliquot dies reversi sunt ejus nuntii, quos ad Papam miserat, dicentes duos cardinales ad faciendam cum Rege pacem in proximo esse venturos. Thomas non semel conquestus est, aliquot cardinales auro Regis redemptos, plus æquo ei favere. Rex autem plures in bursa sua se habere gloriabatur. Joannes de Oxenefordia Papæ persuaserat pacem inter Regem & archiepiscopum facile posse conciliari, si quis fideliter suam operam impenderet, ejus adjutorem se fore spopondit. Præterea pacis conditiones & regias consuetudines Papæ permiserat arbitrio, qui de iis pro bona voluntate statueret: sicque legatos impetravit. Demum se in conventu Herbipolensi nihil contra fidem ecclesiæ vel Alexandrum Papam egisse sancte juravit, sicque excommunicationis, quam adversus eum Thomas publicaverat, absolutionem obtinuit, decanatumque Sarisberiensem de manu Papæ recepit, & simul annulum in signum benevolentiæ.

Epist. 53. Idem Joannes Imperatricem Mathildem Regis matrem contra Thomam exasperavit, afferens universa quæcumque faceret, mentis elatione, & studio dominationis inchoata; Ecclesiasticam etiam libertatem, quam defensaret, non ad animarum lucrum, sed ad augmentum pecuniarum ejus episcopos intorquere. Siquidem in Anglia delinquentium culpæ apud
Epist. 52. episcopos non mulctantur injunctione pœnitentiæ, sed datione pecuniæ. Nicolaus de monte Rotomagensi, qui hæc ab Imperatrice didicerat, post tres dies ad eam Thomæ literas detulit, quas suscipere distulit. Tertia tamen vice eas satis benigne licet occulte suscepit, & Nicolao legendas injunxit. Archiepiscopus eam hortabatur, ut pacem & libertatem ecclesiæ procuraret, ne Rex ejus filius, eum opprimendo, divinam in se & posteros, qui ejus peccatorum fierent participes, concitaret ultionem. Ne pudeat eum, inquit, coram Deo humiliari per pœnitentiam, cum antiquis Regibus, quorum memoria in benedi-
Epist. 53. ctione est, nihil magis ad gloriam adscribatur, quam pœnitentiæ titulus. His perlectis, Imperatrix imprimis excusavit se, quod de Thoma verba aspera vel ipsi vel aliis privatim & publice dixisset, vel etiam Regi mandasset. Asseruit quoque, quod filius ejus totum, quod de ecclesiasticis agere volebat, ab ea celasset, eo quod cognovisset ipsam potius ecclesiasticæ libertati, quam regiæ voluntati favere. Quin etiam literas suas per quemdam clericum direxit ad filium suum, mandans illi, quatenus totum, quod in mente haberet de statu ecclesiarum vel personæ archiepiscopi, id sibi per literas significaret: & promisit, quod cognita ejus voluntate, si perpenderit laborem suum posse esse fructuosum, studeret pro posse paci ecclesiasticæ. Idem promisit Lexoviensis episcopus, ad quem profectus est; qui etiam eum admonuit, ejus adversarios Regi dedisse consilium, ne reditus ejus ad præsens attingeret, sed ministris suis interdiceret, ne inde quidquam haberet: si igitur, inquit, vos possitis absque reditibus diutius sustinere, facilius & citius pax reddetur Ecclesiæ. Christi An. 1166.

Nicolaus inde reversus est ad Imperatricem, consuetudines regias ei ostendit, addens quasdam esse Epist. 53.
contra fidem Jesu Christi, alias fere omnes esse contra libertatem Ecclesiæ: propter quod timendum esset ei & filio suo de æterno periculo, & temporali. Postridie easdem consuetudines scriptas latine legit, & exposuit gallice. Imperatrix quasdam approbavit, imprimis illud de non excommunicandis justitiariis & ministris Regis sine licentia ejus. Plures improbavit, & præsertim ut episcopi facerent promissionem de iis custodiendis, quod antea factum non erat. Demum iis pacis conditionibus acquievit, ut Rex in ejus & aliarum personarum consilium mitteret, quæ taliter rem moderarentur, ut cessante promissione & scriptura antiquæ Regis consuetudines servarentur, adhibito tali moderamine, ut nec per judices sæculares libertas ecclesiæ tolleretur, nec episcopi abuterentur ecclesiastica libertate. Demum, ut idem refert Nicolaus, ei dixit: Episcopi clericos indiscrete ordinant, qui nullis ecclesiis titulantur. Ex quo fit, ut ordinatorum multitudo paupertate & otio ad turpia facta prolabatur: cum etiam non titulatus non timeat pœnam, quia illum defensabit ecclesia: non timet episcopi carcerem, qui mavult impunitum transire conversum, quam pascendi vel custodiendi sollicitudinem adhibere . . . . Item uni clericulo quatuor aut septem ecclesiæ tribuuntur aut præbendæ, cum sacri canones ubique manifeste prohibeant, ne clericus in duabus ecclesiis connumeretur . . . . verum taceant episcopi, qui hoc faciunt suis parentibus, quod laici sibi servientibus. Item quod multas pecunias suscipiunt episcopi propter peccata apud eos accusatorum, sacris canonibus non consentit . . . . . Nicolaus hæc Thomæ significans ei suasit, ut si literas ad Imperatricem dirigeret, hæc sibi displicere significaret, & aliis idem verbis & factis ostenderet. Sed propositarum in eo colloquio pacis conditionum nulla postea fit mentio: fortassis quoniam mense Septembri sequentis anni e vivis excessit Mathildis Imperatrix.

XVI. Alexander Papa cardinales Willelmum sancti Petri ad vincula, & Ottonem sancti Nicolai diaconum misit ad Henricum Angliæ regem, ut tantum in terra sua Cis-marina legatione fungerentur, eisque mandavit specialiter, ut inter Regem & Thomam Cantuariensem amicam faciant compositionem. Eorum plenam potestatem Angliæ regi & epi- Interp. S. Thom. l. 2. ep. 3.
scopis literis significavit. Hortatusque est, ut eorum judicio acquiescerent. Tum addit: " Interim autem, si aliquam de personis illis, quas Thomas archiepiscopus excommunicationis sententia innodavit, metu mortis laborare contigerit, eumdem ab aliquo vestrum, qui propior fuerit, accepto juramento, quod nostro super hoc, si convaluerit, debeat obtemperare mandato, vel ab alio religioso & discreto viro secundum præscripti tenorem absolvi concedimus. Thomæ vero scripsit: Fraternitatem tuam Ibid.
rogamus, monemus, & mandamus, quatenus, quam Epist. 1.
periculosus præsentis temporis status existat, & quantum ecclesia tibi commissa præsentia & consilio tuo egeat, consideres diligentius & attendas, & ad pacem & concordiam inter te & memoratum Regem firmandam, quantumcumque salva tua & Ecclesiæ honestate fieri possit, animum & voluntatem tuam inclines. Et si tibi in his non omnia secundum beneplacitum tuum succedant, ad præsens dissimules, quæ corrigenda fuerint, ad statum pristinum processu temporis . . . . reducturus . . . . Verum in jam dictos cardinales potes omnino confidere. Nos Wilelmo, ut ad pacem tuam viribus totis intenderet, firmiter & districte injunximus: & ipse tantum nobis promisit, quod nos inde nullatenus dubitamus ... Rogamus etiam, ut comitem Flandrensem ex parte nostra convenias, & instantius exhorteris, ut nostra & ecclesiæ necessitate inspecta, nobis in aliquo liberaliter studeat subvenire. Illos legatos Thomæ fore suspectos Papa præsagiebat. Et re ipsa de iisdem Regi scripsit illos ei fore devotos . . . . . & monuerat ne transcriptum suum ulli mortalium revelaret, nisi soli magistro Gunterio, quia fidem meam, inquit, super hoc magistro Galterio ita stricte, ut voluit, dedi. Hæ tres literæ Laterani datæ sunt,

CHRISTI AN. 1166. sunt, anno millesimo centesimo sexagesimo sexto Kalendis Decembris,

XVII. Manuel Orientis Imperator, qui monachis & religiosis viris prædia & possessiones ablatas restituerat, viros primarios ad Alexandrum Papam legatos misit, cum immensa multitudine pecuniarum, opemque suam adversus Fridericum obtulit, & promisit, quod ecclesiam Græcam, in eo statu, in quo fuerat antiquitus, Romanæ uniret & subjiceret, dummodo sibi sua jura restitueret. Unde postulabat, ut Occidentis Imperii corona privaret Fridericum, eamque sibi restitueret, ac proinde quæcumque Carolus Magnus sedi apostolicæ donaverat: & pro ea re perficienda, ingentia pecuniarum & militum auxilia pollicebatur. Alexander habito de ea re cum episcopis & cardinalibus & Romanorum nobilibus consilio, legatis respondit, se maximas Imperatori habere gratias, ex frequenti visitatione, & ostensione bonæ voluntatis, quam habeat erga Romanam Ecclesiam: ea vero quæ de Imperio postularet, nimis alta esse & periculosa, quibus assensum præbere nec posset, nec deberet: siquidem ex officio suo pacis author esse deberet. Itaque legati cum tota pecunia sua redierunt. Papa cum eis duos cardinales destinavit ad eumdem Imperatorem: qui, ut evidens est, id potissimum intendebat, ut Italiam & Siciliam cum Imperatoris Occidentis titulo reciperet, atque ut destinata perficiat, dum utriusque ecclesiæ Græcæ & Latinæ promittit unionem, divisionem & schisma tunc perseveravisse satis indicat.

Manuel Imp. legatos mittit ad Alex. P. Apud Baron.

Mense Martio ejusdem anni constitutionem de feriis, seu diebus juridicis promulgaverat. Inter dies festos, in quibus tribunalia vacare debent, numeratur Decembris dies nonus, in quo conceptio sanctissimæ Matris Dei nostri celebratur. Idem festum legitur in ordine divini officii Gothici, & in fastis sacris ecclesiæ Æthiopicæ, sed ad alios dies. Hinc quidam deduxere Græcos, Mozarabes, & Æthiopas, antiquitus festum conceptionis immaculatæ Virginis coluisse, quod alii negant: quia in Græcorum menologio, ad diem vigesimam quartam Septembris habetur conceptio Joannis Baptistæ; & in festis ecclesiæ Æthiopicæ, ad diem vigesimam tertiam mensis Septembris legitur: Conceptio Joannis in utero Elisabethæ. Porro constat sanctum Joannem Baptistam in peccato fuisse conceptum.

Ejusdem Imperatoris jussu magnum in Oriente celebratum est concilium, cui interfuere quinquaginta sex episcopi, præside Luca Chrysoberge patriarcha Constantinopolitano. In ea editi sunt novem canones, quibus proscriptus est liber cujusdam Demetrii, viri exiguæ eruditionis, sed maximæ præsumptionis, qui hæc Christi verba (Pater major me est) nolebat intelligi de humanitate Christi, cui persona verbi hypostatice unitur; sed de ea, prout a persona Verbi mente separatur. Definitum est in ea eumdem Christum Dominum, quatenus Deus est, esse æqualem Patri; quatenus vero homo est, Patre minorem secundum Orthodoxos recte prædicari; & tamen ejus humanitatem una cum Verbi persona, eadem latria esse coadorandam. Joanni Irenico & scriptis Demetrii, quibus is error continebatur, dictum est anathema, quo comprehensi sunt multi clerici, qui ea legerant, nec reprobaverant. His canonibus, qui in synodico Græcorum descripti sunt, subscripsit Imperator.

Lucas patriarcha in alia synodo cum triginta Metropolitanis invalida declaravit matrimonia, quæ contrahuntur inter personas consanguinitate conjunctas, quarum una est in sexto, altera est in septimo gradu. Hoc decretum lege confirmavit Manuel Imperator, qui præterea statuit, ut majorum scelerum rei, si ad templum Sophiæ confugerent, cui jus asyli concesserant præcedentes Imperatores, inde educti in carcere includerentur, nisi sponte vitam monasticam profiteri postularent, ad quam prius adigebantur. Demum Lucas clericis prohibuit, ne rebus temporalibus se immiscerent, vel artes mechanicas profiterentur, alioquin suo gradu exciderent. Post duodecim annos sedis obiit anno sequenti, eique successit Michael diaconus, & sacelli præfectus, & summus philosophorum.

Fridericus Imperator Romam capit.

XVIII. Fridericus vero Imperator totius Italiæ amissionem reveritus, expeditionem decrevit, & Ottavianum Raynaldum Colonienſem, & Christianum Moguntinum archiepiscopos intrusos cum ingentibus copiis præmisit in Italiam. Ipse vero mense Novembri profectus, conventum generalem Longobardiæ apud Roncaliam coegit, in quo decretum est, ut Paschalis antipapa ab omnibus defenderetur, & Alexander a pontificatu dejiceretur. Imperator, finito colloquio, die decima sexta mensis Januarii, anno millesimo centesimo sexagesimo septimo, cum conjuge sua & toto exercitu, Romam versus profectus est, & ab urbibus, quæ erant in ejus itinere, obsides & magnas pecunias exegit. Romam præmiserat quosdam principes ad Romanos infestandos, eisque præfecerat Christianum Moguntinum. Romani vero paucitatem hostium videntes, & de absentia Imperatoris audaciam capientes, ex urbe egressi, non procul ab ea pugnam cum adversariis audacter ineunt: sed ab his viriliter profligati sunt, & plures vel occisi, vel captivi facti fuerunt. Quod ubi cognovit Imperator, relicta cujusdam castelli obsidione, festinus venit cum exercitu, & castra sua juxta Romam collocavit, Nono Kalendas Augusti. Accidit autem, ut per quasdam viles personas omnia, quæ erant circa monasterium sancti Petri, cum aliquanta parte ejusdem ecclesiæ concremarentur. Sed nullo resistente, quia omnes se infra Lateranum, & in aliis munitionibus receperant, monasterium sancti Petri, quod adhuc a quibusdam custodibus tuebatur, armata manu aggressi, jussu Imperatoris, occisis aliquantis, qui desuper defendebant, & reliquis in deditionem acceptis, effregerunt.

CHRISTI AN. 1167. Acer. Moren. Chron. Chron. Reidhersperg.

Dum hæc in Romania geruntur, Imperatoris procuratores super Lombardos iniquius solito sævientes, tam gravibus contumeliis eos affligebant, ut nullo modo sic gravatos se vivere posse existimarent. Itaque Longobardiæ civitates habito consilio decreverunt magis mori cum honore, quam miserabiliter vivere, illudque pactum cum juramento inter se firmaverunt, ut quælibet civitas alteram adjuvaret, si Imperator vel ejus procuratores eam molestarent, salva tamen Imperatoris fidelitate. Terminum etiam statuerunt, in quo omnes Mediolanum pergerent & reædificarent, ibique manerent donec Mediolanenses secure consistere possent. Mediolanenses igitur die quinta Maji ejusdem anni intraverunt civitatem suam, erectisque mœnibus, aliisque civitatibus gratias referentes, in domos suas redire concesserunt.

Acerb. Moren. *Lombardorum rebellio.*

Alexander Papa tunc Romæ coacta synodo, Italos & omnes, qui Friderico ex causa Imperii religione jurisjurandi tenebantur adstricti, a fidelitate ejus absolvit .... Abstulit etiam ei regiam dignitatem, ipsumque anathemate condemnavit: & inhibuit authoritate Dei, ne vires ullas amodo in bellicis congressionibus habeat, aut de Christiano aliquo victoriam consequatur, donec fructus pœnitentiæ condignos operetur. In quo secutus est exemplum Gregorii VII. decessoris sui. Et dominus Galdinus de Lascola, Mediolanensis civis & clericus, qui quidem cancellarius domini Ribaldi, & domini Huberti de Pirovano, Mediolanensium archiepiscoporum, per multos annos fuerat, & in locum jam dicti Huberti ad archiepiscopatum Mediolani fuerat sublimatus ab Alexandro Papa, in Lombardia ipsius legatus constitutus, expulsis episcopis schismaticis, Catholicos restituit, & omnes Alexandro Papæ firmiter adhæserunt. Et Guichardus Lugdunensis archiepiscopus ab Alexandro Papa consecratus, ecclesiam & civitatem suam recepit. Hæc omnia cum ad Imperatorem perveniſſent, palam se habere pro nihilo monstravit: tamen hæc clam graviter accipiens, vehementer doluit: sed a cœptis non destitit. Et postquam ecclesiam sancti Petri, & ejus munitionem occupavit; Paschalis, qui Viterbii commorabatur, Romam celeriter venit, & in ecclesia sancti Petri inthronizatur: & postea jubente Imperatore, quosdam electos in episcopos consecravit: & die Dominico proximo trigesimo die Julii, cum suis cardinalibus Missam honorifice celebravit; & in capite Imperatoris circulum aureum imposuit. Sequenti vero die Martis Imperatorem, & Beatricem ejus conjugem coronis ex auro purissimis, & multis pretiosissimis gemmis coronavit, in ipsa sancti Petri ecclesia.

Joann. Saresber. epist. 89. alias 84. Morenæ continuatio. Ibid. Chron. Reichers.

Alexander Pontifex inter hæc, relicto Lateranensi palatio, in munitissimam turrim Frangipanum, quæ intra urbem erat, se recipiens, suscepit nuncios Willelmi junioris Siciliæ regis, qui nuper patri mortuo successerat, auditisque Friderici conatibus, pecunias & triremes ad Papam miserat, quibus eriperetur

Ibid. *Romam capit Fridericus.*

e pericu-

Christi An. 1167. e periculo. Alexander vero remissis triremibus, pecunias divisit inter Romanos sibi fideles. Fridericus autem Romam expugnare cum non posset, ad dolos conversus, Romanis proposuit, optimum esse, ut tam Alexander, quam Paschalis renuntiarent pontificatui, & tertius quidam de utriusque partis consensu eligeretur: hacque conditione se firmam pacem daturum ecclesiæ, & liberam in perpetuum Romani Pontificis electionem clero relicturum promisit. Quod cum approbaret populus afflictus, & pro executione instaret, Alexander, consilio cum episcopis & cardinalibus habito, secreta fuga eludens technas Imperatoris, habitu peregrini pauperis Roma cum paucis exiit, Cajetamque pervenit, ibique habitu pontificali resumpto, Beneventum se recepit. Romani ejus fuga cognita, cum Imperatore fœdus inire, Paschalem pro Papa se habituros jurejurando promittentes, ac omnes pariter, præter Frangipanos, & quam plures alios nobiles Romanos, qui maximas turres ac domos munitas in urbe habebant, fidelitatem fecere Imperatori. Sed die secunda Augusti, cum maxima cœli serenitas esset, statim mirabiliter pluere cœpit, deinde serenitas maxima rediit: & statim infirmitas super Imperatoris exercitum talis excrevit, ut pedites & equites turmatim morerentur, & vix sepeliri possent. Qui autem mane sani per viam ambulabant, non multo post vel incedendo moriebantur. Hac pestilentia periere fere universi principes tam ecclesiastici, quam sæculares, & inter eos Fridericus Bavariæ dux, filius Conradi Imperatoris, & Colonien sis archiepiscopus, & episcopi nuper ab antipapa ordinati cum magna multitudine nobilium. Mortuus est cum aliis Acerbus Morena, patria Lodiensis, cujus chronicon hic desiit: præsens aderat huic expeditioni, ejus relationem secuti sumus. Fridericus Imperator sic amisso exercitu, Roma discedere compulsus, Paschalem Viterbium remisit, cum Romanis obsidibus: ipse vero cum Lucam perveniisset, comitante semper mortalitate, prohibitus est a Lombardis,

Christi An. 1168. ne regionem suam attingeret. Itaque profugus per aspera montium cum paucis pervenit Papiam: & paulo post expulsus ab universa Lombardia, trans Alpes fugere coactus. annoque millesimo centesimo sexagesimo octavo in Germaniam se recepit. Paschalis vero se inclusit in turre Stephani Theobaldi. Anno sequenti inde egressus, cum ecclesiam sancti Petri occupasset, cancri morbus in renibus ejus apparuit, atque cum pulmonis anhelitu tamdiu emisit saniem fœtidam, donec infelicem spiritum exhalavit impœnitens, die vigesima Septembris. Ejus fautores in ejus locum subrogarunt Joannem abbatem Strumiensem, quem Imperator approbavit.

Legati pro causa Thomæ Cantuar.

XIX. Interea legati, quos Alexander pro Thoma Cantuariensi cum rege Angliæ reconciliando miserat, jam circa finem æstatis præcedentis in Galliam pervenerant. Post eorum discessum, cum rumores, quos sparserat Joannes de Oxonia, scilicet eos missos ad Thomæ depositionem, ad Papam perlati fuis-

L. 2. ep. 23. sent; legatis suis præcepit, ut eum per literas suas consolarentur, & omnem ab animo ejus amaritudinem & suspicionem tollentes, eum Henrico regi imprimis reconcilient, & plenam inter eos pacem componere omnimodis intendant, & quanta potuerint ad hoc sollicitudine elaborent. Ita quod ei & ecclesiæ ejus antiqua jura & libertates integre servent, & ne ullatenus intrent in Angliam, nisi archiepiscopus Regi primitus integre reconcilietur. Alioquin, inquit, super nobis & vobis detrahetur plurimum. Audierat enim Francorum regem his rumoribus vehementer fuisse commotum. Aliis literis eumdem Regem deprecatus est, ut archiepiscopi reconciliationem cum Angliæ rege procuraret; quæ si perfici non posset, gratum haberet, si Thomas ut legatus vices suas exerceret in Gallia: & super his voluntatem suam studeat intimare, & interim hoc secretum servet.

L. 2. ep. 9. Willelmus Papiensis Papæ legatus suo & Ottonis cardinalis sui collegæ nomine Thomæ suum adventum significavit, excusans, si prius nonnihil ab eo pro temporis necessitate visus sit alienus, promittensque se ejus cum Rege causam sine personarum acceptione terminaturum, eumque hortatur, ut quæ amplioris diffidii causas generare solent, attentius e-

Epist. 11. & 12. vitet. Thomas ei respondit: non credimus vos ad hoc venisse; nec certe vos ad hoc suscipimus, multis ex causis, quas loco & tempore opportuno manifestabimus: hujusmodi literas consilio Joannis Saresberiensis suppressit ut amariores. In aliis postea scripsit hæc atrociora: Non credebam me tibi venalem proponendum emptoribus, ut de sanguine meo comparares nomen & gloriam. Alius tibi curandus esset proventus, si non status tui nimis periculose oblitus, fortunæ ludibria pensares dissimiliter. Prius tamen ad eundem alias dederat leniores. Item ad legatum Ottonem cardinalem amicitiæ & grati animi significatione plenas dedit. Memoriter tenemus, inquit, quoniam ex quo nostri notitiam habuistis, propter Regum amorem nullatenus nos voluistis deserere, aut pro alicujus emolumenti cupidine nos a dilectione vestra alienare. Dein hortatur ut inter se & Regem pacem conciliet. Joannes autem Saresberiensis cum Thoma conjunctus, ideoque pariter exul, ex quibusdam rumoribus in eosdem legatos itemperantius invehitur. Bellum inter Franciæ & Angliæ reges innovatum est propter Tolosam. Papa legatis suis mandavit, ut pacem inter eos redintegrare quamprimum modis omnibus studerent. Et rursus eis prohibuit, ne in regnum Angliæ intrarent, vel de negotiis ejusdem regni tractarent, & præsertim de consecrationibus episcoporum aliquid efficerent, nisi prius Thomas Cantuariensis Anglorum regi ex integro reconcilietur.

Christi An. 1168. Epist. 13. & 16. 2. ep. 34.

Legati cum Regis & Thomæ animum privatis colloquiis pertentassent, colloquium pro octava sancti Martini indicunt inter Gisortium & Triam, in Franciæ & Normanniæ finibus. Solus Rotomagensis archiepiscopus legatos comitabatur. Thomas Cantuariensis venit cum suis exulibus. Legati multa proposuere de charitate Papæ, & de ejus pro Thoma sollicitudine,... de necessitate Ecclesiæ... de amore & beneficiis, quibus Angliæ rex Thomam prævenerat, & de honore, quem semper ei exhibuit: adjecerunt etiam querelas & injurias, quibus Rex se læsum ab eo conquerebatur, imponens ei inter cætera, quia Francorum regis bellum ei excitaverat; quærentes consilium, quomodo tantam indignationem placare possent; quia sine multa humilitate, & moderatione, & exhibitione honoris noverant tantis periculis remedium adhiberi non posse. Thomas consilio cum suis habito, post gratiarum actionem Papæ & legatis debitam, respondit se omnem humilitatem exhibiturum & honoris & reverentiæ quantumcumque posset: salvo honore Dei, & libertate ecclesiæ, & honestate personæ suæ, & possessionibus ecclesiæ. Et si eis aliquid videretur adjiciendum, aut demendum, aut immutandum, rogavit, ut ei consilium darent, habens acquiescendi propositum, salva conditione professionis & ordinis. Rursus ab eo quæsitum est, an vellet promittere observantiam consuetudinum, quibus Regis decessores usi sunt, & sic sopitis omnibus querelis, redire in gratiam Regis, & recipere sedem suam & administrationem, & pacem sibi & suis. Thomas respondit: nullum decessorum suorum ab aliquo Regum ad hanc professionem fuisse arctatum, neque se, Deo authore, permissurum unquam, ut observet consuetudines, quæ legi Dei patenter adversantur, sedis Apostolicæ convellunt privilegium, ecclesiæ perimunt libertatem, & quas Papa Senonis condemnavit. Interrogatur, an saltem dissimulationem & tolerantiam vellet repromittere, vel non facta mentione consuetudinum, sedem suam recipere & pacem. Thomas respondit: Quod taciturnus spiritum prætendit confitentis. Et si taciturnitate impetrata cessaret concursio, authoritate legatorum intervenien-

2. Epist. 27. & 28. Gisortii colloquium.

te, Rex suam in hac parte causam obtinuisse videretur... & malle se in exilio mori, quam in salutis suæ dispendium, & ecclesiasticæ libertatis præjudicium hanc inire pacem. Legati scisitantur, an vellet eorum judicio stare super his, quæ inter ipsum & Regem vertuntur: Ille respondit: cum ipse & sui plene fuerint ad omnia restituti, juri libenter pariturum, eorumque, quos Papa designaret, subiturum judicium.... Demum quæsitum est, an sub eis judicibus vellet respondere episcopis, qui contra eum appellaverant.... Thomas certus quod plurimi fuerant hujus appellationis ignari, & multis displicebat, respondit similiter, super hoc nullum Papæ se recepisse mandatum; & cum illud receperit, consulto responsurum. Die sequenti Rex Christianissimus legatos admittens ad colloquium, sub religione sacramenti purgavit innocentiam Thomæ Cantuariensis, perhibens ei testimonium, quod ei consilium semper dederat, ut pax servaretur, salvo honore utriusque Regis.

Legati

Christi An. 1168. Legati profecti sunt Argentheon, ut Angliæ Regi, qui eis ad duas leucas occurrit, in colloquio gesta manifestarent. Et sequenti die venerunt ad ejus 2. ep. 6. & 28. consilium cum episcopis & abbatibus. Legati multa suppressere, vel temperavere, ex his quæ audierant: quemadmodum in sua relatione testantur. Post duarum horarum moram, Rex cum eis egressus est usque ad ostium capellæ exterius, publice dicens: Utinam numquam amplius videam aliquem cardinalem. In vigilia S. Andreæ Rex summo mane venatum exiit. Episcopi vero convenerant ad ejus cameram, ibique habita deliberatione exierunt ad ecclesiam, juxta quam cardinales habebant hospitia: eosque convocarunt; assidentibus duobus archiepiscopis, Rotomagensi & Eboracensi cum pluribus episcopis & abbatibus. Londonensis episcopus omnium nomine conquestus est, quod per Thomam stetisset, quominus pax fieret. Et quoniam, inquit, excommunicat antequam commoneat, ideo per appellationem prævenimus præcipitem ejus sententiam: & hac appellatione se includit tota Anglia. Multas etiam adversus eum accusationes proposuit: scilicet, quod debita Regi persolvere nollet, ecclesias opprimeret, & si ejus interdicto paruissent, jam Rex, quem diffamabat, forte recessisset a Romana ecclesia: Tandem quod indebitam ab eo servitutem exigeret, cogens breves suos deferre per Angliam, quamvis quadraginta cursores non sufficerent: & quod a potestate sua fere quadraginta monasteria exemisset, & Londini decanum haberet, qui eorum causas decideret. Affirmavit præterea Regem relaxare interdictum de appellatione, scilicet ad Romanam curiam, quod propter pauperes clericos instituisset: eumque concedere, ut si civilis esset causa, coram civili judice contenderent; si autem ecclesiastica, coram suo judice. Saresberiensis & Wintoniensis episcopi, & archidiaconus & monachus ecclesiæ Cantuariensis huic appellationi adhæsere. Omnes petierunt Apostolos, seu literas appellationis, & dati sunt eis appellatorii. Cardinales die quinta Decembris a Rege decessere, qui ab eis petiit cum lacrymis, ut pro eo intercederent apud Papam, ut eum a Thoma liberaret. Cardinales post hæc archiepiscopo Cantuariensi authoritate Papæ & sua prohibendo mandaverunt, ne de cætero; tum quia Papæ literis erat inhibitum; tum quia solemniter fuerat appellatum; in Angliæ regnum, vel personas, vel ecclesias aliquid gravaminis attentaret. Et rerum gestarum relationem ad Papam transmisere per clericum suum, quem duo Regis legati comitati sunt. Sed in ea multa non reperiuntur, quæ in Thomæ literis ad eumdem leguntur, quibus in sola Papæ audientia se judicari postulat. Acerbius de ecclesiarum oppressione conqueritur, quarum septem reditus Rex usurpaverat, atque pro iis episcopos ordinari non permittebat.

2. ep. 26. Thomas legatos, quos ad significandam appellationem miserant episcopi, noluit admittere, quia cum iis, quos excommunicaverat, communicaverant. Legatis vero rescripsit se scire, quatenus eis obedire teneretur, & facturum, authore Deo, quod Ecclesiæ 2. ep. 47. Dei noverit expedire. Aliis ad Alexandrum literis acerbissime de legatis conquestus est, qui ipsum suspenderant ab omni authoritate, quam habebat in ecclesiis Angliæ & personis, quamvis ei promisisset id numquam futurum: imprimis notat Willelmum legatum, cujus anima, inquit, tota effusa fuit ab initio, & est in ruinam ecclesiasticæ dignitatis, & vestram, ut vel sic fiat Principi gratus . . . Petimus itaque, ut placeat Sanctitati tuæ supervenienti morbo celerem adhibere medicinam, quatenus fiat omnibus in manifesto, citra conscientiam vestram & mandatum ista fuisse præsumpta. Demum in suis ad 2. ep. 46. cardinales literis adversus Angliæ regem querelas iterat, eosque hortatur, ut ecclesiæ oppressæ subveniant, ne eorum dissimulatione crescat principum audacia, exemploque Friderici Imperatoris, & regis Henrici, vastent ecclesiam & opprimant.

Alex. P. ep. 24. Papa concesserat, ut quos Thomas excommunicaverat, instanti mortis periculo absolverentur, promissa prius satisfactione, si convalescerent. Excommunicati, priusquam navigarent in Normanniam, quasi certa mors ex periculis navigationis adesset, Valensis imperiti episcopi absolutionem subripuere. Joannes Saresberiensis de ea fraude querelas ad Papam detulit, qui legatis præcepit, ut eos ad bonorum ecclesiasticorum restitutionem compellerent, vel rursus excommunicationi subjicerent. Quid egerint, priusquam Romam redirent, non liquet. Christi An. 1168.

XX. Henricus Remensis archiepiscopus circa idem tempus novas & indebitas servitutes civibus imponere voluit, qui rebellantes multas ei injurias intulerunt. Ille vicissim contra eos commovit Ludovicum Francorum regem fratrem suum, qui quinquaginta circiter domos diruit: cives postea domos nobilium archiepiscopo faventium diruerunt. Demum cum eis pacem fecit, acceptis quinquaginta libris in recompensatione damnorum, quæ in quadruplum excreverant. Henricus eo tumultu perseverante profectus in Flandriam, ut comitis auxilium postularet, hic deprehendit Manichæos, qui vulgo Poplicani vocabantur: & per quasdam observationes, quas habent, meliores apparebant, quam sint. Archiepiscopo sexcentas argenti marcas obtulere, ut eos tolleraret, quas non recepit. Quoniam igitur apud eum non patebat illis refugium, proclamarunt ad Romani Pontificis audientiam. Ludovicus rex Papæ scripsit, ut hanc hæresim, quæ in his partibus altas egerat radices, evellendam sui fratris arbitrio permitteret. Ibid. l. 2. ep. 31. Duchesn. tom. 4. p. 7. 29.

Eodem tempore deprehensi sunt apud Vezeliacum hujusmodi hæretici, & adducti in quæstionem per ambages verborum tentabant velare suam hæresim. Guillelmus abbas separatos jussit recludi, donec a supervenientibus episcopis convincerentur. Mediantibus Lugdunensi & Narbonensi archiepiscopis, cum episcopo Nivernensi & abbatibus, tandem victi sunt, quod solam divinitatis essentiam ore confitentes, omnia penitus Ecclesiæ sacramenta evacuarent, baptismum scilicet parvulorum, Eucharistiam, vivificæ crucis impressionem, exorcizatæ aquæ aspersionem, basilicarum ædificia, decimarum & oblationum remedia, conjugatorum connubia, monachorum instituta, clericorum & sacerdotum omnia officia. Et cum instaret Paschalis solemnitas anni millesimi centesimi sexagesimi septimi, adducti sunt in medium maximæ multitudinis, quæ totum claustrum occupavit, stante Guichardo Lugdunensi archiepiscopo & Bernardo Nivernensium episcopo, magistro quoque Galterio Laudunensi episcopo, cum Willelmo Vezeliacensi abbate. Itaque requisiti de fide per singula capita, duo sic se credere dixerunt, sicut catholica credit Ecclesia, sed sequenti die cum aquæ probationem subiissent, unus adhuc reus judicatus est, qui virgis cæsus in exilium ejectus est. Alii septem in suo errore pervicaces, id, populo postulante, igni traditi sunt. Spicileg. tom. 3. *Manichæi in Belgio & Burgund.*

XXI. In Septentrionalibus regionibus, non parva incrementa habuit religio, conversione Finlandorum & Rugianorum, qui in Christum crediderunt. Valdemarus Daniæ rex cum exercitu Rugiam insulam ingressus, urbem primariam deditione recepit, ea conditione, ut traditis idolis, quæ comminuta sunt, religionem christianam cum baptismo reciperent. Jaremarus Rugianorum princeps primus baptizatus est, populariusque suis præcepit, ut suum imitarentur exemplum, sicque illi populi anno millesimo centesimo sexagesimo octavo facti sunt Christiani. Absalon Roschildensis, & Berno Mecleburgensis episcopus, qui Regem in ea expeditione comitabantur, pro stabilienda hac nova christianitate plurimum laborarunt. Duodecim ædificatæ sunt ecclesiæ, quibus attributi sunt agri & reditus, qui prius ad Idolorum templa pertinebant, ac in iis constituti presbyteri, qui novam hanc plantationem excolerent. *Rugianor. & Finlandorum conversio.* apud Pag. ad 1164.

Valdemarus rex legatos cum literis ad Papam misit, ut sancti Canuti junioris, patris sui & martyris, canonizationem postularent, atque ut Rugianorum insula Roschildensi episcopo, quoad spiritualia subjiceretur: erat quippe angustior, quam ut proprium haberet episcopum. Episcopi quoque & optimates Papæ pro utroque supplicarant: Alexander annuit. Anno sequenti legati in patriam redeuntes, literas referunt a Pontifice, quibus S. Canutum juniorem ut martyrem sacris honoribus venerari concedebat: & prælationem insulæ Rugiensis in spiritualibus Absaloni Roschildensi ejusque successoribus indulsit in perpetuum. Datæ sunt Beneventi secundo Nonas Novembris, anno millesimo centesimo sexagesimo octavo. Quocirca Rex omni Danica nobilitate sub edicto Ringstadium evocata circa festum sancti Joannis Baptistæ, parenti sacros honores concessos celebrare constituit. Ibid.

Christi An. 1168. Ibid. Helmodus presbyter & canonicus Butronienſis hiſtoriam converſionis Sclavorum ad Chriſtum, a temporibus Caroli Magni uſque ad hæc tempora perduxit. " De omni natione Sclavorum, inquit, ſola Rugianorum gens durior cæteris, in tenebris infidelitatis uſque ad noſtra tempora perduravit, omnibus inacceſſibilis propter maris circumjacentia. Tenuis autem fama commemorat, Ludovicum Caroli Magni filium olim terram Rugianorum obtuliſſe beato Vito in Corbegia, eo quod ipſe fundator extiterit illius monaſterii. Inde prædicatores gentem Rugianorum ad fidem convertiſſe feruntur, illicque oratorium fundaſſe in honorem beati Viti Martyris. Poſtmodum vero ubi Rugiani, mutatis rebus, ad idololatriam redierunt, eorum error factus eſt pejor priore, nam ſanctum Vitum, quem nos ſervum Dei confitemur, pro Deo colere cœperunt, fingentes ei ſimulacrum maximum. Adeo autem hæc ſuperſtitio apud eos invaluit, ut Zuante Vith Deus terræ Rugianorum inter omnia numina Sclavorum primas obtinuerit, clarus in victoriis, efficax in reſponſis. „ Finlandos pariter ſubegit, & ad Chriſti fidem adduxit Ericus Suecorum rex.

Hiſt. Brem. archiep. Hartvicus Bremenſis archiepiſcopus menſe Octobri ejuſdem anni mortuus eſt. Clerus in duas partes diviſus eſt; alii Sifridum Alberti marchionis Brandeburgenſis filium; alii autem Otbertum decanum elegerunt. Saxoniæ dux utrumque, ne poſſeſſionem iniret, prohibuit. Imperator non multo poſt Bambergæ curiam habuit: hic ea duplici electione rejecta, Balduinus præpoſitus Halberſtadienſis authoritate ejuſdem ducis in eam ſedem intruſus eſt, atque a ſchiſmaticis conſecratus, ab antipapa pallium recepit. Sifridus factus eſt epiſcopus Brandeburgenſis.

Chronog. Reicherſ. Conradus Salisburgenſis archiepiſcopus, filius ſancti Leopoldi marchionis Auſtriæ, & frater Ottonis Friſingenſis, cui doctrina & pietate perſimilis fuit, die vigeſima octava Septembris, dolore calculi laborans migravit ad Deum: multa gravamina paſſus eſt a fratruele ſuo Friderico Imperatore ob defenſionem eccleſiæ, & poſt plurimas infeſtationes iniquorum hominum contra eum & eccleſiam ſuam pro juſſu Imperatoris ſævientium, tandem adjutorio Dei ſopitis omnibus, qui adverſus eum arma tulerant, eos in gratiam receptos, ab excommunicatione quoque, qua eos alligaverat, abſolvit. Communi electione cleri & plebis electus eſt in ejus locum Adalbertus regis Bohemorum filius, diaconus adoleſcens, & in die feſtivitatis omnium Sanctorum in cathedrali eccleſia inthronizatus eſt. Anno ſequenti conſecratus ab Uldarico patriarcha Aquilejenſi, pallium ab Alexandro Papa petiit, & accepit.

In Quadrag. c. 25. XXII. Ludovicus Francorum rex Papæ literis ſollicitatus, ut pro reconciliatione Thomæ Cantuarienſis cum Angliæ rege pacis mediatorem ſe interponeret, cum in quodam cum eodem Rege colloquio pacem compoſuiſſet, uſus opportunitate Thomam evocat, Henricoque regi ſuggerit, archiepiſcopum ſuo ſe arbitrio velle committere, qui præſentiam ejus ſic gratius acceptavit. Thomas ad pedes Regis abjectus dixit: Domine rex, totam cauſam, unde inter nos orta eſt diſſenſio, tuo committo arbitrio, ſalvo honore Dei. (Vix multorum ſuaſionibus adduci potuerat, ut regiæ clementiæ ſe committeret.) Rex his verbis offenſus, multis ipſum contumeliis afficiens, ait regi Franciæ: Domine mi, attende, ſi placet. Quidquid iſti diſplicuerit, dicet honori Dei eſſe contrarium, & ſic ſua & mea omnia ſibi vindicabit. Sed ne videar honori Dei reſiſtere, hæc offero. Multi fuerunt ante me reges in Anglia: multi fuerunt ante eum archiepiſcopi Cantuariæ, magni & ſancti viri. Quod igitur anteceſſorum ſuorum major & ſanctior fecit anteceſſorum meorum minimo, hoc mihi faciat, & quieſco. Acclamatur undique: Rex ſatis ſe humiliat. Franciæ rex adjecit: Domine archiepiſcope, vis eſſe major ſanctis viris? Quid dubitas? Ecce pax præ foribus. Thomas reſpondit: verum eſt, anteceſſores noſtri multo meliores fuerunt, & majores: ſinguli autem ſuis temporibus, etſi non omnia ſe adverſus Deum extollentia, quædam tamen reſecarunt, ... nec ſi aliquis eorum tepuit, vel exceſſit in aliquo, ejus exemplum ſequi tenemur . . . . . Patres noſtri paſſi ſunt, quia Chriſti nomen tacere noluerunt. Et ego, ut hominis gratia reſtituatur, Chriſti honorem deberem ſupprimere? abſit. Utriuſque magnates adverſus eum inſurrexerunt, objicientes, quod arrogantia ſua pacem impediret; & comes unus palam dixit: Quia archiepiſcopus utriuſque regni conſilio & voluntati reſiſtit, de cætero neutrius dignus eſt auxilio: ſed ejectum ab Anglia non recipiat Francia. Christi An. 1168.

Soluto colloquio, Reges receſſerunt, nec ſalutantes, nec a Thoma ſalutati. Aulici multa in faciem ei objecerunt, ſcilicet, quod ſemper fuiſſet ſuperbus, ſapiens in oculis ſuis, & propriæ ſemper ſectator voluntatis & ſententiæ. Thomas tacens receſſit, & regem Francorum ſequebatur, & cum eo hoſpitatus eſt in caſtro, qui dicitur Mons mirabilis. Rex eum pro more non inviſit, viaticum tamen per ſervientes aulicos abundanter providit. Senonas tertio die pervenit; hic cum ſuis in hoſpitio dum confabularetur, & quærerent, quo poſſent divertere: Archiepiſcopus dixit: Deo noſtri curam committimus. Et quia utriuſque regni nobis præcluditur aditus, nec ad Romanos latrones nos expedit recurrere; alia eſt nobis via procedendum. Audivimus circa fluvium Ararim uſque ad partes Provinciæ liberaliores eſſe homines: ad hos ego, & unus mecum ibimus. Hæc cum diceret, Franciæ rex eum ad curiam vocat. Rex triſtis & non aſſurgens de more eum recepit. Poſt aliquod tempus Rex cum lacrymis ſe projecit ad pedes archiepiſcopi, qui ſe inclinavit, ut eum erigeret. Rex gemens ait: Vere, Domine mi pater, tu ſolus vidiſti; nos omnes cæci fuimus, qui contra Deum tibi dedimus conſilium in tua cauſa, ad nutum hominis honorem Dei remittentes. Pœniteo, pater, & graviter pœniteo. Ignoſce ergo, & ab hac culpa me abſolve. Sed & Deo & tibi regnum meum expono, & promitto, quod tibi vel tuis non deero, quamdiu Deo authore vixeris. Thomas, Rege abſoluto, Senonas reverſus eſt in gaudio, ubi rex Franciæ ei regaliter exhibuit neceſſaria uſque ad ejus regreſſum in Angliam. Ibid. c. 26.

Angliæ rex hæc ut audiit, Franciæ regi mandavit, ſe mirari plurimum, quomodo contra eum faveret archiepiſcopo, qui pacem tam arroganter rejecit, quam ei obtulerat paratus ad omnem juſtitiam, eumque rogavit, ut e regno ejiceret. Rex reſpondit nunciis: Si Rex veſter conſuetudines, quas vocat avitas, licet minus, ut dicitur, legi divinæ congruas, non vult abrogari; mihi multo minus licet ſubvertere jus liberalitatis hæreditarium; conſuevit ſiquidem Francia miſeros omnes & afflictos, maxime pro juſtitia exulantes, recipere. Cujus honoris gratia, Deo propitio, me vivente, Thomæ non denegabitur. Ludovicus rex Henrico regi erat infenſus, quippe qui pacem ejus interventu factam cum populis minoris Britanniæ non obſervaverat. Ibid. c. 28.

Thomas patientia cum nihil profeciſſet, voluit experiri, num cenſurarum terrore ſuos adverſarios ſaltem ad reſtitutionem compelleret. Gilbertum ſæpe commonuerat, ut eccleſias & beneficia Cantuarienſis eccleſiæ, quæ de manu Regis tenebat, reſtitueret. Ille ejus juſſa neglexerat. Itaque illum excommunicavit: & ſequentes literas ei direxit: Exceſſus veſtros, dum licuit, ſupportavimus . . . ſed quia patientia noſtra ſemper abuſi eſtis . . . . . vos, urgente neceſſitate officii . . . . . anathematis ſententia percellentes excommunicavimus, & a corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, donec ſatisfaciatis, amputavimus. Præcipimus igitur in virtute obedientiæ, in periculo ſalutis, dignitatis, & ordinis, ab omnium fidelium communione abſtineatis. Gilbertus Londinienſis epiſcopus, quamvis appellaſſet, ab ingreſſu eccleſiæ abſtinuit. Aliis literis clero Londonienſi præcepit, ut a communione ſui epiſcopi penitus abſtineret, & alios ab eadem avocaret: Tum addit: Simili quoque ſententia eos, qui a nobis ſolemniter citati ſunt, niſi ſatisfecerint, condemnabimus, in die Aſcenſionis, ſcilicet Gaufredum Cantuarienſem archidiaconum, & Robertum vicarium ejus, Richardum de Velceſtre, Richardum de Luci, Wimarum Giffard, Adam de Chere, & eos qui ope vel conſilio domini Regis, vel mandato, vel propria authoritate, vel propria temeritate, noſtra, vel clericorum noſtrorum bona occupaverunt, & eos, qui ope vel conſilio domini Regis animum adverſus libertatem eccleſiæ, & innocentium proſcriptionem, & depopulationem inſtigaſſe noſcuntur . . . . . contra tergiverſationes malignantium, & appellationum ſubterfugia, ſedis Apoſtolicæ munimine tuti ſumus. Ac proinde ſuſpenſam a legatis ejus authoritatem ei Papa reſtituerat. Ibidem alios novem nominatim excommunicatos deſignat. Matth. Pariſ. L. 3. Ep. 30. Ibid. Ep. 40.

Thomas

CHRISTI AN. 1168. Vit. Th. in Quadr. c. 29. *Angliæ Rex fruſtra urget S. Thomæ depoſitionem.*

Thomas præterea egit apud Regem Franciæ & ejus optimates, ut de rebus in præcedenti colloquio geſtis ad Papam ſcriberent: quod ultro præſtitere. Gilbertus vero Londonienſis ad Regem Henricum querelas ſuas detulit, qui literis eum conſolatus, & ſupra modum exacerbatus, Reginaldum Saresberienſem & Randulphum Lavenſem Archidiaconos miſit in Italiam, ut Thomæ depoſitionem, vel ejus tranſlationem in aliam Eccleſiam modis omnibus ſollicitarent. Promiſit Mediolanenſibus tria millia marcarum, & murorum ſuorum validiſſimam reparationem, ut cum aliis civitatibus, quas corrumpere moliebatur, a Papa impetrarent dejectionem vel tranſlationem Cantuarienſis Archiepiſcopi. Ob eamdem cauſam Cremonenſibus duo millia marcarum, Parmenſibus vero & Bolonienſibus mille promiſit. Alexandro Papæ obtulit, quod data pecunia liberaret eum ab exactionibus Romanorum, & decem millia marcarum adjiceret: concedens etiam, ut tam in Eccleſia Cantuarienſi, quam in aliis vacantibus in Anglia, paſtores ordinaret ad libitum. Sed quia fidem multa promiſſa levabant, & in precibus manifeſta continebatur iniquitas, repulſam paſſus eſt. Angliæ Rex quod per ſe impetrare non poterat, Regis Siculi viribus conatus eſt extorquere: ſed nec ille, licet ad hoc toto niſu Siracuſanus Epiſcopus, & Robertus comes de Baſſevilla multiplicatis interceſſionibus laboraverint, exauditus eſt pro ſua potentia, vel gratia, qua plurimum valebat in Eccleſia Romana.

CHRISTI AN. 1169. Ibid. & in Quadrip. c. 29.

XXIII. Alexander Papa, qui nec Thomam deſerere, nec Angliæ regem bene de ſe & Eccleſia meritum, qui primus eum ſæviente ſchiſmate ſuſcepe-rat, nimia ſeveritate in ſchiſma præcipitem agere volebat, voluit experiri, an miſſis novis legatis pacem redintegrare poſſet ... Itaque delegavit Gratianum ſubdiaconum, & magiſtrum Vivianum, urbis veteris archidiaconum, qui munere advocationis fungi ſolet in curia: eoſque ſacramenti religione aſtrinxit, quod præfinitos terminos non excederent, mandatis quoque adjiciens, ut a Regis ſumptibus abſtineant, niſi pace Eccleſiæ impetrata: & ne ultra diem, qui eis præſtitutus eſt, aliquam faciant moram: eiſque duas tradidit Epiſtolas: prima eſt ad Sanctum Thomam, cui ſe Regi poſtulata denegaſſe ſignificat, & miſiſſe legatos, " per quos, inquit, & per literas L. 3. ep. 4. noſtras ipſum commonemus, ut tibi pacem & gratiam reſtituens, te ad Eccleſiam tuam honorifice revocet; & tam tibi, quam eidem Eccleſiæ antiqua jura, & libertates, dignitates, & honores integre & illibate conſervet, & te & tua cum omni pace & tranquillitate eſſe permittat. Quapropter rogamus fraternitatem tuam, quatenus ... ad recuperandam gratiam & amorem ſupradicti Regis, omnibus modis, quantum ſalvo ordine & officio tuo fieri poterit, elabores, & ejus ſatagas animum mitigare, illam patientiam, manſuetudinem, & benignitatem oſtendens, quod a nullo merito dici poſſit per te remanſiſſe, quominus gratiam illius plenius adipiſci debeas. Rogamus præterea prudentiam tuam, & volumus, ut uſque ad diſceſſum nunciorum noſtrorum, nec in Regem, nec in perſonas regni, aut regnum aliquam ſententiam proferas; & ſi forte, quod non credimus, jam protuliſti, ipſam uſque ad tempus illud ſuſpendas ... ut ſic (Regi) omnem conquerendi occaſionem tollamus, & ejus duritiam tali modo vincamus. Si enim ſecus, quod abſit, contingeret, nos tibi authoritatem tuam nullatenus ſubtrahere volumus, ſed potius conſervare: cætera vero in ore nunciorum noſtrorum poſuimus. „ In L. 3. ep. 2. literis ad Henricum Angliæ Regem, ejus petitiones honeſte rejicit, commendat legatos ſuos, & exorat, imo & in peccatorum remiſſionem ei injungit, ut Cantuarienſem Archiepiſcopum in gratiam ſuam clementer recipiat, & Deum in hac parte vincere ſuſtineat.

L. 3. ep. 99.

Thomas interim certis nunciis comperit quæ Rex Angliæ contra ſe moliretur. Itaque de Rege Angliæ & curia Romana literis apud Humbaldum Oſtienſem Epiſcopum aſperius conqueſtus eſt: Exaggeratiſque geſtis ejus adverſum ſe prioribus, addit: " Ecce, jam quinquennio poſſedit Epiſcopatum noſtrum, & omnium noſtrorum bona, item Lincolnienſem, Bathonienſem, Herefordenſem, Elienſem Epiſcopatus redegit in uſus proprios: Landavenſis Eccleſiæ poſſeſſiones fere omnes diſtribuit militibus ſuis: Bangorenſis, quæ jam fere decennio Epiſcopum non habuit, non potuit ordinari: Quid de Abbatiis dicitur, quas detinet? Nam illarum numerus incertus eſt. Et hoc quidem ſe licenter facere gloriatur jure conſuetudinum, quas Eccleſia Romana ab initio publice debuerat condemnaſſe cum authoribus & obſervatoribus ſuis, tanquam Deo inimicas. „ Deinde perſtringit quæ Rex nuper egerit in ejus dejectionem. Suadet, ut in Regem ſevere animadvertatur, & conteratur ejus malitiæ incentor Londonienſis Epiſcopus. " Credite, inquit, quia ejus ingenii homo eſt, ut non poſſit niſi ſuppliciis emendari ... Placeat itaque dignationi veſtræ, hæc ad mentem domini Papæ reducere, & pro more veſtro confirmare in ſubventione Eccleſiæ fratres noſtros, & impetrare, ut per noſtram tolerantiam paſſionum acquirat Apoſtolica ſedes Anglicanæ Eccleſiæ libertatem ... Hæc ſunt nomina excommunicatorum, qui incorrigibiles & contumaces inventi, denunciati ſecunda denunciatione, Gaufredus Cantuarienſis Archidiaconus, Robertus vicarius ejus, Richardus de Velceſtre, Richardus de Luci, Willelmus Giffard, Adam de Cheringis.

CHRISTI AN. 1169.

XXIV. Fridericus Imperator die octava Junii, ejuſdem anni milleſimi centeſimi ſexageſimi noni, Bambergæ celebravit curiam generalem, cui interfuerunt Cardinales Caliſti tertii Antipapæ. Hic ex conſenſu omnium principum filium ſuum Henricum hujus nominis VI., in Regem electum & coronatum poſt ſe regnare firmavit. Ad curiam vocatus eſt Saltzburgenſis Archiepiſcopus, qui cum veniſſet illuc cum patre ſuo Bohemorum Rege, non admiſſus eſt ad præſentiam Imperatoris, qui Epiſcopatum ejus occupare jam decreverat. Et curia ſoluta, venit in Bavariam, ut eam vaſtaret & diſſiparet. Archiepiſcopus conſilio principum, & maxime Ducis Auſtriæ avunculi ſui, ut imminens Eccleſiis periculum averteret, Epiſcopatum ſuum Imperatori reſignavit, qui ſic eo potitus eſt.

Henricus Frider. filius coronatur.

Cronogr. Reichers.

Eodem anno obiit Hugo Senonenſis Archiepiſcopus, cui ſucceſſit Guillelmus Theobaldi comitis Campaniæ defuncti filius, frater Reginæ Franciæ Adelæ, qui erat Carnotenſis electus, ſed nondum Epiſcopus conſecratus. Hunc Senonis conſecravit Mauricius Pariſiorum Epiſcopus. Ille Thomæ Cantuarienſi & ſuis patrocinium, conſilium & auxilium præſtitit: non erat in clero Francorum qui eum prudentia & eloquentia antecederet.

Nang.

XXVI. Senonas poſt aliquot menſes advenere Papæ legati, ut expectarent Angliæ Regis reditum, qui in Guaſconia bellum gerebat, quemadmodum eis conſilium dederat Rex Francorum Ludovicus, cui Papæ literas reddiderant Auguſto menſe: inde profecti, die vigeſima quarta venerunt ad Damfront Normanniæ oppidum: eadem die Rex divertit ad eorum hoſpitium, & cum multo honore eos ſalutavit. Sequenti die Rex circa horam primam rediit ad hoſpitium nunciorum, & intraverunt cum eo cameram Sagienſis & Redonenſis Epiſcopi, & paulo poſt, Joannes decanus Saresberienſis, & Reginaldus Archidiaconus, & Archidiaconus Lundavenſis. Et ſtantes uſque ad horam nonam colloquebantur, aliquando in pace, aliquando in rixa & tumultu. Rex nolebat, ut excommunicati clerici jurarent bonorum Eccleſiæ Cantuarienſis reſtitutionem, priuſquam abſolverentur: multum de Papa conquerens. Cui dixit Gratianus: Domine, noli minari, nullas enim minas timemus, quia de tali curia ſumus, quæ conſuevit imperare Regibus & Imperatoribus. Tunc convocati ſunt omnes barones & monachi Ciſtercienſes, qui præſentes erant, & omnes fere de capella, eoſque Rex rogavit, ut teſtificarentur, quomodo reſtitutionem Archiepiſcopatus & pacis obtulerat: & tandem diſceſſit pacatior, promiſitque certum reſponſum ſe daturum poſt octiduum. Itaque pridie Kalendas Septembris Bajoci convenere cum Rege Rotomagenſis & Burdegalenſis Archiepiſcopi, & omnes Epiſcopi Normanniæ. Vigornenſis ſequenti tantum die venit. Et Papæ literas Regi obtulere nuncii, qui dixit: ſi quid de homine iſto fecero pro precibus domini Papæ, multas mihi debet habere grates. Rex ſequenti die conſilium cum ſolis nunciis habuit, petens; ut tres clericos ſuos præſentes abſolverent; quod cum nuncii ſe facturos inſtanter negarent: Rex equum aſcendit, & juravit, quod nunquam audiret neque Papam, neque alium de reſtitutione Thomæ. Epiſcopi tunc rogaverunt nuncios, ut pro amore Dei hoc facerent, quod non ſine ſumma difficultate conceſſerunt. Quo facto deſcendit

L. 3. ep. 6. *Angliæ Regis colloquium cum legatis.*

L. 3. epiſt. 27.

Christi An. 1169. Rex, & cum eis habuit consilium, & promisit se Thomæ redditurum archiepiscopatum, & pacem, & omnibus exulibus: sed petiit, ut nunciorum unus iret in Angliam, & reliquos excommunicatos, quos inveniret, juxta littus maris, absolveret, & alter iret ad archiepiscopum; quod nuncii denegarunt. Rex iratus recessit, dicens: Facite quod vultis, ego neque vos, neque excommunicationes vestras appretior, vel dubito unum ovum. Episcopi accurrentes prius correptum placarunt, affirmantes se vidisse mandatum Papæ, quod omnes facerent, quidquid nuncii præciperent. Eorum precibus tandem placatus rediit: dicens: oportet me facere multum pro prece domini Papæ, qui dominus & pater meus est: & ideo reddo ei archiepiscopatum suum & pacem meam, & omnibus qui cum eo sunt. Tunc nuncii gratias egere. Et Rex adjunxit: si quid minus feci, cras supplebo.

Kalendis Septembris convenerunt circa meridiem, & post aliquam altercationem de juramento excommunicatorum, eo ventum est, ut tres præsentes extenta manu ad Evangelia dicerent, in verbo veritatis se facturos mandatum nunciorum. De rebus vero Cantuarienſis ecclesiæ, quas Rex donaverat, statutum est, ut Thomas illas libere donaret iis, penes quos residerent. Sed cum Rex in forma pacis, quam scribebant episcopi, poni vellet, salva dignitate regni sui: Gratianus negavit id se ulla ratione concessurum. Hora noctis tertia solutum est colloquium. Sed alter conventus die octava Septembris apud Cadomum indictus est.

Gratianus hanc formulam, salva dignitate regni, rejecit. Intelligebat quippe per eam evinci consuetudines, mutato duntaxat nomine, & omnem ecclesiæ Romanæ dignitatem eliminari ab Anglia. Nuncii cum prædictis archiepiscopis & episcopis condicta die Cadomi convenere; Rex vero Rotomagum diverterat, ut Flandriæ comitem susciperet. Ejus legati instituere pro rejecta formula, salva dignitate regni. Gratianus statim intulit, addatur igitur, & salvis ecclesiæ libertatibus. Quod non admiserunt. Tandem utraque pars sequentem formulam admisit: ut Rex concederet pro amore Dei, & domini Papæ, archiepiscopum redire in Angliam, & archiepiscopatum suum ita integre habere faceret, sicut habuit, antequam exiret: & illis, qui cum eo, vel pro illis egressi sunt, similiter sua redderet. Rotomagensis Regi suasit, ut suum ad hoc non dubitaret accommodare assensum: quandoquidem nec ejus honori, nec ejus utilitati congrueret, ut legati sine spe pacis recederent. Sed ei displicuit omissio clausulæ, & conceptam ab episcopis formam non admisit; idque declaravit nunciis, qui ad eum venerant. Illi statim archiepiscopis præcepere, ut pro sua erga Papam fidelitate, denunciarent excommunicatis, quos absolverant, ut nisi infra festum sancti Michaelis pax reformata esset, nequaquam exinde collatæ absolutionis beneficio fruerentur, sed sententiam excommunicationis observarent, quemadmodum juraverant.

L. 3. ep. 12.

Epist. 15.

l. 3. ep. 37.

l. 3. ep. 27. Nuncii tamen ex consilio episcoporum ad Regem miserunt magistrum Petrum, Papiensem archidiaconum, ut ei clementer supplicaret, ut in exequenda pace inter ipsum & dominum Cantuariensem juxta tenorem literarum Papæ, quas receperat, preces admitteret, ex parte Papæ affectuosissime rogaret. Qui cum honeste fuisset receptus, indecenter dimissus est.

l. 3. ep. 20. Rex alios legatos ad Papam direxit cum literis, in quibus affirmabat, ejus nuncios, hanc clausulam, salva dignitate regni sui, sine contradictione recepisse, & sequenti die concessis stare recusasse; orabatque Papam, ut suæ dignitati consuleret, excommunicatos absolveret, & Thomam ab aliorum excommunicatione prohiberet: sin minus, aliter suæ securitati & dignitati se prospicere coactum iri. Id ubi primum nunciis innotuit, Vivianus ex collegæ consensu gestorum relationem direxit ad Alexandrum, orans ne usque ad suum reditum regiis legatis crederet. Regis postulationem Thomæ quoque repræsentarunt, qui respondit, se dignitatem regni libenter conservaturum, salvo ordine suo, & fidelitate Romanæ Ecclesiæ.

Angliæ Regis edictum. Vit. Th. p. 167. l. 3. ep. 65. Gratianus Romam rediens comitem habuit Guillelmum Senonensem archiepiscopum, qui eo proficiscebatur, ut pallium postularet. Angliæ rex timens ne legatum suum in suis provinciis Cis-marinis eum Papa constitueret, misit in Angliam Gaufredum Ridellum, & Richardum Pictavienſem archidiaconum, cum aliis officialibus, & præcepit, ut omnes episcopi Londoniæ convenirent, præstarentque cautionem de servando sequenti ejus edicto. " Si quis inventus fuerit literas ferens domini Papæ, vel aliquod mandatum archiepiscopi Cantuarienſis, continens interdictum christianitatis in Anglia, capiatur, & de eo sine dilatione justitia fiat, sicut de traditore Regis & regni. Nullus clericus, vel monachus, vel laicus permittatur transfretare, vel redire in Angliam, nisi de transitu suo habeat literas justitiæ, vel de reditu suo literas domini Regis; si quis aliter inventus fuerit agens, capiatur & incarceretur: ne aliquis appellet ad Papam vel archiepiscopum: ne aliquod placitum teneatur de mandato Papæ, vel archiepiscopi: vel aliquod mandatum in Anglia ab ullo homine accipiatur: si quis inventus fuerit aliter agens, incarceretur. Sub eadem pœna interdictum est, ut nullus ferat aliquod mandatum clerici vel laici Papæ, vel archiepiscopo. Si episcopi, vel clerici, vel abbates, vel laici sententiam interdicti tenere voluerint, sine dilatione de terra ejiciantur, & tota eorum cognatio .... & omnia eorum in manu Regis saisientur, sicut ea omnia quæ sunt domino Papæ vel archiepiscopo servientium. Omnes clerici, qui reditus habent in Anglia, sint summoniti per omnes comitatus, ut infra tres menses veniant in Angliam... Et si non venerint, reditus eorum in manu Regis capiantur. Et denarii beati Petri non reddantur ulterius Apostolico, sed serventur in thesauro Regis, & expendantur ad ejus præceptum. „ Christi An. 1169.

Ibid. Nullus episcoporum vel abbatum in illo conciliabulo comparere voluit. Vintonienſis episcopus publice protestatus est, se mandatis apostolicis, & ecclesiæ Cantuarienſis, cui ex professione fidem & obedientiam deberet, quoad vixerit, per omnia parituram, & ut idem facerent, clericis suis indixit. Eum imitatus est episcopus Exonienſis, & se in religiosorum collegio recepit. Norvicensis, licet prohibitus ex parte Regis, præsentibus officialibus, excommunicavit comitem Hugonem, & alios, prout ei Papa præceperat, & baculum pastoralem super altare posuit, dicens se visurum, quis in res ecclesiæ suæ manus extenderet, ingressusque claustrum cum fratribus vixit. Cestrensis se pariter facturum imperata declaravit, & secessit in Valliam.

l. 3. ep. 88. & seq. Guillelmus Senonensis archiepiscopus, aliique Galliarum episcopi, tot malorum authorem apud Papam accusarunt Gilbertum Londonienſem, qui ambitione depravatus, Angliæ primatum ambiebat, & Regis authoritate nitebatur evertere Cantuarienſem ecclesiam, ut ejus dignitas ad Londonienſem transferretur ecclesiam, cui ex primæva institutione debitam esse male contendebat; ei tamen resistebant alii episcopi. Papam hortabantur, ut illius depositione ejus malitiam contereret, nec parceret ejus fautoribus excommunicatis, eique commendant Thomam Cantuarienſem, cujus patientiam maxime laudant.

l. 3. ep 61 XXVI. Henricus Angliæ rex a Guillelmo Senonensi sibi magis ac magis timens, ne per eum cogendus esset ad pacem, aut cum magno sui suorumque dispendio perpetuam ignominiam subiturus: quod aperte fatebatur. Itaque Magistrum Vivianum per suas & Rotomagensis archiepiscopi literas evocat, eique corporaliter fidem dedit, quod in pace Ecclesiæ reformanda domini Papæ mandatum, & ipsius consilium sequeretur. Fecit & literas sigillari sigillo suo, quas ostendit, promittens quod pro amore domini Papæ, Thomæ redderet Cantuarienſem ecclesiam, & ablatas ei & suis possessiones, & pacem, & securitatem. Et inter eos convenit, ut ad colloquium, quod cum Rege christianissimo habiturus erat apud S. Dionysium, omnes venirent. Franciæ rex & Vivianus Thomam licet repugnantem compulerunt venire Parisios, ut pax ejus de vicino commodius tractaretur. Vivianus instanter egit apud Regem, ut impleret promissionis fidem; sed resiliit more suo, & talem se exhibuit, ut Vivianus palam diceret, quod hominem tam mendacem se vidisse non recordaretur: & coram eo ejus duplicitatem arguit, conquerens, quod ejus dolis captus fuisset.

Ibid. Thomas occurrit Angliæ regi, dum recedens prope montem martyrum transiret, petens per Rotomagensem & Sagiensem episcopos, ut ei & suis pro amore Dei & domini Papæ gratiam suam, pacem, securitatem, possessiones & ablata restitueret, affirmantes eum paratum esse illi exhibere quidquid archiepisco-

Christi An. 1169. piscopus principi debet. Ille respondit : se libenter remittere offensas & querelas, si quas contra eum habuerat. Et de his quæ proponere vellet adversus eum, paratum esse stare dicto curiæ domini sui Regis Francorum, vel judicio Ecclesiæ Gallicanæ, aut scholarium Parisiensium. Thomas respondit, se curiæ Regis, vel Ecclesiæ Gallicanæ non refutare judicium. Malle tamen, si illius sederet animo, cum illo amicabiliter componere, quam litigare. Et si Ecclesiam & possessiones sibi & suis vellet restituere, & gratiam, & pacem, & securitatem ei præstare in osculo pacis, se paratum esse hæc recipere. Postulavit etiam ut mobilium ablatorum medietatem Ecclesiæ redderet, ad solvenda sua & suorum debita, ad sarta tecta resarcienda, ad instruenda prædia, & reparandas varias Ecclesiæ necessitates, quæ ad summum calamitatis officialium suorum depopulatione l.3.ep.62. & fraude perducta esset. Et sequentem postulationem ei scriptam fecit offerri. " Hoc petimus a domino nostro Rege, juxta mandatum & consilium domini Papæ, ut pro amore Dei, & domini Papæ, & honore sanctæ Ecclesiæ, ac salute sua & hæredum suorum, recipiat nos in gratiam suam, & concedat nobis & omnibus, qui nobiscum, & pro nobis exierunt de regno, pacem suam, & plenam securitatem de se & suis, sine malo ingenio. Et reddat nobis Ecclesiam Cantuariensem in ea plenitudine & libertate, in qua eam melius habuimus, postquam ad sedem illam accessimus, & possessiones nostras, quas habuimus, ad tenendum & habendum, ita libere, & quiete, & honorifice, sicut Ecclesia & nos eas liberius & honorificentius tenuimus & habuimus, postquam promoti fumus in Archiepiscopum. Et similiter nostris. Et omnes Ecclesias, & præbendas ad Archiepiscopatum pertinentes, quæ vacaverant, postquam exivimus de terra, faciamus de eis, sicut de nostris, prout nobis placuerit, similiter habere permittat. „

Ibid. Rex, audita hac petitione, respondit, quod Archiepiscopus haberet Ecclesiam suam, & possessiones suas in pace, quas habuerunt, & sicut habuerunt antecessores sui. Sic ad observandas suas malas consuetudines eum callide alligans. Sed nullius prece induci potuit, ut Thomam in osculo pacis reciperet, dicens : se iratum juratse, quod numquam ei daret, nullum tamen retinere rancorem. Vivianus apud Regem Galliæ institit, ut hoc precum suarum instantia extorqueret : sed ille alii Regi, dum in terra sua erat, molestus esse noluit : sed Thomam admonuit, ut nonnisi accepto pacis osculo, in terl.3.ep.63. ram ejus ingrederetur. Postea Rex Angliæ ad Vivianum misit nuncium, & viginti marcas, rogans ut se iterum intromitteret de pace reformanda. Sed ille pecuniam respuit, & literis conquestus est, quod se quasi pecunia corruptum reddere voluerit infamem, & hortatur, ut petitionem, quam ei scriptam misit Thomas, charta sua confirmet, eumque recipiat in osculo pacis, & revocet, antequam ejus terra subjiciatur interdicto, & plurimi ejus necessarii anathemate feriantur. Vivianus hæc Papæ literis indicavit, Thomas vero Guillelmo Senonsi, ut ea Papæ intimaret.

Papa per magnos viros Angliæ regem sollicitat. XXVII. Alexander Papa priusquam ad extrema descenderet, adhuc voluit experiri, num lenitate tandem posset expugnare Regis pertinaciam. Itaque duas ejusdem sensus ad eum scripsit Epistolas, scilicet in memoriam revocat, quomodo ei hactenus faverit, adeo ut sæpius Archiepiscopi potestatem suspenderit, ne super regnum ejus vel personas manum aggravaret ; hortatur, ut tandem a Deo se vinci patiatur, & Thomam in suam gratiam recipiens, restituat. Priorem direxit ad Anthelmum Bellicensem Episcopum, & ad priorem Carthusiensem : alteram ad priorem de monte Dei, & fratrem Bernardum de Corilo. Datæ sunt Beneventi undecimo Kalendas Junii, anno millesimo centesimo sexagesimo nono. His præcipit, ut in unum convenientes ad Regem l.4.ep.1. infra duos menses, si citra mare fuerit, simul accedant, eumque commoneant diligentius, & exhortentur ex parte Dei & sua, & in peccatorum ejus veniam injungant, ut Thomam in gratiam recipiat, & ad commissam sibi Ecclesiam non differat revocare, considerans, quam periculosum sit animæ & corpori contra Deum & Ecclesiam pugnare : aliaque proponant, quæ magis expedire noverint. Tum addit : Literas nostras commonitorias ei tradatis .... Quod si vos nec sic audire voluerit, literas nostras commonitorias ei porrigatis, ex parte nostra constanter addentes, quod nisi ante initium proximæ quadragesimæ, ea quæ superius diximus, adimplere voluerit, Archiepiscopo Cantuariensi nullam ulterius faciemus inhibitionem, quin suas & Ecclesiæ sibi commissæ, nec non & suorum injurias Ecclesiasticæ severitatis gladio gravius ulciscatur. Præterea Thomæ mandavit, ne ante initium sequentis quadragesimæ, vel in Regem Angliæ, vel personas regni, vel regnum ipsum, interdicti, seu excommunicationis, vel suspensionis sententiam promulgaret, sub certa quasi spe, quod Rex ipsum in gratiam reciperet. Eo se uti temperamento testatur, quia necdum persecutio Ecclesiæ cessavit ; & timeret, ne Rex ad disturbandam pacem Ecclesiæ se Friderico Imperatori aliquo fœdere societatis adjungeret.

Christi An. 1169. Ibid. epist. 16.

Simon prior de monte Dei, & Engelbertus prior de valle S. Petri sic rescripsere Papæ : Ad illustrem Regem Angliæ cum fratre Bernardo de Corilo profecti sumus, ut authoritate mandati vestri inter ipsum & dominum Cantuariensem pax reformaretur. Cantuariensem traximus ad locum, ubi Reges reconciliati sunt. Traditis Regi Angliæ vestris literis, consuluimus Cantuariensi, ut se coram Rege humiliaret, & rigorem ejus humilitate precum, & sedulitate obsequii studeret emollire. Hoc ipsum Christianissimus Rex Franciæ, & Episcopi, & magni viri, qui aderant, unanimiter suadebant. Arctatus Regis consilio, & Episcoporum & baronum acquievit Cantuariensis ; & coram omnibus accessit ad Regem Angliæ, & genibus flexis posuit se in Deo & Rege ad honorem Dei & Regis, utens hac forma, ut sic posset pacem & gratiam ejus promereri. Rex post multa dixit : quod ab Archiepiscopo nihil aliud quæreret, nisi ut ei tanquam Presbyter & Episcopus coram omnibus promitteret in verbo veritatis, se sine omni malo ingenio servaturum consuetudines, quas sancti Archiepiscopi Cantuarienses observaverant Regibus suis, & quas ipse Archiepiscopus sibi alia vice promiserat. Archiepiscopus autem respondit, quod Regi fecerat fidelitatem, qua ei præstito juramento tenebatur servare vitam, membra, & honorem terrenum, salvo ordine suo. Et hoc fidelissime paratus erat implere : nec ab aliquo antecessorum suorum aliquid ulterius exactum esse, vel ab aliquo exigendum. Et cum Rex plurimum institisset, Cantuariensis dixit : Quod pro pace Ecclesiæ & gratia ejus promitteret, se consuetudines illas, quas sancti antecessores sui Regibus suis servaverant, salvo ordine suo se ei servaturum, quatenus secundum Deum posset, & faceret pro amore ejus recuperando. Asserens quod numquam ei libentius servivit, quam adhuc faceret, si ei placeret. Rex noluit hoc recipere... & infecta pace discessit.

Ibid. epist. 8. & 10.

Thomas, qui suspensionem authoritatis suæ graviter tulerat, inflexibilem animum Regis expertus, præfinitum a Papa tempus quindecim diebus antevertit, & scripsit clericis Cantiæ provinciæ ..." Universitati vestræ in virtute obedientiæ, sub anathemate, in periculo ordinis & beneficii, Apostolica authoritate & nostra præcipiendo mandamus, quatenus nisi Dominus noster Rex infra purificationem B. Mariæ, Ecclesiæ Dei & nobis debitam satisfactionem exhibuerit, ex tunc penitus a divinorum celebratione cessetis, excepto baptismo parvulorum, pœnitentia, & viatico, quod pro necessitate conficiendum est, clausis Ecclesiæ januis, personis prorsus exclusis sine campanarum pulsatione & solemnitatibus ... Omnes autem qui Ecclesias vel Ecclesiastica beneficia de manu laicorum accipiunt, qui clericos vel Ecclesiasticas personas ad inobedientiam compellunt, qui domini Papæ nuncios aut nostros, ne Ecclesiæ necessitates prosequantur, impediunt : qui ad evitandam legitimam correctionem, ut justitia Ecclesiæ opprimatur, ad sæculi confugiunt potestates ... Hos, inquam, omnes excommunicatos esse publice denunciari præcipimus. „ Septem alios, quos jam superius designavimus, nominatim excommunicat.

Christi An. 1170. L. 3. ep. 33. *Interdict. generale in Anglia.*

Eadem præcepit Willelmo subpriori & conventui Cantuariensi : Richardo Priori & capitulo Douræ, & Cantiæ monasteriis : demum omnibus suis suffraganeis, & suis literis addidit libellum excommunicatorum viginti octo nomina continentem, quorum insigniores sunt, Gilbertus Londonienſis, Jocelinus Sarisberiensis. Eosdem excommunicatos denunciavit Archiepiscopo Rothomagensi, quo mediante, fuerant absoluti, sed prius juramento præstito, ut nisi pax fieret infra diem festum sancti Michaelis, non

Ibid. epist. 34. & 52. epist. 35.

Christi An. 1170. fruerentur beneficio collatæ absolutionis, ut a communione Gaufredi Nigelli & Thomæ filii Bernardi caveant, cum ipse eos excommunicaverit. Idem declaravit omnibus Normanniæ episcopis. Hæ literæ datæ sunt mense Januario, anno millesimo centesimo septuagesimo. En primum interdicti generalis exemplum, ob culpam principis, quod proinde multos comprehendit innocentes, quibus tamen plurimum nocet; certissima enim constat experientia, quod divinorum officiorum & sacramentorum privationem corruptela morum vix reparabilis consequatur, his enim remediis eget humana infirmitas.

L. 3. ep. 11. Aliquot ante menses Papa Regem amice commonuerat, eique in remissionem peccatorum injunxerat, ut in Lincolnensi, Bathonensi, Herefordensi & Lavenensi episcopatibus, quos vacantes tenebat, liberas pastorum electiones fieri permitteret, & quæ Dei sunt, in animæ suæ periculum usurpare metueret.

XXVIII. Stephanus III. Hungariæ rex intermissa jura ecclesiis regni sui restituit sequenti diplomate, quod direxit ad Strigonienſem & Colozenſem archiepiscopos, eorumque suffraganeos. " Exhortationibus sanctæ R. E. diaconi cardinalis intensius commoniti, devotionem quoque venerandæ memoriæ Regis Geisæ patris nostri . . . imitari volentes, constitutionem super institutione & transmutatione episcoporum, quod in se, & suis posteris domino Alexandro Papæ & suis successoribus concessisse noscitur, videlicet quod sine authoritate consiliove ejus, vel successorum suorum, depositionem seu translationem episcoporum non faceret, vel fieri permitteret, confirmamus, & tam in nobis, quam in posteris nostris perpetuo inviolabiliter duraturam censemus. Præterea prædecessorum nostrorum consuetudinem relinquentes . . . . , immobili firmitate sancimus valiturum, quod decedentibus episcopis, in rebus episcopalibus procuratores laicos de cætero non ponemus, aut poni ullatenus permittemus: sed honestos clericos, qui vitæ & morum honestate sint comprobati . . . ibidem instituemus, qui relicta ad reædificationem ecclesiarum, & domorum episcopalium, ad usus quoque pauperum & orphanorum debeant observare. Nos vero, vel posteri nostri nihil unquam de eisdem rebus in usus proprios redigemus de cætero, nisi forte hostes intraverint, vel aliqua urgentissima necessitas postulaverit. Tunc quoque id sine ipsorum consilio non faciemus . . . Demum perpetuo observandum statuimus, quod regales propositi, vel abbates de suis præposituris vel abbatiis, seu dignitatibus, non amodo deponentur, in hac parte consuetudini antiquæ per nos & posteros nostros renuntiantes, nisi contingeret eos super certo crimine convinci, vel crimen suum publice confiteri. „ Stephanus rex obiit mense Januario anni millesimi centesimi septuagesimi secundi, cui successit ejus frater Stephanus IV. Et post aliquot menses Bela III. fratrum minimus regnum obtinuit.

XXIX. Iisdem temporibus florebat Petrus Blesensis, primum canonicus Bituricensis, vir sacrarum literarum & juris canonici peritissimus. In Siciliam missus est Willelmi II. Regis futurus magister: sed videns æmulos quærere se e medio tollere, obtenta Regis licentia recessit anno, quo Catana submersa est, quove Guillelmus cancellarius natione Francus, penes quem rerum summa erat, ob atroces in se conspirationes Siciliam relinquere coactus fuit; cui Galterius in archiepiscopatu Panormitano suffectus est, qui grandi pecunia cardinalis Gaetani favorem redemit, ut suæ electionis confirmationem a Papa obtineret. Petrus vero Blesensis in Angliam ab Henrico II. vocatus, recusato Roffensi episcopatu, Bathonensi etiam & Londinensi archidiaconatu, pervenit ad initium sequentis sæculi. Præter centum octuaginta epistolas, supersunt plura ejus opuscula sive tractatus, quos inter est instructio fidei ad Soldanum Iconii, quæ inter literas Alexandri Papæ reperitur. Hunc tamen principem Saracenum ad fidem perveniſſe non constat.

Papa vocat Angliæ sub pœna interdicti generalis ad pacem sollicitat.

XXX. Alexander Papa ubi primum ex Viviani relatione cognovit quæ dicta gestave fuerant in colloquio apud montem Martyrum habito inter Regem & Cantuarienſem archiepiscopum, Rotomagensi archiepiscopo & Nivernensi episcopo scripsit atque præcepit, ut ad regem Angliæ infra mensem post literarum suarum susceptionem iter arripiant, eumque ex parte Dei & sua diligentius moneant, ut Thomæ pacem & securitatem concedat, & eum ob divinæ majestatis reverentiam . . . nec non pro salute sua in osculo pacis recipiat: & ipsi ac suis universas possessiones eorum clementer restituat, sicuti legatis promisit: & illum ad ecclesiam suam faciat secure redire, & ibidem in pace manere. " Archiepiscopum etiam ad illam pacem suscipiendam, & ut erga Regem, quantum salva libertate potest, se humiliet, ex parte nostra instantius moneatis. Si Rex ea nobis promissa, infra quadraginta dies post commonitionem nostram noluerit adimplere, vos totam terram ejus Cis-marinam, authoritate B. Petri & nostra, interdicti sententiæ subjiciatis: & in ea omnia divina, præter baptismum parvulorum, & pœnitentias morientium, prohibeatis officia celebrari; nisi forte archiepiscopus osculum filii sui pro suo velit suscipere. Si autem pax fuerit consummata, ex parte Dei Regi in remissionem peccatorum injungetis, ut consuetudines pravas, & illas maxime, quas ipse de novo adjecit, deleat penitus & condemnet . . . ac fructus perceptorum redituum archiepiscopo & suis restituat. Quod si vobis non adquieverit . . . . nobis celeriter intimabitis. „ Christi An. 1170. L. 5. ep. 3.

Nivernensi episcopo privatim præcepit, ut si Rotomagensis archiepiscopus, quem ei socium in executione pacis adjunxit, ne Rex conquereretur, quod illud negotium personis extraneis commiserit, cum ipse procedere nolit, vel non possit, ipse solus cuncta incunctanter exequatur. Omnibus etiam Cantiæ episcopis sub pœna ordinis & officii præcepit, ut si pace non facta interdictum promulgatum fuerit, illud observent. Data duodecimo Kalendas Martii anni millesimi centesimi septuagesimi. Eboracensi & Dunelmensi episcopis pariter præcepit, ut si Thomas interdicti sententiam in suam provinciam tulerit, eam ipsi quoque firmiter observent. Ibid. ep. 6. ep. 7. ep. 8.

Papa non multo post cum a Thoma & aliis didicisset, quod Angliæ rex ad filii sui coronationem omnia disponeret, Rogerio Eboracensi archiepiscopo & omnibus Angliæ episcopis scripsit, & sub periculo ordinis & officii sui præcepit, ne quis eorum ei manum imponeret, dum Thomas in exilio fuerit, ad quem ex antiqua ecclesiæ suæ consuetudine & dignitate coronatio Regum pertinebat. Thomæ quoque prohibuit, ne ei manum imponeret, nec ab alio imponi permitteret, nisi Rex prius illud juramentum exhibeat, quod ejus prædecessores Ecclesiæ Dei, & specialiter Cantuarienſi, impendere consueverunt. Et nisi universos ab observatione consuetudinum suarum, & sacramentis ab Angliæ hominibus extortis prorsus absolvat. Episcopis etiam prohibet, ne ullius coronationi, nisi Rex juramentum præstiterit, præsumant interesse. Thomas quoque idem iisdem prohibuit, & suas & Papæ literas, quas impetraverat, direxit ad Vintonienſem episcopum, cujus pietatem plurimum laudat, & ad alios episcopos. Hæ literæ prorsus inutiles effectæ sunt: in manu enim illius, cui traditæ sunt, periere, nec ulli ostensæ. Itaque ex mandato Regis Londoniam convenerunt totius Angliæ episcopi, abbates, comites, barones, & undecimo Kalendas Julii, die Dominica, Rogerius archiepiscopus Eboracensis Henricum Regis filium coronavit, assistentibus sibi & suffragantibus præsulibus Londonienſi, Saresberiensi, & Roffensi, & ne jus ecclesiæ Cantuariensis læderetur, protestantibus. L. 4. ep. 42. *Coronatio filii regis Angliæ.* ep. 43. ep. 40. & 44. L. 5. ep. 11.

XXXI. Theorianus iisdem temporibus florebat sub Manuele Græcorum Imperatore, qui eum hoc anno misit in Armeniam, ut ad veram fidem de Incarnatione, & Græcæ ecclesiæ ritum adduceret Armenos, quorum patriarcha nomine Noresis literas ad Imperatorem dederat, de quibusdam fidei & disciplinæ articulis, quos plenius se cognoscere velle significaverat. Theorianus scripsit dialogum Orthodoxi cum Catholico, id est, patriarcha Armenorum, & gesta legationis suæ, in quibus egregie differit adversus hæresim Eutychianam. Armeni enim, quamvis damnarent Eutychem, quem ajebant in Christo unam admisisse naturam per confusionem, vel diminutionem, ipsi tamen docebant in Christo unam esse naturam, sed per compositionem, quemadmodum anima & corpus unita naturam humanam constituunt: quem contendebant esse sensum sancti Cyrilli Alexandrini, cujus hæc verba, unam esse naturam Verbi incarnati, male intellecta in probationem sui dogmatis adducebant. Verebantur enim, ne, si dicerent duas naturas, in Nestorii hæresim inciderent. Tom. 1. biblioth. Patrum. Græco-latin.

Theo-

Christi An. 1170. Theorianus vero recte obſervavit Cyrillum non diviſſe, unam Chriſti eſſe naturam, ſed unam eſſe naturam verbi incarnati. Sic dicimus: Et Verbum caro factum eſt; ſed nemo dixerit: Chriſtus caro factus eſt. Id Patrum authoritate confirmavit, quorum nullus dixit, unam Chriſti eſſe naturam. Noreſis confeſſus eſt, recte dici duas in Chriſto eſſe naturas, dummodo eas in una hypoſtaſi inſeparabiliter unitas confiteamur. Armeni præterea chriſma conficiebant ex oleo ſeſamino, non olivarum, eo quod in eorum regione propter frigus non eſſent oliveta: ideoque, cogente neceſſitate, oleum, quod in ipſa regione reperiebatur, ad uſum chriſmatis uſurpabant. Tantummodo Miſſam intra templum celebrabant, ingrediente ſolo pontifice, presbyteris, & populo foris ſtantibus. Cætera vero officia extra templum decantabant. Theorianus prolatis verbis concilii Nicæni, quod Armeni cum Conſtantinopolitano, & Epheſino recipiebant, oſtendit ſtare foris extra eccleſiam, eſſe pœnam magnis peccatoribus, qui publice pœnitentiam agerent, impoſitam. Noreſis promiſit ſe ſuos epiſcopos convocaturum, ut adductis Patrum pro utraque parte authoritatibus, eorumque facta collatione, ſenſim eos ad veram fidem revocaret. Et licet quidam forte contradicerent, edictum promulgaret pro receptione ſynodi Chalcedonenſis, damnans eos, quos ipſa damnaverat, recipiens Patres, quos receperat, illudque ſua manu, & ſuorum epiſcoporum ſubſcriptum tranſmitteret ad Imperatorem, ad quem interim literas dedit, in quibus ſe Chalcedonenſem ſynodum recipere profitebatur.

XXXII. Thomas Cantuarienſis audiens filii Regis coronationem, vix credidit: querelas ſtatim ad Romanum Pontificem detulit, poſtulans, ut in ejus executores inſurgeret. Rotomagenſis archiepiſcopus, & Nivernenſis epiſcopus Papæ mandata Henrico Regi literis indicaverant; qui reſcripſit, ne ſe maris periculis exponerent, quandoquidem brevi rediret
l. 5. ep. 16. in Normanniam, tuncque cum eis de pace archiepiſcopi facile conveniret: & ſub ea promiſſione Londonienſem, & Saresberienſem epiſcopos abſolverunt ab eis requiſiti. Thomas id ubi cognovit ex eorum literis, graviter conqueſtus eſt, quaſi Papæ manda-
epiſt. 19. tum exceſſiſſent. Amariſſimas autem adverſus curiam Romanam literas dedit ad Albertum Cardinalem: ex his pauca tantum annotabimus. Neſcio quo
epiſt. 20. pacto, inquit, pars Domini ſemper mactatur in curia, ut Barabbas evadat, & Chriſtus occidatur. Authoritate curiæ jam in finem ſexti anni proſcriptio noſtra, & Eccleſiæ calamitas protracta eſt. Condemnantur apud vos miſeri, exules, innocentes, nec ob aliud, niſi quia pauperes Chriſti ſunt, & imbecilles, & a juſtitia Dei recedere noluerunt. Abſolvuntur e regione miſeri, & homicidæ impœnitentes, quos nec a Petro, ſi præſideret, apud Deum abſolvi poſſe, libera voce pronuncio. „ Immerito
epiſt. 23. quidem tam acerbe conqueritur: quod facile intelliget quiſquis attendet, quam ſeverum Papa mandatum Rotomagenſi archiepiſcopo injunxerat adverſus Regem Angliæ de ſe, & eccleſia optime meritum, & tunc potentiſſimum, quem in ſchiſmaticorum partes præcipitem agere, periculoſum erat. Eidem non minus amare ſcripſerunt Thomæ coexules, accuſantes nimiam Papæ facilitatem. Willelmus Senonenſis
epiſt. 26. Papæ paria ſcripſit, aſſerens Regem chriſtianiſſimum & totam eccleſiam Gallicanam his eſſe ſcandalizatam. Sed Rex, & epiſcopi Papæ mandata neſciebant. Rotomagenſis enim archiepiſcopus ea non divulgaverat. Hinc Alexander Papa Willelmo Seno-
l. 5. ep. 26. nenſi reſcribens id unum pro ſua defenſione reſpondet: Quoniam Thomæ cauſam, noſtram, & eccleſiæ reputamus, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus venerabiles fratres noſtros, Rotomagenſem archiepiſcopum, & Nivernenſem epiſcopum, ſuper diligenti executione præcepti noſtri ſtudioſe commoneas, ... & inſtantius exhorteris . . . . Si autem eos in regis Angliæ terram ſententiam interdicti juxta præceptum noſtrum proferre contigerit, tu eam per ejuſdem Regis terram, quam in tua provincia habere dignoſcitur, omni appellatione remota firmam obſerves, & ab omnibus facias irrefragabiliter obſervari. „

Weſtmonaſt. Thomas per monachos de rebus ſuis conſuluit Godricum eremitam, ſumma vitæ auſteritate, ſanctitate, & prophetiæ dono tunc celebrem, qui jam ei exilium, & honorificam reſtitutionem prædixerat, illumque fuerat hortatus, ut propoſitum Deo gratum non deſereret, ſed cogitata perficeret. Jam a ſexaginta annis in eremo prope Dunelmum vitam agebat ſolitariam, hominum conſortia fugiens, & totus Deo in ſumma ſimplicitate defixus, ſanctum Robertum habens conſcientiæ ſuæ moderatorem. Rurſus igitur interrogatus, quem denique dolorum finem immanitas malorum ejus inveniret? Godricus reſpondit: " Lætitiam, & triſtitiam annuntio: lætitiam quidem, quia regiam in proximo amicitiam conſequetur; & cum honore plurimo eccleſiæ ſuæ reſtituetur, & majora naſcentur omnibus Anglis in ejus reditu gaudia, quam olim in exulaturi egreſſu reſonabant lamenta. Triſtitiam autem, quia ficta ſerenitas illa inauditæ iniquitatis, & crudelitatis repente obducetur nebula; & tunc Godricus non erit in carne victurus. Replica etiam, & ſæpius repete, quia infra novem menſium terminum finis cum eo finietur eo omni parte. „ Prædictionum veritatem comprobavit eventus. Godricus tranſiit ad Deum duodecimo Kalendas Junii, & ſepultus in ſuo oratorio eſt.

Christi An. 1170.

Bolland. die 21. Maji.

XXXIII. Angliæ rex juxta promiſſa circa initium Julii in Normanniam reverſus eſt, timenſque ne ſuæ provinciæ interdicto ſubjicerentur, Rotomagenſi archiepiſcopo prius ſcripſerat: " De veſtro, aliorumque baronum meorum conſilio, pacis reformandæ inter me, & archiepiſcopum Cantuarienſem ſuſceptam formam Domino Papæ nunciis, & literis meis inſinuavi: Ipſe, ſicut per ſuas mihi literas ſignificavit, eam cum tenore, quo a veſtro prodiit conſilio, eique ex parte veſtra fuerat ſignificata, ſuſcepit cum gratiarum actione, palam mandans, & ſuadens attentius, ut illam exequar mediatione veſtra, & Nivernenſis epiſcopi. Illam itaque vobis mediantibus plene, & libenter complebo. „ Thomas eiſdem longum direxerat commonitorium, exponens neceſſarias pacis conditiones, & cautiones obſervandas, ne Regis dolis deciperentur. Iidem Regem convenientes, commonitoria domini Papæ, quæ pacis faciendæ formam continebant, illi obtulerunt: quorum ſermo hoc demum fine reſedit. Rex illis ſpopondit ſe ad voluntatem domini Papæ ſine fuco ſimultatis reſtituturum Cantuarienſi pacem ſuam, Eccleſiam ſuam, poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ in integrum, gratiam etiam ſuam, unum vehementer laborans excipere de his, quæ Papa mandaverat, oſculum videlicet. Quoniam huic publice in conſpectu Francorum regis abjuraverat. Reverſi ſunt igitur Rotomagenſis, & Nivernenſis ad archiepiſcopum Cantuarienſem Senonis commorantem, nuntiantes illi quæ penes Regem invenerant, & ut ibi pariter diem reconciliationis faciendæ aſſignarent. Reges Franciæ, & Angliæ vigeſimam Julii diem pro colloquio ſtatuerant in limitibus ſuis. Senonenſis archiepiſcopus Thomæ conſilium dederat, ut ſecum, & cum mediatoribus Regum adiret colloquium, ſi quidem in tanta locorum diſtantia pax facile componi non poſſet. Thomas tandem acquievit, profectique ſunt pariter ad colloquium Cantuarienſis, Senonenſis, Rotomagenſis, & Nivernenſis epiſcopi. Duobus primis diebus Reges de rebus ſuis tractavere; nullamque de Thoma fecerunt mentionem. Interceſſerant tamen interim ſolita diligentia pro Cantuarienſi ad regem Angliæ Senonenſis, Rotomagenſis, & Nivernenſis. Rex promiſit illis, ſe in feſto Magdalenæ Cantuarienſi collocuturum, & omnia ad præceptum Papæ ei redintegraturum, ſolo oſculo excepto. Adjecit, & juramento ſancivit ſe in hujus negatione nullas Cantuarienſi prætendere inſidias: & Deum ſæpius atteſtando Senonenſem ſuper ordinis ſui periculum interpoſuit fidejuſſorem. Senonenſis Cantuarienſi indicavit, quam & qualem dulcedinem in vultu & verbis Regis invenerat, monens ne in oſculi exactione paratam domini ſui amitteret dilectionem, multiſque interpoſitis adjecit etiam, quod & Rex ipſe idem prius publice promiſerat, nempe cum in ſuas poſſeſſiones veniret, illum cum pacis oſculo reciperet. Cantuarienſis ejus conſilio condeſcendit; & ſero Regi nunciatum eſt ejus reſponſum. Die feſto ſanctæ Magdalenæ ſummo mane Angliæ rex ad locum colloquii cum infinita ſuorum multitudine proceſſit. Cantuarienſis autem ſerior egreſſus, comitante illum Senonenſi, & comite Theobaldo, concurrentibus etiam catervatim Francis, ad eumdem pervenit: Rex illi occurrit, prævenienſque ſalutavit, dextris datis, & amplexibus, ſeceſſerunt in partem

l. 5. ep. 14.

Pax inter Angliæ regem & Thomam Cantuar.

epiſt. 12.

l. 5. ep. 46.

Ibid.

Rex,

Christi An. 1170. Rex, Cantuarienſis, & Senonenſis. Cantuarienſis Regi ſuo de injuriis ſibi, & eccleſiæ ſuæ illatis ſermone vehementi commotivo conqueſtus eſt : Deinde Rex, & Cantuarienſis ſoli in partem ſecedentes, de ſecretis ſuis multo diei ſpatio differuerunt. Conqueſtus eſt autem Cantuarienſis de læſione dignitatis eccleſiæ ſuæ, maxime in novi Regis coronatione. Rex promiſit ſe omnia correcturum ad ejus voluntatem, adjiciens filiam regis Franciæ filii ſui conjugem nondum coronatam ab ipſo coronandam, & tunc filium ſuum rurſus ab illo coronam ſuſcepturum, cum recognitione dignitatis ad eccleſiam Cantuarienſem pertinentis. Thomas Regi gratias agens ab equo deſcendit, ſeque ad pedes illius humiliavit. Rex autem cum feſtinatione linquens equum, Cantuarienſis equum reaſcendentis ſtrivarium tenuit. Sic reverſi ſunt ; Rex publice nunciavit ſe cum Cantuarienſi pacem feciſſe ad honorem Dei, & ſuum. Et convocatis hinc inde aſtantibus, Cantuarienſi reſtituit pacem ſuam, gratiam ſuam, eccleſiam ſuam, & poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ in integrum, quæ coram omnibus Thomas per Senonenſem archiepiſcopum humillime poſtulaverat. Thomas viciſſim Regi promiſit amorem, & honorem, & quidquid obſequii Regi poteſt ab archiepiſcopo exhiberi in Domino. Rex illud promiſſum acceptans annuit. epiſt. 46. Proceſſerunt etiam coexules domini Cantuarienſis, & ad pedes Regis ſe humiliaverunt : Rex autem ſingulis ſua reſtituens, ſuam benigne pacem conceſſit eis, & gratiam : & voluit, ut Cantuarienſis ſecum ſtatim in Normanniam veniret, ei, & ſuis promittens ſufficientem neceſſariorum adminiſtrationem. Thomas vero petiit inducias, ut Francorum regi, & epiſcopis valediceret, & abeundi licentiam acciperet, tumque ad ipſum reverteretur. Rex igitur juſſit, ut aliquem e ſuis clericis in Angliam tranſmitteret ad ſuas, & ſuorum poſſeſſiones recipiendas, qui prius ad ipſum veniret, receptiſque literis ſuis ad filium ſuum, & cæteros regni cuſtodes ſecurus tranſfretaret : & requiſita a Cantuarienſi benedictione receſſit.

Thomas Papam hujus pacis faciens certiorem, l. 5. ep. 43. eadem refert : hæc tantum addit : " De conſuetudinibus, quas tanta pertinacia vindicare Rex conſueverat, nec mutire præſumpſit, nullum a nobis vel aliquo noſtrum exegit juramentum. „ Deinde narrat multa, quæ de juribus antiquis Cantuarienſis eccleſiæ pro coronatione Regum differuerat ; Rex vero, inquit, ſe de mandato veſtro, quod pridem obtinuerat, adverſus hanc petitionem noſtram tutum eſſe reſpondit : & ſuper hoc literas protulit, quibus conſtitit epiſcopis celebraturis hoc munus, ſibi indultum eſſe, ut filium ſuum faceret a quocumque vellet epiſcopo coronari. Thomas inſtitit, dum Rex promitteret ſe daturum operam, ut juxta ejus conſilium in hoc articulo relevetur eccleſia Cantuarienſis ; Rex demum illacrymans ait : Domine archiepiſcope, reſtituamus nobis invicem veteres affectiones, & alter alteri quod potuerit bonum exhibeat, & præcedentis odii prorſus ſimus immemores. Sed mihi, quæſo, coram his qui procul aſpiciunt, honorem exhibeatis. Thomas juxta Papæ mandatum ſibi ablata, ſcilicet reditus eccleſiæ ſuæ non repetiit. Demum ſuas ad Papam literas ſic concludit. Expectabimus in Francia, donec redeant noſtri nuncii, quos ad recipiendas poſſeſſiones noſtras deſtinavimus, quia non eſt in animo noſtro, ut ad Regem redeamus, quamdiu de terra eccleſiæ vel paſſum abſtulerit . . . . Conſiliarii quidam Regis nos impellere conantur, ut criminoſos in ſcelere deprehenſos abſolvamus ſine pœnitentia, & confeſſione erroris . . . . & niſi acquieverimus, pacem cum Rege initam machinantur infringere : ſed nos ad id non inducent . . . . . Lexovienſis epiſcopus inſtanter, Rege, epiſcopis, & proceribus præſentibus, ſollicitavit circa iſtum articulum, dicens oportere, ut quemadmodum dominus Rex fideles noſtros in gratiam receperat, ita nos omnes, qui cum illo ſteterant, in gratiam reciperemus. Cui reſpondimus, diſtinctionem neceſſario admittendam, cum ſint alii aliis nocentiores . . . . Nos autem ad omnes pacem, & charitatem habentes, domini Regis audito conſilio . . . . negotium Deo propitio ſic moderabimur, ut ſi quis eorum pace caruerit, reconciliationis expers, hoc ſibi, non nobis debeat imputare . . . . Poſtea accepimus, quod Rotomagenſis, & Nivernenſis epiſcopi pacis mediatores . . . . epiſcopo Sagienſi tranſeunti in Angliam dederunt in mandatis, ut excommunicatos noſtros abſolveret. Sed incertum eſt, an ei formam, quam illis dederatis, præſcripſerint, & ille ſervaverit. Nullas Romano pontifici gratias agit. Christi An. 1170.

Quædam in illa pace Thomæ non placuiſſe ex his liquet, & literis, quas de ea ſcripſit Gratiano. " Ecce, inquit, ut facta eſt vox nuperrimæ comminationis Apoſtolicæ in auribus Regis, qua conſtitit terram ejus ſubjiciendam eſſe interdicto, & mandati prævaricatores epiſcopos ſuſpendendos vel excommunicandos, illico ad honorem Dei, & Eccleſiæ . . . . . pacem fecit. Nec dubium, quin infra duos primos exilii noſtri annos eam feciſſet, ſi eum ab initio hac via aggreſſus eſſet dominus Papa . . . . . verum quia Romana eccleſia . . . poſuit firmamentum ſuum formidinem, aut res captat, aut perſonas accipit, & authoritate, qua præeminet, iniqua gerentibus non occurrit, propterea flagella Dei gravia . . . . veniunt ſuper eam, ut inſtabilis facta fugiat a facie perſequentis, & in tribulationibus vix ſubſiſtat. „ Ibid. epiſt. 48.

XXXIV. Re ipſa Beneventum profugere coactus fuerat Alexander Papa : ſed inde rediens hoc anno Tuſculanum civium donatione receperat ad proprietatem Romanæ Eccleſiæ. Bambergenſemque epiſcopum, qui ſemper catholicus extiterat, ad eum de pace miſit Fridericus Imperator, præcipiens ut ſoli Papæ mandata ſua revelaret. Alexander veritus Longobardorum offenſionem, cum quibus ſocietatem inierat, ſi ipſis inconſultis cum Imperatore tractaret, feſtinanter ad eos literas direxit, ut ex ſingulis civitatibus legatum mitterent, ut cum eis de pace deliberaret. Legatus Papam oravit, ut quoniam Siciliæ regis terram intrare prohibitus erat, ad Campaniæ fines accedere dignaretur. Papa cum legatis in civitatem Verulanam venit. Bambergenſis in conſiſtorio reſidens inſtitit, ut cum ſolo Papa colloqueretur, quemadmodum in mandatis ei dederat Imperator. Papa reſpondit, ſe ſine cardinalium, & legatorum conſilio non poſſe dare reſponſum. Conſenſit tamen eum audire privatim, dummodo, quibus vellet, audita communicaret. Epiſcopus ei affirmavit, quod in perſonam illius nihil ulterius Imperator agere vellet, ejuſque ordinationes ratas haberet, & ab aliis teneri juberet. De papatu vero, & obedientia exhibenda ſic implicite loquebatur, ut quid promitteret, non intelligeretur. Pontifici inſtanti, ut mentem diſtinctius aperiret, confeſſus eſt, quod diſtincte verba ipſa expoſita mutare non auderet. Act. Alex. P. apud Baron.

Papa ad ſecretiorem cameram reverſus, ubi Lombardos dimiſerat, eis audita retulit, & habita deliberatione ſic reſpondit : " Prudentiam tuam, dilecte in Chriſto frater, valde miramur, quod hujuſmodi legationem ad nos, qui calliditates mittentis non ignoramus, detuliſti. Imperator, ut ais, ordinationes noſtras recipit, & vult ab aliis ratas haberi, cum in perſona noſtra non conſentiat, qui canonice beato Petro in Apoſtolica ſede ſucceſſimus. Quid aliud eſt agere, niſi Deum ex parte venerari, & colere, & ex parte ipſum negare ? Cauſam noſtram tota Dei Eccleſia in aliis Regibus, & principibus Chriſtianis jam judicavit canonicam, & nobis uſquequaque obeditur. Quid igitur amplius differt principi Apoſtolorum cervicem ſuam flectere, & catholicæ ſeſe unitati aggregare ? Nos vero, ſi per eum non ſteterit, parati ſumus præ cæteris mundi principibus ipſum honorare, & ſuam ipſi juſtitiam integram conſervare : dummodo matrem ſuam Romanam eccleſiam filiali devotione diligat, & ſuam libertatem ei conſervet. „ Bambergenſis poſt hæc a Lombardis ductus ad Fridericum reverſus eſt ; & Papa Romam rediit. Ibid.

Angliæ regis filii coronationem ab Eboracenſi factam in itinere didicit ; ſtatim Thomæ ſcripſit : " Nos Apoſtolica authoritate ſtatuimus, ut factum Eboracenſis, quod eſt contra noſtram prohibitionem, vobis nulla ratione præjudicium poſſit in poſterum generare, quo minus jus coronationis regum Angliæ poſſeſſionaliter habeatis. „ Eboracenſem vero archiepiſcopum datis ad eum literis ſuſpendit ab officio epiſcopali, quia filium Regis in aliena provincia coronaverat, & nullam ex more de conſervanda Eccleſiæ libertate cautionem exegerat, ſed epiſcopi potius juramento confirmaſſent regni conſuetudines, ſub quibus dignitas periclitatur Eccleſiæ. Iiſdem de cauſis ſuſpendit epiſcopos eccleſiæ Cantuarienſis ſuffraganeos ; præterea Londonienſem, & Saresberienſem in ſententiam excommunicationis revocavit. Hæc autem Thomæ ſignificavit, affirmans ſe gravius animadverſurum in pertinaces, qui pœnitentiam non egerint. l. 5. ep. 58. epiſt. 60. epiſt. 66. epiſt. 65.

Paucis

CHRISTI AN. 1170. Paucis poſt diebus de pace factus certior, Angliæ regi gratulatus, eum adhortatur, ut archiepiſcopo, & eccleſiæ ſuæ ablata reſtituat, damnaret detrimenta illata emendet, ut ſic Deum placare poſſit . . . " Nihilominus, inquit, & filium tuum ſuper articulo juramenti, quod prætermiſit de ſervando jure, & libertate Cantuarienſis eccleſiæ, ſecundum quod Reges, & principes Angliæ feciſſe noſcuntur, eidem archiepiſcopo, & eccleſiæ ſuæ condigne ſatisfacere moneas, & horteris, & quod prætermiſſum eſt, facias adimplere. Ordinationes quoque eccleſiarum, & alia quæ ad viros eccleſiaſticos pertinent, archiepiſcopo, & aliis viris eccleſiaſticis, tam tu, quam filius tuus libere, & pacifice relinquatis, ut ſic agendo poſſitis vobis regnum comparare æternum . „ Thomæ quoque ſcripſit: "Si Rex pacem, quam tecum fecit, executione operis non adimpleverit, & tibi ac tuis, & eccleſiæ tuæ poſſeſſiones, & honores ablatos non reſtituerit, tibi plenam authoritatem concedimus, ut in perſonas, & loca, quæ ad tuam legationem pertinent, excepta perſona Regis, uxoris quoque, & filiorum, eccleſiaſticam juſtitiam ſecundum officii tui debitum, nullius obſtante appellationis obſtaculo exercendi. „ Datum tertio Idus Octobris. Demum Senonenſi, & Rotomagenſi archiepiſcopis præcepit, ut infra viginti dies poſt literarum ſuarum ſuſceptionem, Angliæ regem ex parte ſua commoneant, ut pacem, quam cum Thoma fecit, executione operis compleat, ablata ei reſtituat, damna data reſarciat, pravas conſuetudines omnino præcidat. " Si autem, inquit, infra triginta dies poſt commonitionem veſtram, pacem conſummare noluerit, in tota terra ejus Ciſ-marina omnia divina, præter baptiſma parvulorum, & pœnitentias morientium, remoto appellationis obſtaculo, prohibeatis officia celebrari: & ſententiam ipſam uſque ad condignam ſatisfactionem faciatis inviolabiliter obſervari. „ Datum Anagniæ, ſeptimo Idus Octobris. Plerique cardinales Thomæ gratulatorias ſcripſere literas, quamvis de pacis executione diffiderent.

epiſt. 39.

epiſt. 31.

Thomas Regem Angliæ inviſit. Vit. Tho. l. 3. c. 2.

Thomas Cantuarienſis Turonis Angliæ regem inviſit, qui ei extra civitatem occurrit: poſtridie in capella ſua celebrari fecit Miſſam pro defunctis, ne archiepiſcopus in Miſſa pacis oſculum ei offerret. Sed interveniente Bleſenſi comite Theobaldo, Rex ei plenam reſtitutionem promiſit: volebat tamen, ut prius ad eccleſiam ſuam reverteretur, videre deſiderans, qualem ſe in regno exhiberet. Poſt aliquot dies Thomas in caſtro, quod calvus mons dicitur, iterum Regem inviſit, non ut aliquid repeteret, ſed ſi fieri poſſet, ut antiquam amicitiam repararet. Rex eum quidem minus honorifice, ſed plurimum affectuoſe excepit. Thomas ſequenti die Senonas rediit. Hic ſequentes nunciorum, quos in Angliam præmiſerat, literas recepit. Dominus Rex mandatum ſui patris accepit, & inde conſilium habuit, & reſpondit: Randulphus de Broc, & ejus miniſtri poſſeſſiones archiepiſcopatus, res, eccleſias, & reditus clericorum, diverſis in locis præcepto Regis patris habuerunt. Et quoniam niſi adhibitis præfatis miniſtris inſtauramentum cum Manerio archiepiſcopi veraciter ſciri, & inquiri non poterit, diem præſentis mandati plenius exequendi vobis Rex aſſignat decimam quintam Octobris . . . . Omnes veſtri de pace deſperant . . . . conſulunt amici noſtri, ut circa Regem moram faciatis, donec plenius gratiam ejus mereamini . . . Dominus Rex per Waltherum de Inſula, & per brevia ſua ſubmonuit Rogerium Eboracenſem, Gilbertum Londonienſem, Jocelinum Saresberienſem, de omnibus eccleſiis, quæ vacant in Anglia, quatuor vel ſex clericos eligant, & ſummo Pontifici ad veſtram confuſionem conſecrandos deſtinent . . . . Lator iſte vobis quædam ſecreto ore dicet, quæ abominabilia ſunt: & tamen vera ſunt, Thomas ejuſmodi literas ad Papam tranſmiſit.

l. 5. ep. 53.

l. 5. ep. 54.

Regi vero ſcripſit. "Novit inſpector cordium Chriſtus, in quanta animi ſinceritate amoris vobiſcum fecerimus pacem, credentes quod bona fide nobiſcum ageretur . . . . ſed ecce . . . reſtitititutio, quam nobis, & noſtris fieri præcepiſtis, dilata eſt in diem decimum ſub obtentu Ranulphi . . . . qui interim in bona eccleſiæ debacchatur, & victualia noſtra in caſtrum de Saltwerde nunc palam congerit . . . & multis audientibus, gloriatus eſt, quia non comedemus panem integrum in Anglia, antequam nobis vitam auferat . . . . . Sancta Cantuarienſis eccleſia Britanniarum mater in Chriſto, perit odio capitis noſtri: ne illa pereat, ſed evadat; Ranulpho, & ejus complicibus caput pro ipſa, Deo propitio, exponemus, parati pro Chriſto non modo mori, ſed mille mortes, & omnia tormenta exponere . . . Ad vos, Domine, redire propoſueram, ſed me miſerum, ad miſeram eccleſiam neceſſitas trahit: ad illam veſtra licentia, & gratia rediturus, & fortaſſe ne illa pereat, periturus, niſi veſtra pietas aliam nobis conſolationem celerius præſtare dignetur. Sed ſive vivimus, ſive moriemur, veſtri ſumus, & erimus ſemper in Domino. „ Hæc Thomæ ultima eſt ad Regem epiſtola.

CHRISTI AN. 1170.

l. 5. ep. 64. & 73. *S. Thomæ reditus in Angliam.*

XXXV. Joannes Saresberienſis ab eo præmiſſus in Angliam appulit die decima quinta Novembris: hæc de Thomæ reditu ſcripſit Petro abbati ſancti Remigii. " Comperimus, quod triduo ante noſtrum adventum, omnia bona domini Cantuarienſis fuerant annotata, procuratoribus ſuis ab adminiſtratione ſummotis, & in portubus edicto publico inhibitum ſub interminatione exilii, & proſcriptionis, ne quis ſuorum, ſi Anglia vellet exire, tranſveheretur. Officiales Regis præcaverant, ut archiepiſcopus, & ſui ab exilio redeuntes nihil prorſus invenirent præter domos vacuas magna ex parte conſumptas, & horrea demolita, & areas nudas. Et licet die vigeſima Julii pax fuiſſet reformata, & Rex filio ſuo præcepiſſet, ut archiepiſcopo, & ſuis omnia reſtituerentur in integrum; omnes tamen reditus ejus prærepti ſunt, qui uſque ad natale Domini percipi potuerunt . . . Eboracenſis, & Londonienſis epiſcopi ad Regem legatione tranſmiſſa poſtulant, ne Cantuarienſem in Angliam redire pateretur, antequam renuntiaret legationis officio, & reſtitueret ei univerſas literas, quas obtinuerat a ſede Apoſtolica, & repromitteret ſe regni jura inviolabiliter ſervaturum: ut ſub obtentu cautionis ejus ad obſervantiam conſuetudinum arctaretur . . . Sex etiam perſonas de ſingulis eccleſiis evocaverant, quæ omnium nomine electiones ad nutum Regis facerent: quibus ſi Cantuarienſis ob reverentiam canonum obloqueretur Regem offenderet.

Ibid.

Thomas ipſe ex mandato Regis Rotomagum venit, inde ex promiſſo liberandus ab obligatione creditorum, & cum honore in patriam remittendus. Sed fefellit eum opinio. Joannes de Oxeneford ei Regis literas attulit, quibus eum rogabat, ut ſine mora rediret ad eccleſiam, ejuſdemque Joannis conductu in itinere frueretur. Paruit. Sed æmulos ſuos in littore ventum commodum expectare cognovit: eorum conatus eluſit, mittens Eboracenſi literas apoſtolicas, quibus ipſe, & Dunelmenſis epiſcopus, propter uſurpatam novi Regis coronationem ab epiſcopali officio ſuſpendebantur. Alias idem nuncius porrexit Londonienſi, & Saresberienſi epiſcopis, quibus in ſententiam anathematis revocabantur, & ſuſpendebantur omnes epiſcopi, qui prædictæ coronationi interfuerant: Regi tamen promittenti, quod injuriam hanc nova filii ſui, & uxoris ejus coronatione repararet, Thomas gratias egerat, tunc ea ſatisfactione contentus. Aura proſperior Thomam a Flandria in Angliam felici navigatione perduxit. Venientemque ad portum, cui Sand-Wicus nomen eſt, regii ſatellites exceperunt, cuſtodiis per littora diſpoſitis, & armatis perſtrepentibus: volebant ejus perſcrutari ſupellectilem, & auferre literas, quas a Papa impetraverat. Sed eos Joannes de Oxeneford cohibuit, & compulit arma deponere. Exegerunt tamen, ut alienigenæ, qui cum archiepiſcopo venerant, ſacramentum præſtarent de ſervanda fidelitate Regi, & regno. Solus alienigena erat Simeon Senonenſis archidiaconus, quem juramentum præſtare non permiſit archiepiſcopus. Satellites fortaſſe vim paraſſent, niſi eos compeſcuiſſet populi tumultus, qui de recepto paſtore plurimum gaviſus eſt, eumque fauſtis acclamationibus excepit.

Ibid.

Sequenti die, primo Decembris, anno exilii ſui ſeptimo, Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, Cantuariam pervenit, & cum magna devotione a clero, & populo receptus eſt, licet adhuc intruſi ejus eccleſiis incumberent. Venerunt ad eum Eboracenſis, & epiſcoporum ſuſpenſorum nuncii, ad ſedem Apoſtolicam appellantes, licet in literis, quas receperant, ſummus Pontifex omnem appellandi facultatem eis præcluſiſſet. Venerunt etiam Regis officiales, ſuo rogantes nomine, & publica denunciantes authoritate, ut Thomas latam in archiepiſcopum Eboracenſem, & alios epiſcopos ſententiam relaxaret, niſi Regis, & regni vellet decerni publicus hoſtis, ut

qui

CHRISTI AN. 1170. qui novo Regi coronam moliebatur auferre. Thomas respondit, se nullo modo impugnare regiam dignitatem, sed potius opes, vires, & gloriam pro viribus in Christo augmentaturum: hoc tamen nulla ratione impetrari posse, quin adversus præsumptores Episcopos Ecclesiæ suæ justitiam prosequatur. Illis autem acrius instantibus adjecit, quod pro honore Regis, licet ei periculosum esset, & vires ejus excederet, quia judex inferior superioris non potest relaxare sententiam, paratus erat duos Episcopos absolvere, recepto ab eis prius secundum morem Ecclesiæ juramento, quod domini Papæ, qui eos vinxerat, mandatis obedirent. Officiales dixerunt, hujusmodi juramentum ab Episcopis non debere præstari, quia regni consuetudines impugnaret. Respondit Archiepiscopus, quod cum Papam modis omnibus antea sollicitassent, ut eos absolveret a vinculo anathematis, quo solius Cantuariensis Ecclesiæ authoritate fuerant innodati, non nisi præstito juramento solvi potuerunt. Quod si necessarium fuit ad unius Episcopi sententiam dissolvendam, luce clarius est, quod sententia Apostolica sine eo, præsertim a judice inferiori, solvi non debet. His rationibus cum respondere non possent, ad Archiepiscopi clementiam confugissent, nisi eos seduxisset Eboracensis, dissuadens ne quid facerent Rege inconsulto. Illis itaque ad Regem cum indignatione properantibus; Thomas ad novum Regem iter arripuit: sed cum Londonias perveniisset, denunciavit ei Rex junior, ne progrederetur, nec civitates ejus aut castella intraret, sed reciperet se cum suis infra ambitum Ecclesiæ suæ: & suis denuntiatum est, ne regni fines exeant, ne prodeant in publicum: sed sicut se ipsos diligunt, caveant sibi. Qua denunciatione publicata, se & suos Cantuariæ recepit Archiepiscopus.

l. 5 ep. 73. *Adversus S. Thomam conspiratio.* Vit. Tho. l. 3. c. 8. Thomas in relatione sui reditus, quam ad Papam misit, easdem refert circumstantias. Tot injuriarum incentores denotat Eboracensem, Londoniensem, & Saresberiensem Episcopos, qui citius transfretarunt, ut Regem circumvenirent, & adversus Thomam iram ejus exacerbarent. Eum accusarunt, quod in adventus sui initio regnum turbaverit & sacerdotium, damnationis sententiam effundens in illos, & omnes coronationi filii ejus consentientes. Respondit Rex: si omnes excommunicationi subjacent coronationi filii mei consentientes: ergo, per oculos Dei, non excludor, & in furorem conversus est. Erat quippe natura violentissimus, & iræ impotens contra decorem & rationem. Itaque furens omnes, quos nutriverat, vel beneficiis affecerat, maledixit, quod ipsum de sacerdote uno, qui ipsum & regnum suum sic turbabat, & suis dignitatibus exauthorare quærebat, non vindicarent. Et multa in Thomam evomuit. Unus homo, inquit, qui manticato jumento & claudo, primo prorupit in curiam, depulso Regum stemmate, videntibus vobis fortunæ comitibus, triumphans exultat in solio. Quæ sæpius replicantem cum audirent quatuor milites concubicularii, arbitrantes gratissimum se Regi præstituros obsequium, conspirarunt in Archiepiscopi necem. Eorum nomina sunt, Reginaldus Ursi filius, Hugo de More-villa, Willelmus de Traci, Richardus de Brito. Hi quatuor se juramento constrinxerunt: & sic a curia latenter in ipsa festivitate recesserunt, & die festo SS. Innocentium pervenerunt in Angliæ castellum, quod Salt-Werde dicitur, a Cantuaria distans sex milliaribus. Huic præerat Ranulphus de Broc. Hic tota nocte de morte Thomæ tractarunt, & sequenti die cum complicibus venerunt Cantuariam, & ingressi S. Augustini monasterium, Clairembaldus electus Abbas, & Thomæ palam adversarius, cum eis colloquitur. Tum circa horam undecimam Archiepiscopi thalamum ingrediuntur: & considentes ante pedes ejus, ipsum nec suo, nec Regis nomine salutant. Reginaldus ei dixit: a domino nostro Rege ad te directi regia tibi mandata deferimus. Volumus igitur scire, utrum ea malis secretius, an publice dici? Archiepiscopus respondit: Hoc vestræ relinquo voluntati. Reginaldus ait: Secretius ergo dicantur: iis qui præsentes sunt, interim absentatis. Omnibus egressis, ostiarius ostium patefactum dimisit, ut qui extra confederant, Archiepiscopum & quatuor milites intueri valerent. Cumque Reginaldus quædam explicasset mandata; Thomas perpendens, quod nec pacis, nec boni speciem prætenderent, clericos suos & monachos, laicis exclusis, adesse præcepit. Reginaldus tunc ei palam dixit: Mandatum tibi a domino Rege deferimus, ut ad filium suum pergas, facturus ei, quod domino Regi facere debes. Thomas ait: Id me feciisse existimo. Reginaldus contra: Nequaquam, multa sunt adhuc corrigenda. Rex præcipit, ut Episcopos suos a te absque sua licentia excommunicatos vel suspensos absolvas. Thomas respondit: Episcopos non anathematizavi, sed dominus noster Papa . . . inter vos & ipsum causa versetur. Reginaldus dixit: Etsi id in propria persona non feceris, tuo tamen factum est instinctu. Thomas ait: Si Papa nimiam Ecclesiæ meæ injuriam vindicaverit, fateor mihi non displicere. Reginaldus institit: Hoc in regiæ majestatis dedecus & despectum redundat, quod eos ab Ecclesiæ liminibus sequestres, qui Regis filium coronaverunt. Verisimillimum est enim, quod coronam velis ei subripere. Nequaquam, ait Thomas, coronam suam ab eo avellere cupio, tres ei potius vel quatuor coronas libenter impositurus... Ex quo huc cum Regis plena pace deveni, opprobria multa & damna sustinui, quamvis Rex filio suo Regi præceperit, mihi meisque firmam pacem haberi. Et super hæc omnia hæc mihi comminari venistis? Noveritis, quia talia valde molestè fero... verum ex quo nec a Rege, nec a filio, quidquam justitiæ invenio; ego, qualem potest & debet Archiepiscopus, exercebo justitiam. Exclamavit unus illorum: Minæ, minæ, etiamne totam terram interdicto subjicies, & nos omnes excommunicabis? Tandem conversi ad monachos eis dixerunt: Ex parte domini Regis præcipimus, ut hunc hominem, ne quoquam divertat, diligenter custodiatis, rursus illum Regi, cum ei placitum fuerit, repræsentaturi. Numquid, inquit Thomas, me fuga labi velle putatis? non veni, ut fugerem, sed ut grassantium rabiem, & impiorum malitiam expectarem. Cui satellites: Vere, volente Deo, non effugies.

Egressi milites ad complices accelerant, & se velocius armantes revertuntur in loricis, cum gladiis & securibus, arcubus & sagittis. Præcurrentes aliqui id nunciant Archiepiscopo. At ille: Sinite armare. Vixque, licet instarent clerici & monachi, ei persuasum est, ut ad vespertinas laudes descenderet in Ecclesiam; cum jam tumultus armatorum fenestras & portas effringentium exaudiretur: & cum procedere moneretur ad sancta sanctorum, ut deferretur ei ex reverentia loci, non acquievit. Clericis vero & monachis vectem ferreum obducentibus; Præcipimus, inquit, ne ostium claudatis. Non enim decet Ecclesiam incastellare. Omissis vesperis quidam monachi illum licet renitentem introducunt, & clausis Ecclesiæ valvis hostes festinant excludere. Thomas eos increpat, dicens: Dimittite eos intrare: & occurrens ostium aperuit, & statim milites perscrutato palatio, in Ecclesiam per claustra ruunt, clamantes: Ubi est ille proditor, ubi est Archiepiscopus? Thomas occurrit eis e gradibus, dicens: Ego sum . . . Quid est, Reginalde, multa tibi contuli beneficia, & ad me in Ecclesiam armatus accedis? Reginaldus arripiens ejus pallium vociferatur: Veni huc, captus es. Sanctus ait: Non veniam. Hic mihi facietis quæ facere vultis, & pallium de manu ejus excussit. Si caput meum quæritis, prohibeo ex parte omnipotentis Dei, & sub anathemate, ne alicui meorum noceatis. Tum caput inclinans in modum orantis, hæc novissima verba protulit: Deo, & Beatæ Mariæ, & Sanctis hujus Ecclesiæ patronis, & Beato Martyri Dionysio commendo me ipsum, & Ecclesiæ causam. Reginaldus tunc toto conamine suo capiti protenso vulnus inferre nitens, Eduardi Crim brachio obsistenti grave vulnus inflixit: & reliquum ictus in pontificis caput recidit, ejusque sanguis emanare cœpit. Reginaldus autem exclamavit: Percute, percute. Protinus quidam adhuc hic stantes ad orationem dispersi sunt. Thomas attollens in cœlum oculos, genu flexo ante altare, se ipsum hostiam viventem obtulit Deo. Et secundo vulnere capiti inflicto, in terram corruit. Tertius plurimam testæ portionem amputando vulnus præcedens horribiliter ampliavit. Quartus in idem vulnus gladium vibravit, & cerebrum ejiciens per pavimentum crudelissime sparsit, clamans, mortuus est, quantocius exeamus hinc. Hic fuit finis Sanctissimi Martyris Thomæ Cantuariensis Episcopi, die vigesima nona Decembris, anno millesimo centesimo septuagesimo, ejus ætatis quinquagesimo tertio, hora diei quasi undecima.

CHRISTI AN. 1170. c. 14.

Ibid. c. 15. *S. Thomæ martyrium*, c. 16. & 17.

Ini-

CHRISTI AN. 1170. Ibid. c. 20. c. 21. c. 22.

Iniquitatis ejus operarii ſtatim ad palatium archiepiſcopi recurrunt, & quodcumque auri vel argenti, veſtium aut ornamentorum inventum eſt, inter ſe diviſerunt. Scripta omnia, & privilegia, quæ repererunt, Ranulpho de Broc tradita ſunt, ut ea ad Regem in Normanniam deferret, qui ea pro arbitrio vel comminueret, vel ea numquam videnda recluderet. Accurrit ad triſte ſpectaculum magna populi multitudo, divitibus præ metu latentibus. Monachi corpus ejus feretro impoſitum ante majus altare pernoctare fecerunt, effuſumque ſanguinem in vas mundiſſimum collectum in eccleſia reponunt. Sequenti die divulgatum eſt adeſſe milites, qui ſancti Martyris corpus per totam civitatem equis diſtraherent, & projicerent. Monachi igitur illud cum ſumma feſtinatione ſepelierunt. Exuentes autem eum veſtibus, ut pontificalibus induerent, invenerunt ejus corpus cilicio involutum, & femoralia ejus interiora cilicina. Erat autem in crypta monumentum novum de petra: ibi propter metum perſequentium, illud quaſi abſcondentes ſepelierunt. Et clauſis eccleſiæ januis, nulla per annum integrum in ea celebrata ſunt divina officia.

Regis Angliæ dolor. Act. poſt mart. c. 1.

XXXVI. Henricus Angliæ rex ſanctum Thomam ſuorum gladiis occubuiſſe, ubi primum audiit, clericos ſuos miſit Cantuariam, qui congregatis monachis dixerunt: Infortunium, fratres, quod penes vos accidit, eatenus dominum Regem contriſtavit, ut ab introitu eccleſiæ per triduum abſtinuerit, cibumque, præter lac amygdalarum, non ſumpſerit: conſolationem non admiſerit: nec in publicum prodierit, ſciens in ſuam redundare infamiam quod ſuorum actum eſt ſævitia: nec facile poſſe perſuaderi, quin videatur animam ejus quæſiiſſe, quem toties doluerit ſuis obviaſſe decretis. Res quidem deteſtanda expleta eſt, & facinus inauditum: tantoque minus ejuſmodi conſcius fuiſſe credendus eſt, quanto magis eum in innocentia ſervaſſe uſque in hodiernum diem, dubium non eſt. Unum eſt, quod mordet ejus conſcientiam. Cum enim omnes, qui coronationi filii ſui interfuerunt, excommunicatos accepiſſet, dolorem ſuum diſſimulare non poterat, qui jam fomitem omnem irarum ſub pace ſopitum putabat, vocatiſque neceſſariis ſuis de reſuſcitata injuria querimoniam depoſuit, eoque vehementius commoti ſunt, quod eum perſequebatur, qui eum promoverat. Unde eo neſciente vindicaturi ejus injurias, per hoc ei placere putantes, a curia latenter receſſerunt quatuor illi, qui flagitium perpetraverunt. Quod cum audiiſſet, ſciens eos ferociſſimos, & nequiſſimos, e veſtigio miſit expediti ſſimos, qui illorum inſaniam prohiberent; ſed jam tranſierant. Et die, qua facinus expletum eſt, eos apud ſe præſentes putabat. Hoc, fratres, miſſi ſumus vobis intimare, ne de tanti principis ſerenitate ſiniſtrum ſuſpicemini; ſed ſi quid culpæ contraxit, in eo quod aliquid dixit, quod ad facinus aggrediendum graſſatores invitaverit, veſtris orationibus convenit expiari. Et nunc corpus jubet honeſte tradi ſepulturæ: non enim mortuum perſequitur, licet viventem infeſtum habuerit.

Legationes ad Papam de morte S. Thomæ. l. 5. ep. 78. 80. & 81.

Magiſter Alexander, & magiſter Gunterius, quos ſecum Thomas uſque ad mortem habuit, ſtatim profecti ſunt, ut eam Papæ nunciarent. Quibus rex Galliæ dedit ſequentes literas . . . "Denudetur gladius Petri in ultionem Cantuarienſis martyris, quia ſanguis ejus pro univerſali clamat Eccleſia, non tam ſibi, quam univerſæ Eccleſiæ conquerens de vindicta. Et ecce ad tumulum Agoniſtæ, ut relatum eſt nobis, divina in miraculis revelatur gratia, & divinitus demonſtratur ubi humatus requieſcit, pro cujus nomine decertavit. „ Willelmus Senonenſis, & Theobaldus comes Bleſenſis, & regni Francorum procurator per eoſdem ſcripſere Papæ, ultionem ſanguinis innocentis expoſtulantes.

Ibid. epiſt. 79.

Ernulphus Lexovienſis epiſcopus, vir eloquens, omnium epiſcoporum Angliæ nomine ſcripſit Papæ pro defenſione Regis, "qui ſtatim, inquit, in primis nefandi ſermonis initiis ad omnia lamentationum genera converſus . . . . multo fortius amicum exhibuit, quam principem. Tribus fere diebus concluſus in cubiculo, nec cibum capere, nec conſolationem admittere ſuſtinuit . . . Et nos qui ſacerdotem lamentabamur primitus, de Regis ſalute conſequenter cœpimus deſperare . . . & quærentibus epiſcopis, quid eum ad ſe redire non permitteret? reſpondit . . . . Arbitrari ſe nominis ſui famam, & gloriam maledictis æmulorum reſpergi poſſe, & confingi id ex ejus conſcientia proceſſiſſe; ſed omnipotentem Deum ſe teſtem invocare in animam ſuam, quod opus nefandum, nec ſua voluntate, nec conſcientia commiſſum eſt, nec artificio perquiſitum... ſuper hoc quoque ſe judicio Eccleſiæ prorſus exponere, & humiliter ſuſcepturum quidquid in eo fuerit ſalubriter ſtatuendum .... ſupplicamus ergo... ut tanti ſceleris authoribus ſecundum facti immanitatem ſeveritas veſtra retribuat, & ſuam innocentiam Regi pietas Apoſtolica velit affectuoſius conſervare. „ CHRISTI AN. 1170. & 1171.

Magiſter Joannes Cumin cum clericis Eboracenſis archiepiſcopi jam Romam venerant, ut peterent abſolutionem epiſcoporum Angliæ: & poſt multam inſtantiam, prius promiſſis quingentis marcis, auditæ ſunt eorum excuſationes. Sed cum ſuperveniſſet rumor de morte Thomæ, omnia denigravit. Ita enim perturbatus eſt Papa, ut nec etiam ſui fere per octo dies cum eo potuerunt habere colloquium. Et interdictum eſt, ne Angli ad eum haberent acceſſum. l. 5. ep. 84.

Legati Angliæ regis ad Papam quid obtinent.

Non multo poſt miſſi ſunt ad Regem excuſandum, epiſcopi Vigornenſis, & Ebroicenſis, & abbas de Vallace, & archidiaconi Saresberienſis, & Lexovienſis cum quatuor aliis: Eos Siennæ detinuit comes Macarius: ſed, exceptis epiſcopis, media nocte latenter exierunt, & per abrupta montium venere Tuſculanum: hic invenerunt Richardum Barre pariter legatum valde contriſtatum, quia nec Papa eum receperat. Plerique cardinalium vix eum audire dignati ſunt; ſed nec illi ad conſpectum Pontificis admiſſi ſunt. Poſtea tamen, ad inſtantiam quorundam cardinalium, abbas de Vallace, & archidiaconus Lexovienſis, quaſi minus ſuſpecti, recepti ſunt ad audientiam. Hi cum Angliæ regem nominaſſent, acclamavit tota curia: ſuſtinete, tanquam Papæ abominale eſſet audire tale nomen: ſero redierunt ad Papam, ei de communi conſilio exponentes beneficia, quæ Rex Cantuarienſi contulerat, & ſingulos exceſſus illius archiepiſcopi, & inopportunitates, quas contra regiam dignitatem commiſerat, & primo quidem ſecreto, & poſtea coram Papa, & cardinalibus: Contendentibus adverſus eos magiſtris Alexandro, & Gutherio clericis Cantuarienſis archiepiſcopi. Inſtante vero quinta feria ante paſcha, in qua de conſuetudine Romanæ Eccleſiæ ſolet Papa publice abſolvere; vel publice excommunicare: Legati regii conſuluere cardinales Angliæ regi fideliores, exorantes, ut animum Papæ, & quid circa Regem ſtatuere proponeret, aperirent. Ipſis nihil niſi ſiniſtrum reportantibus, ex ſingultuoſa eorum, & fratris Franciſci relatione præſenſerunt, quod ea die Papa diſpoſuerat, in Angliæ regem, & in totam terram ejus ciſ-marinam, & tranſmarinam, de communi cardinalium conſilio, interdicti ferre ſententiam, & eam, quæ in epiſcopos lata fuerat, confirmare. Tunc omni ſtudio tentarunt, tum per cardinales, tum per illos e ſuis ſociis, qui ad Papam acceſſum habebant, ut ceſſaret ab hoc propoſito, vel ſaltem differret uſque ad adventum epiſcoporum, quos Rex miſerat. Quod cum nullo modo fieri poſſet; legati congregati cum quibuſdam cardinalibus, hanc viam declinandi tanti dedecoris invenerunt: iiſdem cardinalibus intercedentibus, Papæ ſignificarunt ſe in mandatis a Rege accepiſſe, quod jurarent in ejus præſentia, quod Rex ſtaret Papæ mandato: & hoc ipſe juraret in propria perſona. Eadem ergo die Jovis circa horam nonam, vocati ſunt nuncii Regis, & epiſcoporum: & in generali conſiſtorio juraverunt, quod Rex ſtaret mandato Papæ, & ad præceptum ejus idem ipſe juraret. Epiſcoporum nuncii ſimiliter juraverunt, quod domini ſui ſtarent præcepto Papæ, & idem ipſi jurarent. Ipſa tamen die Jovis anni milleſimi centeſimi ſeptuageſimi primi, Papa generaliter excommunicavit interfectores Cantuarienſis archiepiſcopi, & omnes qui conſilium, vel auxilium, vel aſſenſum præbuerunt, & omnes qui in terram ſuam eos ſcienter receperint, aut foverint. l. 5. ep. 83.

Vigornenſis, & Ebroicenſis epiſcopi hactenus Siennæ detenti poſt Paſcha venerunt: & cum ſtetiſſent in curia per quindecim dies, vocati ſunt ad audiendum reſponſum ſuum: Papa confirmavit ſententiam interdicti, quam Senonenſis archiepiſcopus dederat in terram ciſ-marinam, & ſententiam excommunicationis, & ſuſpenſionis, quæ data erat in epiſcopos Angliæ. Præcepit etiam quod Rex temperaret ab ingreſſu eccleſiæ: & ſubjunxit, quod ipſe mitteret legatos l. 5. ep. 84.

ſuos

Christi An. 1171. suos ad Regem, ut cognoscant ejus humilitatem. Deinde post multam nunciorum instantiam, & interventum quorumdam cardinalium, & magnæ etiam pecuniæ, ut dicitur, hoc impetratum est, ut Papa scriberet Bituricensi archiepiscopo, ut si infra mensem post adventum nunciorum in Normanniam, non audierit legatos Alpes transiisse, tunc absolvat Londoniensem, & Saresberiensem ab excommunicatione, præstito prius juramento, quod stabunt mandato Papæ, tam illis, quam aliis in suspensione manentibus. Sic Regis nuncii recesserunt. Vix fuit impetratum, ut Papa Regi scriberet, invitans eum ad humilitatem.

XXXVII. Alexander Papa circa idem tempus Septentrionales ecclesias ordinavit, multos abusus corrigens: Itaque scripsit ad Upsalensem archiepiscopum, ejusque suffraganeos: "Audivimus, quod in Suecia, & Gothia consuetudo detestabilis inolevit. Laici enim vobis inconsultis conferunt ecclesias quibus volunt, omnia simoniace agentes . . . Quilibet sacerdos undecumque adveniens, licet ordinationis suæ nullum habeat testimonium, solo nutu laicorum, divina in salutis eorum suæque periculum celebrare præsumit. Unde evenit, ut monachi fugitivi, vel homicidæ, vel quibuslibet notati sceleribus, aut non sacerdotes sacerdotio fungi non metuant.... Accedit ad hoc quod clerici litigantes laicorum judicia subire, & secundum ipsorum leges agere, vel defendere se coguntur. Etiam episcopi ad igniti ferri examen provocantur. Clerici quandoque impune cæduntur, vel occiduntur. Quæ radicitus evellenda sunt.„ Tum hortatur episcopos, ut adversus hæc vitia acriter insurgant; iisque opponant statuta Patrum, quæ illis suggerit. Tum addit: "Ferventis vero aquæ, vel candentis ferri judicium, sive duellum catholica Ecclesia contra quemlibet etiam, nedum contra episcopum admittit. „ Idque Stephani Papæ V. authoritate confirmat. "Præterea, inquit, illud mandamus, quatenus populum gubernationi vestræ commissum decimas ecclesiis fideliter persolvere diligenter moneatis; & si necesse fuerit, sub districtione anathematis compellatis. Datum Tusculani, quarto Idus Septembris anni millesimi centesimi septuagesimi primi. „ Alteram ad eosdem dedit epistolam, adversus matres, quæ prolis suæ procurant interitum, & adversus incestuosos, & jubet, ut eos ad sedem Apostolicam venire compellant, nisi corporis infirmitate vel egestate fuerint oppressi. "Ad hæc, inquit, qui dormiendo, non voluntate, sed casu filios suos oppressisse inveniuntur: triennio, si iidem filii fuerint baptizati: si vero absque sacro baptismate decesserint, quinquennio pœnitentiæ disciplinis subjaceant. Sacerdotes, quos ab his studiosius præcavere convenit, officii sui perpetua executione priventur.„ Nunc etiam in quibusdam diœcesibus peccatum est reservatum, si parentes filios suos secum in eodem lecto dormientes casu oppresserint. Et ratio est, quia plurimos parvulos sic fortuito perire compertum est... hinc parentes, qui eos secum in eodem lecto collocant, hoc ipso volentes tanto periculo se suosque parvulos exponunt.

Alexand. P. Septentrionis ecclesias ordinat. Append. primæ epist. 19. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

Ibid. epist. 22.

Ibid. "Præterea, inquit Papa, non sine cordis amaritudine quosdam sacerdotes, contra Apostolicas institutiones cum sicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis Missam celebrare audivimus: & fideles laicos non christiano more, absque sacerdotali benedictione, & Missa, matrimonium contrahere. Unde sæpe illicita contingit fieri conjugia, & inter legitimas personas divortium intervenire. „ Hinc ea deinceps fieri prohibet authoritate Apostolica.

Matth. Paris. XXXVIII. Henricus Angliæ rex de mittendis a Papa legatis certior factus, rediit in Angliam, portus diligenter custodiri præcipiens, & si quis interdicti literas deferre deprehenderetur, eum in carcerem detrudi jussit. Visitavit Henricum Wintonienſem episcopum jam in extremis agentem, qui pro morte Thomæ durissime ipsum increpans, multa ipsum prædixit adversa passurum. Jam ante biennium omnia sua distribuerat pauperibus, & post quadraginta duos sedis annos migravit ad Deum. Rex vero contracta ingenti classe transfretavit in Hiberniam, ut eam sibi subjiceret.

Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. Die decima octava Octobris pervenit Waterford civitatem episcopalem. Quatuor reguli, & omnes potentes Hiberniæ, præter Regem de Conacta, qui dicebat se de jure esse dominum totius Hiberniæ, venerunt ad eum; & quatuor Hiberniæ archiepiscopi, quorum primus erat Gelasius Armacensis, totius Hiberniæ primas, & viginti octo eorum suffraganei, & abbates, & receperunt eum in Regem, & dominum Hiberniæ, jurantes ei, & hæredibus suis fidelitatem, & regnandi super eos potestatem in perpetuum: quod & chartis confirmarunt. Christi An. 1171.

Ibid. Angliæ rex postea misit Nicolaum capellanum, & Radulphum archidiaconum de Landulff, una cum archiepiscopis, & episcopis Hiberniæ usque ad Cassilienſem civitatem, ad celebrandam synodum. In ea statutum est primo, ut pueri deferrentur ad ecclesiam, & ibi baptizarentur sub trina immersione in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: & hoc a sacerdotibus fiat, nisi metu mortis impediente . . . . & tunc a quolibet fiat, sine exceptione sexus, & ordinis. Secundo, ut decimæ dentur ecclesiæ de omnibus, quæ possidentur. Tertio, ut secundum jus ecclesiasticum fiant matrimonia. Quarto, ut terra ecclesiastica ab omni sæcularium exactione sit immunis. Angliæ rex transcriptum chartarum archiepiscoporum, & episcoporum Hiberniæ misit ad Alexandrum Papam; qui authoritate Apostolica confirmavit illi, & hæredibus suis regnum Hiberniæ, quod exinde vivendi formam accepit meliorem. *Cassiliense synodus.*

Christi An. 1172. Altera synodus apud Armachiam ab iisdem episcopis celebrata est. Communisque fuit hæc omnium sententia, propter peccata populi . . . divinæ vindictæ hoc eis incommodum accidisse . . . & decretum est, ut Angli per insulam servitutis vinculo mancipati in pristinam revocarentur libertatem. Rex his gestis in Angliam remeavit. Eoque pervenit die decima septima Aprilis, anno millesimo centesimo septuagesimo secundo, ut inde transiret in Normanniam, & Papæ legatos susciperet. Ibid. *Armachiense syn.*

Gest. post Martyr. Thom. c. 3. XXXIX. Theoduinus, & Albertus Romanæ ecclesiæ cancellarius, presbyteri cardinales virtute, & scientia conspicui jam advenerant. Odo prior Cantuarienſis cum suis monachis per literas postulavit, ut illa ecclesia reconciliaretur. Quibus rescripsere legati: Lætamur quod mortem sanctæ memoriæ Thomæ, quondam archiepiscopi vestri, ita in conspectu suo Deus pretiosam ostendit, & venerandam ejus memoriam tot miraculis illustravit . . . Petitioni vestræ devoto concurrente assensu, fraternitati vestræ mandamus, quatenus convocatis episcopis, & abbatibus provinciæ vestræ, qui vobis ad hoc idonei visi fuerint, cum solemnitatis ecclesiasticæ moderamine, denuo vestram ecclesiam consecretis. Exceſtrensis, & Ciceſtrensis episcopi hanc die vigesima prima Decembris reconciliarunt. l. 5. ep. 96.

Ibid. epist. 88. *Anglia regis reconciliatio.* Rex, & legati convenerunt apud Gotham die decima septima Maji. Et ibi invicem recepti sunt in osculo pacis. Sequenti die venerunt Salviniacum, ubi archiepiscopus Rotomagensis, & multi episcopi, & proceres convenerunt: cumque ibidem de pace diu tractatum esset, quoniam Rex mandatum eorum absolute jurare renuit, ab iis cum indignatione discessit, dicens: Redeo in Hiberniam, ubi multa mihi incumbunt; vos autem ite in pace per terram meam, ubi vobis placuerit, & agite legationem, sicut vobis injunctum est. Cardinales habito consilio, revocaverunt episcopum Lexovienſem, & archidiaconum Pictavienſem, & archidiaconum Saresberiensem: & per eos elaboratum est, ut sexta feria sequente Rex, & cardinales apud Abrinias convenirent. Rex hic quidquid ex parte cardinalium ei propositum est, benigne suscepit, & concessit: sed dilatum est usque ad sequentem Dominicam, ut Regis filius adesset, & quod pater promitteret, ipse quoque juraret. Tunc in publica audientia, Rex manu sua tactis sacrosanctis evangeliis juravit, quod neque mandavit, neque voluit, quod archiepiscopus Cantuariensis interficeretur: & audita morte ejus plus indoluit, quam lætatus est: Addit etiam ex propria voluntate, quod de morte patris, & matris numquam tantum doluit. Juravit etiam, quod quamcumque ei pœnitentiam cardinales injungerent, vel satisfactionem, plenarie exequeretur. Fatebatur enim se querelis suis ejus causam extitisse. Tunc injunctum est ei a legatis, ut nutriret ducentos milites per annum integrum sumptibus suis, & unicuique militi trecentos aureos daret, in terra Hierosolymitana contra paganos, secundum dispositionem Templariorum. Secundo, ut prava statuta de Clarenduna, & malas consuetudines, quæ in diebus suis in ecclesias inductæ sunt, penitus dimitteret. Si quæ autem malæ fuerunt ante tempora sua, illas, juxta mandatum domini

Papæ,

CHRISTI AN. 1172. Papæ, & consilio virorum religiosorum, temperaret. Tertio, ut ecclesiæ Cantuariensi omnem integritatem suam in terris, & in aliis rebus restitueret, sicut fuit anno antequam archiepiscopus iram Regis incurrisset. Et omnibus, quibus offensus erat propter archiepiscopum, pacem & amorem redderet, & possessionum suarum plenitudinem. Quarto, ut, si necesse fuerit, & dominus Papa mandaverit, iret in Hispaniam, ad eam liberandam a Paganis.

Ibid. Injunxerunt etiam ei secretius jejunia & eleemosynas, & alia quædam, quæ ad communem audientiam non pervenerunt: quibus Rex libenter assensum præstitit, dicens legatis coram omnibus: Ecce, corpus meum in manu vestra est: scitote pro certo quidquid jusseritis, seu proficiscendi Hierosolymam, sive Romam, sive ad sanctum Jacobum, vel quidquid id sit, paratus sum obtemperare. Omnes qui aderant, videntes Regis humilitatem & devotionem, vix poterant lacrymas continere. His expletis, deduxerunt eum volentem legati extra ostium ecclesiæ, ibique flexis genibus, non tamen exutis vestibus, neque verberibus appositis, absolutus est, & in ecclesiam introductus. Et ut aliqui Franci hæc ita processisse cognoscerent statuerunt quod archiepiscopus Turonensis, & suffraganei ejus coram Rege & legatis præsentiam suam exhiberent apud Cadomum, proxima die Martis post Ascensionem. Quod Rex juravit, filius ejus Rex manu sua firmavit, in manu Alberti cardinalis, se ex parte sua observaturum. Et si Rex, vel morte, vel alia causa præpeditus pœnitentiam istam complere non posset, ille perficeret. In mandato, quod Papæ nomine cardinales ad Regem miserunt, duo sequentes articuli continentur: Vos a sequenti Domini nativitate crucem accipietis, proximaque æstate in propria persona profecturi, nisi remanserit per dominum Papam . . . . . Appellationes nec impedietis, nec permittetis impediri, quin libere fiant in ecclesiasticis causis ad Romanam ecclesiam. Sed cum Rex illud mandatum absolute jurare noluerit, expeditio in Palæstinam temperata est, & concessum dilationis triennium, ut habetur in synodo Abricatensi, quæ paulo post celebrata est.

Ibid. epist. 89.

Abricatensis synod. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè. Duo Henrici reges Angliæ, pater & filius, & Rotrodus Rotomagensis archiepiscopus, & omnes episcopi & abbates Normanniæ convenerunt apud Abricam civitatem, in præsentia Theoduini & Alberti cardinalium, & coram omnibus rex Angliæ pater, quinto Kalendas Octobris, eadem, quæ prius, juramento confirmavit, & addidit: quod ab Alexandro summo Pontifice, & catholicis successoribus ejus non recederet, quamdiu ipsum sicut Regem catholicum habuerint. Henricus Rex ejus filius eadem juravit. Rex pater fecit apponi sigillum suum scripto, in quo supradicta capitula continebantur, una cum sigillis cardinalium.

Ibid. Sequenti die synodus tredecim sequentia decreta promulgavit. Primum. Pueri ad regimen ecclesiarum, in quibus est cura animarum, minime admittantur. Tertium. Laici partem oblationum non accipiant. Quintum. Sacerdotes majorum ecclesiarum, quibus ad hoc suppetunt facultates, alium sub se presbyterum cogantur habere. Octavum. De tertia parte decimarum nihil presbytero, qui servit ecclesiæ, auferatur... Nonum. His, qui decimas hæreditario jure tenent, licentia sit, cui voluerint, idoneo clerico dare, & postea ad ecclesiam, cui de jure competunt, revertantur. Rogerius Eboracensis archiepiscopus, præstito juramento, quod ante coronationem novi Regis literas prohibitionis a Papa non susceperit, & quod se Regi de consuetudinibus regni observandis non obligaverit, quodque sancti Thomæ mortem nullo modo procuraverit, ad officii sui plenitudinem est restitutus. Gilbertus Londonensis & Jocelinus Saresberiensis episcopi Romam miserunt, & literas absolutionis acceperunt.

CHRISTI AN. 1173. *S. Thomæ canonizatio.* l. 5. ep. 92. Demum Alexander Papa Thomam Cantuariensem in sanctorum Martyrum numerum retulit. "Nos, inquit in epistola, quam de ea re scripsit ad capitulum Cantuariensis ecclesiæ, considerata gloria meritorum, quibus in vita sua magnanimiter claruit, & de miraculis ejus non solum communi & celebri fama, sed etiam dilectorum filiorum Alberti & Theodwini presbyterorum cardinalium, & sedis Apostolicæ legatorum, & aliarum plurium personarum testimonio certitudinem plenam habentes, præfatum archiepiscopum in capite jejunii, deliberato cum fratribus nostris consilio, solemniter canonizavimus, & decrevimus collegio sanctorum Martyrum annumerandum: Vobis & universitati fidelium de Anglia, Apostolica authoritate mandantes, ut natali ejus die, quo vitam suam glorioſa passione finivit, annis singulis cum veneratione debita celebretis. „ Datum Signiæ quarto Idus Martii, anno millesimo centesimo septuagesimo tertio.

CHRISTI AN. 1173.

Sacrilegi sancti Martyris percussores intra triennium miſere periere. Post scelus admissum ad Regem reverti timentes, in occidentalem Angliæ partem secedentes, in unius eorum possessionibus habitaverunt. Sed cum viderent se ab omnibus hominibus vitari & haberi ut execrabiles, conscientiæ stimulis agitati proficiscuntur ad Alexandrum Papam, qui pro pœnitentia eis injunxit peregrinationem Hierosolymitanam . . . . . Dum pergunt, Willelmus de Traci, unus ex illis, in Calabria subsistens Cosentiæ gravi infirmitate correptus est: ejus corporis membra computruere, ita ut cum tabe caro ipsa, maxime brachiorum, vel sponte diffluereť, vel ab ipso infirmo doloris impatiente divelleretur & projiceretur, nervis ac ossibus discoopertis remanentibus. Ipse tamen glorioſi martyris patrocinium cum summa contritione ac multis gemitibus inceſſanter implorabat, ut testatus est Cosensis episcopus, qui fuit ejus in hac infirmitate confessor. Tres alii pervenere Jerosolymam, ubi paulo post obiere pœnitentes, atque ante templum sepulti, eorumque tumulo appositа est hæc inscriptio. Hic jacent miseri, qui martyrizaverunt B. Thomam Cantuariensem archiepiscopum.

Alford. tom. 4. Annal.

Saladini initia. Chron. Amalar. 3.

XL. In Oriente christianorum res semper prolabi in deteriora cœperunt. Saladinus nepos Saraconis, qui Noradini Syriæ regis militiæ princeps erat, cum avunculo missus in auxilium regis Ægypti, cum esset astutiæ sæcularis, sic authoritate invaluit, ut eo mortuo regnum occuparet: non multo post obiit Noradinus, ejusque uxoris connubium petiit Saladinus, & obtinuit, eaque tradente Damascum & ejus fines accepit, & fugatis hæredibus totum regnum occupavit. Demum qua vi, qua dolis Babiloniæ regnum opulentissimum sibi subjecit: tantisque succinctus viribus Christianorum malleus extitit. Hic dum sic crescit in perniciem Christianorum, potentem belli socium eis ademit templum militum avaritia & crudelitas. Erat in Phœnicia quidam Arabum populus, quasi sexaginta millia hominum habens, qui meritorum prærogativa sibi præficiebat principem, quem vocabant senem, cui sic subjiaciebantur, ut nihil esset tam difficile vel periculosum, quod ad ejus imperium non aggrederentur. Imprimis si quem haberet principem odiosum, sicam dabat uni vel pluribus de suis, qui non cogitantes utrum possent evadere, circuibant & laborabant quousque injunctum peregissent officium: hinc Assysini vocabantur. Tunc his princeps præerat acris ingenii, qui scripturas sacras sæpe legens, Christi miraculis & præceptis persuasus est, ut ejuraret Mahumetismum, quem abominari cœpit. Itaque virum prudentem misit ad Amalricum Hierosolymorum regem, ei secreto significans, quod si templi milites, qui castella suæ regioni contermina habebant, & duo millia aureorum pro tributo a suis exigere solebant, ea vellent remittere, & fraternam deinceps observare charitatem, ipsi ad fidem Christi & baptisma convolarent.

Guillel. Tyr. l. 20. c. 31.

c. 32.

Rex id gratanter suscipiens, petitioni eorum annuit, volens eamdem summam de suis reditibus templi militibus refundere, & nuncium cum uno sui corporis custode remisit: at ille jam fines suos ingressurus, a templi fratribus occisus est. Rex, his auditis, ex communi principum consilio, tam immane facinus, quod in suum dedecus redundabat, ulcisci constituit: mittuntur ergo nobiles, qui ab Ottone de sancto Amando templi magistro postulent, ut tanti excessus satisfactionem Regi & regno exhibeat. Ille respondit se fratri hujusce facinoris authori injunxisse pœnitentiam, ac velle eum ad Papam dirigere: inhibere autem ex parte Papæ, ne quis in eum manus injiciat. Rex illum de eorum domo violenter eductum, & Tyrum traductum in vincula conjecit, atque ita Assysinorum principi satisfecit, & suam comprobavit innocentiam: ac moderate cum templi fratribus agens, illius causam dimisit indiscussam, & paulo post die undecima Julii ex dysenteria mortuus est, anno Christi millesimo centesimo septuagesimo tertio, ætatis suæ trigesimo octavo,

Christi An. 1173. regni duodecimo. Illi succeſſit filius Balduinus IV., qui ſtatim a patriarcha coronatus eſt. Sed cum vix eſſet annorum undecim, regni procuratio commiſſa eſt Raymundo comiti Trypolitano, cui cognationis jure debebatur.

Iisdem temporibus vixere Rabbinorum antiquiſſimi, qui ſcripſere de rebus & lege Judæorum. Primus fertur Rabbi Nathan, qui hoc ſæculo ineunte diem extremum obiit: alter Rabbi Benjamin, qui peregrinationum ſuarum relationem abſolvit anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio: fabulis, mendaciis, & erratis ſcatet ejus narratio. Imprimis ut prophetias Jacob de adventu Meſſiæ eluderet, commentus eſt quamdam Judæorum habitationem, cui Hanam e familia David præeſſet: ſed eam collocat in regionibus prorſus incognitis & inacceſſis, ad quas nullus hominum poſtea venit, nec illius dominationis notitiam habuit. Atque ita dum mendacium locorum difficultate celare tentat, prodit. Ex his patet, quam inanis ſit ac inutilis iſtiusmodi hominum eruditio: cum ipſi inter ſe ſæpe non conſentiant; & lectoribus figmenta ſua proponant.

XLI. Cantuarienſis ſedes a duobus annis & amplius vacabat. Rogerius, Beccenſis abbas, electus, quamvis Rex conſenſum præſtitiſſet, hanc ſedem recuſavit. Tandem pridie Nonas Junii illius eccleſiæ ſuffraganei, & ſenior pars conventus ſimul convenientes apud Weſtmonaſterium elegerunt Richardum priorem Dowernenſem, qui Regi coram magno juſtitiario fidelitatem juravit, ſalvo ordine ſuo. Sed Henricus junior, qui jam adverſus patrem rebellionem meditabatur, ſubmiſſis literis electionem dixit irritam, quia ſe inconſulto facta fuerat, & ſedem Apoſtolicam appellavit. Henricus pater conſenſum dedit. Richardus igitur, qui prius fuerat monachus Cantuarienſis, epiſcopi, & electores ad Alexandrum Papam literas dederunt, ad confirmationem obtinendam: & Richardus ipſe non multo poſt Romam profectus eſt. Sex aliæ eccleſiæ vacabant in Anglia, quibus epiſcopi præpoſiti ſunt, quos Rex maxime probavit.

Alford. Annal. tom. 4.

Richardus Cantuar. archiepiſc.

Henricus junior adverſus patrem rebellans, fugit ad regem Francorum ſuum ſocerum. Ejus ſtatres Richardus dux Aquitaniæ, & Gaufridus comes Britanniæ, conſilio ſuæ matris Eleonoræ reginæ fratrem ſuum ſecuti ſunt. Fiunt undique conjurationes, incendia & rapinæ. Itaque, ut creditum eſt, in ultionem B. Thomæ martyris Deus ſuſcitavit contra Henricum regem ſua viſcera, filios, inquam, qui eum uſque ad mortem perſecuti ſunt.

Matth. Pariſ.

Henricus ſenior ab omnibus fere comitibus derelictus viginti millia Brabancenorum ingenti mercede conduxit, qui fideliter ei ſervierunt; præterea ſequentes ad Papam literas dedit: " Veſtræ jurisdictionis eſt regnum Angliæ, & quantum ad feudatarii juris obligationem vobis duntaxat obnoxius teneor & aſtringor. Experiatur Anglia, quid poſſit Romanus Pontifex. Et quia materialibus armis non utitur, patrimonium B. Petri ſpirituali gladio tueatur. „ Rotrodus Rotomagenſis archiepiſcopus Henricum juniorem literis hortatus eſt, ut quemadmodum lex humana & divina poſtulat, patri de ſe optime merito reconciliaretur. Eleonoræ vero reginæ cum ſuis ſuffraganeis ſcripſit: " Mone, quæſo, filios tuos, ut patri ſuo ſubditi & devoti exiſtant, pro quibus tot paſſus eſt anguſtias, unde ne inconſulta facilitas dilapidet ac diſperdat quod tantis eſt ſudoribus acquiſitum: hæc tibi, piiſſima regina; & zelo Dei dicimus, parochiana enim noſtra es, ſicut & vir tuus, non poſſumus deeſſe juſtitiæ. Vel redibis ad virum tuum: vel jure canonico conſtringemur, & tenebimur in te cenſuram eccleſiaſticam exercere. Quod quidem inviti dicimus, & niſi reſipueris, cum dolore & lacrymis faciemus. „

Alford. Annal. tom. 4.

Alexander Papa Richardi electionem confirmavit, eumque Cantuarienſem epiſcopum conſecravit, die trigeſima tertia Martii, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, & conſecrato dedit pallium, atque primatum addidit, ac inſtantibus Angliæ regis legatis, ei legationem ſuam indulſit, ut vindictam de Regis hoſtibus faceret. Alii ſex electi epiſcopi a Richardo in Angliam reverſo conſecrati ſunt.

Ibid.

Gervaſ.

Henricus rex audito quod Vallenſes & Scoti crudeliter vaſtarent Angliam; de tranſmarinis terris ſuis quaſi deſperans, in Angliam celeriter navigavit, & corde pœnitenti Cantuariam ad ſanctum Thomam venit. Feriaque ſexta, quarto Idus Julii, in veſte lanea, nudis pedibus, ab eccleſia ſancti Dunſtani, quæ longe extra urbem poſita eſt, uſque ad tumbam ſancti Thomæ martyris perveniens, ibidemque diutius & devote procumbens, ab omnibus qui aſtabant epiſcopis, abbatibus, & monachis ſingulis volens verberatus eſt: ibique pernoctavit jejunus, & ſequenti mane Miſſæ in memoriam ſancti Martyris ante monumentum ejus celebratæ cum interfuiſſet, Londinum profectus eſt: eodemque die nuncium accepit Scotorum regem cum multis e ſuis eſſe captum: itaque in Anglia pax reſtituta eſt. Rex ſtatim repetiit Normanniam, & Francorum regem ac filium ſuum Rotomagi obſidionem ſolvere compulit: occurrit ei Richardus Cantuarienſis, qui ipſo poſtulante, omnes ejus adverſarios excommunicavit authoritate Pontificia: & nequidem Henricum juniorem regem excepit: Rex poſt feſtum ſancti Michaelis filios ſuos recepit in gratiam: ſic pace undique firmata, Deus in martyre ſuo Thoma glorificatus eſt: eumque in patronum elegit rex Henricus ſenior, cujus patrocinio e tantis periculis fuerat ereptus.

Angliæ regis pœnitentia & pax cum filiis

Christi An. 1173. & 1174.

Eodem anno facta eſt dedicatio Claræ-vallenſis eccleſiæ, & canonizatio ſancti Bernardi, & corporis ejus elevatio, cui adfuit Wichardus Lugdunenſis archiepiſcopus, abbas quondam Pontiniaci. Canonizationis literæ datæ ſunt Anagniæ decimo quinto Kalendas Februarii.

XLII. In Germania Imperator octavo Kalendas Julii Ratisponæ curiam habuit celeberrimam: aderant omnes fere principes regni Teutonici, & omnes ſuffraganei Salisburgenſis archiepiſcopatus & prælati cum miniſterialibus ejusdem eccleſiæ, juſſu Imperatoris venerant. Adalbertus ejusdem urbis archiepiſcopus, cum avunculo ſuo Henrico Auſtriæ duce conſtanter affuit, qui quoniam Alexandri Papæ partes ſequebatur, jam nuſquam certam manſionem habebat: aliunde primores Salisburgenſis eccleſiæ criminalia quædam falſo ei objecerunt, & nuncios clam Romam miſerant. Sed cum omnes ſuffraganei bonum ei apud Papam teſtimonium reddidiſſent, injuriam ei factam conquerentes, Alexander perfidos illos ab intentione ſua literis dehortatus, præceptis Apoſtolicis ad obedientiam ſui præſulis revocabat. Imperator tamen omnes ejus ſuffraganeos ad hoc deduxit, ut confirmarent ſententiam magiſtri Richerii, qui electus Brixienſis epiſcopus, ad interrogationem Imperatoris, ſententiam depoſitionis in Adalbertum dederat. Omnesque ſtatim Henricum præpoſitum Berthesgadinenſem cum favore principum & Imperatoris electum Salisburgenſem archiepiſcopum inthronizant: Imperator ei ſine mora regalia conceſſit. Pauciſſimi huic inſaniæ ſe ſubtraxerunt. Adalbertus autem cum ſuis prælatis, quorum plures adhuc cum eo ſtabant, querelas per fidelem nuncium ad Papam detulit. Qui per eumdem literas miſit ad Adalbertum, & ad Conradum Moguntinum archiepiſcopum, (is legatione Apoſtolica in partibus Bavariæ fungebatur) quibus ſententiam depoſitionis datam adverſus Adalbertum caſſabat: Conrado mandabat, ut Henrico certum tempus præfigeret, quo in priorem eccleſiam rediret: Salisburgenſi autem capitulo præcipiebat, ut ad obedientiam Adalberti rediret. Henricus tamen Imperatoris authoritate per quatuor annos hanc ſedem retinuit, quemadmodum Chriſtianus Moguntinam ſedem tunc obtinebat: Conradus enim, uti diximus, ad Papam confugerat, qui eum cardinalem creatum Sabinenſi, deinde Sorano epiſcopatui præfecerat, & tunc in Bajoaria Apoſtolica legatione fungebatur, archiepiſcopi Moguntini titulum retinens. Primus legitur, dictus eſſe cardinalis presbyter, quamvis eſſet archiepiſcopus.

Chron. Reicherſ. Schiſmam ec. cleſiaSalisburg.

XLIII. Eodem tempore Leodienſi eccleſiæ præerat Radulphus, qui avaritiæ facibus incenſus in foro rerum venalium vendi faciebat præbendas & beneficia. Sed Deus adverſus eum ſuſcitavit ſanctum presbyterum Lambertum le Begue cognominatum, quod balbus eſſet. Hic concionibus ſuis, quibus cleri corruptos mores inſectabatur, plures ad meliorem frugem reduxit: Cleri primores querelas adverſus eum deferunt ad epiſcopum, qui eum caſtello incluſit, ubi Apoſtolorum acta vulgari lingua reddidit. Poſtea Radulphus ex ſui cleri conſilio eum Romam tranſmiſit, accuſans quod prædicandi munus temere ſibi vindicaſſet. Alexander Papa ſciens, quod per invidiam accuſaretur, conceſſa prædicandi

Lambertus Begunar. fundat. Ægid. monach. c. 52.

licentia

Christi An. 1174. licentia illum remisit. Redux mulieres & puellas, quæ caste vivere proponerent, congregavit, ipsisque præmium castitatis verbo & exemplo prædicavit: Beguinæ ex ipso cognominatæ sunt. Earum institutum in Belgio perseverat, & quæ illud profitentur, possunt ad nuptias transvolare. Lambertus construxit Ecclesiam Sancti Christophori, in qua sepultus est septimo Kalendas Julii anno millesimo centesimo septuagesimo octavo.

Hirsaug. Chron. Basilius prior Carthusiæ octavus post multa virtutum studia plenus operibus sanctitatis ad Deum transivit in senectute bona. Vir tam eruditione scripturarum, quam integritate morum valde reverendus, qui verbo simul & exemplo multos ad melioris vitæ semitas revocavit. Inter quos ejus hortatu conversus est ad ordinem sanctissimus ille pater Hugo prior de Withei in Anglia, & postea Lincolnienſis Episcopus. Basilius post mortem coruscavit miraculis.

London. synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè. XLIV. Angliæ Rex undique pace potitus, una cum filio suo Henrico in Angliam reversus est. Richardus vero Cantuarienſis Archiepiscopus convocatis suffraganeis suis & Abbatibus Londoniæ synodum celebravit in Westmonasterio, decimo quinto Kalendas Junii, cui præsidens sequentia statuta ab omnibus subscripta promulgavit: Primum, " Si quis sacerdos vel clericus in sacris ordinibus constitutus.. publice fornicariam habeat, & si tertio commonitus, eam non dimiserit & expulerit... omni officio & beneficio ecclesiastico spolietur ... Qui autem in subdiaconatu vel supra ad matrimonia convolaverint, mulieres etiam invitas & renitentes relinquant. „ Secundum, " Clerici in sacris ordinibus constituti, edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nec publicis potationibus interſint, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Si quis vero tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur. „ Tertium prohibet, ne clerici in sacris ordinibus constituti judicium sanguinis agant. Quintum vetat, ne clerici ordinentur ab alienis Episcopis, & sub interminatione anathematis prohibet, ne a quoquam ad officii sui executionem suscipiantur. Octavum. " Nullus prælatus in recipiendo monacho, vel canonico, vel sanctimoniali, pretium sumere vel exigere ab his, qui ad conversionem veniunt, aliqua pacti occasione præsumat. Si quis autem hoc fecerit, anathema sit.„ Decimum. Sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri negotientur. Decimum tertium. "Quia multi modo inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus, ut juxta domini Papæ præcepta admoneantur, semel, secundo, tertio, ut de grano, de vino, de fructibus arborum, de fœtibus animalium, de lana, de agnis, de butyro & caseo, de lino & cannabe, & de reliquis, quæ annuatim renovantur, decimas integre persolvant: quod si commoniti non emendaverint, anathemati se noverint subjacere. „ Decimum sextum. " Inhibemus, ne quis quasi pro complemento communionis intinctam alicui Eucharistiam tradat. „ Decimum octavum. " Nullus fidelis .... occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote, publice nubat in Domino. „ Decimum nonum prohibet, ne matrimonio jungantur, nisi qui ad legitimam ætatem pervenerint.

Ibid. Eboracenſis Archiepiscopi clerici in eadem synodo Cantuarienſem appellaverunt ad Romani Pontificis audientiam: quatuor enim Episcopatus repetebant suæ metropoli, & Eboracenſis in Cantuarienſi Ecclesia coram se crucem deferri volebat. Clerici quoque Ecclesiæ Sancti Asaf, petierunt a Cantuarienſi Archiepiscopo, ut præciperet Godefrido suo Episcopo, ut ad sedem suam rediret, vel alium Episcopum loco ipsius instituerent. Henricus enim Rex ei tradiderat abbatiam Abbendoniæ vacantem in custodia, donec ad propriam sedem liberum haberet regressum, quam paupertate & Vallenſium infestatione relinquere compulsus fuerat. Ab archiepiscopo interpellatus Episcopatum resignavit, sperans se servaturum Abbatiam. Cantuarienſis loco ipsius magistrum Adam sancti Asaf Episcopum consecravit. Rex vero monacho dedit abbatiam.

Alford. Annal. tom. 4. XLV. Monasterium Malmesberienſe, quod in Saresberienſi diœcesi situm est, abbatem sibi delegerat. Saresberienſis Episcopus electo ex parte Papæ prohibuit, ne aliunde quam a se ipso munus benedictionis acciperet. Ille nihilominus occulte profectus in Vallias ab Episcopo Laudavienſi benedictionem adeptus est. Saresberienſis Episcopus querelas detulit ad Richardum Cantuarienſem; qui suspendit Vallenſem Episcopum & Abbatem, donec privilegium allegarent. Ecclesiarum privilegiis productis in medium, nihil invenit Richardus, quare Malmesburienſe monasterium Episcopo Saresberienſi subesse non deberet. Abbas quidem quasdam exemptionis literas protulerat, sed quæ in filo & bulla vitiosæ videbantur, stylumque Romanæ curiæ minime redolebant. Utraque pars jus suum testibus & possessione defendebat. Itaque Richardus judicium in alium diem distulit, quo dum ad pacem omnes hortaretur, & Episcopus judicio se humiliter offerret, Abbas consilio cujusdam advocati noluit acquiescere, dicens se soli Romano Pontifici respondere, & recedens contumaciter, Viles, inquit, sunt Abbates, qui potestatem Episcoporum non exterminant, cum pro annua auri uncia plenam a sede Romana possint assequi libertatem. Christi An. 1174.

Ibid. Richardus in suis ea de re literis ad Romanum Pontificem, his sic expositis subjicit: "Hæc ad aures eminentiæ vestræ deferimus, quia pestis illa latissime se diffundit: adversus primates & Episcopos intumescunt Abbates; nec est, qui majoribus suis reverentiam exhibeat & honorem .... Detestantur abbates habere suorum excessuum correctorem, claustralisque militiæ jugum relaxant in omnem desiderii libertatem. Hinc est, quod monasteriorum fere omnium facultates datæ sunt in direptionem: nam abbates curam carnis in desideriis agunt, non curantes, dummodo laute exhibeantur. Claustrales vero quasi Acephali otio vacant, & vaniloquio,.. Hæc omnia, reverende Pater, vestræ correctionis judicium postulant tempestivum. Verendum enim est, ne sicut abbates ab Episcopis, ita Episcopi ab Archiepiscopis, & a prælatis suis decani & archidiaconi eximantur. Et quæ est hæc forma justitiæ, prohibere, ne discipuli magistro consentiant ... & armare filios in patres ... si auderemus dicere quod sentimus: cum ex officio justitiæ reddatur unicuique quod suum est: non multum Romani Pontificis justitiam promovet, si alicui in alienam injuriam beneficium confert ... Scimus equidem, quod ob quietem monasteriorum, & Episcoporum tyrannidem, has exemptiones plerumque Romani Pontifices indulserunt. Verumtamen in contrarium res versa est; monasteria enim, quæ hoc beneficium damnatissimæ libertatis adepta sunt, plus inquietudinis, plus inobedientiæ, plus inopiæ incurrerunt. Ideoque & multæ domus, quæ nominatissimæ sunt in sanctitate & religione, has immunitates numquam habere voluerunt, aut habitas continuo rejecerunt. „ Quapropter Papam exorat, ut si Malmesburienſis abbas venerit, ne illius admittat privilegia, nisi de eorum veritate constet.

Christi An. 1175. XLVI. In Italia Fridericus Imperator, qui sub finem anni superioris, Alexandriam ante sex annos conditam obsidere cœperat, post quatuor obsidionis menses, advenientibus sanctis majoris hebdomadæ diebus, sub prætextu concessionis induciarum ad celebrationem Paschatis, recessit Papiam, & per literas Ostienſem & Portuenſem Episcopos, & cardinalem S. Petri ad vincula, ut pro reformanda pace inter Sacerdotium & Imperium ad se venirent, invitavit, qui Papa annuente venerunt. Imperator designavit Philippum cancellarium suum, & electum Colonienſem Archiepiscopum, qui cum Papæ & civitatum Longobardiæ legatis de pace tractaret. Sed de pacis conditionibus inter eos minime convenit: sic Imperator sub spe pacis Longobardos detinuit, ne ipsum imparatum armis invaderent. Alexander vero Papa, ut gratum se Alexandrinis exhiberet, ad postulationem Galdini Mediolanenſis Archiepiscopi & Cardinalis, Alexandriam declaravit urbem Episcopalem, atque in eam transtulit sedem Aquenſem. Episcopum autem Papienſem crucis & pallii dignitate privavit, eo quod hæc civitas diu antipapæ Octaviano, & Friderico Imperatori adhæsisset. *Alexandria fit episcopat.*

Milites S. Jacobi in Hisp. Alex. P. epist. 20. tertiæ append. XLVII. Eodem anno millesimo centesimo septuagesimo quinto Papa literis Ferentini tertio Nonas Julii datis ad Petrum Fernandes, militiæ S. Jacobi primum magistrum, approbat eumdem ordinem institutum ad defensionem Christianorum adversus Saracenos: & statuit, ut in eo sint & clerici, qui vitam agant cœlibem: & viri conjugati; ea conditione, ut si viri præmortui fuerint, & relictæ eorum uxores, quæ ordinem susceperint, nubere voluerint, denuncietur hoc magistro sive commendatori, ut cum ipsius licentia transeant ad alias nuptias; quod etiam de viris

Christi An. 1175. observandum præcipit. Ipsis confirmat possessionem eorum omnium, quæ tunc legitime possidebant, & quæ concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis modis justis, poterunt adipisci. Sanxit præterea, ne occasione antiquæ detentionis sive scripturæ, quisquam ab eis possit auferre, quæ ultra memoriam hominum sub Saracenorum detenta sunt potestate, & de magnificentia principum, seu labore suo obtinebunt.

Demum eis hæc statuta præscribit: Primum, ut sint sub unius magistri obedientia, ac sine proprio vivant. Secundum, ut matrimonia contrahere iisque uti possint. Tertium, ne viri vel mulieres sine licentia magistri redeant ad sæculum, vel ad alium ordinem transeant. Quartum, ut singulis annis die festo sanctorum omnium generale celebrent capitulum: cui interfint clerici, & eorum prior generalis, qui illorum curam gerit: & tredecim fratres seu commendatores, qui cum magistro in dispositione domus assistant, & eligendi magistri curam habeant. Prior autem, cum magister obierit, totius ordinis curam gerat, donec novus magister eligatur. Prædicti tredecim commendatores, cum prioris consilio & sanioris partis capituli, magistrum, si pernicioſus vel inutilis apparuerit, corrigendi vel amovendi potestatem habebunt; & si inter ipsum & capitulum emerserint quæstiones, debitum eis finem imponent. Et si quis eorum ex hac vita transierit, vel pro culpa mutandus sit, magister cum consilio reliquorum alium ejus loco substituat. Quintum, Eligantur visitatores idonei, qui domos fratrum per anni circulum fideliter visitent, & quæ ibi digna correctione invenerint, aut ipsi corrigant, aut ad generale capitulum deferant corrigenda. Sextum, ordinis clerici simul maneant, & priori obediant: & filios fratrum, qui eis a magistro fuerint commissi, instruant scientia literarum: & fratribus tam in vita, quam in morte, spiritualia submministrent... Ipsi vero non sint otiosi, sed vacent orationi & piis operibus: iis vero fratres reddant decimas de laboribus suis, & aliis bonis. Septimum, si quis locus episcopalis in vestram veniat potestatem, sit ibi episcopus, qui cum ecclesiis & clero suo, designatos sibi reditus & possessiones, & spiritualia jura percipient. Reliqua vero sint in ordinis dispositione. In parochialibus ecclesiis, quas habetis, inquit Papa, nolumus episcopos suo jure fraudari: si autem in desertis locis, aut in terris Saracenorum de novo ecclesias construxeritis, ecclesiæ illæ plena gaudeant libertate: ne aliqua per episcopos decimarum, aut alterius rei exactione graventur: neque interdicto per episcopos vel excommunicationi subjaceant. Octavum, ne personas ordinis præter legatum a latere Romani Pontificis, quisquam excommunicare præsumat. Quod etiam de familiis & servientibus statuitur. Nonum, Chrisma & oleum sanctum, & consecrationes altarium, & basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diœcesano suscipiant episcopo, si communionem Apostolicæ sedis habuerit. Decimum, cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis clausis januis, exclusis excommunicatis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Undecimum, si quis in aliquem ordinis fratrem, vel sororem, violentas manus injecerit, excommunicationis sententia sit adstrictus. " His post Papam subscripsere tredecim cardinales.

Alford. Annal. tom. 4.

XLVIII. Hugo cardinalis legatus sub finem Octobris ejusdem anni venit in Angliam. Rex, qui illum postulaverat, honorifice suscepit, & diu cum eo tractavit de pace facienda inter Rogerium Eboracensem archiepiscopum, & Richardum Cantuariensem .... Tandem per consilium Regis sic inter eos convenit: Cantuariensis capellam sancti Oswaldi liberam ab omni jurisdictione sua Eboracensi relinqueret, sicut Regis capellam, & absolveret ejus clericos, quos excommunicaverat, & de aliis controversiis starent judicio Rotomagensis archiepiscopi, ejusque suffraganeorum. Legatus autem Regi dedit licentiam implacitandi, seu traducendi clericos ante judicem sæcularem, de foresiis suis, & de captione venationis. Richardus Cantuariensis postea depositit Willelmum abbatem sancti Petri de Burgo, quia violenta manu & armata clausstrum suum infregerat, & reliquias Sanctorum una cum brachio sancti Oswaldi Regis & martyris asportare volebat, pro quorum defensione monachi & ministri ecclesiæ quidam vulnerati, & quidam interfecti sunt.

Northamptonienſis ſynodus poſt feſtum converſionis ſancti Pauli anno ſequente, ſcilicet milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto, celebrata eſt. Willelmus rex Scotorum ad eam adduxerat Richardum epiſcopum ſancti Andreæ, & Jocelinum epiſcopum Glaſcoviæ, & cæteros epiſcopos, & abbates, & priores regni ſui. Henricus Angliæ rex eis præcepit per fidem, quam ei debebant, & fidelitatis ſacramentum quod ei fecerant, juxta pacta conventa inita, dum eumdem Regem in bello captum dimiſerat, ut eamdem ſubjectionem facerent eccleſiæ Anglicanæ, quam facere debebant & ſolebant tempore prædeceſſorum ſuorum. Cui reſponderunt, quod ipſi numquam ſubjectionem fecerant Anglicanæ eccleſiæ, nec facere debeant. Rogerius Eboracenſis affirmavit, quod Glaſcuenſes, & Caſæ-candidæ epiſcopi ſemper ſubjecti fuerint Eboracenſi eccleſiæ, & Romanorum Pontificum privilegia demonſtravit. Glaſcuenſis epiſcopus contendit, quod ſedes ſua ſpecialis eſſet filia Romanæ Eccleſiæ, & ab omni ſubjectione archiepiſcoporum exempta. Cantuarienſis autem archiepiſcopus, qui Scoticam eccleſiam ſibi ſubjicere volebat, effecit, ut Rex epiſcopos Scotiæ redire permitteret, nulla ſubjectione facta eccleſiæ Anglicanæ. Christi An. 1176. Northam. ſynodus. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Hugo legatus ſub medium Quadrageſimæ ejuſdem anni Londoniæ ſynodum habuit apud Weſtmonaſterium. Aderant omnes epiſcopi & abbates Angliæ. Eboracenſis maturius adveniens primam ſedem præoccupavit, allegans hanc ſibi competere ex antiquo B. Gregorii decreto, quo ſtatuitur, ut Eboracenſis & Londonienſis ſecundum ordinem antiquitatis ſedeant, quod de Cantuarienſi intelligendum contendebat Eboracenſis, qui prior fuerat ordinatus. Cantuarienſis adveniens ſecundam ſedem recuſavit: mox ſubditis ejus pro ipſo ferocius æmulantibus, Eboracenſem ex loco præmature occupato cum contumelia deturbant: qui cappam ſuam conſciſſam, illatæ ſibi violentiæ indicem exhibuit, & Cantuarienſem ad ſedem Apoſtolicam provocavit. Metropolitanis ſic contendentibus diſſipatum eſt concilium. Parkerus proteſtans, Cantuarienſis archiepiſcopus ab Eliſabetha regina renuntiatus, quem male ſequitur recentior catholicus, hoc factum pro more nimis irreligioſe refert. Mirum tamen poſt tot judicia ſemper ambitioſam inter epiſcopos ſic revocari contentionem. Alford. Annal. tom. 4. Neuberg. l. 3. c. 1.

Hugo legatus hos mores non ferens Romam reverſus eſt: Vivianus presbyter cardinalis, qui paulo ante in Hyberniam a Papa legatus miſſus fuerat, peracta legatione rediit in Angliam: & per conductum Regis ivit in Scotiam, ubi celebrata ſynodo in caſtello puellarum, Chriſtianum Candidæ-caſæ epiſcopum ſuſpendit ab officio, quia vocatus ad ſynodum non venerat. Epiſcopus ſuſpenſionem illam non obſervavit, ſeptus munimine Rogerii Eboracenſis, cujus erat ſuffraganeus. Joannes Saresberienſis, ſancti Thomæ exilii & laborum ſocius & particeps, electus Carnotenſis epiſcopus, annuente capitulo Cantuarienſi, cujus conſenſum miſſi legati poſtulaverunt, a Mauricio Pariſienſi epiſcopo conſecratus eſt. Guillelmus Senonenſis translatus eſt in ſedem Remenſem, quam Henricus Francorum regis frater nuper mortuus per quatuordecim annos adminiſtraverat. Ibid. Roger.

XLIX. In Galliis graſſabatur hæreſis Manichæorum, qui boni homines dicebantur: Lumbariæ in Narbonenſi provincia ut coercerentur, celebrata eſt ſynodus. Boni homines illuc magiſtros ſuos delegarunt, & quatuor judices diſputationis elegerunt Gerardum epiſcopum Albigenſem, Rogerium abbatem Caſtrenſem, Petrum abbatem Ardorelli, & Ernaldum presbyterum Narbonenſem, addidere abbatem de Candilio; quos etiam receperunt Catholici. Admiſſi ſunt magnates & barones plurimi illius regionis. Gaucelinus Lodovenſis epiſcopus de multis eos interrogavit. Hæc eſt ſumma reſponſionum, quibus continentur eorum errores. Vetus teſtamentum non recipiebant, ſed tantum novum. De Sacramento corporis Chriſti id unum reſpondere voluerunt; qui digne ſumunt, ſalvantur; & qui indigne, acquirunt ſibi damnationem, addentes, quod ab omni bono tam clerico, quam laico conſecraretur. De matrimonio dixere: vir & mulier junguntur propter luxuriam & fornicationem. De pœnitentia reſponderunt. Infirmis ſufficere ſi confiterentur, cui vellent. De aliis multis circa eoſdem articulos interrogati, noluerunt reſpondere, dicentes, quia de fide ſua reſpondere non debebant. Non interrogati dixere: *Manichæi damnati in Gallia.* Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Labbè.

Pri-

CHRISTI AN. 1176. Primo, quod non debebant omnino jurare per aliquod ſacramentum. Secundo, ſi tales non ordinarentur epiſcopi, & presbyteri, quales ordinandos præcepit Paulus, non eſſent epiſcopi, neque presbyteri, ſed hypocritæ & ſeductores . . . Et qui non eſſent epiſcopi neque presbyteri, niſi tales quales fuerunt presbyteri, qui tradiderunt Jeſum, quod non debeant illis obedire, quia mali ſint, non bene docentes, ſed mercenarii. Contra ea quæ dicebant, inductæ ſunt multæ novi Teſtamenti authoritates a Pontio Narbonenſi archiepiſcopo, & Arnaldo Nemauſenſi epiſcopo, & Petro Sandracenſi abbate, & abbate de Fonte frigido.

Ibid. Auditis utrimque allegationibus, ſequentem ſententiam protulit Lodovenſis epiſcopus, ex mandato Albigenſis epiſcopi diœceſani, & ejus aſſeſſorum: Ego Gaucelinus Lodovenſis epiſcopus judico iſtos, qui vocant ſe bonos homines, hæreticos eſſe: & damno ſectam Oliverii (hic erat eorum princeps, quem velut alterum Paulum audiebant) ſociorumque ejus, & qui tenent ſectam hæreticorum de Lumbers, ubicumque ſint. Atque hoc judicamus per authoritates novi Teſtamenti, cujus quædam teſtimonia profert adverſus eorum errores.

Ibid. 1. Tim. 2. *Baptiſmi neceſſitas.* Imprimis notabile eſt quod affert ad probandam baptiſmi generalitatem & neceſſitatem. Dicimus, inquit, quod Deus vult omnem hominem ſalvum fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ſicut narrat ſcriptura. Nec Chriſtus pro omnibus eſſet crucifixus, qui omnia traxit ad ſe: nec eſſet datum plenum ſalutis remedium, ſi tantum ſalvarentur majores, qui originali peccato actualia addiderunt: & ſi infantes non ſalvarentur . . . qui tantum peccatum originale contraxerunt. Baptiſma enim generaliter omnibus eſt traditum, ſicut ait Dominus diſcipulis: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum. Et rurſus: Sinite parvulos venire ad me, talium enim eſt regnum cœlorum . . . Si autem quæratur, cujus fide ſalvantur infantes, cum ipſi fidem non habeant, ſine qua impoſſibile eſt Deo placere: dicimus, quia fide Eccleſiæ, vel fide patrinorum, ſicut paralyticus eſt curatus fide offerentium.

Joan. 3. Matt. 10.

Ibid. *Juramentum eſt licitum.* Hæretici reſponderunt, quia epiſcopus, qui dederat ſententiam, erat hæreticus, & non ipſi . . . . ſeque converterunt ad populum, promulgantes fidei formulam etiam circa prædictos articulos catholicam, niſi quod de libris veteris teſtamenti tacuere. Epiſcopus eos interrogavit, ſi jurarent ſe tenere iſtam fidem . . . & quod male ſenſerant atque prædicaverant. Dixerunt quod nullo modo jurarent. Epiſcopus, qui novi Teſtamenti teſtimoniis probaverat, licitum, imo quandoque neceſſarium eſſe juramentum, ſic judicavit: Ego Gaucelinus epiſcopus Lodovenſis, juſſu Albigenſis epiſcopi, adſeſſorumque ejus judicio, & per ſententiam dico, quod male ſentiunt iſti de jurejurando, & debeant jurare, ſi reſipiſcere volunt, præſtandumque eſt juramentum ubi fides periclitatur: & quia infames ſunt, & de hæreſi notati, debent purgare ſuam innocentiam, & redeuntes ad Eccleſiæ unitatem, fidem ſuam jurejurando aſtruere, ſicut tenet & credit Eccleſia catholica: ne, infirmi qui ſunt in Eccleſia, corrumpantur: & ne oves morbidæ univerſum gregem contaminent... Philip. 1. 1. Tim. 3. Apoſtolus frequenter juravit per Deum: Teſtis eſt mihi Deus: itemque, Teſtor Deum. Hæretici videntes quod ſuper hoc erant convicti, dixerunt, quod epiſcopus Albigenſis fecerat eis pactum, quod non cogeret eos jurare. Negavit Albigenſis, & Gaucelini ſententiam confirmavit, ut aſſenſu ſuo datam: & commonuit milites de Lombers, ut eos non manuteneant. Hanc pariter confirmarunt quatuor abbates electi judices, & Pontius de Arſax Narbonenſis archiepiſcopus, Arnaldus Nemauſenſis, Gozelinus Toloſanus & Guillelmus Agathenſis epiſcopus, ſex abbates, tres viri nobiles, & cum iis Conſtantia ſoror regis Franciæ, & uxor Raimundi comitis Toloſani. Evidens eſt ejuſmodi hæreticos, qui poſtea dicti ſunt Albigenſes, fuiſſe Manichæos, ſiquidem vetus Teſtamentum & matrimonium reprobabant.

S. Galdini mors. In ejus vit. Iidem hæretici infecerant urbem Mediolanenſem, dum ei dominarentur ſchiſmatici, & dicebantur Cathari; ita ut etiam publice prædicarent ſuos errores, & multæ ſimplicium animæ laqueis diabolicæ fraudis caperentur. S. Galdinus Mediolanenſis archiepiſcopus his ſe opponens, multis ſermonibus, prædicationibuſque populum ſuum ab illo errore retraxit. Cum autem decennium in ſuo expleviſſet epiſcopatu, ſecunda poſt Paſcha die dominica, in hæreticos zelo Dei accenſus ſanctæ Theclæ eccleſiam petiit, de more divina officia in ea peracturus: & quia erat infirmus, Miſſarum ſolemnia ab Algiſio Provano, qui ei ſucceſſit, celebrari præcepit, ipſe vero ante evangelium aſcendens pulpitum, contra Catharos, & eorum complices habuit orationem, eorumque confutavit errores, fidemque catholicam multis SS. Patrum & evangelii teſtimoniis comprobans, ſenſit ingraveſcere morbum, aſportatuſque in odeum, hic uſque ad finem Miſſæ decubuit. Obiit die vigeſima ſexta Aprilis anni milleſimi centeſimi ſeptuageſimi ſexti, quo die in Eccleſia recolitur ejus memoria. CHRISTI AN. 1176.

Pax inter ſacerdotium & Imp. Pagi t. 4. ad ann. 1176. L. Fridericus Imperator interim receptis auxiliaribus copiis, Longobardiæ fœderatos aggreſſus tertio Kalendas Junii ejuſdem anni, ingenti prælio deviſtus eſt, quo primum labefacta eſt in Italia vis occidentalis Imperii. Eccleſiæ principes tunc inſtitere apud Imperatorem, ut cum eccleſia reconciliaretur, alioquin receſſuri. Itaque ad Papam tunc Anagniæ degentem miſit quatuor legatos, ſcilicet Veremundum Magdeburgenſem, & Chriſtianum Moguntinum, Archiepiſcopos, Conradum electum Vormatienſem, & Veremundum aulæ Imperialis protonotarium, qui de pace cum Papa & cardinalibus ſincere tractarent. Accepto Papæ conductu Anagniam die vigeſima prima menſis Octobris pervenere: & poſt longam altercationem cum cardinalibus a Papa delegatis ad pacem ordinandam, his ſubſcripſere conditionibus: Nos legati domini Imperatoris promittimus & fidem damus, quod Imperator & ſui dominum Papam Alexandrum recipient, & reverentiam exhibebunt, & veram pacem relinquet Imperator domino Papæ Alexandro & ſucceſſoribus ſuis, & toti Romanæ eccleſiæ, & præfecturam urbis, & terram comitiſſæ Mathildæ reſtituet ei, & quod ordinatum eſt de Calixto antipapa, ex parte ſua obſervabit: & quantum in ſe erit, operam dabit efficacem, ut dominus Papa aſſequatur quod a nobis & vobis ſcripto eſt ordinatum, pace de cæteris plene diſpoſita, ſicut ſcripto ordinavimus. De regalibus vero B. Petri, & aliis poſſeſſionibus, quas dominus Imperator abſtulit, vel alii favore ipſius, juramus, quod ipſum faciemus jurare, quod ſcilicet ea, quæ habet de prædictis ipſe, vel ſui, bona fide reſtituet. De his, quæ alii habent, bona fide operam dabit ſtudioſam, ut ſimiliter reſtituantur. Et juramus quod bona fide operam dabimus, ut ea quæ juraverit, exequatur, cum pax plene fuerit diſpoſita, de rege Siciliæ, & de Lombardia, ſicut ordinaverimus ... Promittimus etiam & juramus, quod ſi dominus Imperator, quod abſit, mortuus fuerit ante complementum pacis communi ſcripto diſpoſitæ, Beatrix Imperatrix, & domini Henricus, atque filius ejus, & principes formam pacis communi ſcripto diſpoſitam complebunt, jurabunt, & obſervabunt .. Præterea domino Papæ, & univerſis cardinalibus, & clericis, & famulis, & rebus eorum univerſis in comitatu exiſtentibus firmam & plenam ſecuritatem ex parte Imperatoris & ſuorum omnium damus in eundo Venetias, vel Ravennam, & cætera loca, ad quæ procedere diſpoſuerunt, & in quibus fuerint, & manendo, & redeundo, ſive pax compleatur, ſive diſrumpatur: & ſi diſrumpatur, juramus, quod poſt diruptionem per tres menſes firmam treguam obſervabit Imperator, & ſui, Papæ Alexandro, & toti terræ ſuæ, quam ipſe tenet, & rex Siciliæ, vel alii per eum, & ſicut promittimus & damus cum juramentis, quod Imperator per ſe ex parte ſua obſervabit: ita quod nec per ſe, nec per ſuos aliquod gravamen ſeu impedimentum eis ſcienter inferet, vel inferri conſentiet: & ſi quis eo ignorante intulerit, bona fide emendari faciet. Alexander Papa, his ita conſtitutis, duos cardinales præmiſit ad Impe. orem, qui eos Mutinæ honorifice ſuſcepit, & coram eis filium Marchionis montis ferrati ſuper ſancta evangelia pro ſe jurare fecit prædictam ſecuritatem, quam etiam juramento confirmarunt principes Germaniæ. Papa ordinato in urbe vicario, verſus mare Hadriaticum cum cardinalibus iter arripuit: & veniens in civitatem Licianam in maris littore ſitam, ubi Siciliæ Rex ad ejus obſequium paraverat ſeptem galeas. Ut autem Imperatorem, & Longobardos de ſuo Pontifex adventu redderet certiores, ſex cardinales uſque Bononiam cum ſuis & aliorum fratrum equitaturis præmiſerat. Hanc Concil. tom. 6. ed. Hard.

Christi An. 1177. urbem ad pacis conventum utraque pars designaverat. Ipse vero Dalmatiæ & Istriæ civitates maritimas pertransiens, in quibus honorifice susceptus est, decimo Kalendas Aprilis, anno millesimo centesimo septuagesimo septimo, Venetias primum intravit, occurrente sibi duce cum patriarcha, & episcopis, & nobilibus, cum clero in copiosa navium multitudine, atque in palatium patriarchæ deductus est, & die Dominica quarta Quadragesimæ in ecclesia sancti Marci, Missarum solemnia celebravit, & post evangelium prædicavit, & rosam, quam detulerat, duci Venetiarum in signum gratiæ sedis Apostolicæ contulit.

Ibid. Veremundus Magdeburgensis archiepiscopus, & Conradus Vormatiensis episcopus venerunt ad eum, dicentes: Imperator cuncta, quæ inter vos & eum de pace tractata sunt & conscripta, paratus est adimplere; sed principes suspectam habent urbem Bononiensem: unde Clementiam vestram suppliciter exoramus, ut alium locum congruum, Ravennam videlicet, vel Venetias eligere satagatis. Quibus Pontifex respondit: Nos absque Lombardis, & consilio fratrum nostrorum, qui circa partes Romaniæ nostrum præstolantur adventum, locum ipsum mutare non possumus, nec debemus. Veruntamen, ut inceptum bonum pacis ad desideratam consummationem celerius valeat pervenire: Nos usque Ferrariam sine mora venire studebimus, quatenus ibi cum fratribus nostris, & rectoribus Lombardiæ deliberare, & eligere plenarie possimus. Hoc verbum quia legatis complacuit, Papa universis episcopis & rectoribus civitatum Lombardiæ mandavit, ut in Dominica die passionis ad ejus præsentiam Ferrariæ conveniant.

Ibid. Ipse eadem septimana cum galearum exercitu per Padum ascendens cum honore venit Ferrariam. Hic ex parte Lombardorum Aquilejensis patriarcha, Ravennatensis & Mediolanensis archiepiscopi, & eorum comprovinciales episcopi, rectores civitatum cum marchionibus & comitibus ad eum convenerunt, & ex Imperatoris parte, archiepiscopi, Colonensis, Trevirensis, Bisuntinus, cum aliquibus suffraganeis, & protonotario. Quibus ad invicem congregatis, de loco, in quo Papa cum Imperatore conveniret, cum non modica inter partes altercatio existeret, Pontifex cum nunciis regis Siciliæ Venetias elegit, si modo dux cum populo juratoriam cautionem præstaret, quod antequam pax confirmata esset, sine consensu Papæ Imperatorem intrare Venetias nullatenus permitterent: & venientes illuc sive redeuntes nullo modo impedirent. Quod factum est.

Ibid. Alexander Papa ergo cum episcopis & cardinalibus septimo Idus Maji Venetias remeavit, eumque partes utræque subsecutæ sunt: & de reconciliatione Lombardorum cum Imperatore tractare cœperunt. Sed quia de feudis maxima inter eos controversia vertebatur, & pax ecclesiæ absque illorum pace firmiter fieri non debebat, tractatus ipse usque ad Apostolorum Petri & Pauli octavas processit. Ea die pax ecclesiæ in ea forma, quæ de consensu partium ordinata fuerat, & scripto firmata, de consensu principum, qui præsentes aderant, Imperatoris assensu est roborata. Pax quoque Siciliæ regis proximis Kalendis Augusti usque ad quindecim annos eodem modo approbata est. Super quibus chartæ hinc inde concorditer factæ, & a singulis partibus in bona voluntate receptæ sunt; & ut addit Papa in suis ad Petrum Cassinensem literis, treuga Lombardorum usque ad septem annos definita est.

Ibid. His ita peractis, ad instantiam principum Imperatori licentiam dedit Pontifex veniendi usque Chiogiam, quatenus in loco ipso a Pontifice parum distante, constitutis in ejus præsentia cardinalibus & principibus, qui cursum pacis & treugarum fere jam consummaverant, cum ipsa Imperiali authoritate plenum sortiretur effectum, & immutabile firmamentum. Venit ergo illuc Imperator, & ad ejus præsentiam cardinales, & principes pariter convenerunt, omnia, quæ de pace ejus consensu fuerant ibi concorditer transacta, ostendentes. Auditis omnibus, quæ gesta fuerant, licet ab his, qui pacem oderant, valde commotus fuerit, quatenus principes in facie ipsi restiterint: omnia tandem sicut in præsentia Pontificis gesta fuerant & conscripta, rata habuit, & ea confirmare sponte promisit: & coram omnibus Diedoni comiti filio marchionis Alberti præcepit, ut in anima sua coram Papa, nunciis regis Siciliæ, & Lombardis, publice juraret, in hunc modum: "Ego comes Diego juro, quod dominus Imperator mandavit mihi, ut in anima sua jurarem juramentum, quod nunc facturus sum: & postquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex eodem Imperatoris mandato juro in anima sua, quod ex quo venerit Venetias, omni quæstione & contradictione semota, faciet jurare in anima sua, quod pacem Ecclesiæ, sicut disposita est per mediatores ex scripto, & pacem regis Siciliæ usque ad quindecim annos, sicut scriptum est, & treugam Lombardorum, sicuti est per mediatores utriusque partis dispositum in scripto, bona fide servabit, & principes suos hoc ipsum jurare faciet. „ Imperatoris jussu idem juramentum præstitit Sigilboth ejus camerarius. Christi An. 1177.

His ita completis, Pontifex ducem & populum Venetum a juramento, quo tenebantur, absolvit: & ut Imperatorem honorifice Venetias ducerent, eis præcepit. Quod dux desideranter implere festinans, in præparatis sex galeis Imperatorem usque ad monasterium sancti Nicolai, quod est situm in capite Rivialti, cum honore conducere fecit. Altera die, in vigilia sancti Jacobi, summo mane, Pontifex misit ad Imperatoris præsentiam, Humbaldum Ostiensem, & Willelmum Portuensem, episcopos cardinales, & Joannem tituli sanctæ Anastasiæ, & Theodinum tituli sancti Vitalis, & Petrum tituli sanctæ Susannæ, presbyteros cardinales, & Hyacinthum diaconum cardinalem sanctæ Mariæ in Cosmedin. Qui ad eum venientes, postquam Imperator renunciavit schismati Octaviani, Guidonis Cremensis, & Joannis de Struma, promisit quoque obedientiam venerabili patri domino Alexandro tanquam catholico pontifici, ejusque successoribus catholice intrantibus, ipsum a sententia excommunicationis pariter absolverunt, & catholicæ unitati aggregarunt. Idemque factum est de majoribus ipsius principibus, qui eodem vinculo tenebantur, juxta priscum Ecclesiæ morem. Ibid.

Exinde Imperator tanquam catholicus princeps accessit ad præsentiam ipsius Pontificis, qui ante fores ecclesiæ sancti Marci cum cardinalibus residebat, Et deposita chlamyde prostravit se in terram, & deosculatis Pontificis pedibus, Papa illum erigens veræ pacis osculum ipsi devotissime dedit. Tunc repleti sunt omnes gaudio magno, & Te Deum laudamus, insonuit usque ad sidera: statimque Augustus apprehensa Pontificis dextera usque ad chorum ecclesiæ ipsum deduxit, & inclinato capite benedictionem ipsius reverenter suscepit. Sequenti die festo sancti Jacobi Apostoli, Alexander Papa Missarum solemnia celebravit. Post evangelium autem & sermonem factum ad populum, Imperator denuo ad vestigia Pontificis cum principibus suis devotissime processit, & aurum post pedum oscula obtulit. Decantata Missa, idem dexteram Pontificis apprehendit, & extra ecclesiam usque ad album caballum conduxit ipsum, & streguam, stapham scilicet tenuit. Cum autem frenum acciperet, ut stratoris officium adimpleret, Pontifex, quia iter ad mare nimis prolixum videbatur, pro facto habuit, quod affectuose voluit adimplere. Hanc pacis formam, & conditiones & circumstantias Papa refert in duabus suis epistolis: prima est ad Petrum Cassinensem abbatem: altera est ad Rogerium Eboracensem archiepiscopum. Ibid.

Kalendis mensis Augusti, convocatis notariis, & universorum Lombardorum rectoribus, Pontifex & Imperator in consistorium pariter intraverunt: & comes Henricus jussu Imperatoris pro eo juravit, ut prius super sancta Dei evangelia, quod pacem factam observaret Imperator. Idem jurarunt quatuor archiepiscopi, scilicet Moguntinus, Colonensis, Magdeburgensis, & Trevirensis, & duo episcopi, Patavienſis, & electus Wormatiensis, & Veremundus Imperatoris protonotarius episcopus Mantuanus, & Italiæ cancellarius, & Guillelmus comes. Ex parte vero Siciliæ regis juravit Romualdus Salernitanus archiepiscopus, & Rogerius comes Andriensis, & quatuordecim Lombardorum delegati. Ibid.

Absoluto Imperatore, sequaces quoque ejus, intrusi, & schismatici, ad sinum matris ecclesiæ catervatim confluentes, absolvi humiliter postulantes, re-

CHRISTI AN. 1177. refutaverunt & anathematizaverunt, abjurantes ſuper ſancta Evangelia, omnem hæreſim extollentem ſe adverſus Romanam Eccleſiam, & præcipue ſchiſma, hæreſim & factionem Octaviani, & Guidonis Cremenſis, & Joannis de Struma, eorumque conditiones irritas eſſe pronunciantes: fidelitatem quoque & obedientiam domino ſuo Papæ Alexandro, ejuſque ſucceſſoribus catholicis promittentes, reconciliati ſunt, & unitati Eccleſiæ aggregati: In iis erant quatuor prædicti Archiepiſcopi, & tres Epiſcopi, & tredecim alii Epiſcopi, ſcilicet Auguſtanus, Maſſilienſis, Argentinus, Halberſtadenſis, Papienſis, Placentinus, Brixienſis, Novarienſis, Aquenſis, Balneoregienſis, Piſaurenſis, Faventinenſis, Guido Cremenſis, & duo Abbates, & aliorum magna multitudo.

Ibid. Decimo ſexto Kalendas Septembris, in Eccleſia Sancti Marci Venetiis Alexander Papa cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis prælatis Italis & Alemannis, ſynodum celebravit, in qua juxta eum Imperator reſedit: ubi pax inter Eccleſiam & Imperium, & pax Imperatoris cum Rege Siciliæ, & tregua Lombardorum, ſicut ſuperius eſt ordinatum, communi aſſenſione roborata fuit atque firmata. Sed ad majorem ipſius ſoliditatem, Pontifex ſequentem excommunicationis ſententiam protulit: ut quicumque pacem ipſam, vel treguas infringeret, niſi requiſitus infra quadraginta dies, & commonitus ſatisfaceret, excommunicationem incurreret. In ſchiſmaticos vero, qui nondum reſipuerant, quo uſque ſatisfecerint, anathematis ſententiam innovavit.

Ibid. Bertinori comes iiſdem diebus abſque liberis decedens Venetiis, pro remiſſione delictorum ſuorum, parentumque ipſius, caſtrum ipſum Bertinorum, quod dicitur etiam Suſulianum, & totam terram ſuam (licet ab antiquo juris Beati Petri fuerit) Romanæ Eccleſiæ propriam hæreditatem donavit: & ad majorem donationis ipſius firmitatem, Alexandro Papæ, ejuſque ſucceſſoribus, publicum exinde inſtrumentum fieri fecit. Quamobrem pro recipiendis inveſtituris ipſius caſtri, quod eſt caput comitatus totius, Pontifex abſque mora illuc miſit Rainerium Diaconum Cardinalem cum duobus aliis, per quos inveſtituram, & poſſeſſiones illius comitatus in poteſtatem & dominium ſedis Apoſtolicæ recepit & detinuit.

Ibid. Imperator decimo quinto Kalendas Octobris ad Papam ſcripſit literas, quibus pacem factam obſervare promittebat, & confirmabat, & ratam in poſterum permanere volebat. Datæ ſunt Venetiis in palatio Ducis. Eccleſiaſtici & ſæculares Imperii principes datis ad Papam literis eamdem pacem confirmaverunt, prout fuerat ordinata. Philippus Colonienſis Archiepiſcopus his ſubſcripſit ut Italiæ Archicancellarius.

Ibid. Imperator Venetiis receſſurus, acceſſit ad ſummum Pontificem in palatium Patriarchæ, ſed omnino excluſis cæteris, cum ſolis Epiſcopis & Cardinalibus, ac ſuis Principibus, de his quæ ad pacis complementum reſtabant, cum Papa colloquium habuit. Tunc Pontifex ab Imperatore petiit, ut regalia S. Petri, & poſſeſſiones Romanæ Eccleſiæ, ſicut per mediatores Cardinales & Principes apud Anagniam conſtitutum fuerat, ſibi reſtitui faceret. Imperator reſpondit: Regalia S. Petri, & poſſeſſiones alias Romanæ Eccleſiæ, præter terram comitiſſæ Mathildis, & Bertinorum, libere ad præſens reſtituam: ſed quia iſta mihi videntur ad Imperii jus pertinere, vos eligite tres Cardinales, & nos totidem Principes eligemus, ad iſta tractanda, quorum judicio pars utraque ſtare debeat. Quod licet Pontifici grave nimis & durum fuerit, quoniam & in forma pacis de reſtituenda terra comitiſſæ Mathildis expreſſum fuerat, & juratum, & tunc ipſe caſtrum Bertinorum poſſidebat: ne tamen occaſione iſta Eccleſiæ pax turbaretur, voluntati ejus tandem aſſenſum præbuit; ſtatimque Chriſtianum Moguntinum Archiepiſcopum, & Wormatienſem electum, & protonotarium, qui præſentes aderant, ad id faciendum delegit Imperator. Papa vero Oſtienſem & Portuenſem Epiſcopos, & Cynthium Diaconum Cardinalem elegit. Pro reſtituendis vero regalibus S. Petri, & cæteris Eccleſiæ poſſeſſionibus Moguntinum aſſignavit Imperator, ei præcipiens ut reſtitutionem ipſam intra tres menſes cum integritate perficeret.

Chriſtianus cancellarius, qui pro conſummatione pacis plurimum laboraverat, per Imperatorem egit, ut Moguntinum Archiepiſcopatum ei Papa confirmaret. Conradus vero, qui eamdem ſedem pro Alexandri Papæ defenſione relinquere coactus fuerat, inſtabat ut reſtitueretur. Alexander, qui jam ei multa beneficia contulerat, benigna oratione perſuaſit, ut pro bono pacis eam Chriſtiano cederet, uti ſeſe facturum promiſerat, ſi id pro pace concilianda foret neceſſarium. Conradus eam ultro dimiſit. Papa viciſſim ei promiſit, quod ipſius dignitatis curam gereret. Reipſa ejus precibus conſenſit Imperator, ut Conradus cardinalatus & Sabinenſis dignitate ſervata, præficeretur Archiepiſcopatui Salisburgenſi. Quomodo autem pax illa ad exitum perducta ſit, ſic Papa exponit in ſuis ad clerum Salisburgenſem literis. "Venerabilis frater noſter Adalbertus, quondam Archiepiſcopus veſter, conſiderans Eccleſiæ veſtræ neceſſitatem, cum Imperatoris gratiam recuperare non poſſet, maluit cedere, quam contendere: & Eccleſiam veſtram, & adminiſtrationem ipſius, in manu noſtra libere reſignavit (hoc ei Papa perſuaſerat.) Poſtmodum venerabiles fratres noſtri, Gurcenſis & Patavienſis Epiſcopi, & Prælati Eccleſiæ veſtræ, qui apud nos præſentes erant, de celebranda electione mandato noſtro recepto, in venerabilem fratrem noſtrum Conradum, Moguntinum quondam Archiepiſcopum . . . unanimiter convenerunt, ipſumque elegerunt in veſtrum Archiepiſcopum. Nos . . . eorum electioni aſſenſum præſtitimus . . . Unde nolumus vos ægre ferre, ſi non expectato conſilio veſtro, hi fecerunt electionem, ad quam mandato noſtro proceſſerunt. Tum eos abſolvit ab omni alterius obedientia, etiam juramento confirmata, & ſub excommunicatione præcepit, ut Conrado deinceps obediant, fidelitatemque jurent, omniaque dominicalia & feuda tradant. Datum Venetiis, quinto Idus Auguſti. Imperator quoque ſcripſit omnibus prælatis & clero Salisburgenſis Eccleſiæ, ſignificans quoniam per duos Epiſcopos inter ſe contendentes diviſa fuiſſet eorum Eccleſia, Papæ & ſibi viſum eſſe utrumque removere, & facere novam electionem, electum autem eſſe Conradum ſuum conſanguineum, quapropter eos admonet, ut quod a Papa & ipſo factum eſt, ratum teneant. Obediere Saliburgenſes. Chriſtiano poſt ſex annos defuncto, Conradus Moguntinam ſedem, Adalbertus vero Saliburgenſem recepit.

CHRISTI AN. 1177. Alex. P. act apud Baron.

Concil. tom. 6. edit. Hard.

LI. His ita concorditer ordinatis, Imperator verſus Cæſenam receſſit, & Alexander Papa quinto Kalendas Octobris ſcripſit Epiſtolam ad Indorum Regem, quem vulgo presbyterum Joannem, vel Pretejannum nominant. Philippus Papæ medicus, ad eas partes peregrinatus, ei retulerat hunc principem eſſe quidem Chriſtianum, ſed quoniam in omnibus non conſentiret cum Romana Eccleſia, avide cupere de omnibus erudiri, & habere in urbe Eccleſiam, in qua viri prudentes ab eo miſſi habitare poſſent, & Apoſtolica plenius inſtitui diſciplina, quam poſtmodum in patria alios docerent. Alexander ei reſcribens, hæc ſe accepiſſe indicat, ideoque Pilippum ſe illi mittere, qui eum & ſuos de omnibus fidei Chriſtianæ articulis erudiret, ſeque libentiſſime ei Eccleſiam in urbe conceſſurum. Quæ ſecuta ſint, nos latent. Alexander Papa circa medium Octobris quatuor galeis impetratis a duce Venetiarum, majori parte Cardinalium per Pentapolim ſecus mare præmiſſa, ipſe ea, qua venerat via, regreſſus, Sipontum quarto Kalendas Novembris cum proſperitate pervenit, & menſe Martio anni milleſimi centeſimi ſeptuageſimi octavi Romæ cum ingenti honore ſuſceptus eſt.

Ibid. Alex. P. epiſt. 48.

Joannes Abbas de Struma Antipapa ſub Caliſti tertii nomine, ut audivit ſe ab Imperatore derelictum, ad montem Albanum confugit: non multo poſt reatum ſuum agnoſcens, apud Tuſculanum ad pedes Papæ Alexandri, cum quibusdam ſuis clericis humilis & devotus acceſſit, & in conſpectu Cardinalium & multorum ſe peccaſſe publice confeſſus eſt. Pontifex eum benigne ſuſceptum in curia & menſa ſua honorifice habuit, Archiepiſcopum & præfectum urbis Beneventi conſtituit. Sed eodem anno mortuus eſt. Quidam ſchiſmatici Landinum quemdam clericum de familia Frangipanum elegerunt in antipapam, Innocentiumque III. vocaverunt, quem vir nobilis, frater Octaviani, propter odium Papæ manutenebat, tradita ei munitione, quam

Acta Alex. P. Roger. Hoved.

Auctuar. Aquicin.

CHRISTI AN. 1178. quam juxta Romam munitissimam habebat. Alexander Papa post annum pace cum cardinalibus Octaviani propinquis reformata, hanc munitionem magno pretio ab eodem milite comparavit. Prædictus pseudo-papa captus, & ad Alexandri pedes adductus, ad Cavas in exilium deportatus est, sicque post annos viginti & unum schisma finitum est.

LII. Priusquam pax cum Imperatore consummaretur, querelæ ad Papam delatæ sunt de Henrico rege Angliæ, qui Alesiam Ludovici Francorum regis filiam diutius, quam conveniebat, detinens, Richardo filio suo comiti Pictaviæ nubere non permittebat. Hinc sinistri rumores ferebantur, quod eam plus quam deceret, adamaret.

Alex. P. epist. 2. append. Itaque Papa sequentes ad Petrum cardinalem sancti Chrysogoni literas dedit. " Henrico Anglorum regi scripta nostra direximus, monentes, & hortantes eum, ut filiam suam Francorum regi restituat, vel a filio suo faciat desponsari: quia tamen rex Angliæ asserit se paratum esse ad matrimonium complendum, si rex Franciæ pactiones servare voluerit, quas secum fecit: prudentiam tuam hortamur, Franciæ regem moneas, ut Angliæ regis petitiones compleat, si honestæ sint, & ita se obligavit. Quod si forte non potuerit ad hoc induci, regem Angliæ modis omnibus inducere labores, ut Regi filiam reddat, si quidem petitiones non servat: si autem infra quadraginta dies post commonitionem tuam, neutrum impleverit, id est, nec reddiderit, nec filio suo tradiderit uxorem, in regnum ejus interdicti sententiam proferas: & Cantuarienſi, & Burdegalenſi archiepiscopis, & Pictavienſi episcopo, ex parte nostra præcipias, ut eamdem sententiam observent. Volumus tamen ut negotium ipsum secretum teneas, quousque a rege Anglorum certum accipias inde responsum. „ Datum Ferrariæ undecimo Kalendas Maji. Angliæ rex ad Papam appellavit, moxque transfretavit in Normanniam, habitoque cum Francorum rege colloquio, in animam suam jurare fecit coram cardinali, & magnatibus utriusque regni, quod Richardus ejus filius predictam Alesiam duceret uxorem, si Franciæ rex ei in dotem daret urbem Biturícensem cum suis pertinentiis, uti promiserat. Et quia Ludovicus rex hanc dare noluit, nuptiæ non sunt celebratæ. Henricus tamen eam retinuit: Quid postea factum sit, incertum est. Richardus postquam ad regnum pervenit, eam remisit.

LIII. Alexander Papa dum Romam rediens Trojam pertransit, accepit opus in tres libros divisum, de processione Spiritus Sancti, quod ei nuncupavit Hugo Etherianus, natione Tuscus, vir græce, & latine doctus: hic cum Constantinopoli moraretur, ab Imperatore Manuele interrogatus est, an Latini suum dogma de processione sancti Spiritus a filio Patrum testimoniis probare possent? Quædam protulit, quæ cum attentius legisset Imperator, hanc quæstionem in eo opere plenius tractandam sibi proposuit, quod satis mediocriter præstitit, multas probationes quandoque minus efficaces inordinate congerens. Papa tamen gratias agens eum monuit, ut Manuelem Imperatorem ad unitatem ecclesiæ suis monitis induceret. Scripsit etiam alium librum de regressu animarum ab inferis, ad Pisanum clerum, aliqui enim vivorum suffragia mortuis nihil prodesse putabant. Clerus, & populus Romanus missis legatis Papam exorabat, ut ad urbem rediret. Ille priores eorum veritus molestias, tres cardinales præmisit, cum quibus ex communi populi consilio statutum est, ut senatores qui fieri solent, fidelitatem, & homagium Papæ facerent: quod B. Petri ecclesiam, atque regalia, quæ ab eis fuerant occupata, Papæ restituerent, eique, & cardinalibus pacem, & securitatem inviolabiliter observarent. His peractis, senatores cum iisdem cardinalibus venerunt ad præsentiam summi Pontificis, & post osculum pedum, cuncta, quæ a populo constituta fuerant, publice tactis Evangeliis juraverunt. Papa die duodecima mensis Martii anni millesimi centesimi septuagesimi octavi Romam veniens cum ingenti honore ab omnibus susceptus est. Clerus, & populus Romanus ei cum crucibus, & vexillis obviam exierunt, quod nulli Pontificum hactenus factum fuerat. CHRISTI AN. 1178.

LIV. Petrus Comestor Trecis in Campania oriundus, ecclesiæ sancti Petri ejusdem urbis canonicus, & decanus, & postea Parisiensis ecclesiæ cancellarius, eadem ætate floruit: studens utilitati in Theologia studentium, omnes historias veteris, & novi Testamenti breviavit in unam historiam, quam vocant scholasticam; hanc brevibus Patrum sententiis illustravit, sed iis apocryphas narrationes, Philosophorum, & Scholasticorum opiniones, quas ut veras suppossuit, intermiscuit, scripturam sæpius allegorice interpretatur. Opus suum obtulit Guillelmo tunc Senonensi archiepiscopo. Ejus plures defectus annotarunt critici posteriores, maximis laudibus extulere scriptores hujus ætatis, & sequentium, nec minus fuit in usu apud studiosos, quam Petri Lombardi Theologia: scripsit etiam sermones de tempore, & de solemnitatibus festorum per anni circulum: testamento, quæcumque habuit, pauperibus, & ecclesiis distribuit, in ecclesia sancti Victoris Parisiis adhuc legitur ejus epitaphium.

Eskylus Lundensis in Dania archiepiscopus, & sedis Apostolicæ legatus, circa idem tempus, jam senior has dignitates abdicavit, quemadmodum sollicite ac sæpius interpellatus ei concesserat Alexander Papa; a clero, & Rege rogatus, ut sibi successorem designaret, recusavit; eorum tamen precibus evictus designavit Absalonem Roschildensem episcopum, magnæ sanctitatis virum, quem omnes unanimiter elegerunt: sed ille renitens dum plebis violentia ad sedem archiepiscopalem duceretur, Papam appellavit, cujus jussu hanc acceptare coactus est. Eskylus ad Claramvallem rediit, ibique monachum induit. Omnes laudant ingentem ejus liberalitatem præsertim in exornandis ecclesiis, & zelum indefessum propagandæ Christianæ religionis. Gramm. Sax.

LIBER LII.

Albigenſes graſſantur in Narbonenſi Provincia, erant Manichæi : multi nobiles eis adhærent. Franciæ & Angliæ reges, huc mittunt Papæ legatum cum epiſcopis, qui, favente comite Toloſano, multos reducunt ad Eccleſiam. Rogerus comes, & Moranus vir præpotens, hæretici convincuntur, & confiſcatis bonis ejiciuntur in exilium. Morano pœnitenti imponitur publica pœnitentia . . . Saladinus Saracenorum Soldanus Chriſtianos Palæſtinæ bis acie victos, tertio cum ingenti clade fugat, & Hieroſolymam cum multis urbibus & caſtellis expugnat : Guidonem regem captum recepto Aſcalone liberat. Urbanus Papa literis & ſynodis ad terræ ſanctæ liberationem permovet principes chriſtianos, qui eam ſuſcipiunt, ſed infelici exitu. Fridericus Imperator mediantibus epiſcopis cum Papa reconciliatus, poſt multos labores & pericula perveniens Antiochiam ſubito moritur ; magna pars ejus exercitus morbo perit, pauci redeunt. Franciæ & Angliæ reges per mare profecti ſimul Ptolemaidem jam diu obſeſſam expugnant, & redeunt. Richardus Angliæ rex tempeſtate projectus in littus Germaniæ, & captus a Leopoldo Auſtriæ duce, quem graviter offenderat, Henrico Imperatori traditur, qui captivum eum detinuit, donec ingenti pecunia ſe redimeret. Utrumque Cœleſtinus Papa excommunicat, uſquedum reddant acceptam pecuniam ; cujus reſtitutionem fieri uterque in articulo mortis præcepit. Philippus Franciæ rex Ingeburgem uxorem ſuam ex odio repudiat : repudium ob prætenſam affinitatem confirmat Remenſis archiepiſcopus, cujus ſententiam Papa caſſat; & Regi prohibet, ne ea vivente aliam ſuperinducat : Rex tamen Mariam accipit in conjugem, Ingeburgem vero in caſtellum miſere relegat. Boamundus Antiochiæ princeps propter incontinentiam excommunicatur : iratus patriarcham & epiſcopos ſpoliatos ejicit in exilium, ſed mediantibus principibus cum iis reconciliatur, ita ut ſub excommunicatione remaneat. Alexander Papa III. Lateranenſi concilio generali præſidens excommunicat omnes tunc graſſantes hæreticos: & Germaniæ epiſcopos ſchiſmaticos ſupplices recipit : & ſtatuit, ut in cathedralibus eccleſiis & in monaſteriis inſtituantur magiſtri, qui clericos doceant ; & ut Romani Pontificis electio non ſit legitima, niſi fiat a duabus partibus cardinalium. Plures aliæ ſynodi habentur pro morum & diſciplinæ reformatione. Clemens Papa III. extinguit ſchiſma Scoticæ eccleſiæ, quam eximit a juriſdictione Eboracenſis archiepiſcopi. Imperatores Græci morte prædeceſſoris rei patriarchas C. P. deponunt pro arbitrio. Plures epiſcopi ſanctitate florent, nec deſunt martyres. Inter peritos fiunt celebres Joannes Saresberienſis Carnotenſis epiſcopus, Joachim abbas, de cujus prophetiis controvertitur. Cencius Romanum ordinem edit. Theodorus Balſamon ſchiſmaticus.

Christi An. 1178. I. Gervaſ. Chron. *Manichæorum hæreſis.*

PUllulaverat his diebus in Toloſano territorio Manichæorum hæreſis. Raimundus comes Toloſanus de ea ſic ſcripſit ad abbatem Ciſtercienſem & generale capitulum: " Qui ſacerdotio funguntur, hæreſis fœditate depravantur, & antiqua olimque veneranda eccleſiarum loca inculta jacent, diruta remanent, baptiſmus negatur, Euchariſtia abominatur, pœnitentia parvi penditur, hominis plaſmatio, carnis reſurrectio abnegando reſpuitur, & omnia eccleſiaſtica ſacramenta annullantur ; & quod dici nefas, duo etiam principia introducuntur . . . . . Scitote, quia in tantum hæreſis virulenta inviſcerata manet, quod niſi manu Dei valida extirpari non poteſt . . . . . Quoniam igitur ſpiritualis gladii virtutem nil perficere poſſe cognoſcimus ad tantam hæreſis pravitatem extirpandam, oportet ut corporalis gladii animadverſione compeſcatur. Ad quod peragendum dominum regem Francorum (Ludovicum VII.) accerſiri veſtris ex partibus perſuadeo. Ipſi præſenti civitates aperiam, vicos & caſtella ſub ejus cenſura tradam, hæreticos oſtendam, & uſque ad ſanguinem, in quocumque noſtri indiguerit negotio, ad conterendos omnes Chriſti inimicos illi aſſiſtam. ,, Christi An. 1178.

Franciæ & Angliæ reges, his cognitis, illuc cum exercitu proficiſci ſtatuerunt: ſed re diligentius conſiderata, iis viſum eſt præmittere viros ſapientes, qui hæreticos ſuis prædicationibus ad veritatem reducerent, eis quippe poſtea ſcriptum fuerat : vindictam mandaſſe ſat eſt ; plus nominis timor, quam ſtrictus enſis aget. Miſerunt ergo Petrum cardinalem, Guerinum Bituricenſem, Pontium Narbonenſem archiepiſcopos, & Reginaldum Bathonienſem, & Joannem Pictavienſem, epiſcopos; Henricum abbatem Clarævallenſem, & alios plures viros eccleſiaſti- Hoved.

Christi An. 1178. siasticos, qui suis rationibus ejusmodi hæreticos converterent, vel ut tales manifestarent, & a fidelium consortio sequestrarent. Prædicti Reges elegerunt etiam Raimundum comitem Tolosanum, & vicecomitem de Turena, Raimundum de castro novo, & alios viros potentes, quibus præceperunt, ut cardinali, ejusque sociis, in fide Christi assisterent, hæreticosque e finibus illis expellerent.

Ibid. p. 577. Cardinalis & alii cum Tolosam venissent, invenerunt Petrum Moranum, duo castella habentem, unum intra, aliud extra muros civitatis, quem diabolus sic excæcaverat, ut refert Clarevallensis abbas in suis literis, ut se ipsum diceret Joannem evangelistam. Hic erat princeps hæreticorum, & licet idiota nihil saperet, omnes ad eum noctu veniebant, ut ipsum audirent tanquam fontem sapientiæ. Tanta autem erat hæreticis licentia, ut prælatos catholicos ubique subsannarent, apostatas & hypocritas vocarent. Sed cum unus ex iis de fidei regula disseruisset coram magna multitudine, hæreticos tremor apprehendit, & latebras quærebant. Legatus tunc eos perscrutari cœpit, eoque præcipiente, jurarunt episcopus, & quidam clerici, & consules civitatis, aliique fideles, quod notos sibi hæreticos, eorumque fautores nominatim declararent, nulli parcentes. Nominatus est inter alios Petrus Moranus, quem, postulante legato, missis apparitoribus comes sancti Ægidii præcepit accersiri. Sed ille venire despexit. Altera die idem comes per amicos illum leniter advocavit, & licet reluctantem præsentavit judicibus. Interrogatus se negavit hæreticum: requisitus an hoc juramento probaret, simplici assertioni suæ tanquam fidelis & illustris viri credi oportere contendit. Cum autem legatus & omnes alii juramentum exigerent, promisit se juraturum, ne in eo deprehenderetur hæreticus, si, ut consuetudo illius erroris obtinuit, juramentum obstinate vitaret. Allatis igitur Sanctorum reliquiis, Petrus expalluit: jurat tamen, quod de omnibus fidei, articulis, de quibus interrogaretur, suæ credulitatis veritatem exprimeret. Requisitus igitur, ut de sacramento altaris suam fidem fateretur: panem sacerdotis ministerio in verbo Domini consecratum, non esse Domini corpus asseruit. Itaque reus & hæreticus judicatus, custodiæ publicæ mancipatur. Deinceps Dei verbum crescebat in dies, & universæ civitatis facies lætior videbatur.

Ibid. Petrus ad se reversus, missis mediatoribus, satisfactionis quærit aditum, & conversionis pollicetur effectum. Recipitur, & in populi conspectu sistitur; ibi coram omnibus hæreticum se recognovit, dedit manus fidei, renuntiavit errori, & præstito coram omnibus juramento, & datis fidei jussoribus, tam comiti, quam præcipuis concivibus, quod ad omne mandatum domini legati se subderet. Tunc indictum est populo, ut omnes die sequenti ad ecclesiam sancti Saturnini convenirent, ut Petri pœnitentiam viderent. Tanta fuit multitudo, ut legatus Missarum solemnia celebraturus, vix locum inveniret. Petrus nudus & discalceatus adducitur, cedentibus hinc inde episcopo Tolosano & abbate sancti Saturnini, donec ad pedes legati in gradibus altaris poneretur, ibique hæreticis anathematizatis, ecclesiasticis est reconciliatus sacramentis. Sed proscriptæ sunt omnes ejus possessiones, eique pro pœnitentia injunctum, ut infra quadraginta dies a patria sua exulaturus abscederet, in servitio pauperum triennio moraturus. Interim vero singulis diebus Dominicis, ecclesias Tolosanæ urbis nudus & discalceatus, cum disciplinalibus virgis jussus est circuire, ecclesiarum bona, quæ abstulerat, reddere: usuras omnes, quas acceperat, resarcire: & castrum suum, quod hæreticorum conventiculis profanaverat, a fundamentis evertere.

Ibid. Henricus Clarevallensis ad sua redire compulsus est, ut generali capitulo interesset, sed ea conditione hæc ei concessa est licentia, ut ipse & Reginaldus Bathonienſis episcopus intrarent Albigensem diœcesim, commonituri Rogerum comitem, & Albigensem episcopum, quem in vinculis tenebat, absolveret: & universam terram suam, eliminatis hæreticis, emendaret. Rogerus vero in inaccessibiles terræ suæ fines abscessit. Pervenerunt tamen ad castrum ejus munitissimum: hic habitabat uxor ejus cum magna militia, omnes ejus fere habitatores erant hæretici, vel eorum complices; nihil tamen adversus duos fidei prædicatores tentare præsumpserunt. Illi confidenter in hæresim invehebantur, Rogerum judicarunt hæreticum, & de violata episcopi securitate perjurum, eique tanquam publica excommunicatione damnato, ex parte Papæ, ac regum Franciæ & Angliæ, in præsentia conjugis ejusque militum bellum denuntiarunt. Christi An. 1178.

Ibid. Quid postea factum sit adversus eosdem hæreticos, sic refert Petrus cardinalis, in suis ad omnes fideles literis. Raymundus & Bernardus, atque alii, Bathonienſis episcopo, & vicecomiti de Turena, & Raimundo de castro novo, qui in terram Rogeri de Beders pro liberatione Albigenſis episcopi venerant, cum occurrissent, & illi dicerent se a comite Tolosano & baronibus injuste tractari, seque ad legati præsentiam pro fidei suæ defensione esse venturos, si securitatem haberent: Episcopus & vicecomes, ne corda simplicium scandalum paterentur, ex parte legati & comitis eis indulserunt, ut cum omni securitate ad legatum venirent, quatenus sub ejus & Pictavienſis episcopi Apostolicæ sedis legati, & totius populi examine audirentur: & sic an sane crederent, probarentur: & postquam fuissent examinati, ad propria securi remearent: ita tamen, ut post elapsos octo dies, juxta datum edictum, nisi ad fidem redirent, de terris principum, qui eos adjuraverant, deberent expelli.

Ibid. Legatus & comes Tolosanus cum aliis trecentis clericis & laicis in ecclesia S. Stephani convenientes illis injunxerunt, ut fidem suam exponerent, & ad catholicæ fidei unitatem redeuntes, infamiam, quam per damnabilem prædicationem incurrerant, per salutiferam confessionem veræ fidei removerent. Ipsi quamdam chartam, in qua fidei suæ articulos conscripserant, protulerunt, & perlegerunt: in ea deprehensa sunt quædam verba, quæ nisi plenius exponerentur, hæresim possent velare. Quæsitum est ab eis, ut latinis verbis suam fidem defenderent. Sed cum eam linguam ignorarent, necesse fuit de sacramentis cum illis vulgarem habere sermonem. Illi ergo duo esse principia denegantes publice confessi sunt, & firmiter asseruerunt, quod unus Deus altissimus omnia visibilia & invisibilia condidisset... quod sacerdos sive bonus, sive malus, etiam adulter... corpus & sanguinem Christi posset conficere .... & per ministerium hujusmodi sacerdotis, & virtutem divinorum verborum, panis & vinum in corpus & sanguinem Christi vere transubstantientur. Asseruerunt quoque, quod parvuli, vel adulti, nostro baptismate baptizati salvantur, & nullus sine eo potest salvari, inficiantes se aliud baptisma, vel manus impositionem habere; & quod vir & mulier matrimonio copulati, si aliud peccatum non habeant, propter bonum matrimonii salventur.... episcopos præterea & reliquos viros ecclesiasticos affirmarunt esse salvandos. Justum etiam esse dicebant, ut ecclesias cum summa devotione visitantes adirent, sacerdotibus, & aliis earum ministris honorem exhibentes, primitias & decimas solverent; eleemosynas etiam tam ecclesiis, quam pauperibus esse tribuendas.

Hæc confessi ecclesiam sancti Jacobi cum legato & aliis ingressi sunt, & coram innumera populi multitudine eorum fidei confessio vulgari sermone recitata est. Rursus ab eis quæsivit legatus, si corde crederent quod ore fuerant confessi: & si aliquando in contrarium prædicassent. Illi responderunt, se ita credere, nec unquam aliter prædicasse. Tolosanus comes & multi clerici & laici, qui eos aliter prædicantes audierant, Christianæ fidei zelo succensi surrexerunt, eosque plane mentitos fuisse manifestius convicerunt. Quidam enim constanter asseruerunt, se ab illis audivisse, quod duo dii existerent, unus bonus, & alter malus: bonus, qui invisibilia tantum, & quæ mutari non possunt, fecisset: malus, qui cœlum, terram, hominem, & alia visibilia condidisset ..... & quod corpus Christi non conficitur per ministerium sacerdotis indigni. Convicti sunt pariter prædicasse alios hæreticorum articulos: Demum cum ab eis exigeretur, ut fidei suæ confessionem juramento confirmarent: Responderunt, Christum prohibuisse juramentum. Legatus eos admonuit, ut omni hæretica pravitate deposita, ad fidei unitatem redirent, & qui propter perversam prædicationem & sectam excommunicati fuerant, ad ipsum reconciliandi venirent. Quod cum indurati facere recusarent, legatus cum sociis excommunicatos denuntiavit, omnibusque injunxit, ut Raimundum & Bernardum, & complices eorum, tanquam excommunicatos evitarent, eorumque prædica-

CHRISTI AN. 1178. dicationem reſpuerent, & tanquam hæreticos a ſuis finibus longius expellerent. Toloſanus autem comes, & cæteri illius provinciæ potentiores, coram omni populo præſtito juramento firmaverunt: quod amodo, nec prece, nec pretio, faverent hæreticis.

Boland. 26. Jun. S. Anthelmi mors. II. S. Anthelmus Bellicenſis epiſcopus, qui Carthuſianis & Ciſtercienſibus author fuerat, ut Alexandri Papæ partes ſequerentur, eodem anno migravit ad Deum. Clerum ſuum ad melioris vitæ formam reduxerat, depoſitis ſex presbyteris concubinariis. Humbertum Sabaudiæ comitem, qui presbyterum interfecerat, & quaſdam eccleſiæ poſſeſſiones ſibi vindicabat, excommunicavit; nec minis nec precibus induci potuit, ut eum, niſi pœnitentem abſolveret. Sed reum ſe fatentem, & ſatisfactionem exhibentem benigne recepit, eccleſiæque reconciliavit, ac prædixit, quod ei filius naſceretur. Abdicato epiſcopatu Carthuſiam repetierat, ſed cleri ſui & populi precibus interpellatus Papa, ei præcepit, ut ad ſedem rediret: quod humiliter præſtitit. Die vigeſima ſexta Junii memoria ejus celebratur in Eccleſia. Ei ſucceſſit Rainaldus Carthuſianus.

Lateran. concilium generale. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. III. Alexander Papa ut ſchiſma penitus extingueret, Valdenſes hæreticos damnaret, & diſciplinam eccleſiaſticam durante ſchiſmate labefactatam reſtitueret, Occidentis epiſcopos ad generalem ſynodum Romæ celebrandam evocavit: ejus literæ datæ ſunt Tuſculani undecimo Kalendas Octobris, cum jam Venetiis rediiſſet, ac proinde anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo Palæſtinæ epiſcopos jam invitaverat. Die ſecunda Martii, indictione duodecima, id eſt, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, præſidente eodem ſummo Pontifice, ſynodus trecentorum & duorum epiſcoporum in baſilica Conſtantiniana celebrata eſt: E Palæſtina venerunt duo Metropolitani, ſcilicet Guillelmus Tyrienſis (qui belli ſacri, ſeu regni Hieroſolymitani a Latinis recepti hiſtoriam viginti tribus libris complexus eſt, quibus plures fabuloſas narrationes ex annalibus Eutychii patriarchæ Alexandrini, ut ipſemet fatetur, inſeruit, & parum æquus in equites Hieroſolymitanos, quos oderat, videtur.) Et Heraclius Cæſarienſis, cum quatuor epiſcopis. Patriarcha Hieroſolymitanus priorem ſancti Sepulchri, & Rainaldum montis Sionis abbatem delegavit. Imperator Manuel miſit Georgium Corcyræ Metropolitanum, qui Hydrunti morbo per ſex menſes retentus adeſſe non potuit. Synodus tribus ſeſſionibus abſoluta eſt. Viginti ſeptem canones edidit: Primus eſt de electione ſummi Pontificis. " Statuimus, ut ſi forte inter cardinales de ſubſtituendo Pontifice non potuerit concordia plena eſſe: & duabus partibus concordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut ſibi alium præſumpſerit ordinare, ille Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confuſus . . . . ſibi nomen epiſcopi uſurpaverit; tam ipſe, quam qui eum receperint, excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri ordinis privatione mulctentur . . . . Præterea ſi a paucioribus aliquis, quam a duabus partibus fuerit electus ad apoſtolatus officium, niſi major concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur: & prædictæ pœnæ ſubjaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere. „ Secundus abolet ordinationes, quas fecerant antipapæ. Tertius. " Statuimus, ut nullus in epiſcopum eligatur, niſi qui jam trigeſimum ætatis annum egerit, & de legitimo ſit matrimonio natus: qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur . . . . . Inferiora vero beneficia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, niſi qui jam vigeſimum quintum ætatis annum attigerit, & qui ſcientia & moribus exiſtat commendandus . . . Clerici ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi poteſtate privatos, & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio ſe noverint ſuſpenſos . . . . Epiſcopus autem ſi fieri conſenſerit contra hoc, in conferendis prædictis poteſtatem ſuam amittat. „ Quintus. " Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu ei neceſſaria ſubminiſtret, donec in aliqua ei eccleſia convenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet: niſi forte, qui ordinatur, de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere. „

De electione R. Pontificis.

Ibid. Sextus. " Statuimus, ut nec prælati, niſi canonica præmonitione præmiſſa, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos: niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſuo excommunicationis pœnam inducat: nec contra diſciplinam eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſæ in vocem appellationis prorumpant. Si quis vero pro ſua neceſſitate crediderit appellandum, competens ei ad proſequendam appellationem terminus præfigatur: infra quem, ſi forte proſequi neglexerit, libere tunc epiſcopus ſua authoritate utatur. „ Septimus. " Horribile nimis eſt, quod in quibuſdam eccleſiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro epiſcopis vel abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſede, ſeu introducendis presbyteris in eccleſiam, nec non pro ſepulturis & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid exigatur: & ille, qui indiget, non poſſit iſta percipere, niſi manum implere curaverit largitoris. Putant plures ex hoc ſibi licere, quia legem moris de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur. Ne igitur hoc de cætero fiat, vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiam nubentibus benedicendis, ſeu etiam aliis ſacramentis aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus . . . . Prohibemus inſuper, ne novi cenſus ab epiſcopis, vel abbatibus, aliiſve prælatis, imponantur eccleſiis, ne veteres augeantur, nec partem redituum ſuis uſibus appropriare præſumant. „ Octavus. " Nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ, alicui tribuantur vel promittantur, antequam vacent . . . . . cum vacabunt, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis, quæ digne adminiſtrare valeant, conferantur. „

Ibid. Decimus. " Monachi non pretio recipiantur in monaſterio, non peculium permittantur habere . . . ſi quis autem exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. Is autem qui acceperit, officii ſui privatione mulctetur. „ Undecimus. " Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, qui mulierculas ſuas in domibus ſuis incontinentiæ nota tenuerint, aut abjiciant eas, & continenter vivant, aut ab officio & beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. „ Duodecimus clericis prohibet, ne fiant advocati in cauſis ſæcularibus, nec villarum procurationes aſſumere præſumant. Decimus tertius vetat, ne presbyter contra canonum inſtituta plures eccleſias parochiales poſſideat. Decimus quintus. " Eccleſiaſtici quidam clerici cum ab eccleſiis ſuis multa bona receperint, bona per eccleſias acquiſita in alios uſus transferre præſumunt. Hoc igitur, quia & antiquis canonibus conſtat inhibitum, nos etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati itaque eccleſiarum providere volentes, ſive inteſtati deceſſerint, ſive aliis conferre voluerint, penes eccleſias eadem bona remanere præcipimus. „ Jam dudum facta erat bonorum eccleſiaſticorum diviſio, & beneficiorum erectio; cum Romanus Pontifex, approbante ſynodo Oecumenica, cui præſidebat, hanc prohibitionem edidit. Decimus ſeptimus. " Statuimus, ut ſi forte in plures partes fundatorum vota ſe diviſerint, illi præficiatur eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur & probatur aſſenſu. Si autem hoc ſine ſcandalo fieri nequiverit, ordinet antiſtes eccleſiam ſicut melius ſecundum Deum viderit ordinandam. „ Decimus octavus. " Ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non poſſunt, legendi & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per unamquamque eccleſiam cathedralem magiſtro, qui clericos ejuſdem eccleſiæ, & ſcolares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium aſſignetur . . . . . In aliis quoque reſtituatur eccleſiis ſive monaſteriis, ſi retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. „ Vigeſimus. " Deteſtabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temere congrediuntur: Unde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proveniunt, fieri prohibemus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti venia non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura. „ Vigeſimus primus treuguas obſervari præcipit. Vigeſimus tertius leproſis concedit, ut privatam habeant eccleſiam, & cœmeterium. Vigeſimus quintus. " Conſtituimus, ut uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. „

CHRISTI AN. 1179.

Vige-

CHRISTI AN. 1179. Vigesimus septimus. " Quia in Gasconia, Albegesio, & partibus Tolosanis, & aliis locis, ita hæ-
Ibid. reticorum, quos alii Catharos, alii Patarenos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perversitas, ut jam non in occulto nequitiam suam exerceant, sed suum errorem publice manifestent . . . . . eos, & defensores eorum, & receptores, anathemati decernimus subjacere: & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere præsumat . . . . . De Brabantionibus, & Aragonensibus, Navarris, Basscolis, Coterellis & Triaverdinis, qui tantam in Christianos immanitatem exercent, ut nec ecclesiis, nec monasteriis deferant, nec ulli ætati vel sexui parcant, similiter constituimus. Confiscentur eorum bona, & liberum sit principibus hujusmodi homines
Roger. subjicere servituti. „ Peccatorumque indulgentia iis promittitur, qui adversus eos arma sumpserint. Dominus Papa tertium diem concilii sui celebravit secunda feria ante Dominicam in Ramis palmarum, quæ decimo quarto Kalendas Aprilis evenit: & hæc decreta subscripta generaliter observanda constituit.

Ibid. In eadem synodo episcopi Germaniæ, qui schismaAlbert. ti adhærerant, veniam supplices postularunt, & sequentem dederunt libellum . . . . " Ego, N. anaStad. Chron. thematizo & recuso omnem hæresim extollentem se adversus sanctam Romanam Ecclesiam catholicam, præcipue vero schisma Octaviani, Guidonis, & Joannis, & ordinationes eorum irritas judico, & eis contradico: & modo in antea dicto me obediturum juro, & promitto fidelitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & domino meo Alexandro, & successoribus ejus juste intrantibus: ipsique serviam absque omni malo ingenio contra omnem hominem secundum ordinem meum. Consilia ejus, quæ mihi scripto certo mandaverit, vel ipse commiserit, nulli hominum pandam, nec etiam pro periculo corporis atque membrorum: Legatum Romanæ Ecclesiæ honorabo, & ducem & reducam, & juvabo expensis. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei evangelia. „ His vero verbis dabantur ipsis pallia: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: & in honorem Dei Genitricis, & in honorem Apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ & domini Papæ Alexandri, tradimus tibi pallium sumptum de Beatissimo corpore Petri Apostoli, ut eo utaris in confectione sacramentorum. Bertoldus Bremensis electus venerat suscepturus Apostolicam benedictionem. Papa quamvis eum benigne suscepisset, ac etiam inter prælatos ei locum dedisset, ejusque mores & doctrinam probasset, auditis tamen ejus accusatoribus, electionem irritam pronuntiavit, quia nondum subdiaconus fuerat electus, & acceperat regalia de manu Imperatoris ante sacros ordines. Sifridus Brandeburgensis episcopus ei suffectus est.

Ibid. Willelmus Remensis archiepiscopus in eadem sy-
Roger. nodo factus est cardinalis ad titulum sanctæ Sabinæ: & Henricus abbas Clarævallensis, episcopus cardinalis Albanensis. S. Laurentius Dublinensis archiepiscopus, Papæ legatus totius Hyberniæ constituitur.

Gall. Christ. tom. 4. Reversus in Hyberniam, commissæ sibi legationis officium cum magna totius Ecclesiæ libertate exequi satagebat. Imprimis omnes subdiaconos, diaconos, & presbyteros, si incontinentiæ convicti essent, Romam a Papa absolvendos destinabat. Ejectis canonicis ecclesiæ suæ cathedralis sæcularibus regulares substituit, quorum vitæ formam amplexus est, communibus addens corporis afflictationibus perpetuum cilicium, & trinam singulis diebus flagellationem: ab insano graviter in capite percussus, cum concidisset, omnesque mortuum putarent, paululum recreatus aqua, quam precibus consuetis benedixerat, vulnus suum lavari præcepit, & statim stetit sanguis, sicque brevi convaluit, ut eodem mane Missam celebraret. Hujus miraculi se testem oculatum profitetur illius vitæ author. In Sanctorum numerum ab Honorio III. relatus est.

Hist. Rem. l. 3. IV. Ludovicus VII. Francorum rex jam senior, Parisiis generale placitum indixit omnium episcoporum, abbatum, & baronum regni sui, in palatio Mauritii Parisiensis episcopi, illisque intimavit se filium suum Philippum, qui decimum quintum annum agebat, eorum assensu statuisse in Regem sublimare. Quod cum gratanter annuissent, Karolopolim se cum filio contulit, qui cum inter venandum in sylva aberrasset, nec quisquam cum eo remansisset, instante nocte metu correptus, in gravem morbum incidit. Rex pater in somnis admonitus est, si vellet filium suum sanitati restitui, adiret sepulchrum sancti Thomæ Cantuariensis: Unde accepta ab Henrico securitate, trajecit in Angliam cum multis proceribus: Angliæ rex in littore maris occurrens, illum cum magno honore suscepit. Cantuariam pergit, & sanctum Martyrem diversis muneribus honorat, atque in Franciam reversus filium suum integræ sanitati restitutum reperit; edictoque præcepit, ut omnes ecclesiastici & seculares regni sui principes, Kalendis Novembris Remis convenirent ad coronationem filii sui. Willelmus Remensis archiepiscopus eum unxit in Regem ac coronavit. Ludovicus rex paralysi laborans coronationi interesse non potuit. Willelmus congregatis suis suffraganeis, cum eis tractavit de rebus sibi, vel ecclesiæ suæ necessariis. Philippus non multo post nupsit Isabellæ Balduini comitis Hannonienſis filiæ: has nuptias benedixit Guido Senonensis archiepiscopus; quod ægerrime tulit Willelmus Remensis, & junioris Regis avunculus: Isabella coronata est die ascensionis Domini anno millesimo centesimo octogesimo. Ludovi- CHRISTI AN. 1180.
cus VII. rex decimo quarto Kalendas Octobris obiit, ætatis anno sexagesimo, regni quadragesimo tertio, corpus ejus deportatum ad cœnobium, quod Meloduni fundaverat, ordinis Cistercienſis, & Barbecellum dicitur. Rex singulis annis tres quadragesimas observare consueverat, uno ferculo piscium & vino modico contentus. Alex. P. ep. 52. 2. append.

V. In Scotia, sancti Andreæ ecclesiam schisma turbavit: defuncto Richardo episcopo, canonici in episcopum elegerunt magistrum Joannem: Willelmus vero Scotorum rex designavit Hugonem capellanum suum, & consecrari fecit ab episcopis, quamvis Joannes electus ad Papam appellasset. Alexander Papa misit Alexium subdiaconum, sedis Apostolicæ legatum, ut de Joannis electione cognosceret, qui cum mature & canonice processisset, electionem ipsius canonicam comperiens, post multiplices inducias, in quibus Regi detulit, eum authoritate Apostolica confirmavit, ex parte Papæ præcipiens omnibus, qui ad ecclesiam sancti Andreæ pertinerent, ut Joanni obedientiam & reverentiam exhiberent. Sed cum nullus propter metum Regis palam obedire auderet, legatus episcopatum interdicto subjecit. Rex episcoporum & optimatum consilio permisit, ut Joannes consecraretur, sed statim ei prohibuit ne in regno Scotiæ moram faceret. Papa his cognitis confirmat legati sui sententiam, & Scotiæ episcopis scribit sub officii & beneficii pœna præcipiens, ut post octo dies a susceptis suis literis, Joannem ad sedem suam honorifice reducant, & omnem ei reverentiam exhibeant, quam ejus prædecessoribus impenderant, omnemque ad Regem placandum operam exhibeant; alioquin se confirmaturum sententiam, quam Hugo Dunelmensis in contumaces tulerit. Hoved. *Schisma in Scotia.* Alex. P. ep. 55.

Interim Hugo, qui ecclesiam sancti Andreæ invaserat, capellam episcopalem, baculum, & annulum asportavit. Alexius legatus sæpius admonitum, coram omnibus, nisi infra quindecim dies ablata redderet, vel congrue satisfaceret, vinculo excommunicationis adstrinxit. Ille legati monitis nullatenus acquievit. Itaque Papa legati sui sententiam ratam habens, rursus literas dedit ad episcopos Scotiæ, eisque præcepit, ut Hugonem, nulla appellatione obstante, sicut excommunicatum evitarent, donec asportata Joanni restituerit. Regi quoque Scotiæ scripsit: " Mandamus quatenus Joanni episcopo sancti Andreæ, infra viginti dies post harum susceptionem literarum, pacem & securitatem largiaris. Alioquin noveris, nos venerabili fratri nostro Rogerio Eboracensi archiepiscopo Apostolicæ sedis legato in Scotia mandasse, ut regnum tuum, nullius appellatione obstante, subjiciat interdicto, excommunicationis sententiam in personam tuam, si desistere nolueris, prolaturus. Pro certo quoque teneas, quod si in tua duxeris violentia perdurandum, sicut laboravimus, ut regnum tuum libertatem haberet, sic dabimus studium, ut in pristinam subjectionem revertatur. Willelmus rex his nihil permotus in proposito perstitit. Quapropter Rogerus Eboracensis, & Hugo Dunelmensis, cum Alexio legato, sententiam excommunicationis in eum, & in Scotiæ regnum interdicti, protulerunt. Rex, anno sequenti per mandatum regis Angliæ venit in Normanniam, ejusque Alex. P. ep. 56. epist. 57. Hoved.

consi-

Christi An. 1180. consilio concessit Matthæo de Alberden episcopo, ut in suam sedem rediret, ablata ei restituerentur. Joannes, qui consecratus fuerat ad episcopatum sancti Andreæ, propter amorem sui Regis, abdicaturus erat eum episcopatum, si liceret ei alium eligere, quem vellet episcopatum de regno Scotiæ, & si Rex ei concederet suam cancellariam, & omnes reditus, quos habuit ante suam consecrationem, & quadraginta marcas redituum in ecclesia S. Andreæ: Scotiæ Rex misit ad Alexandrum Papam, ut pro bono pacis concederet hanc fieri sedium episcopalium commutationem. Sed Papa id renuit: nec Rex Joannem admisit: Legati priori sancti Andreæ, & aliis personis ecclesiasticis ejusdem diœcesis præcepere, ut venientes ad Joannem episcopum, illi debitæ subjectionis reverentiam exhiberent: sin minus, in rebelles sententiam suspensionis inferrent. Cum quidam obtemperassent, Willelmus rex eos e regno ejecit cum filiis atque cognatis. Legati rursus Regem excommunicant, & totam Scotiam interdicto subjiciunt, & mandant episcopis, abbatibus, aliisque clericis, ut illud firmiter observent, & Regem cautius evitent. Rogerus Eboracensis non multo post obiit, relictis immensis pecuniis, quas collegerat, quarum partem ecclesiis & pauperibus destinarat, sed rex Henricus eas fisco addixit. Ejus sedes decem annis vacavit.

VI. Joannes Saresberiensis, natione Anglus, Carnotensis episcopus, die vigesima quinta Octobris ejusdem anni migravit ad Deum. Scripsit epistolarum volumen, & vitam sancti Thomæ Cantuariensis archiepiscopi & martyris, cujus fuerat notarius, & in exilio comes individuus; & Polycraticon, sive de nugis curialium, libris octo comprehensum. Petrus primum Cellensis abbas, dein sancti Remigii Remensis, vir vita & literatura conspicuus ei successit in episcopatu. Plures ad eum extant Alexandri Papæ epistolæ, quibus ei diversarum causarum judicium committit, quarumdam etiam inter sæculares, de usura, de defensione pupillorum, de cruce signatis pro itinere Hierosolymitano: ex quibus ejusmodi causarum cognitionem tunc ad ecclesiasticos pertinuisse constat. Petrus sic laudat Joannem Saresberiensem olim suum discipulum. Joannes iste pretioso sanguine B. Thomæ Pontificis & martyris intinctus, lege divina ad plenum instructus, bonis moribus, & piis actibus ornatus, Apostolico ad Timotheum catalogo virtutum bene depictus, ad Dei honorem, columna factus est in ecclesia Dei.

Petr. Cellens. l. 7. ep. 8.

Manuelis Imperat. mors.

VII. Manuel Comnenus die vigesima secunda Septembris hujus anni millesimi centesimi octogesimi mortuus est. Ecclesiasticæ disciplinæ dispositionem non tantum sibi arrogavit, quemadmodum sui præ decessores, sed etiam de rebus fidei pro arbitrio definire voluit. Exempla plura refert Nicetas, unum tantum hic subjiciam: Extabat inter cæteras catecheticæ tabulæ sanctiones, anathema in Mahometi Deum, " quem nec genuisse, nec genitum, sed holosphyron esse affirmat. „ Manuel sub vitæ finem illud anathema ex omnibus catecheticis libellis abolere voluit: ajebat enim, blasphemiis in Deum qualibuscumque offendi Agarenos, qui ad nostram religionem deficerent. Proinde Theodosium patriarcham Constantinopolitanum, & episcopos, qui in urbe erant, convocat, eisque quæstionem proponit. Qui cum omnes refragarentur, ostenderentque Deum cœli & terræ conditorem hoc anathemate non notari, sed holosphyron illum Deum, quem confinxerit Mahometes. Nam apud christianos Deum Patrem celebrari, quod Mahometes prohiberet. Imperator his contemptis, sua authoritate decretum proponit, quo taxabantur episcopi, qui Deum verum inerudite anathemate notari passi essent, & decretum in palatio publice recitandum curat coram senatu, & cognatis suis literarum studiosis. Patriarcha decretum strenue aversatus est. Imperator quasi gravi affectus injuria, pontifices conviciis infectatus est, decretum suum in compendium redegit, & Scutarium ob veris temperiem se deportari voluit; quo cum ejus jussu episcopi & eruditissimi quique convenissent; Theodorus Mazuca inter scribas authoritate princeps eis dixit, Imperatorem adiri non posse ob quoddam morbi impedimentum, edictumque contractum proponit subscribendum, recusantibusque majus minatur concilium, in quo, Romano Pontifice adhibito, quæstio disceptetur. Eustathius Thessalonicensis illud rejecit, sed Imperatore acrius instante, Patriarcha & episcopi tandem consensere, ut anathema a Deo Mahometis, in ipsum Mahometem & omnem ejus doctrinam & sectam in catecheticis libellis transferretur. Sicque cessavit disceptatio.

Nicetas annal. l. 7. p. 138.

Christi An. 1180.

Theodosius patriarcha Imperatorem admonuit, ut integris adhuc sensibus, curatorem fidelem filii impuberis & Imperatricis quæreret. Sed astrologi adhuc quatuordecim vitæ annos ei pollicebantur, & magnas victorias, eisque fidem adhibuit. Donec ingravescente morbo, tandem vitæ spem evanescere cognovit, & patriarchæ monitu scripto damnavit Astrologiam: admotaque ad arteriam manu, cum alto suspirio femur percussit, & monasticum habitum postulavit, sicque vita & Imperio cessit, quod annos fere triginta octo gubernavit. Alexius Comnenus filius adhuc puer ei successit: venationi & equitationi intentus, puerorum, cum quibus colluderet, familiaritate utebatur. Paterni vero ejus cognati prorsus illius educationem negligebant, nec interitum Reipublicæ curabant: Alii homines avari & rapaces, cum luxuriosissime viverent, fiscum depeculabantur, ut crumenam immensis sumtibus exhaustam pecunia resarcirent. Alii ad Imperii cupiditatem omnia referebant. Denique confusa erant omnia, dum suum quisque negotium agit, & alteri adversatur, omnesque in turpitudine & flagitiis volutantur.

Ibid.

VIII. Eodem anno Almericus patriarcha Hierosolymitanus carnis onus deposuit, cujus simplicitas modicum ecclesiæ profuit. Heraclius Cæsarienſis archiepiscopus ei successit, vir tam pernicioſi exempli, ut publice concubinam teneret, quam vulgus patriarcham vocaret. In ejus electione publice dictum fuit, sub Heraclio amittendam esse crucem, sicut ab Heraclio Imperatore recuperata fuerat, quod & accidit.

Sanat. l. 3. c. 14.

Saladinus Ægypti & totius Syriæ vicinarumque provinciarum Rex potentissimus, christianos, a quibus paulo ante devictus fuerat, graviter afflixit. Balduinus quartus Jerosolymorum rex castrum super ripas Jordanis, in loco, qui vadum Jacob dicebatur, ædificavit, & templariis tradidit. Sed dum in hostes movet, Saladinus eum in montuosis locis ex improviso aggreditur, & multos viros memorabiles interfecit, & Rex vix a suis ereptus aufugit. Saladinus prædictum castrum aggreditur, hinc nova pugna committitur, christiani rursus vincuntur, & plures ex eis capiuntur, quos inter Odo sancti Amandi templariorum magister, vir impius. Saladinus castrum occupat & diruit.

Guillel. Tyr. l. 21

Palæstinæ triſtis ſtatus.

Alexander Papa postquam hæc cognovit, datis ad omnes occidentis principes & prælatos literis, eos adhortatus est ad terræ sanctæ subsidium, cui proximum immineret excidium, ni prompte subveniant. " Illis, inquit, qui pro Christo hujus viæ laborem assumpserint, indulgentiam peccatorum, quam Urbanus & Eugenius Romani Pontifices statuerunt, Apostolica authoritate concedimus. Uxores quoque & filios eorum, bona & possessiones, sub beati Petri, & nostra, nec non archiepiscoporum & episcoporum, decernimus protectione manere, prohibentes attentius, ne adversus eos de his, quæ pacifice possident, aliqua post susceptam crucem quæstio moveatur, donec redeant, vel de eorum obitu certissime cognoscatur. Liceat autem eis suas possessiones, postquam propinqui, aut etiam domini sui, ad quorum feudum pertinent, pecuniam ipsis mutuare noluerint, vel non potuerint, ecclesiis, aut aliis fidelibus libere, pro expensis hujus itineris, titulo pignoris obligare. „ Episcopis vero mandat, ut hanc expeditionem urgeant. Datæ sunt decimo sexto Januarii, anno millesimo centesimo octogesimo primo. Equites templi & hospitalares eas ad Franciæ & Angliæ reges detulere, qui quinto Kalendas Maji ad Vadum sancti Remigii colloqium habuerunt, & celerem opem promiserunt.

Christi An. 1181. Alex. P. epist. 59.

IX. Gaufredus Henrici II. Angliæ regis filius nothus, cum electus esset episcopus Lincolnienſis, & proventus jam per annos octo reciperet: minus tamen quæ essent curæ episcopalis cogitaret, nec ordines sacros reciperet; Alexander Papa scripsit ad Richardum Cantuariensem archiepiscopum, ut eum compelleret electioni suæ renunciare, vel sine dilatione omnes sacros ordines reciperet. Gaufredus episcopatum suum in manum Richardi resignavit, & Regis patris sui factus est cancellarius. Aliis

Hoved.

Christi An. 1181. literis ad eumdem datis, Papa conquestus est, quod quidam episcopi in aula Regis assidui, rebus politicis sese immiscerent, & ne quidem Missas celebrarent. Hos per calumniam accusatos respondit Richar-
Petri Blef. epist. 84. dus, eorumque in aula commorationem defendit ut Ecclesiæ & Reipublicæ plurimum utilem. " Non est novum, inquit, quod regum consiliis intersunt episcopi: sicut enim honestate & sapientia cæteros antecedunt; sic expeditiores & efficaciores in Reipublicæ administratione censentur ... consiliis enim Regum debent assistere, qui sciant, & velint, & possint, patientibus compati, paci terræ, ac populi saluti prospicere, erudire ad justitiam Reges, imminentibus occurrere periculis, vitæque maturioris exemplis informare subditos, & quadam authoritate potestativa præsumptionem malignantium cohibere... Unum noveritis: quia nisi familiares & consiliarii Regis essent episcopi, supra dorsum Ecclesiæ fabricarent hodie peccatores, & immaniter opprimeret clerum præsumptio laicalis. Nunc autem si quid in ecclesiæ attentatur injuria, authoritate pontificali corripitur. Aut si ad hoc ecclesiastica censura non sufficit, spiritualis gladii defectus civili suppletur: Et ad eorum arbitrium principalis animadversio exercetur, si quando, ut solet, adversus innocentes Regis indignatio vehementius excandescit, episcoporum precibus temperatur. Istis mediantibus mansuescit circa simplices judiciarius rigor: admittitur clamor pauperum: ecclesiarum dignitas erigitur: firmatur in clero libertas, pax in populis, in monasteriis requies: justitia libere exercetur: superbia deprimitur: augetur laicorum devotio: religio fovetur: diriguntur judicia, leges acceptantur, decreta Romana vim obtinent: & possessiones ecclesiasticæ dilatantur. Isti singulis præcipuis solemnitatibus intersunt suis ecclesiis, ubi eleemosynarum largitione, consolatione pupillorum ac viduarum, subjectorum correctione, atque aliis sanctitatis operibus, redimunt dies, quos in curia consumpserunt. „ Residere tamen in suis diœcesibus episcopis jure divino præceptum est.

X. Henricus Albanensis episcopus missus in Burgundiam legatus, Lugdunensem & Narbonensem archiepiscopos deposuit, & cum ingenti exercitu progressus adversus Albigenses, castrum de la Vaure expu-
Gaufred. Chron. gnavit. Rogerius Biterrensis cum aliis multis optimatibus hæreticorum pravitatem se abdicare profitetur. Illorum hæreticorum errores sic refert prædictus cardinalis legatus. Confessi sunt magistri quondam erroris, plena prius consilio episcoporum & magnatum sibi libertate restituta, quod licet evangelia simplicioribus ad fallendum prædicent, attamen Christum natum haud verum fuisse hominem, nec comedisse aut bibisse, aut aliud humanæ actionis aut necessitatis in veritate sustinuisse: vel passum, crucifixum, mortuum, resurrexisse, non credant. Sed omnia, quæ evangelia, seu Apostoli de Christo asserunt, phantastica dicant. Quæ de sacrificio altaris, baptismate parvulorum, conjugiis, aliisque sacramentis, & divinis officiis Romana ecclesia constituit, & universitas catholicorum credit, recipit & servat, omnia reprobant & condemnant. Satanam magnum Luciferum, qui propter elevationem & nequitiam suam de throno bonorum cecidit Angelorum, creatorem cœli, & terræ, omniumque rerum visibilium, & spirituum malorum creatorem, principem, & Deum esse profitentur, ipsumque legem Moysi dedisse asseverant. In carnali consuetudine cujuslibet maris & fœminæ, sive parentes, sive fratres, aut communes matres, aut cujuscumque consanguinitatis, vel affinitatis mulieres existant, par dicunt esse delictum. Mulieres, quæ inter ipsos concipiunt, fœtus interimunt: dicebatur tamen a primoribus eorum id evitari. Hæc, inquit, aliaque plura præfati quondam hæresiarchæ publice coram nobis, & coram venerabilibus fratribus nostris, Gerardo Auxitano archiepiscopo, Gerardo Carducensi, & Gosselino Tolosano, præsulibus, in conspectu populi confessi sunt. Sed ubi primum discessit legatus, & sui compotes facti sunt, in erroris pristino se volutabro revolverunt. Protestantes cum successionem doctrinæ sibi contexere tentarent, ut hac arte velarent suam novitatem, Albigenses, quos ex his, & aliis superius dictis, evidenter constat fuisse Manichæos, inter majores suos annumeraverunt: postquam autem Catholici Albigensium impietates & spurcitias demonstrarunt, iidem protestantes pudore suffusi, adeo non respiscunt, ut turpius prolabantur omnes

Albigensium errores.

inter christianos exortas hæreses tolerando. Henricus legatus Cisterciensium capitulo generali præfuit: & anno sequenti Romam reversus alium reperit summum Pontificem. Christi An. 1181.

Alexander Papa III. die trigesima Augusti anni millesimi centesimi octogesimi primi hominem exuerat in urbe Castellana, postquam sedisset annos fere viginti duos: in Lateranensi basilica sepultus est. Ad ejus literaturam pauci de prædecessoribus a centum jam annis attigerunt: fuit enim in scripturis præceptor maximus, & in decretis, canonibus, & Romanis legibus præcipuus. Multas quæstiones difficillimas & graves in decretis & legibus absolvit, ac enucleavit. Decretales sui temporis epistolas in unum volumen redactas, a suo nomine consulta Alexandri inscribi voluit. Sanctorum canonizationes Metropolitani hactenus ex suffraganeorum & aliorum concilio celebraverant, licet a decimo sæculo exeunte sæpius intervenerit Romani Pontificis authoritas. Sexennio ante Alexandri III. pontificatum, scilicet anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio, Hugo Rotomagensis archiepiscopus, in suis literis de elevatione sancti Gualterii abbatis Pontisatensis ait, Invitantibus, imo & cogentibus miraculis, missa super hoc legatione, & assensu magnifici Remorum archiepiscopi Samsonis, & aliquorum Galliæ Pontificum, Theobaldo Parisiensi, & Theobaldo Sylvanectensi præsentibus, sancti Gualterii reliquias levavimus & transtulimus: concessis insuper indulgentiis in eorum gratiam, qui ipsius sancti beneficia implorarent. Nulla vero post hæc tempora assignari potest a Metropolitanis facta canonizatio. Hinc verisimile est, hanc causam Apostolicæ sedi reservasse Papam Alexandrum, licet illius rei nullum decretum extet vel rescriptum.

Lucius III. succedit Alexandro III.

Epitaph. Robert. de mont.

Mabill. præfat. quinti sæculi Benedict.

Novissima ejus constitutio data est ad Casimirum Poloniæ ducem: sic habet. " Ex parte tuæ magnitudinis relatum est nobis, quod de consilio archiepiscopi & episcoporum Poloniæ, & principum terræ, quasdam abusiones & injustitias ab ecclesiis & ecclesiasticis personis amputasti: constituens ne bona decedentium episcoporum amplius confiscarentur: constitutum est etiam, ut si quispiam in res defuncti episcopi manus conjecerit, vinculo anathematis teneatur: nec præsumat ullus raptorum defuncto episcopo succedere, donec absolutionis beneficium assequatur, ablatis restitutis: Consuetudinem autem, quæ a principibus terræ servabatur, videlicet, ut quocumque pergerent pompatice invadentes horrea pauperum evacuarent: & si inter absentes aliquid negotii quandoque contigeret, impii satellites discurrentes, raptos quoscumque caballos, vel enervarent incursu, vel omnino destruerent, de ecclesiasticorum & sæcularium virorum consilio emendasti, & constitutionem tuam justam pariter & honestam authoritate nostra postulas confirmari. Nos justis postulationibus annuentes, constitutionem præscriptam authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eam violare aliqua ratione præsumat. Sic Romanorum Pontificum authoritas in causis etiam sæcularibus sæpius intervenit, postulantibus ipsismet principibus, quibus proinde factam injuriam nonnulli male reclamant.

Alex. P. epist. 58.

XI. Romana sedes una tantum die vacavit: prima Septembris, Humbaldus, patria Lucensis, Ostiensis cardinalis episcopus, vir ætate & prudentia gravis, & vitæ anteactæ innocentia conspicuus; mediocris licet literaturæ, ab universo clero & populo eligitur, & vocatur Lucius III. sequenti dominica coronatur a Theodiono episcopo Portuensi, & ab archipresbytero Ostiensi, qui tunc episcopi vices agebat. Joannes ad albas manus Pictaviensis episcopus, & nuper electus in archiepiscopum Narbonensem, Romam venit, ut a Lucio Papa confirmaretur, sed ab eo factus est archiepiscopus Lugdunensis, & ob eximiam ejus eruditionem in regno Franciæ creatus est Apostolicæ sedis legatus. Willelmus Scotiæ rex missis etiam ad Lucium legatis, absolutionem impetravit. Papa Rolandum Dolensem episcopum, quem Romanæ ecclesiæ cardinalem subdiaconum creaverat, misit legatum in Scotiam, qui res ita cum Rege composuit, ut tam Hugo, quam Joannes renunciarent ecclesiæ sancti Andreæ, & Joannes haberet episcopatum Dunkeldensem; sed Hugone appellante ad Romanum Pontificem, Lucius primo

Lucius Papa III.

Gaufred. Chron.

Robert. de mont. Chron.

Hoved.

CHRISTI AN. 1181. primo episcopatum sancti Andreæ utrique ademit ; postea concessit illum Hugoni, & Joanni Dunkeldensem ecclesiam confirmavit. Ea controversia tamen usque ad Clementem III. perseveravit. Ambitio enim publicam pacem cessione redimere nescit.

Robert. de mont. Arnulphus Lexovienſis episcopus jam senior, propter Angliæ regis odium renuntians episcopatui secessit Parisios; ubi ad sanctum Victorem in pulcherrimis ædibus, quas construxerat, canonicus regularis usque ad mortem perseveravit. Lexovienses canonici eum accusarunt apud Lucium Papam, quasi ecclesiæ suæ bonæ dissipasset. Papa designavit cognitores episcopos & abbates, quos cum suspectos haberet, eorum revocationem obtinuit. Plures ejus epistolæ supersunt, inter quas extat una ad Papam Alexandrum adversus Gristanum monasterium: Guillelmus abbas quasi ad disponenda bona monasterii navigavit in Angliam, ubi gulæ indulgens lites exercebat, donec post biennium episcopalis edicti necessitate reductus est : Eo quippe absente, regularis observantia prorsus soluta est, cessarant hospitalitas & eleemosynæ, monachi gulæ & ebrietati dediti cultellis in se invicem sæviebant, adeo, ut plures interfecti sint, quos inter procurator monasterii, qui prius duos cultellis percusserat; atque ut corrogarent pecunias, aquam habere se mentiebantur, quæ sanaret ægros. Arnulphus Papam exoravit, ut tot scandalis occurrens monachis substitueret regulares canonicos. Papa monachos ejicere noluit : sed alium eis providet abbatem. Gualterius Rotomagensis archiepiscopus Guillelmum abbatem transtulit ad sancti Martini monasterium : quod est in urbe Pontisara.

Philippus Franc. rex Judeos ejicit. Rigord. de gest. Philip. XII. Philippus II. Francorum rex, cognomento Augustus, Judæos odio habebat, quia multas de iis blasphemias audierat : immensas opes & possessiones contra leges usuris collegerant ac possidebant. Christiana utriusque sexus mancipia judaizare compellebant : ecclesiarumque vasa sacra, quæ in pignus receperant, profanis usibus polluebant. Demum plures infantes christianos crudeliter interfecerant, e quibus miraculis claruisse referunt scriptores illius temporis Robertum & Willelmum in Anglia, & Richardum Pontisaræ in Gallia, quem crucifixerant. Rex a principibus suis sæpius audierat, quod Judæi Parisiis commorantes singulis annis Christianum unum in opprobrium christianæ religionis in cryptis subterraneis die cœnæ jugularent, & regnante suo patre in ea nequitia deprehensi igne consumpti fuerint. Consuluit itaque Bernardum virum sanctum, qui in nemore Vincennarum vitam agebat eremiticam : ejusque consilio Christianos Judæorum debitores a debitis absolvit, quinta parte totius summæ fisco retenta. Mense septembri anni

CHRISTI AN. 1182. sequentis, scilicet millesimi centesimi octogesimi secundi, eorum fundos fisco addixit, & permisit, ut mobilia venderent, & pretium haberent pro viatico. Quidam suscepto baptismo sua bona conservarunt : Alii transmigrarunt cum uxoribus & filiis. Ipsorum Synagogæ christianis ritibus expiatæ in ecclesias consecratæ sunt.

Guillel. Tyr. l. 22. c. 10. & seq. *Latinor. depræda-tio C. P.* XIII. Constantinopoli par clades Latinis contigit. Multarum rerum administrationem eis commiserat Manuel Imperator, qui Græcis fideliores eos deprehendit. Id autem multorum in eos concitaverat odium & invidiam. Accedebat ad indignationis cumulum sacramentorum diversitas. Græci enim hæreticum reputabant, quisquis eorum non sequeretur traditiones : cum ipsis potius hæreticorum nomen conveniret, qui contra Romanam ecclesiam pestilentes sequebantur opiniones. Opportunitatem quærebant, ut Latinos omnes in finibus Imperii commorantes penitus delerent. Ea se commode obtulit. Andronici & fautorum ejus invalescente Constantinopoli conspiratione, Alexius Comnenus protosebastus, penes quem erat rerum administratio, omnibus invisus ob avaritiam, & arrogantiam ; captus & oculis privatus est ab Andronico, qui cum exercitu ad urbem accesserat. Latini, qui Græcorum odia non ignorabant, timentes ne civium super eos repentina fieret irruptio, occupatis quadraginta quatuor Græcorum galeis fugientes, discrimen evaserunt. Seniores vero, infirmos, tardiores, mulieres, & parvulos Græci variis suppliciis interfecerunt. Et quoniam plerique se strenue defendebant, nec incruentam hostibus de se relinquebant victoriam, eos cum domibus & ecclesiis, in quas confugerant, injecto igne consumpserunt. Joannem Papæ legatum decollaverunt, ejusque caput in contumeliam Romanæ Ecclesiæ ad caudam canis immundæ religarunt. Demum accedentes ad Xenodochium sancti Joannis, depositio omni humanitatis sensu, quotquot in eo repererunt languidos gladio peremerunt, effractisque monumentis quorumdam corpora per plateas distraxerunt. Græci sacerdotes & monachi, dato pretio, sicarios ad stragem invitabant. Plusquam quatuor millia promiscui sexus ætatis & conditionis, uxorum suarum parentes & consanguinei, ad quos confugerant salutem pollicitos, barbaris in mancipia vendiderunt. CHRISTI AN. 1182.

Inauditum facinus non impune commisere. Qui in galeis refugerant, classem non modicam circa Constantinopolim collegerunt, expectantes exitum : ubi tot suorum cædes cognoverunt, vicinas vastarunt regiones nulli ætati vel sexui parcentes, ac familias integras ferro vel igne consumpsere. Post hæc circumeuntes utrumque Hellesponti litus usque ad mare mediterraneum, urbes & mancipia in utroque litore sita, & monasteria in variis Insulis dispersa igne succenderunt, interfectis habitatoribus, atque ex iis immensam auri, argenti & gemmarum copiam exportavere : sic amissa duplici fœnore recompensantes ; Constantinopolitani enim cives ingentes pecuniæ thesauros in monasteriis deposuerant. Easdem strages & rapinas edidere in Thessaliæ & Macedoniæ litoribus : ibique comprehensis aliis galeis & navibus classem Græcis formidabilem ordinasse dicuntur. Quidam ab his violentiis abhorrentes, cum uxoribus & liberis navem ingressi in Syriam descenderunt. Andronicus urbem pro votis obtinens Imperatorem Alexium cum Agnete futura uxore regis Francorum filia, in die festo Pentecostes solemniter fecit coronari, omnem eis exhibens reverentiam : sororem quoque & ejus maritum, & matrem Imperatoris intra septa palatii tractabat humanius : ipse vero quælibet Imperii negotia pro suo disponebat arbitrio. Ibid. cap. 17.

Theodosius patriarcha Constantinopolitanus, quamvis ab Andronico, qui ei obviam processit, perhonorifice fuisset exceptus : cum se nihil proficere videret, & mala manifeste ingruere, e palatio in insulam Terebinthum, ubi sibi diversorium & sepulchrum extruserat, discedit. Andronicus cum de successore suæ factionis patriarchæ dando deliberaret, Camatero Basilio Pontificatum detulit, aut potius vendidit, data quippe singrapha ei promiserat, se quidquid cordi esset Andronico, quantumvis illicitum, facturum, & ea derelicturum, quæ illi displicuerint. Reipsa die vigesima quarta mensis Septembris anni sequentis Andronicus a suis cum Alexio acclamatus est Imperator, & patriarcha eum coronavit. Non multo post senatum convocat, & Imperator Alexius ab improbo illo cœtu capitis damnatur : & quidam noctu eum adorti nervo arcus strangulant, ejus corpus in profundum maris abjiciunt : caput recisum ad Andronicum deferunt. Nicet. *Andron. usurpat Imperium.*

XIV. Palæstina & Syria variis motibus pariter agitabantur propter principum avaritiam vel incontinentiam, & cuncta proximum minabantur exitium. Balduinus IV. Hierosolymorum rex lepra sic a pueris laborabat, ut oculi pedes & manus suum ei denegarent officium. Itaque febre correptus, convocatis principibus, præsente matre & patriarcha Heraclio Guidonem de Luziniaco sororis suæ maritum comitem Joppensem & Ascalonitanum regni constituit procuratorem, salva sibi regia dignitate, & præcepit omnibus, ut ei jurarent fidelitatem, quod multos e potentioribus offendit. Sed cum minus strenue & prudenter se gereret, Rex ad se revocavit administrationem, atque ex consensu principum, Balduinum nepotem suum, puerum quinquennem, Regem designavit, qui omnium ordinum assensu coronatus est : & comiti Tripolitano commissa est regni administratio. Saladinus interim urbem Petracensem trans Jordanem obsedit, sed in auxilium festinantibus christianis solvit obsidionem, & ad sua reversus est. Guillel. Tyr. l. 22. c. 25.

Boamundus princeps Antiochenus occasione pellicis legitimam uxorem abjecerat : bis commonitus ut resipiscerat, obstinate in peccato perstitit, quapropter in eum sententiam excommunicationis tulit Aimericus patriarcha, & totam regionem subjecit interdicto. Comes patriarcham & episcopos hostiliter persequi cœpit, manus in eos injiciens violentas, & res sacras diripiens, & perturbans pos- Ibid.

Christi An. 1182. sessiones. Ipsum etiam patriarcham cum clero in quadam ecclesiæ munitione obsedit; unde quidam magnates ab eo recessere. Raynaldus cognomento mansuetus in præsidium suum munitissimum se recepit, & præsulibus a propriis sedibus ejectis in eo dedit refugium. Prudentiores timebant, ne regnum sic divisum ab infidelibus desolaretur. Itaque convenientes simul deliberant; & comitem armis non cogendum statuunt, ne forte Turcas in auxilium advocet: quos postea cum vellet, ejicere non posset: sed patriarcha Hierosolymitanus cum abbatibus & comite Tripolitano Antiochenum principem & patriarcham seorsim convenerunt, remque totam ea ratione composuerunt, ut princeps patriarchæ & episcopis ablata restitueret, & cessaret interdictum: ipse sententiam excommunicationis patienter ferret, dum abjecta pellice uxorem revocaret. Boamundus in iisdem sordibus perseveravit obstinatus: & fidelium suorum optimos & nobiles viros expulit, quia ejus factum sibi displicere dixerant. Illi confugerunt ad Rupinum Armenorum principem, qui eos honestissime suscepit, singulis dedit munera, & victum sufficientem assignavit.

Apud Pag. t. 4. Nairon. Chron. *Maronitæ orthodoxi.*

Antiochenus patriarcha Maronitas Libani montis incolas, tum circa fidem, tum circa patriarchæ electionem inter se dissidentes; plerique enim erant Monothelitæ; reconciliavit, ad fidei unitatem reduxit, & a vinculo excommunicationis, quam ob interfectum patriarcham incurrerant, absolvit; itaque catholicum patriarcham elegerunt, qui habitavit in ecclesia beatæ Virginis in Habil Libani oppido: observabat quidquid erat in evangelio, eratque in exponendo peritus: & omnes firmi steterunt in fide Maronis abbatis, a quo dicti sunt Maronitæ, tanquam ejus discipuli. Hanc igitur fidem Maronitæ in præfata reconciliatione cum prædicassent coram Aimerico patriarcha Antiocheno, is nihil penitus opposuisse legitur: inde constat Maronis sententiam fuisse immunem a Monothelismo. Sed Jacobitæ utentes eadem lingua Syriaca plures ex illis eorumque libros corruperant: ut Petrus Patriarcha Maronitarum anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo scripsit ad cardinalem Antonium Caraffam.

Christi An. 1183. Joann. de Ceccan in chron.

XV. In Italia grave dissidium ortum est inter Romanos & Papam Lucium super quibusdam consuetudinibus, quas se numquam facturum juravit, licet illas ejus prædecessores observassent: Romani indignati in eum insurrexerunt: ipse vero in castella sua & urbes munitas confugit: Christianus archiepiscopus Moguntinus cum Alemannorum exercitu missus ab Imperatore Friderico venit Tusculanum, & Romanum agrum vastare cœpit. Sed paulo post ad eum graviter ægrotantem Papa venit. Prævalente languore confessionem fecit summo Pontifici, & de manu ejus communionem accepit, aliaque sacramenta, & Deo animam reddidit, Augusto mense, anno millesimo centesimo octogesimo tertio: Conradus cardinalis & Apostolicæ sedis legatus tunc in sedem Moguntinam restitutus est: & Adalbertus ex præcepto Imperatoris, & unanimi Salisburgensium electione cathedram suam recepit.

Lucius Papa Signiæ dum versaretur, sanctum Brunonem ejusdem urbis episcopum, pietate & doctrina clarissimum, in cardinalium & episcoporum conventu, inter sanctos jussit adscribi. Posthæc apud Velletrum promovit Willelmum abbatem sanctæ Mariæ regalis de Panormo in archiepiscopum Montis Regalis, & propriis manibus consecravit: ut demonstrat ejus constitutio ibidem data Nonis Februarii, qua hanc abbatiam erigit in archiepiscopatum, & præcipit, ut ordo monasticus in eodem loco institutus inviolabiliter observetur: & Catanensem & Syracusanum episcopos ei suffraganeos attribuit. Guillelmus II. Siciliæ rex hanc abbatiam magnifice fundaverat.

Roger.

Post mortem Moguntini archiepiscopi ejus exercitus dissipatus est. Igitur cum Papa Romanis resistere non posset, nuncios misit ad Reges & principes, tam sæculares quam ecclesiasticos, pro obtinendo auxilio. Henricus Angliæ rex consuluit episcopos suos, qui suaserunt, ut ipse, quod vellet, Papæ daret auxilium pro omnibus, ipsi partem suam ei redditurі, hoc enim esse tolerabilius, quam si Papa nuncios in Angliam mitteret, ad capiendum de iis auxilium, ne forte tunc verteretur in consuetudinem. Rex secundum eorum consilium Papæ misit multam pecuniam; misere & alii principes, eaque pecunia pacem a Romanis redemit.

Christi An. 1183. Hoved.

Henricus junior rex coronatus, cum rursus adversus patrem rebellasset, in gravem morbum incidit: sentiens mortem sibi imminere, misit ad patrem, qui ad eum venire noluit: ejus insidias sæpius expertus timuit. Rex igitur filius, convocatis episcopis, & viris religiosis, primo secreto, deinde coram omnibus, peccata sua confessus est, eorumque absolutionem recepit, & Willelmo mareschallo familiari suo dedit crucem suam Jerosolymam deferendam. Deinde cilicium induit, & fune alligato in collo suo, dixit episcopis, trado me peccatorem indignum per funem istum vobis ministris Dei, postulans ut Dominus noster Jesus Christus, qui latroni confitenti in cruce peccata dimisit, per preces vestras, & per suam ineffabilem misericordiam, misereatur infelicissimæ animæ meæ. Responderunt omnes, Amen. Et ipse ait illis: Trahite me a lecto per hunc funem, & imponite lecto illi cinereo: fecerunt sicut ipse præcepit; & capiti & pedibus ejus appositerunt duos lapides magnos quadratos: sicque sacrosancti corporis & sanguinis Domini viatico munitus emisit spiritum, anno suæ ætatis vigesimo octavo, & Rotomagi in ecclesia Deiparæ sepultus est, uti postulaverat.

Nang. Chron.

Romani rursus in Papam vehementius insurrexerunt, clericis ejus eruentes oculos imposuerunt mitras, eosque jurare fecerunt, quod Papæ se videndos præsentarent. Papa hujus sceleris authores excommunicavit, & Veronam se contulit, ut Friderici Imperatoris auxilium imploraret; & Bertoldum comitem dimisit ad defensionem Campaniæ. Imperator Germaniæ rebus compositis in solemni principum conventu Moguntiæ (in quo Fuldensis abbas ante Colonienſem archiepiscopum sedere contendit, sed repulsam passus est) venit in Italiam. Kalendis Augusti, anno millesimo centesimo octogesimo quarto, Papa cum cardinalibus, & plerisque ecclesiarum rectoribus considens in majori ecclesia, Imperatore præsente concilium celebravit, & hoc decretum dedit: " Nos, carissimi filii nostri Friderici illustris Romanorum Imperatoris semper Augusti præsentia pariter & vigore suffulti, de communi consilio fratrum nostrorum, nec non aliorum patriarcharum, archiepiscoporum, multorumque principum . . . . . omnem hæresim . . . . . per hujus constitutionis seriem authoritate Apostolica condemnamus; Imprimis Catharos, & Patarinos, & eos, qui se humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falso nomine mentiuntur, Passaginos, Josepinos, Arnaldistas, perpetuo decernimus anathemati subjacere. Et quoniam nonnulli sub specie pietatis . . . . . authoritatem sibi vindicant prædicandi . . . . . omnes qui prohibiti, vel non missi, præter authoritatem ab apostolica sede, vel ab episcopo loci susceptam, publice vel privatim prædicare præsumpserint: & universos, qui de sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de baptismate, seu peccatorum remissione, aut de matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quam Romana Ecclesia prædicat & observat: & generaliter quoscumque eadem Romana Ecclesia, vel singuli episcopi per diœceses suas, cum consilio clericorum, vel clerici ipsi, sede vacante, cum consilio, si oportuerit, vicinorum episcoporum, hæreticos judicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. Receptores, & defensores eorum, & fautores . . . . . simili decernimus subjacere sententiæ. Præterea sanxit, ut si quis postea in supradictis hæresibus deprehendatur; Clericus omni officio & beneficio ecclesiastico spoliatus, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis animadversione debita puniendus; nisi statim ad catholicæ fidei unitatem recurrat, & errorem suum, ad arbitrium episcopi regionis publice consenserit abjurare, & satisfactionem congruam exhibere: Laicus vero, nisi confestim errorem ejuraverit & satisfecerit, sæcularis potestatis arbitrio relinquatur puniendus . . . . . Qui autem in abjuratam hæresim recidisse deprehensi fuerint, sæculari judicio, sine ulla prorsus audientia, decernit relinquendos. Hanc excommunicationem in præcipuis festivitatibus a singulis episcopis innovari præcipit sub pœna suspensionis . . . . . " Statuimus insuper, inquit, ut comites, barones, rectores, consules, juxta commonitionem episcoporum, præstito corporaliter juramento, promittant

Lucii P. decretum adversus hæreticos. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab.

quod

CHRISTI AN. 1184. quod in omnibus prædictis fortiter & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requiſiti, eccleſiam contra hæreticos & eorum complices adjuvabunt, & ſtudebunt bona fide, juxta officium & poſſe ſuum, eccleſiaſtica ſimiliter & Imperialia ſtatuta, circa ea quæ diximus, executioni mandare. Si vero id obſervare noluerint, honore, quem obtinent, ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumantur: iis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipſorum interdicto Eccleſiæ ſupponendis.

Ibid. Concurrerat ad eamdem ſynodum ingens eccleſiaſticorum multitudo, reconciliationem depoſcens ſedis Apoſtolicæ, eo quod in ſchiſmate Imperatorem ſecuti, ab antipapis eſſent ordinati & inſtituti. Intervenit pro his Fridericus Imperator, ut in gratiam ſumerentur. Annuit benigne Pontifex. Sed cum poſtera die manus eſſent imponendæ ſingulis, Papa ſententiam mutans dixit: Venetici concilii decreta non poſſe niſi alio concilio irritari. Promiſit autem ſe aliud proxime convocaturum. Germanorum minis non moti ſunt cardinales. Credebatur autem ea voluntatis mutatio a Moguntino, & Wormatienſi Pontificibus prodiiſſe.

Cathari & Patarini in ſuperiore decreto nominati iidem ſunt ac Manichæi, de quibus hactenus mul-
Tom. 3. Spicileg. p. 75. ta diximus. Paſſagii ſic dicti ſunt a voce Græca Paſſagios, quæ idem ſonat, ac omni-ſanctus; negabant myſterium Trinitatis, & legem Moyſis integram obſervandam eſſe prædicabant. Humiliati, de quibus hic agitur, abſque ulla miſſione, vel facultate ſuperiorum eccleſiaſticorum, prædicationis officium, & ſacramentorum adminiſtrationem ſibi vindicabant; hinc plurimum differunt ab Humiliatis, quos olim Mediolani D. Bernardum inſtituiſſe diximus, quorum inſtitutum Papa confirmavit: Pauperes autem Lugdunenſes dicti ſunt etiam Valdenſes, de quorum erroribus ſuperius egimus.

XVI. Gerardus Ravennatenſis archiepiſcopus coram ſynodo ſermonem habuit, in quo miſerum ſta-
Neubrig. l. 3. c. 11. tum terræ Jeroſolymitanæ expoſuit, & ad ſuccurrendum in remiſſionem peccatorum omnes adhortatus eſt. Saladinus enim, qui Chriſtianos jam bis acie vicerat, ex improviſo aggreſſus Neapolim, quæ olim Sichima dicebatur, captam evertit, & facta hominum ſtrage non modica, in propria ſe recepit: Præterea regum Hieroſolymorum unus morbo detentus erat inſanabili, alter infans, proceres inter ſe diſcordias exercebant. Balduinus rex, ne res Chriſtiana in his locis penitus corrueret, Heraclium patriarcham, Ar-
Contin. Guillel. Tyr. c. 2. noldum templi, Rogerium hoſpitalis magiſtros ad Papam & Principes occidentis pro impetrando celeri auxilio legatos miſit. Hi cum Hydruntum appulſi Papam & Imperatorem Veronæ conveniſſe cognoviſſent, eos adeunt, exponuntque, quanto in periculo verſarentur res chriſtianorum; ſed quamvis cum Lombardis pacem confirmaſſet Imperator, nihil obtinuerunt, Præter Papæ literas ad reges Franciæ & Angliæ. Legati igitur in Galliam proficiſcuntur, quo in itinere Arnoldus templi magiſter obiit: alii duo perrexere Lutetiam. Philippus rex præfectis ſuis mandavit, ut quacumque interfacerent, ex publico alerentur: ac ne quid illis deeſſet, diligentiſſime cavit, & ut honorificentiſſime ſuſciperentur, curavit. Mauritius Pariſienſis epiſcopus Regis juſſu illis cum clero venit obviam. Poſt aliquot dies Rex indicit totius regni comitia. Patriarcha poſtulata proponit, aſſerens res Orientis, niſi Francorum virtute & ope non poſſe diutius conſiſtere, & omnes ad pium opus adhortatur: ſicque omnium animos inflexit, ut in omnibus cœtibus Chriſtianorum regio edicto ad populum verba haberentur, quibus ad ſacram expeditionem ſuſcipiendam animarentur ſubditi. Principes in colligendis pecuniis, & conſcribendis exercitibus, operam dabant aſſiduam. Rex, quoniam necdum habebat filium, ne ipſemet proficiſceretur, deterritus eſt: ſed delectu habito, quem maxime ſtrenuum noverat, ſelegit, & coactis equitum aliquot copiis peditum manum adjunxit, qui in Italiam mitterentur Pontificis arbitratu, ſtipendiis regiis in Syriam abituri. Sed dilata eſt hæc expeditio.

Ibid. Legati, qui noverant Henrico regi Angliæ hanc propter necem S. Thomæ pœnitentiam eſſe impoſitam, ut trecentos milites mitteret ad rem chriſtianam in Oriente tuendam, atque intra triennium ipſemet in Syriam exercitum duceret, ipſum adeunt, obteſtantur, ut chriſtianis in Syria laborantibus ſubſidio veniret. Rex reſpondit ſe detineri bellis externis, & domeſticis ſeditionibus, pecuniam pollicetur. CHRISTI Heraclius patriarcha ei Papæ literas porrigit, quibus AN. 1184. eum multis laudibus hortabatur, ut expeditionem ſuſciperet: ſuæque promiſſionis & obligationis admonebat. His addit legatus minas de divina ultione, niſi promiſſam expeditionem jam per decennium dilatam adimpleret, vel ſaltem filium mitteret. Ejus oratio, qualem refert Willelmi Tyrienſis continuator, videtur aſperior, & reverentiæ Regi debitæ minus conſentanea: Rex iram diſſimulans eum donis deli- Hoved. niit, & promiſſis oneratum deduxit in Normanniam, & ſuis ſubditis licentiam capiendi crucem dedit, quam multi epiſcopi & nobiles ſumpſerunt, & præcipui ſunt Balduinus Cantuarienſis archiepiſcopus, qui Richardo nuper demortuo ſucceſſerat, & primus inter Ciſtercienſes monachos hanc ſedem obtinuit; & Walterus Rotomagenſis archiepiſcopus. Sed dum longinquæ expeditioni neceſſaria præparant, non parum temporis effluxit.

Extat ordinatio Philippi Franciæ & Henrici An- Concil. gliæ regis de contributione in ſubſidium terræ ſanctæ, communi conſilio epiſcoporum, comitum, & tom. 6. baronum approbata. Poſt indulgentias, quas Papæ nomine promittunt epiſcopi, ſequitur quædam taxatio pecuniæ, quam tam clerici, quam laici per triennium, pro facultatum ratione ſolverent. Demum ſextus articulus ſic habet: Decima debetur ad defenſionem terræ Jeruſalem a nativitate ſancti Joannis anno Domini milleſimo centeſimo octogeſimo quarto in decem annos, ſalvo jure dominorum & eccleſiarum. Ab ea impoſitione eximuntur, ornamenta eccleſiarum, & quæcumque divino cultui neceſſaria ſunt. Et in militibus equi, & arma & vaſa, & indumenta, quæ uſibus eorum deputantur. Ad hanc eleemoſynam colligendam inſtituuntur in ſingulis epiſcopatibus duo fratres, unus de templo, & alter de hoſpitali, & dominus presbyter cujuſque villæ, & duo de legalioribus parochianis.

Legati promiſſis pleni Veronam redeunt: inde proficiſcuntur ad Guillelmum Siciliæ regem, qui Alexio Comneno hortante ingentem adverſus Andronicum claſſem armaverat, eoſque in ſuis navibus Jeroſolymam revehi curavit: Balduinus IV. rex, ubi nihil eos præter promiſſiones referre cognovit, mor- Nang. bo & mœrore conſumptus obiit. Balduinus nepos ejus ex Sybilla ſorore, adhuc puer, ſeptem tantum menſes avunculo ſupervixit, extinctus anno mille- CHRISTI ſimo centeſimo octogeſimo quinto. Guido comes Joppenſis, qui Sybillam ejus matrem habebat conjugem, non prius ejus mortem evulgavit, quam a patriarcha, epiſcopis & proceribus regnum blanditiis & largitionibus obtinuit. Hunc ſibi fuiſſe prælatum ægerrime ferens Raymundus comes Tripolitanus, qui tutor pueri Regis fuerat conſtitutus, vindictam paravit; unde multa ſecuta ſunt mala, quæ deinceps referemus. AN. 1185.

XVII. Guillelmus Siciliæ rex cum ingenti claſ- Nicet. l. 2. ſe trajecit in Græciam, & tertio Idus Julii cepit Dyrrachium Macedoniæ oppidum, & die decima quinta Auguſti Theſſalonicam expugnavit. Latinorum exercitus nec ætati, nec ſexui, nec eccleſiis pepercit, ſed cædibus, rapinis, & ſacrilegiis in miſeros cives & res ſacras deſæviit, quæ licet horrenda plurimum exaggerat Nicetas. Euſtathius urbis epiſcopus ſuis, quantum potuit, in ea calamitate ſubvenit. Inde Siculus movit verſus Conſtantinopolim. Andronicus Imperator omnibus propter crudelitatem exoſus, parabat defenſionem: omneſque ſibi ſuſpectos vel occidit, vel in vincula conjecit. Stephanum quendam miſit, qui comprehenderet Iſaacium Angelum, cujus avus filiam Imperatoris Comneni duxerat uxorem. Iſaacius Stephanum interfecit, & fugit in eccleſiam. Populus ſtatim ad eam confluit, ut videret rei exitum. Eodem ſe confert, ſeditionemque fovet Iſaacii patruus Ducas Joannes, ejuſque filius Iſaacius, nam & ſibi timebant: promiſcuamque turbam rogabant, ut ſecum maneret, ac opem ferret. Et cum nemo miſſus ab Imperatore adeſſet, creſcebat audacia factionis, diligentique ſupplicatione id conſecutus eſt Iſaacius; ut quidam templi portas clauderent, exemploque ſuo multos impellerent, ne domum abirent. Ubi illuxit rurſus, urbis incolæ adfuerunt, orantes Deum, ut Iſaacius Imperio potiretur, & dignas crudelitate pœnas lueret Andronicus, qui eo die Conſtantinopolim rediit, at ſeditionem compeſcere non potuit. Imperator a turba concurrente ſalutatur

CHRISTI AN. 1185. Isaacius, & quidam Constantini Magni coronam, quæ supra mysticam mensam pendebat, depositam ejus capiti imposuere. Equus Imperatorius per vim avulsus ei adducitur, eoque conscenso ex templo discedit (Basilio Camatero comitante, quem populus invitum hæc approbare compulerat) effractisque portis eum in palatium introduxerunt, thesauros & pretiosa quæque diripuere. Andronicus depositio cultu Imperatorio triremem Imperatoriam conscendit, & fugit. Satellites missi post aliquot dies captum & catenis oneratum reducunt: itaque publicis omnium ludibriis exponitur: Deinde præcisa dextera, castello includitur sine cibo, sine potu: Post aliquot dies altero oculo effosso, camelo impositus per forum traducitur, plebecula eum omni genere contumeliæ & crudelitatis afficit pro arbitrio, in theatrum perductum pedibus fune alligatis suspendunt. Ille vero id unum dicebat: Domine, miserere: & quid calamum contritum infringitis? demum quidam nefarius ensem per fauces ejus usque ad interna adegit. Sic periit Andronicus die duodecima Septembris, anno millesimo centesimo octogesimo quinto, cum duos fere annos imperasset. Imperiumque obtinuit Isaacius Angelus: exules & ab Andronico bonis spoliatos restituit. Urbes a Siculis captas recepit, eosque cladibus afflictos ad sua redire compulit. Basilius Camaterio cum annos duos & menses sex sedisset, depositio, quod nobilibus fœminis, quas habitum monachalem induere coegerat Andronicus, illum deponere permiserat, suffectus est Nicetas Muntanes magnus sacellarius.

Lucio Pap. succedit Urban. III. Gervas. Chron.

XVIII. Lucius Papa tertius septimo Kalendas Decembris ejusdem anni Veronæ obiit & sepultus est: sedit annos quatuor, menses duos, & dies octodecim. Humbertus Mediolanensis archiepiscopus, ipsa die communi cardinalium assensu Papa creatus est, & vocatus Urbanus III. Kalendis Decembris coronatus est in ecclesia sancti Petri in monte supercilio collocata. Encyclicas literas de sui electione dedit ad omnes epi-

CHRISTI AN. 1186. scopos Veronæ secundo Idus Januarii, anno millesimo centesimo octogesimo sexto.

Radulph. de Dicet. Imperator Fridericus statim ab eo alienatus est. Multæ fuerunt causæ dissensionis: sexto Kalendas Februarii Viennensis archiepiscopus Fridericum Imperatorem Mediolani coronavit, & Aquilejensis patriarcha coronavit Henricum ejus filium regem Germaniæ & Italiæ, & ab eo die vocatus est Cæsar. Episcopus autem quidam Teutonicus coronavit Constantiam amitam Willelmi Siciliæ regis, qui liberos

Auct. Aquicin. non habebat, ac proinde ejus regni hæredem, quam eodem die Henricus rex duxit uxorem. Papa id factum absque suo consensu gravissime tulit, & illos episcopos, aliosque præsentes a divino suspendit officio: & Folmarum electum Trevirensem archiepiscopum consecravit contra votum Imperatoris, qui Rudolphum pariter electum manu-tenebat, & Folmarum, quem etiam suum legatum Papa constituerat, spoliavit, ejusque fautorum domos publicavit. Hoc schisma Trevirensis ecclesiæ duravit usque ad Clementis III. Pontificatum. Præterea Papa conquerebatur, quod Mathildis comitissæ patrimonium detineret Imperator, episcoporumque morientium spolia in fiscum redigeret, & quod sub specie reformationis, cum quasdam abbatissas licentius viventes ejecisset, alias in eorum locum non substitueret, sed proventus sibi usurparet.

Ibid. Hanc discordiam plurimum auxit Henricus rex Imperatoris filius: cum enim ter interrogasset quemdam episcopum, a quo pontificalem investituram suscepisset; & ille respondisset, a Papa, & tandem addidisset, nihil se de regalibus Imperatoris possidere, ideoque de manu solius Papæ se tenere parochiam suam: Henricus indignatus præcepit servis suis, ut eum pugnis cæderent, & in luto platearum conculcarent. Alias quemdam Papæ famulum multas auri & argenti pecunias deferentem spoliari, eique nasum præscindi præcepit.

Arnold. Lubec. seu Chron. Sclav. l. 9. Apostolicus insistens imprimis de tribus capitulis Imperatorem arguebat, scilicet de patrimonio comitissæ Mathildis, de episcoporum exuviis, & de abbatissarum stipendiis, ita ut eum manifeste citaret, & intentaret excommunicationem. Ei favebat Philippus archiepiscopus Colonienſis, plurimum dolens, quod post mortem episcoporum omnia mobilia in fiscum redigerentur, & alii duodecim episcopi, inter quos erat Bertoldus Metensis, qui multis beneficiis affectus ab Imperatore, qui hanc ei sedem procuraverat, postquam ab archiepiscopatu Bremensi depositus est ab Alexandro Papa, Volmarum Trevirensem benigne susceperat. Imperator videns tantorum beneficiorum immemorem, per suos eum e sede disturbavit: Ille fugiens ad Philippum Colonienſem se contulit, qui ei præbendam Coloniæ ad sanctos Apostolos deputavit. Sedes autem Metensis diu vacavit. CHRISTI AN. 1186.

Ibid. Fridericus Imperator obstinatum in se Papæ animum considerans, reversus in Germaniam clausit omnes vias Alpium, ut nemo posset adire sedem Apostolicam. Deinde vocat Philippum Colonienſem, quem Papa suum legatum constituerat, eumque interrogat: quam fiduciam in ipso habere posset? Ille respondit: Domine, non est necesse ut aliquid de me dubitationis habeas; meque sæpe probatum nosti: verumtamen, ut omnium episcoporum nomine loquar; si paulo mitius nobiscum agere velles, tanto devotiores ad omnia vobis essemus. Etsi non injuste, indecenter tamen gravati sumus. Unde etiam videtur domino Apostolico, quod justam contra vos causam proponat: eo quod mortuis episcopis auferuntur omnia mobilia, & reditus præsentis anni; hinc omnia evacuata successor invenit: si ergo per Imperialem clementiam super hoc nobis peperceritis, mediatores justitiæ inter vos & dominum Papam humiliter erimus. Sin autem, a veritatis via recedere non poterimus.

Ibid. Imperator respondit: Compertum habemus, quod prædecessores nostri Imperatores investituram pontificalem olim liberrime dederint: sed quia hoc eorum voluntate immutatum invenimus, ratum habemus. Hanc vero scintillam minimam juris nostri, quam invenimus, nequaquam mutari permittimus ... sufficiat quod permittitur vobis electio episcoporum ... sed quoniam vos mecum non sentire cognosco, nolo ut ad curiam, quæ in Geilenhausen celebranda est, veniatis. Cui respondit archiepiscopus: Fiat juxta placitum vestrum. Episcoporum & principum magna multitudo ad eam curiam convenit. Impetor sic eos allocutus est: Compertum habetis, quantis adversitatibus Papa nos appetat: in quo autem gratiam ejus demeruerim, ignoro. Unum mihi constat, quod numquam ejus animum exacerbare studui; nec quidquam ab eo indecenter contra jus exegi ... Et quoniam in omnibus his innocentia mea mecum est, idcirco non conturbor. Sed si placuerit domino Papæ me filium habere dilectum & subjectum; ego eum pro honore sanctæ sedis Apostolicæ patrem habeo dilectum & reverendum. Si autem ad dejectionem meam inepte quædam molitus fuerit, spero quod divina favente clementia, vestro similiter etiam adjutus consilio, & auxilio, intrepidus ei ad omnia respondeam .... Dicit dominus Papa, injustum esse laicam personam possidere decimas, quas manifeste dominus, his qui altari deserviunt, deputaverit. Scimus decimas sacerdotibus a Deo primitus deputatas: sed cum tempore christianitatis ab adversariis infestarentur ecclesiæ, easdem decimas præpotentes viri ab ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores ecclesiarum fierent. Affirmat etiam injustum esse, quod aliquis in prædiis & hominibus ecclesiarum advocatiam sibi usurpet. Et quamvis hæc pro prælatis esse videantur, non tamen credo, quod ita facile mutari possint quæ ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit... Quæro autem a vobis, rectores ecclesiarum, quid inter ista de vobis mihi sentiendum sit ... & vos rogo, sic domino Papæ debitam persolvatis obedientiam, ut in parte altera a Deo constitutam non negligatis justitiam.

Ibid. Conradus archiepiscopus dixit .... Nunc, si placet, scribatur domino Papæ ex persona episcoporum, ut ea, quæ ad pacem sunt, vobiscum sentiat, & justitiam vobis in his, quæ injuste ab eo exiguntur, faciat. Id placuit Imperatori & episcopis, omniumque nomine, eorumque bullis signata sequens Radulph. de Dicet. ad Papam decreta est epistola. " Excellentiam vestram obnixe rogantes, totius humilitatis & filialis devotionis studio deprecamur, quatenus ad laudem Dei, & pacem & unitatem ecclesiæ, & Imperii, quæ nunc toti mundo desideranda venit, ea quæ ad gravamen Imperii facta dignoscuntur .... saniori, ut expedit, consilio permutari faciatis. „ Ibidem Imperatoris nomine conqueruntur de consecratione Folmari, priusquam ab Imperatore regalia recepisset, quem se non consecraturum promiserat, & de favo-

re,

Christi An. 1186. Arnold. re, quem impendebat Cremonenſibus, qui hoſtes erant Imperii, & delegatorum exactionibus. Hæc Papa cum legiſſet, obſtupuit de immutatione epiſcoporum, qui ſibi pro eis cauſam ſumpſiſſe videbatur. Nec minus tamen in propoſito perſtitit; Imperatoremque legitime citatum excommunicare decrevit.

S. Meinh. fidem propugnat in Livonia. XIX. Religio chriſtiana interim in Livonia magna incrementa habuit. S. Meinhardus Sigebergenſis canonicus regularis cum aliquamdiu Livonenſibus prædicaſſet evangelium, & multos ad fidem adduxiſſet, ſenſit manum ſuam invalidam ob authoritatis carentiam: acceſſit igitur ad Hartvicum archiepiſcopum Bremenſem, atque populi, cui prædicaverat, intentionem & devotionem ipſi & capitulo judicavit: qui majus incrementum ex ejus prædicatione ſperantes, ipſum miſerunt ad prædicandum his gentibus, eumque conſecrarunt epiſcopum. Meinhardus igitur multis laboribus gentilium duritiam frangens, cum ipſorum corda non minus muneribus, quam exhortationibus paulatim ad quod volebat, Deo cooperante, perduxiſſet; hoc anno fundavit Rigenſem epiſcopatum. Illius ſocius & coapoſtolus fuit Bernoldus monachus ordinis Ciſtercienſis, & abbas Luckæ in Saxonia, qui abſtinentia, temperantia, affabilitate, prædicationis inſtantia, his gentibus acceptiſſimus. Sancto Meinhardo poſtea ſucceſſit in epiſcopatu.

Herman. Corner. Chron.

Rigenſis epiſcopus.

Godefridus Viterbienſis presbyter, Conradi III. Friderici I. & Henrici VI. Imperatorum ſacellanus ac notarius, ſeu ut vocant, a ſecretis, Chronicon ſuum, quod Urbano III. Papæ dedicavit uſque ad hunc annum milleſimum centeſimum octogeſimum ſextum perduxit: illud Pantheon nuncupavit, quod veteris & novi Teſtamenti, eccleſiaſticam, & Regum omnium hiſtoriam complectatur, partim proſa, partim carminibus. Licet multis fabulis refertum ſit, habet tamen aliqua non contemnenda. Conſtantini donationem, qua Romam, Italiam & Galliam Romanæ Eccleſiæ dediſſe dicebatur, tunc a viris doctis habitam fuiſſe ſuppoſititiam judicat, quia, inquit, Conſtantinus teſtamento ſuo filiis dividens orbem Romanum, Conſtanti dedit Romam & Italiam, Conſtantino vero reliquum occidentem, quas regiones utique non eis dediſſet, ſi jam eas Romanæ Eccleſiæ donaſſet. Et poſtea Theodoſius pius Imperator Honorio filio ſuo Romam & Italiam cum reliquis occidentis provinciis aſſignavit, Imperatoreſque omnes a Conſtantino uſque ad Pipinum Francorum regem Romam & Italiam tanquam proprium Imperii patrimonium poſſedere, non modo non reclamantibus, ſed ſæpius adnitentibus Romanis Pontificibus: Romam tamen & reliquum ſancti Petri patrimonium juſte poſſidere Romanam Eccleſiam, recte contendit, ſed male probat; ſi quidem illius juris legitimum fundamentum non aſſignat. Saxo etiam Grammaticus eodem anno abſolvit ſuam Danicam hiſtoriam. Demum Robertus de Torrinei, vulgo dictus Robertus de monte, prior clauſtralis Becci, Kalendis Junii ejuſdem anni obiit, ejus genuinum Chronicon vulgavit Dacherius.

XX. Henricus Angliæ rex cum vacantibus eccleſiis paſtores providere vellet, S. Hugonem e Burgundia nobilibus parentibus oriundum, tunc carthuſienſis monaſterii priorem Vithoniæ, in Lincolnenſem epiſcopum eligi procuravit: ſed cum ei nuntiata fuiſſet electio, epiſcopatum ſe ſuſcepturum negavit, niſi prioris Carthuſiæ perveniſſet aſſenſus, & de canonicorum unanimi & libera voluntate conſtaret. Carthuſiæ prior a Rege requiſitus libenter aſſenſit, & Hugoni, ut obtemperaret, præcepit. Sed quia coram Rege facta fuerat electio, capitulum in Lincolnenſi eccleſia rurſus conveniens illum elegit, & decanus cum majoribus capituli venit ad ejus monaſterium, oravitque ut eorum pater & paſtor eſſe vellet: ita demum ille conſenſit, atque cum iis profectus eſt, retento priori habitu, & melotem ſecum deferens. In epiſcopatu paterna viſcera infirmis aperiens, ſummis viris virgam, ſi peccarent, intrepide oſtentavit, poſtea cum tribus Regibus pro juribus eccleſiæ illi pugnandum fuit.

Matth. Pariſ.

Synodus Hybernica. Girald. Cambr. c. 13. Joannes Dublinenſis archiepiſcopus convocatis ſuis ſuffraganeis, dominica tertia Quadrageſimæ ſynodum celebravit. Primo die ſermonem fecit de ſacramentis. Secundo abbas de Balkinglas de continentia clericorum ſermonem texens, totam in clerum, qui de Vallia & Anglia venerat, culpam refudit, affirmans magnam fuiſſe munditiam cleri Hiberniæ, priuſquam corruptelam advenarum contraheret. Poſtea clerici ſeſe invicem accuſarunt de concubinis, quas publice duxerant in uxores, accuſationemque teſtibus confirmarunt. Archiepiſcopus, ut eos reprimeret, in convictos ſententiam dedit, & ipſos omni officio eccleſiaſtico & beneficio ſuſpendit. Die tertio Giraldus diaconus archiepiſcopi juſſu, ſic Hiberniæ clerum laudavit, ut eorum ebrioſitatem & alios exceſſus potaret, & prælatorum negligentiam carperet. Christi An. 1186.

XXI. Anno ſequenti, milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo, ingens jactura accidit Orientali chriſtianitati. Reginaldus princeps Antiochiæ induciis, quas chriſtiani cum Saladino ſanxerant, rupit. Nam cum plurimus & opulentus Saracenorum comitatus a Damaſco in Ægyptum tranſiret, ipſos cum univerſis ſarcinis captivos abduxit .... Saladinus hanc injuriam ulturus, ſeptem hominum millia præmittit, qui Palæſtinam diriperent. Hi circa partes Tiberiadis obviam habuere Girardum de Bidefordia & Rogerum de Molendinis, magiſtros templi & hoſpitalis, quos fugavere, interfecto Rogero: multi Templarii capti vel occiſi ſunt: Saladinus hac victoria elatus, Galilæam aggreſſus Tiberiadem obſidet. Guido rex, templarii, & hoſpitalarii, epiſcopi & proceres hoſtibus occurrunt, qui ſoluta obſidione pariter adverſus Chriſtianos progrediuntur. Quinto Nonas Julii, pugnatur acerrime: ſed nox prælium diremit; hoſtes tamen aquas præoccuparunt, hinc Chriſtiani conflictu, æſtu & ſiti plurimum laborarunt. Mane hoſtes in ipſos necdum ad bellum paratos irruunt. Collectis tamen viribus in eum locum impetum faciunt, ubi Saladini vexillum altius eminebat, ſed telorum imbribus obruti fugantur. Comes Tripolitanus, qui Regem prodebat, ad caſtrum Saphetum ſe contulit, ingens Chriſtianorum fit cædes. Epiſcopus Aconenſis lethaliter vulneratur. Guido rex capitur, ſancta crux Domini a Saracenis aſportatur: & quotquot templarii & hoſpitalarii capti inveniuntur, protinus decollantur. Guido rex & magiſter templi, in monimentum victoriæ reſervantur. Antiochiæ princeps, qui Saracenos ſemper oppreſſerat, ab ipſo Saladino decollatur, qui prius ei vitam ſe conſervaturum, acceptaſque injurias condonaturum promiſerat, ſi Mahometis ſectam amplecteretur. Reginaldus hanc conditionem reſpuit, ſeque Chriſtianum mori velle fortiter profeſſus eſt, ſicque glorioſo martyrio priores culpas diluit. Haimericus Antiochenus patriarcha in ſuis ad regem Angliæ epiſtolis affirmat, in eo prælio periiſſe mille ducentos equites templi & hoſpitalis, alioſque viros nobiles, & peditum triginta millia. Sic exigentibus meritis ſuis in manus gentilium noſtri ſunt traditi: nimis enim in luxus varios clerus & populus effluxerant: totaque terra illa facinoribus & flagitiis ſordeſcebat: & qui religionis habitum præferebant, regularis vitæ fines turpiter exceſſerant: rarus in monaſterio, ratus in ſæculo, quem non vel avaritiæ, vel luxuriæ morbus inficeret. Christi An. 1187. Saladinus Antiochiæ princeps occupat. Nang. Chron.

Saladinus victor Tiberiadis arce potitur, & Accon, quæ eſt Ptolemais, obſidet, & poſt biduum in deditionem recipit, habitatoribus permiſit, ut pro voluntate ibi manerent, vel recederent. Illius liberalitas commendatur, quod nullum, qui ei ſe ſubdere vellet, gravari ſuſtinuit. Erat præterea ſuorum tenax dictorum, ſuique cuſtos integer juramenti, & tam liberalis, ut vix quidquam alicui denegaret. Tota vero regio chriſtianorum tremebat ſuis deſtituta tutoribus. Interea Conradus marchio montis Ferrati Conſtantinopoli rediens, ubi Imperatoris Iſaaci Angeli ſororem duxerat uxorem, Tyrum appulit, quam urbem defendendam ſuſcepit; quod multum profuit Chriſtianis. Saladinus enim poſt Accon ſibi redditam Berytum & Sidonem occupat: cumque Tyrum eadem ſe facilitate ſibi vindicare ſperaret, a marchione turpiter repulſus abſceſſit. Sed Aſcalonem poſt diverſos aſſultus quarto die Septembris obtinuit, ea conditione, ut cives abirent liberi, & Guido rex cum quindecim de electioribus redderetur. Sol eo tempore ecclypſim totalem paſſus eſt, ita ut ſtellæ ſicut in nocte apparerent. Comes Tripolitanus ſubita morte oppreſſus obiit .... in corpore ejus notam circumciſionis apparuiſſe ſcribit Nangius: Unde, inquit, palam fuit, quod ſe Saladino confœderans, ſectam Saracenianam cœperat obſervandam. Poſt eum Tripolis urbis dominium filius principis Antiochiæ jure propinquitatis obtinuit. Ibid.

Saladinus Aſcalone munita cum ſuis Jeruſalem properat, Ibid.

CHRISTI AN. 1187. rat, & eam obsidet a parte Occidentis oppugnans decem diebus continuis. Sed civibus fortiter resistentibus cum parum proficeret, eam ex parte Septentrionis aggressus est: obsessi considerantes se non posse resistere, salvis vita & rebus mobilibus reddidere civitatem. Saladinus, quia diu restiterant, petiit pro redemptione eorum, qui quindecim annos excesserant, decem bizantios, pro mulieribus quinque, & unum ab infantibus. Quod ab utraque parte concessum est. Itaque secundo die Octobris, obsidionis decimo quarto, Hierosolyma Saladino redditur: qui statim campanas ecclesiarum & cruces confringi jussit. Saraceni suos equos in ecclesiis stabulaverunt: Syrii ecclesiam sepulchri auri pretio redemerunt. Templum autem Domini, quod infideles antiquitus venerari consueverant, Saladinus jussit intus & extra aqua rosacea ablui, antequam illud ingrederetur. Multa millia pauperum, quia non habebant pretium, ab eo persolvendo absolvit, & infirmis de fisco proprio per aliquod tempus necessaria ministrari præcepit. Sybilla regina, & Heraclius patriarcha, templarii & hospitalarii cum plurimis aliis exulibus Antiochiam profecti sunt, alii Alexandriam, vel in Siciliam navigarunt. Heraclius patriarcha ecclesiæ suæ ornamenta & vasa sacra cum ducenties mille aureis secum abstulit: tantum thesaurum ei concedente Saladino, qui ministris suis obsistentibus ait: Ista quamvis non injuste retineremus, cum ad publicas, non autem ad privatas opes pertineant, tamen permissis eis mobilibus, cum hæc expresse non exceperimus, nolumus, ut de nobis conqueri, vel religionem nostram accusare possint. Hierosolyma capta est post annos octoginta octo, ex quo eam ab infidelibus eruerant Christiani. Syrii, Georgiani, Jacobitæ, Græci, Armeni, in ea remansere sub infidelium dominio addicti servituti. Christiani in toto oriente tres tantum retinuere civitates, Antiochiam, Tyrum & Tripolim.

Jerosolyma capta.

Ibid. Transmarinæ calamitatis fama brevi per Occidentem insonuit. Regina & principes, qui tot cladibus supererant, datis ad Papam & Reges occidentis literis, promptissimum implorarunt auxilium. Urbanus Gervas. Papa cum tam flebilem rumorem audiisset, nimis indoluit, & ex dolore langueſcens mortuus est, die decimo tertio Kalendarum Novembris apud Ferrariam, quo venerat, postquam pax & concordia inter ipsum & Fredericum Imperatorem, ut videbatur, ad honorem Dei & Ecclesiæ Romanæ reformata est. Hugo Altisiod. Ferrarienses, in quorum urbe sepultus est, miram honorificentiam ei exhibuere, & septem diebus ejus exequias cum innumeris luminaribus celebrarunt. Sedit annum unum, menses decem, dies viginti quinque.

Greg. VIII. Papa. XXII. Postridie mortis Urbani III. Albertus genere Beneventanus, Ecclesiæ Romanæ cancellarius, presbyter cardinalis tituli sancti Laurentii in Damaso, electus est Romanus Pontifex, & Gregorius VIII. Hugo Altisiod. vocatus, vir literatura facundiaque clarus, sed puritate vitæ & animi integritate præclarior, suique corporis vehemens castigator: consecratus est die vigesima octava Octobris. Audita ejus promotione lætatus est Fridericus Augustus, eo quod virum discretum & justitiæ zelatorem cognosceret, sibique benevolum. Papa zelando pro terra sancta, statim literas misit ad Greg. P. 8. epist. 1. & 2. diversos principes & provincias, hortatus ad ejus recuperationem suscipiendam. Omnibus præterea indixit jejunium quinquennale, ita ut eo toto tempore cuncti fideles, saltem omnibus feriis sextis jejunium quadragesimale observarent, feria autem quarta & sabbatho a carnibus abstinerent: ipse Pontifex & cardinales secunda quoque feria cum familiis similiter ab esu carnis cessarent.

Roger. Cardinales promiserunt, quod abjectis omnibus divitiis & deliciis, prædicarent crucem Christi non solum verbo, sed & opere & exemplo, & euntes mendicando acciperent crucem, & præcederent alios in terram Jerusalem: atque ex summi Pontificis assensu statuerunt inducias inter omnes principes christianos usque ad septennium: ita ut quicumque bellum contra christianum moveret, maledictionem Dei & summi Pontificis, & excommunicationi omnium prælatorum subjaceret. Demum inter se firmiter promisere, quod nulla deinceps a quoquam munera acciperent, cui negotium esset apud sedem Apostolicam, sed tantum ea reciperent, quæ pro ipsorum sustentatione donarentur, nec equum conscenderent, quamdiu terra, in qua Domini pedes steterant, foret sub pedibus infidelium. Papa cum Pisas venisset quarto Idus Decembris, ut pacem conciliaret inter hanc civitatem & Genuensem, die decima septima Decembris animam Deo reddidit, atque in cathedrali ecclesia ejusdem urbis sepultus est. Sedit mense uno, diebus viginti septem. Quam parum lucra sectaretur, ostendunt ejus ad omnes episcopos encyclicæ literæ, quibus statuit, ut literæ sui prædecessoris, a tribus mensibus ante ejus obitum destinatæ pro facienda justitia, & litigiis dirimendis, quæ tamen manifestum alicujus præjudicium non contineant, aut calumniam æquitatis, eumdem habeant tempore suæ administrationis effectum, quem habere, si adhuc viveret, debuissent. Cessante igitur, ait, exceptione de mandatoris morte, perficite quod mandavit agendum.

CHRISTI AN. 1187. Papæ conat. Chron. Greg. p. epist. 3.

XXIII. Paulus Prænestinus episcopus & cardinalis, natione Romanus, die decima nona mensis Decembris ejusdem anni, Pisis electus est Romanus Pontifex, & sequenti die coronatus, Clemens III. appellatus est. Statim legatos ad cives Romanos de pace misit, quæ tandem inter eos convenit his conditionibus. Prima est, ut urbs Roma in potestate Romani Pontificis esset. Secunda, ut abrogato patricio, præfectus restitueretur. Tertia, ut senatores annui ex Pontificis authoritate crearentur, & in ejus verba jurarent, & sacramento fidem & pacem, & si opus esset, subsidium Ecclesiæ Romanæ promitterent. Quarta, ut populus Romanus basilicam Vaticanam & reditus sancti Petri, integre restitueret. Quinta, ut vectigalia & reditus publici in potestate Pontificis essent: ea lege, ut tertia pars populi usibus cederet. Sexta, ut Romanæ Ecclesiæ, & summi Pontificis majestatem, honorem & potestatem senatus populusque Romanus coleret & tueretur. Septima, ut Romanus Pontifex senatoribus, judicibus, advocatis, & scrinariis, & ministris consuetas largitiones, & donaria, quæ presbiteria vocantur, statis temporibus tribueret. Octava, ut Papa certam annuam pensionem pro murorum urbis restitutione solveret. Nona, ut Tusculum, quam urbem Romani sæpius impugnaverant, solo æquari Papa permitteret, & infra certum tempus populum Romanum ad eam expeditionem adjuvaret, ea tamen lege, ut eo diruto, ager & homines in potestate Romanæ Ecclesiæ remaneant. His conditionibus juratis, anno millesimo centesimo octogesimo octavo, ante diem tertium Idus Martii Romam reversus est Clemens Pontifex, & maximo honore susceptus ab omnibus ordinibus.

Clem. III. Papa. Radulph. de Dicet. Roger. Hoved. Lib. censuum Roman. eccles. CHRISTI AN. 1188.

Priusquam Pisis proficisceretur cives hortatus est, ut pro liberatione Palæstinæ classem mitterent, eorumque archiepiscopo Ubaldo vexillum sancti Petri tradidit, eumque suum in Oriente legatum constituit: & statuit ut in tota Ecclesia fieret oratio ad Dominum pro liberatione terræ sanctæ, & christianorum, qui in vinculis Saracenorum detinebantur, & confirmavit indulgentiam, quam ejus prædecessor iis concesserat, qui ad eam expeditionem proficiscerentur. Pisani misere classem quinquaginta navium, quæ die sexta Aprilis anni sequentis feliciter Tyrum appulit.

Roger. Hoved. *Francia & Angliæ regum confederatio pro Jerosolym. expeditione.*

Philippus Franciæ & Henricus Angliæ reges die decima tertia Januarii colloquium habuerunt inter Triam & Gisortium. Willelmus Tyriensis archiepiscopus ei interfuit, & miro modo verbum Dei prædicavit coram Regibus & principibus, & convertit corda eorum ad capiendam crucem: & qui prius erant hostes, facti sunt amici, & de manu ejus receperunt crucem: hanc pariter assumpserunt multi archiepiscopi, episcopi, comites, duces, & barones. Rex Franciæ cum suis recepit cruces rubeas: & rex Angliæ cum gente sua virides. Et unusquisque, ad providendum sibi & itineri suo necessaria, reversus est in regionem suam.

Concil. tom. 6. ed. Hard.

Ibid. Henricus Angliæ rex venit Cenomanum: ubi consilio suorum ordinavit, ut unusquisque decimam redituum & mobilium suorum hoc anno eleemosynam daret ad subventionem terræ Jerosolymitanæ, exceptis armis, equis, & vestibus militum: & exceptis equis, libris, & vestimentis, & omnimoda capella clericorum, & tam clericorum, quam laicorum lapidibus pretiosis; facta excommunicatione ab episcopis, in singulis parochiis, super unumquemque, qui decimam prætaxatam legitime non dederit. Statum est, ut colligeretur pecunia in singulis parochiis, præsente presbytero parochiæ, archipresbytero,

CHRISTI AN. 1188. tero, uno templario, uno hoſpitalario, ſerviente & clerico Regis, clerico epiſcopi & baronis. Si quis juxta conſcientiam illorum minus dederit, quam debuerit, eligentur de parochia quatuor vel ſex viri legitimi, qui jurati dicant illam quantitatem, quam ille debuiſſet dixiſſe, & tunc oportebit illam ſuperaddere. Clerici & milites, qui crucem acceperint, nihil de decima iſta dabunt: ſed de proprio ſuo dominio, & quidquid homines eorum dederint ad opus illud, colligetur per homines iſtos, & eis totum reddetur. Epiſcopi per literas in ſuis parochiis facient nunciari, in die natalis Domini, & ſancti Stephani, & S. Joannis, ut unusquisque decimam prætaxatam infra diem purificationis beatæ Virginis Mariæ penes ſe colligat, & ſequenti die præſentibus electis legitime perſolvat. Præterea Papa ſtatuit, ut quicumque clericus vel laicus crucem ſuſceperit, plenam peccatorum indulgentiam conſequatur.

Ibid. Diſpoſitum eſt a Regibus, & epiſcopis & principibus, ut omnes clerici & laici, qui hoc iter non arriperent, prætaxatam decimam darent; Et Burgenſes & ruſtici, qui ſine licentia dominorum ſuorum crucem acciperent, nihilominus decimas darent. Diſpoſitum eſt etiam, ut nullus enormiter juret, vel ludat ad aleas, vel utatur griſio, vel vario, vel ſabelina, vel eſcarlata: omnes contenti ſint duobus ferculis emendis: nec ullus mulierem ſecum ducat in peregrinatione, niſi forte lotricem peditem, de qua nulla habeatur ſuſpicio; nullus habeat pannos deciſos vel laceratos. Quicumque clericus vel laicus, reditus ſuos ante ſuſceptionem crucis invadiaverit, reditus illius anni integros habeat, creditor vero ſequentis anni, & debitum poſt ſuſceptionem crucis, quamdiu debitor erit in peregrinatione, non uſuret: ut omnes clerici & laici, qui hanc peregrinationem ſuſciperent, poſſint licite invadiare reditus ſuos, a Paſcha, cum iter arripuerint, uſque ad tres annos, ita ut quocumque caſu illos integre percipiant: ſi quis in ea peregrinatione deceſſerit, ſuam pecuniam ad ſuſtentationem ſervientium ſuorum & pauperum, & ad auxilium terræ Jeroſolymitanæ dividat, juxta conſilium diſcretorum virorum, qui ad hoc conſtituerentur.

Ibid. His præordinatis, Henricus rex transfretavit in Angliam: & magnum congregavit concilium epiſcoporum, abbatum, comitum, baronum, & aliorum, apud Gaintingron: ubi coram omnibus recitari fecit ſupradicta capitula. Poſtea Balduinus Cantuarienſis archiepiſcopus, & Gilbertus Roffenſis epiſcopus verbum Domini mirifice prædicaverunt coram Rege & principibus. Ad quorum prædicationem multi clerici & laici crucem acceperunt: Et Rex miſit clericos ſuos & laicos per ſingulos Angliæ comitatus ad decimas colligendas ſecundum prædictam ordinationem. Similiter fecit de Judæis terræ ſuæ, unde inæſtimabilem ſibi acquiſivit pecuniam. Deinde miſit Hugonem Dunelmenſem epiſcopum, & alios clericos & laicos, ad Willelmum Scotorum regem pro decimis colligendis. Scotiæ rex eos in terram ſuam intrare non permiſit, ſed obtulit Angliæ regi quinque millia marcarum argenti, quæ ille acceptare noluit.

Ibid. Philippus Franciæ rex menſe Martio Pariſiis celebravit generale concilium, convocatis epiſcopis, abbatibus, & totius regni baronibus. Adfuit innumerabilis multitudo militum, qui omnes cruce inſigniti ſunt: iisdem conditionibus, quibus in Angia, conceſſæ ſunt decimæ, quæ ideo Saladinæ dictæ ſunt. Exempta ſunt monaſteria ordinum Ciſtercienſis, Carthuſienſis, & Fontis Ebrardi. Petrus Bleſenſis adverſus hanc indictionem generalem ſcripſit epiſtolam ad Henricum epiſcopum Aurelianenſem, quem hortatur, ut pro eccleſiarum immunitate pugnet, quam Petr. Bleſ. epiſt. 112. aſſerit hoc pacto violari: Quæ ratio, inquit, ut qui pro eccleſia pugnant, eccleſiam ſpolient, quam inimicorum ſpoliis & donis triumphalibus augere debuerant. Contenditque non pecunias a clericis, ſed orationes tantum exigendas. Eadem prope ſcripſit Joanni Rotomagenſis eccleſiæ decano, ſed nihil obtinuit.

Caniſi. tom. 5. *Germani principes crucem capiunt.* XXIV. Fridericus Imperator cum Germaniæ principes in bellum ſacrum propendere cognoviſſet, eodem menſe Martio curiam generalem indixit apud Moguntiam; ad eam venit Henricus cardinalis Albanenſis Papæ legatus, qui prius Imperatoris voluntate perſpecta, prædicando per totam Germaniam, multos ad Jeroſolymitanam expeditionem incitaverat. Convenere plures epiſcopi, marchiones, & barones cum innumerabili peregrinorum multitudine. Imperator & ejus filius, epiſcopi multi & principes crucem ſuſceperunt, & ſtatutum eſt, ut omnes die vigeſima tertia menſis Aprilis anni ſequentis apud Ratisbonam in itinere convenirent. Prohibitum etiam ſub excommunicatione, ne, qui tres argenti marcas ſecum deferre non poſſet, illud iter ſuſciperet. Imperator legatos miſit ad Saladinum, cum jam dudum ad invicem eſſent amici, qui bellum ei denuntiarent, niſi ſanctam Crucem & terram Jeroſolymorum redderet. Legatus inde venit Leodium, ubi Radulpho epiſcopo crucem dedit; & clericos ſexaginta ſex, qui præbendas ſuas in manu ejus reſignaverant, ita de una eccleſia ad aliam commutavit per ſuam providentiam, ut & ſimoniam evaderent, & præbendas non amitterent. CHRISTI AN. 1188.

Clem. P. epiſt. 3. XXV. Controverſiam, quæ de epiſcopatu ſancti Andreæ in Scotia hactenus perſeveraverat, Clemens Papa terminavit. Hugonem, quem ad tribunal Apoſtolicum Urbanus III. vocaverat, ob contumaciam depoſuit: & Joannem eidem ſedi præfici præcepit; Willelmum Scotiæ regem oravit, ut ei pacem & amicitiam concederet; Angliæ regem & Scotiæ epiſcopos literis hortatus eſt, ut Scotiæ regem inducerent, ut huic judicio acquieſceret, & reluctantem modis omnibus cogerent: & eos, qui deinceps Hugoni paruerint, excommunicat. Scotorum rex his permotus, Joanni pacem & ſua omnia reddidit, ea lege, ut ipſe Dunkeldenſi eccleſia contentus, ſede ſancti Andreæ cederet: quod factum eſt. Willelmus rex ſancti Andreæ epiſcopatum dedit Rogerio ſuo cancellario. Hugo depoſitus Romam proficiſcitur, ubi data cautione ſtandi judicio Romani Pontificis, abſolutus non multo poſt moritur. Hoc anno mortalitas plurimos etiam viros primarios abſtulit.

Clem. P. epiſt. 6. *Scoticæ eccleſiæ exemptio.* Willelmus Scotorum rex, ne cenſuris Anglorum epiſcoporum ultra ſubjaceret, miſſis legatis, Papam exoravit: Clemens ei poſtulata concedens ſic reſcripſit: " Præſentis ſcripti pagina ſtatuendum duximus, ut Scotica eccleſia Apoſtolicæ ſedi, cujus filia ſpecialis exiſtit, nulla mediante debeat ſubjacere; in qua hæ ſedes epiſcopales eſſe noſcuntur: eccleſiæ videlicet ſancti Andreæ, Glaſcuenſis, Dunkeldenſis, Dumblinenſis, Brehinenſis, Alberdonenſis, Moravienſis, Roſenſis, Katinenſis; & nemini liceat, niſi Romano Pontifici, vel legato ab ipſius latere deſtinato, in regnum Scotiæ interdicti vel excommunicationis ſententiam promulgare; & ſi promulgata fuerit, decernimus non valere. Adjicimus, ut nulli de cætero, qui de regno Scotiæ non fuerit, niſi quem Apoſtolica ſedes propter hoc de corpore ſuo ſpecialiter deſtinaverit, licitum ſit in eo legationis officium exercere. Prohibemus autem, ne controverſiæ, quæ fuerint in regno illo de poſſeſſionibus ejus exortæ, ad examen extra regnum poſitorum judicum trahantur, niſi ad Romanam Eccleſiam fuerit appellatum. „ Datum Laterani tertio Idus Martii anno milleſimo centeſimo octogeſimo octavo. Eboracenſis archiepiſcopus ſic innocens & inauditus privatus eſt jure Metropolitani, quod ſemper in epiſcopos Scotiæ ſuos ſuffraganeos exercuerat, nec tamen eum reclamaſſe invenimus: valeat igitur illud juris effatum: Volenti non fit injuria. Poſt trecentos fere annos ſancti Andreæ, & Glaſcuæ ſedes in Metropoles erexit Sixtus Papa IV.

Trevirenſ. eccleſiæ ſchiſma termina-tur. Chron. Belgic. Trevirenſis eccleſiæ ſchiſma Papa pariter extinxit. Sigefridus cardinalis tituli ſanctæ Mariæ in via lata, quem legatum ad Imperatorem miſerat, ut ſecundum canones illud negotium componeret, omnes ab obedientia Folmari abſolvit, ipſum de adminiſtratione, non de ordine depoſuit, ab eo dejectos reſtituit, excommunicatos abſolvit, & amborum, ſcilicet Radulphi & Folmari electionem ſuſtulit; eccleſiæ, ut prius, eligendi epiſcopum liberam tradens facultatem. Et ſic diſcordia, jam ſeptennio producta, fuit terminata. Folmarus anno ſequenti mortuus eſt in Anglia, dum Richardi regis coronationi intereſſet.

Roger. Hoved. XXVI. Diſcordiæ novæ inter Franciæ & Angliæ reges exortæ expeditioni ſacræ moras attulere. Clemens Papa miſit ad pacem conciliandam Joannem de Anagnia cardinalem legatum, qui Regibus perſuaſit, ut Remenſem, Bituricenſem, Rotomagenſem, & Cantuarienſem archiepiſcopos eligerent arbitros, eorumque judicio ſtarent. Reges cum aliis conve-

nere-

Christi An. 1188. nere prope Feritutem Bernardi ; cardinalis & quatuor episcopi cum multis episcopis ex authoritate Papæ, sententiam excommunicationis tulerunt in eos, per quos staret, ne pax inter Reges & comitem Richardum fieret. Philippus Franciæ rex petiit, ut Angliæ rex Richardo filio suo tunc natu majori Alesiam sororem suam daret uxorem, & juberet, ut omnes sui subditi fidelitatem ei tanquam hæredi suo jurarent : & Joannes alter ejus filius crucem acciperet. Henricus memor injuriarum, quas pro simili exaltatione ei fecerat Henricus filius, id se facturum negavit. Pace prope desperata, Cardinalis dixit : quod nisi Franciæ rex & comes Richardus cum Anglorum rege integre componerent, omnes eorum terras interdicto concluderet. Philippus respondit : se ipsius sententiam non formidare, cum nulla æquitate fulciretur, ecclesiamque Romanam non debere Francorum regem excommunicare, dum in homines suos regno suo rebelles ulciscendi causa insurgere disposuerit. Et quia cardinalis Angliæ regis Esterlingos desiderabiles olfecerat, eorumque odore attractus, ei plus æquo favebat, ipsum judicem suspectum habebat Rex Philippus.

Radulph. de Dicet. Tandem pax inter duos Reges optimatum intervention convenit. Anglorum regi restituuntur omnia post crucem suceptam ablata. Francorum regi numerata sunt viginti millia marcarum, pro expensis, quas fecerat. Alesiæ matrimonium cum Richardo celebrandum, postquam Reges e Palæstina redierint, promisit Henricus. Demum Reges & comites in manu Guillelmi Remensis episcopi fidem dederunt, quod in media quadragesima convenirent apud Viceliacum, votum peregrinationis, quod inierunt, prosecuturi.

Christi An. 1189. Roger. Hoved. Verum his octo tantum dies superstes fuit Henricus rex Angliæ ; Chinonem enim veniens, Joannem filium suum etiam contra se conspirasse cognovit : dolore tactus intrinsecus, filiis maledictionem Dei & suam dedit, quam numquam relaxare voluit, quantumvis eum deprecarentur episcopi : ipse vero in febrem incidit, qua ingravescente, jussit se deferri ante altare ecclesiæ, ibique communionem corporis & sanguinis Domini devote suscepit, peccata sua confitens, & ab episcopis absolutus, obiit die sexta Julii, anno millesimo centesimo octogesimo nono, regni sui trigesimo quinto, in ecclesia monasterii Fontis Ebraldi sepultus est.

Matth. Paris. p. 108. Richardus ejus filius tam in regno quam in ducatibus Normanniæ & Aquitaniæ ei successit. Londoniæ tertio Nonas Septembris a Balduino archiepiscopo Cantuariensi in Regem solemniter consecratus, Judæos & mulieres convivio suæ coronationis interesse ex quadam superstitione prohibuerat. Quosdam tamen adduxit curiositas, quos curiales spoliarunt, fustibusque percussos semivivos reliquerunt. Vulgus hæc audiens in Judæos irruit, multos utriusque sexus interficit, subversisque vel succensis eorum domibus, omnia diripit. Rex sequenti die cum hanc illatam eis injuriam comperisset, tres inter eos, qui adversus eos maxime sævierant, suspendio enecari præcepit. Christiani tamen per totam Angliam, quod Londonii gestum erat audientes, irruerunt in Judæos, & multos immisericorditer peremerunt, vel compulerunt, ut ipsimet violentas sibi manus inferrent. Quidam, ut periculum declinarent, suscepere baptismum, sed ficte ut plurimum. Rex edicto publico popularem furorem compescuit.

S. Gilb. Neubrig. l. 1. c. 18. S. Gilbertus fundator ordinis Sempring-hamensis in Anglia, operibus bonis plenus, pridie Kalendas Februarii ejusdem anni migravit ad Deum, & in monasterio Sempring-hamensi, quod fundaverat, cum honore sepultus est. Servorum Dei duo, & ancillarum Dei octo non ignobilia construxit monasteria, quæ numerosis replevit collegiis, & juxta datam sibi sapientiam regularibus ornavit institutis. Post sexdecim annos ab Innocentio III. in Sanctorum numerum relatus est, & corpus ejus de terra translatum in scrinio repositum. Sanctus Otto Bambergensis episcopus, de cujus prædicatione in Pomerania superius egimus, a Clemente III. canonizatus est tertio Kalendas Maji.

Palæstinæ status. Vang. Chron. XXVII. Christiani in Palæstina interim varia fortuna pugnarunt adversus infideles. Saladinus rursus Tyrum impugnavit, sed auxilio Pisanorum & Genuensium a Conrado marchione terra marique victus recessit inglorius : Erathium tamen castrum ea conditione cepit, ut Eufridum de Turene, Gerardum Templi magistrum, & patrem Conradi, quos in vinculis tenebat, dimitteret liberos. Guido rex Hierosolymorum eorum auxilio Ptolemaidem obsedit. Saladinus cum ingenti exercitu venit in auxilium. Christiani, vallis & aggeribus se communientes, diu continuarunt obsidionem. At multi dysenteria perierunt, nimiis imbribus corrupta sunt cibaria, & hostis ab utraque parte instabat. Sybilla regina cum quatuor filiis moritur ..... Sic Guido jus regium perdidit, quod ad sororem reginæ Izabellam uxorem Eufridi de Turene obvenit : sed ab eo separata, quia ipsam ante nubiles annos contra voluntatem suam duxerat, marchioni Conrado nupserat, qui hoc modo regni Jerosolymitani obtinuit principatum. Christi An. 1189.

Expeditio sacra Frid. Imperat. Tagen. relat. apud Freher. tom. 1. p. 497. Cum Christianorum res in oriente hoc modo se haberent, Imperator, multi episcopi & principes Germaniæ cum ingenti exercitu profecti sunt, ut Hierosolymitanum regnum instaurarent. Hanc ejus expeditionem sic describit Tageno decanus Patavienſis, qui cum Dietpoldo suo episcopo secutus Imperatorem, quæ vidit, ejusdem episcopi jussu memoriæ tradidit : Idibus Maji, inquit, navali itinere in Danubio descendimus, quarto Junii, anno millesimo centesimo octogesimo nono Bulgariam intravimus, maximas a Bulgaris sustinuimus adversitates, & multos ex nostris jaculis sauciarunt ; nos, quos ex illis deprehendimus, laqueo suspendimus. Kalendis Augusti transivimus primam clausuram, seu locum angustum & difficilem : major pars exercitus illic ægrotare cœpit, quidam febri, quidam dysenteria. Pridie Nonas Augusti venimus ad secundam clausuram, quæ loci natura multum munita fuit, ibique magnam latronum turbam offendimus, nosque multum molestarunt, quosdam vulneraverunt, rebus eorum magna ex parte sublatis. Sed quoniam præcepto ducis Brundusii incolæ montana conscenderunt, & victualia secum detulerunt, exercitus noster propter penuriam vini valde cœpit debilitari. Decimo septimo Kalendas Septembris ad tertiam clausuram munitissimam devenimus. Græci milites, qui eam custodiebant, visis nostris, fugerunt. Hic rebus omnibus abundavit exercitus.

Ibid. Duodecimo Kalendas Septembris, Isaacius Angelus Græcorum Imperator Friderico Imperatori mandavit, relatione regum Franciæ & Angliæ se accepisse, quod ea intentione Græciam intrasset, ut extinctis Græcis regnum illud in potestatem filii sui Conradi ducis Sueviæ transfunderet. Hanc ei suspicionem injecerat Dositheus, quem patriarcham Hierosolymitanum ipse designaverat. Promisit tamen, quod si Fridericus obsides pro ejus voluntate mitteret, transitum per sinum sancti Georgii se daturum, sicut juraverat. Demum postulavit medietatem terræ Saracenorum, quam caperet. Imperator & principes, his auditis benigne responderunt : Quando suos nuncios recepissent, scilicet Monasterienſem episcopum, comitem Rupertum, Marquardum camerarium, cum eorum comitatu, qui rebus spoliati, & inhumaniter tractati, squaloribus carcerum mancipati Constantinopoli cruciarentur, secundum honorem Dei & Imperii se ad ejus voluntatem benignos posse inveniri.

Ibid. Octavo Kalendas Septembris Philippopolim venimus, vacuam hominibus, sed plenam vino & frumento, aliisque divitiis. Græcorum Imperatoris frater cum magno exercitu ad sex milliaria a nobis consedit : sed a nostris fugatus est sic, ut in posterum Græci numquam amplius apparerent ; licet postea nos circumvenire tentaverint : Hic nuncios nostros seminudos recepimus, & Græcus rex nobis transitum hyemali tempore promisit, si obsides ei daremus, ut pax terræ observaretur, & alia, sicut apud Neurembergam juratum fuerat. Fridericus legatis respondit : si rex Græcorum filium suum, fratrem suum, avunculum suum, cancellarium, marescalcum, & dapiferum suum nobis obsides dederit, quod cum bona pace & securitate, per terram & mare sancti Georgii transitum præbere velit : ipse vicissim quoscumque de exercitu nostro elegerit, jurare faciam, nos nulla mala intentione, nec regni ambitione Græciam adiisse. Isaacius tres ad Fridericum dedit literas, in quibus numquam ipsum vocavit Imperatorem : de hac injuria apud ejus legatos gravissime conquestus est, & cum totam Macedoniam & Thraciam in potestate sua haberet, ipse Philippopoli hyemare constituit ; exercitum vero in alia loca disper-

Christi An. 1189. disperſit, ubi bonis omnibus abundabant, & præcipuas urbes, fugatis civibus, ingreſſi ſunt, & quædam caſtella ceperunt, donec Græcus Imperator nongentos obſides dedit. Fridericus venit Hadrianopolim: hæcque de Græcorum perfidia ſignificavit Liupoldo Auſtriæ duci, quem orat, ut literas ſuas ad Papam tranſmittat. Græci noſtros appellabant hæreticos, & dictis & factis, maxime monachi nos perſequebantur.

Ibid. Sybilla regina has ante obitum ad Fridericum literas dederat, quas tunc recepit. " Imperator Conſtantinopolitanus Eccleſiæ Dei perſecutor cum Saladino conjurationem iniit, qui multa ei munera promiſit: & miſit ad necem & deſtructionem Chriſtianorum ſexcentos modios farinæ intoxicatæ, adjunxit vas maximum vini plenum toxico ad malum efficaciſſimo, ... Idem Imperator nec triticum, nec alia neceſſaria ad victum Hieroſolymorum de terra ſua traſportari permittit. Tandem velut in fine lacrymoſæ epiſtolæ hoc vobis fideliter dico, quod huic latori præſentium fideliſſimo credere debetis, ipſe enim quæ propriis oculis vidit, teſtatur: Inde eſt quod magnificentiam veſtram rogo flexis genibus, ut nunciis Imperatoris Græci numquam credatis. "

Christi An. 1190. Anno Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo Kalendis Martii Sueviæ dux Hadrianopoli exivit cum
Ibid. ſuo agmine; ſequenti die Imperator cum ſuo exercitu. Inde venimus Calliopolim ad trajectum freti. Imperator Græcus miſit ſexcentas viginti ſeptem galeas. Septem diebus traducti ſumus per brachium beati Georgii, omnes incolumes. Inde legati Soldani Turcorum regis Iconium reverſi . . . . . undecimo Kalendas Maji venimus Philadelphiam, inde montem tranſivimus maximo labore. Equi ex maxima parte defecerant, & omnia nobis neceſſaria præter panem conſumpta erant. Inde minorem Tripolim venimus, Mænamdrumque fluvium trajecimus, & Turcorum ditionem intravimus, qui omni humanitate nos exceperunt, & forum pro poſſe exercitui noſtro adminiſtrarunt. Inde intravimus deſertiſſima loca Turciæ, deſcendentes juxta lacum Salinarum. Hic nec herbas, nec fontes invenimus. Soldanus rex regionis contra nos miſit non paucas copias, equites & pedites, qui ſine intermiſſione quotidie nobis inſidiando, jaculis & incurſitationibus nos vexarunt & & fatigarunt. Sed Kalendis Maji trecenti Turci a noſtris præoccupati, occiſi ſunt, reliqui in montanis ſe continentes Suſopolim uſque per viam valde laborioſam nos inſecuti ſunt. Nonis Maji rurſus trecenti a noſtris interfecti ſunt. Nos vero in maximo rerum defectu fuimus.

Ibid. Quinto Nonas Maji pluſquam triginta millia Turcorum in arctiſſima clauſura convenerant, per quam tranſituri eramus. Sed Imperator juſſit exercitum tranſire per montem altiſſimum, ubi pluſquam mille equi perierunt. In deſcenſu montis ſpatioſam terram & maximam copiam gregum invenimus. Sequenti die Turci circumvallaverunt nos, & die ac nocte ſagittis & incurſionibus acriter infeſtaverunt. Quarto Nonas Maji validiſſima fames cœpit eſſe in exercitu. Tunc liquido cognovimus, quod Turci & Græci in hoc conſpiraverint, ut fraudulenter nos, quoniam vi non poterant, interimerent. Nonis Maji Turci exiſtimantes noſtros inedia extabuiſſe, hora veſpertina caſtra noſtra fundis, jaculis, lanceis potenter invaſerunt. Exercitus noſter occurrens eos fugavit, ſex fere millia Turcorum interfecta ſunt. Turci nihilominus montes occuparunt, & inde fatigabant exercitum. Pridie Idus Maji & feria ſecunda Pentecoſtes, filii Soldani collectis trecentis millibus equitum, aciem inſtruunt, ut nobiſcum dimicarent. Imperator occurrens eos in fugam vertit, & plus quam decem millia Turcorum occiſa ſunt, ſed Chriſtianorum exercitus fame & labore nimium defatigatus in loco, ubi nec gramen nec acqua erat, caſtra metatus eſt: ſequenti mane Soldani legati venere poſtulantes, ut imperator trecentos centenarios auri, & terram Armenorum daret, ſicque Soldanus tranſitum concederet, & poſt tres dies forum exhiberet. Fridericus reſpondit: Non eſt Imperii noſtri vitam auro & argento emere; auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus nos milites ſumus, iter ferro eſt aperiendum. Turcorum legatus recedens dixit: Si hac nocte non revertar, certi ſitis, quod cras Turci cum omnibus copiis vobiſcum pugnabunt. Et quoniam equi confecti erant inedia & fame, ingens fuit in caſtris triſtitia. Epiſcopi milites adhortati ſunt, ut Christi An. 1190. divinam opem implorarent, quod utique hymnis, jejuniis, & lacrymis præſtitere, & die ſequenti invenerunt magnam aquæ & graminis abundantiam.

Imperator decimo quinto Kalendas Junii inſtructa Ibid. acie progreditur, ut Iconium oppugnaret; ei Soldanus cum ſexaginta millibus venit obviam. Sed viſa prima acie terga vertens fugit cum ſuis in caſtrum civitati ſupereminens. Dux Sueviæ Turcos perſecutus civitatem cum eis intravit, & omnes quos reperit, occidit. Imperator ducebat ſecundam aciem, quam ſequebatur innumerabilis Turcorum multitudo, qui ne quidem primum noſtrorum impetum ſuſtinuere, ſed amiſſis decem millibus e ſuis ſtatim fugati ſunt. Imperator civitatem ingreditur, inventæ ſunt foveæ cum tritico & hordeo, & centum millia marcarum auri & argenti inventa ſunt. (marca eſt ſemilibra.) Chriſtiani ſequenti die gratias agentes Deo, miſſam Spiritus ſancti celebrarunt. Soldanus vero legatos miſit, ſuppliciter pacem poſtulans, quibus vellet Imperator conditionibus. Fridericus exprobravit eis perfidiam, qua toties promiſſam ſecuritatem violaſſent, præcipit, ut obſides daret ad arbitrium, & iter ſecurum & commeatum. Soldanus poſtulata fecit, & dedit viginti obſides, quos inter erant ejus filii, quos Imperator ſecum duxit Antiochiam, & commeatus non defuit, donec exercitus veniret in Armeniam, ubi famem & multos labores rurſus pertulit, quamvis princeps & incolæ faverent. Tandem magna lætitia in campis Seleuciæ convenit, jam enim omnia pericula evaſerat; ſed gaudium verſum eſt in luctum maximum. Nam quarto Idus Junii, circa veſperam Seleuciæ ſubito Imperator obiit anno Imperii ſui trigeſimo ſeptimo. Plures referunt, eum, cum æſtuaret, contra voluntatem omnium in fluvium deſcendiſſe refrigerii cauſa, & aquis eſſe præfocatum.

Exercitus triſtitia diſſipatus eſt; major pars tamen Ibid. Conradum ejus filium, Sueviæ ducem, ſecuta eſt, & in ejus verba juravit. Hunc alii vocant Fridericum. Decimo octavo Kalendas Julii Curtam venit exercitus; hic quidam naves aſcenderunt, & undecimo Kalendas Julii exercitus incolumis Antiochiam intravit, ubi oſſa Imperatoris primum humata ſunt a filio ante aram ſancti Petri. Ibi calamitas oppreſſit exercitum, ſubito cadebant, nec erat qui ſepeliret. Poſt octo hebdomadas Antiochia progreſſum eſt Godefr. verſus Accaron, ſeu Ptolemaidem, quam obſederunt; monach. tertio die dux Fridericus diem clauſit extremum. annal. Quanta fuerit ejus erga Deum devotio, ex hoc conſtare poteſt omnibus, quod decumbenti, quum a medicis eſſet ſuggeſtum, poſſe curari eum, ſi rebus venereis uti vellet, reſpondit, malle ſe mori, quam in peregrinatione divina corpus ſuum maculare per libidinem. Poſt eum Henricus quidam per quatuor ſeptimanas, ac deinde per ſex quidam Gerhardus exercitui præfuerunt; ſed cum in obſidione Ptolemaidis ſucceſſum non haberent, diviſi ſunt ab invicem, & unuſquiſque in patriam declinavit. Sic hæc expeditio Dei incomprehenſibili judicio eſt annihilata. Henricus VI. Friderici filius, qui jam erat rex Germaniæ, ei ſucceſſit.

XXVIII. Franciæ & Angliæ reges eodem anno in Palæſtinam, ſed per aliam viam profecti ſunt. Richardus menſe Decembri ſolvens ex Anglia Guillelmo Elienſi epiſcopo, & ſanctæ ſedis legato regni ſui adminiſtrationem reliquit. Walterius Rotomagenſis epiſcopus, qui Idibus Februarii provincialem ſynodum celebraverat, quæ triginta duos canones edidit, ex prioribus conciliis repetitos; Regem ſecutus eſt. Philippus rex cum vexillum deſuper altare ſancti Dionyſii accepiſſet, feria quarta poſt octavas ſancti Joannis Baptiſtæ anno milleſimo centeſimo nonageſimo cum rege Angliæ Richardo Viſeliacum venit, ubi accepta licentia ab omnibus baronibus, Adelæ matri ſuæ, & Guillelmo Remenſi archiepiſcopo avunculo ſuo pro tutela & cuſtodia regnum Francorum cum filio ſuo commendavit: ſed priuſquam Pariſiis exiret, condiderat teſtamentum, & regni ordinationem. Illius præcipuos articulos, qui ad eccleſiam pertinent, ſubjicimus. " Si forte contigerit ſedem epiſcopalem, vel aliquam abbatiam regalem vacare, volumus ut canonici eccleſiæ, vel monachi monaſterii vacantis veniant ad Reginam & archiepiſcopum, ſicut ante nos venirent, & liberam electionem ab eis petant: & nos volumus, quod ſine contradictione

Rigord. de geſtis Philip. apud Ducheſn. tom. 5.

Christi An. 1190. ne eis concedant . . . . . Regina autem & archiepiscopus tam diu regalia in manu sua teneant, donec electus consecratus sit, vel benedictus: & tunc regalia sine contradictione ei reddantur. Præterea præcipimus, quod si præbenda vel beneficium aliquod ecclesiasticum vacaverit, quando regalia in manu nostra venient, secundum quod melius & honestius poterunt Regina & episcopus, viris honestis & literatis illud dent consilio fratris Bernardi eremitæ prope Vincennas; salvis tamen donationibus nostris, quas per literas nostras patentes quibusdam fecimus . . . . . Præcipimus etiam Reginæ & archiepiscopo, ut omnes honores, qui dum vacant, pertinent ad nostram donationem, quos honeste poterunt retinere, sicut abbatiæ nostræ & decanatus, & aliæ quædam dignitates, in manu sua teneant, donec a servitio Dei redierimus, & quos retinere non poterunt, donent secundum Deum.,,

Ibid. Philippus rex inde Genuam venit, ubi naves, & quæ victui erant necessaria, cum ornamentis parari fecerat. Richardus autem apud Massiliam cum omnibus suis mare intravit: & sic cum multis periculis ambo Messanam post medium Septembris pervenerunt. Trancredus rex eos liberaliter & honorifice susRoger. cepit. Rogerus addit, quod Angliæ rex circa Tyberis ostia cardinali Octaviano, qui ei obviam venerat, simoniam exprobraverit, ob multas ab episcopis acceptas pecunias. Ubi vero pervenit in Siciliam, convocatis episcopis suis, nudus procidens ad eorum pedes, vitæ suæ fœditatem coram illis Deo confiteri non erubuit. Vepres enim libidinum excesserant caput illius, & non erat eradicantis manus. Sed pater misericordiarum Deus respexit eum oculis misericordiæ suæ, & ad pœnitentiam vocavit. Ipse enim ab episcopis pœnitentiam recepit, & ab illa hora factus est vir timens Deum. Ambo Reges quibusdam negotiis & dissidiis detenti ibidem hyemarunt.

Roger. Hoved. Pagi to. 4. *Joachimus Abbas.* Celebris tunc erat in Calabria Joachim abbas de Curatio, ordinis Cistercienſis, qui a suis monachis vexatus, quasi divinationibus superfluis & fictitiis diffunderetur. Quapropter abbatiæ renuntiavit, præsertim ut apocalypsis interpretationem, & opus concordiæ, quod ex permissione Papæ inchoaverat, ad debitum finem perduceret; in Silæ desertum secessit, & Florense monasterium construxit. Populo ventura prædicere, & spiritum Prophetæ habere ferebatur. Richardus rex hæc ubi cognovit, eum evocat, ut libenter ejus in Apocalypsim interpretationes audiebat, ac de sua expeditione consuluit. Ille respondit. Jerosolymam a Christianis recuperandam, anno septimo, a quo eam Saladinus occupasset. Cumque Rex subintulisset. Quare ergo venimus huc tam cito? Joachim respondit: Adventus tuus valde necessarius est, quia Dominus dabit tibi victoriam de inimicis tuis, & exaltabit nomen tuum super omnes principes terræ. Addidit Antichristum jam Romæ natum esse, ut refert Rogerius Hovedenus, qui ea ætate vivens ita scripsit: quæ quidam arguunt mendacii, voluntque hæc ab aulicis perscripta in Angliam, ut populos bona spe in officio continerent. Abbatis Joachim quasdam propositiones, quæ in ejus operibus leguntur, postea in Lateranensi synodo damnatas referemus.

Christi An. 1191. Reicherſ. Chron. XXIX. Henricus VI. Germaniæ rex interim cum valido exercitu venerat in Italiam, ut coronam Imperialem reciperet, & Siciliæ regnum uxori suæ hæreditario jure debitum Trancredo, Willelmi quidem regis filio, sed notho, eriperet. Clemens Papa III. die vigesima octava Martii anni millesimi centesimi nonagesimi primi mortuus est, cum annos tres & duos menses sedisset. Hiacynthus cardinalis admodum senex post duos dies in ejus locum constitutus est, & dictus Cælestinus III. Is Henricum regem cum valida manu venisse sciens, ad protelandam ejus consecrationem, suam distulit: Nec Rex eam obtinere potuit, donec Romanorum precibus cedens Godefr. monach. annal. castrum Tusculanum in potestatem Papæ & Romanorum tradidit, quod illi statim expulsis habitatoribus destruxerunt: erat enim eis inimicum, eo quod omne munimen Imperatoris contra ipsos in illo constaret. Tum Cælestinus Papa die Paschæ solemniter consecratur. Et proxima feria secunda cum summa pacis tranquillitate Henricus cum uxore sua Constantia coronatur Imperator. Et quidem prius pro more juravit, quod ecclesiam Dei, & ecclesiastica jura fideliter servaret illibata, & patrimonium B. Petri, si quid inde ablatum esset, in integrum restitueret. Improbabile videtur: quod addit Rogerius: Papa, inquit, sedebat in cathedra pontificali, tenens coronam Imperialem inter pedes suos, eamque pede percutiens dejecit in terram, significans, quod ipse potestatem ejiciendi eum de Imperio haberet, si ille demeruerit: sed cardinales statim accipientes coronam, imposuerunt eam capiti Imperatoris: Profecto ejusmodi circumstantiam, cujus nullum unquam præcesserit exemplum, tranquille non admisisset Henricus armatus; qui minora non dissimulavit. Præterea nullus alius scriptor illius facti meminit. Imperator post hæc licet Papa prohibente cum exercitu movit in Appuliam, & centum septuaginta castella in deditionem accepit: donec Augusto mense ex nimia aeris intemperie mortalitas invasit ejus exercitum, & omnes penes principes suos amisit . . . . . hinc in Germaniam redire compulsus est. Ibidem obiit Philippus Colonienſis archiepiscopus, cujus ossa Coloniam delata, & in ecclesia sancti Petri condita sunt: ei successit Bruno præpositus. Constantiam uxorem suam Salerni reliquit Imperator. Tancredus vero cum exercitus superveniens, amissa facile recepit, Constantiamque sibi traditam a Salernitanis, ut ejus gratiam demererentur, transmisit in Siciliam.

Christi An. 1191. Godefr. monach. annal.

XXX. Centius Cælestini Papæ camerarius, postea cardinalis, & demum Pontifex sub Honorii III. nomine, circa hæc tempora edidit Romanum ordinem, in quo sic describit ritus observari solitos in electione & consecratione Romani Pontificis. Mortuo Ro-Ex Ord. R. mano Pontifice & sepulto, omnes cardinales ad propria revertuntur secundum antiquam consuetudinem, secunda vero die conveniunt in ecclesia, & Missa mortuorum cantata, omnes similiter recedunt. Tertia autem die, iterum omnes in ecclesia congregati, & Missa sancti Spiritus ibidem primitus celebrata, tractatur de electione. Et perscrutata omnium cardinalium voluntate ab aliquibus de ipsis, in quem major & melior pars convenerit cardinalium, prior diaconorum ipsum de pluviali rubeo ammantat, & eidem electo nomen imponit: ipsumque deinde duo de majoribus cardinalibus adextrant usque ad altare, ubi prostratus adorat, primicerio cum schola cantorum, & cardinalibus cantantibus: Te Deum laudamus, quo finito, ab episcopis cardinalibus ad sedem ducitur post altare, & in ea, ut dignum est, collocatur. In qua dum sedet electus, recipit omnes episcopos & cardinales, & quos sibi placuerit ad pedes, postmodum ad osculum pacis, surgensque de sede ducitur a cardinalibus ad sedem lapideam, quæ dicitur stercoraria, ante portam basilicæ Salvatoris patriarchatus Lateranensis, in ea eumdem electum ipsi cardinales honorifice ponunt, ut vere dicatur: susscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Post aliquantulum stans juxta eamdem sedem, electus accipit de gremio camerarii tres pugillatus denariorum, & projicit, dicens: Argentum & aurum non est mihi ad delectationem. quod autem habeo, hoc tibi do. Tunc autem accipit ipsum electum prior basilicæ Salvatoris patriarchatus Lateranensis cum uno de cardinalibus, vel uno de fratribus suis. Venientibus autem per eamdem porticum juxta ipsam basilicam exclamatur: Dominum N. sanctus Petrus elegit: sicque ducitur ab illis usque ad gradus portæ, quæ videlicet porta est in introitu palatii, ... ibique judices eumdem electum accipientes, ducunt per palatium usque ad basilicam sancti Sylvestri.

Ubi ventum est ad basilicam, super cujus arcum, Ibid. qui sustentatur duabus columnis porphyricis, est imago Salvatoris, quæ a quodam Judæo percussa olim in fronte sanguinem emisit, sicut hodie cernitur; Idem electus sedet ad dexteram in sede porphyrica, & prior basilicæ sancti Laurentii de palatio dat ei ferulam, signum regiminis & correctionis, & claves ipsius basilicæ, & sacri Lateranensis palatii: quia specialiter beato Petro principi Apostolorum data est potestas claudendi & aperiendi, ligandi atque solvendi, & per ipsum Apostolum omnibus Romanis Pontificibus. Pontifex cum ferula & clavibus accedit ad alteram sedem similem e porphyro, ibique reddit priori ferulam & claves, & dum aliquantula mora quieſcit, cingitur ab eodem priore zona rubea de serico, ex ea dependet bursa purpurea, in qua sunt duodecim sigilla pretiosiorum lapidum, & muscus:

Christi An. 1191. scus: electus in illis duabus sedibus sic sedere debet, ac sic videatur inter duos lectulos jacere, id est, accumbat inter principis Apostolorum Petri primatum, & Pauli doctoris gentium prædicationem. In zona notatur continentia castitatis, in bursa gazophylacium, quo pauperes Christi nutriantur & viduæ: duodecim sigillis duodecim Apostolorum potestas designatur: muscus includitur ob virtutis odorem, ut ait Apostolus, Christi bonus odor sumus. In eadem sede electus, recipit omnes officiales palatii ad pedes, & postea ad osculum. Dein sedens ibidem recipit de manu Camerarii denarios argenteos, quos projicit super populum: & hoc facit ter, dicendo, dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. His peractis ducitur per porticum sub iconas SS. Petri & Pauli Apostolorum, & intrat basilicam sancti Laurentii, in qua postquam peregit prolixam ante proprium altare orationem, pergit ad papalem cameram, ubi cum pro sua voluntate pausavit, vadit ad mensam.

Ibid. Post hæc proxima die Dominica electus cum omnibus ordinibus sacri palatii, & nobilibus Romanis vadit ad ecclesiam B. Petri, ubi ad altare majus, prout in ordine continetur, ab episcopo Ostiensi specialiter, & aliis episcopis de curia consecratur. Hoc addito: Quod si forte episcopus Ostiensis præsens non fuerit, archipresbyter Ostiensis, seu Veliternus interesse debet consecrationi. Consecratione facta, prior sancti Laurentii sacri palatii ponit pallium super altare, quod ipse prior propria manu debet parare, & statim archidiaconus cum secundo diacono dant in manu Pontificis, & solus archidiaconus dicit Pontifici: accipe pallium, plenitudinem scilicet pastoralis officii, ad honorem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ Virginis ejus genitricis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli: statimque ipse archidiaconus cum priore basilicario aptat ipsum pallium super Pontificem, & intromissis spinulis aureis tribus, ante & retro, & sinistro latere, in capite quarum sunt tres hyacinthini lapides: sic ornatus accedit Pontifex ad altare, & celebrat honorifice Missam. Notandum quod laudes ab archidiacono cum cardinalibus, & subdiaconis, & scriniariis epistola latina cum græca, & Evangelium latinum cum græco, & omnes aliæ solemnitates tunc fiunt. Missa autem celebrata revertitur ad palatium Lateranense, coronatus, cum processione & honore arcuum, repræsentatione legis a Judæis, & thuribulorum a clericis Romanis, jactibus numero determinatis.

A Cencio non esse compositum hunc ordinem, constat ex his ejus verbis supra relatis, " ut in ordine continetur. „ Sed antiquum, resectis quæ mutata fuerant, & additis, quæ de novo fuerant instituta, consuetis tunc ritibus adoptavit. In libro enim diurno Romanorum Pontificum, quem edidit Pater Garnerius, refertur fidei professio, quam ante consecrationem emittebat electus Pontifex, cujus hic nulla fit mentio: quandonam vero, & quibus de causis omissa fuerit, incompertum est. Secundo, Cencius dicit electionem fieri a cardinalibus, quam constat usque ad medium hujusce sæculi factam a clero Romano & populo, præsentibus episcopis suffraganeis, qui eam confirmabant. Sed cum cardinales episcopi sint etiam Romanæ Metropolis suffraganei, & alii cardinales sint pars Romani cleri præcipua, electio etiam nunc fit a clero & episcopis Romanæ Ecclesiæ; populus exclusus est, sed jus suffragii nusquam habuisse videtur; tantum de moribus ferebat testimonium, electoresque dabant operam, ne invisum populo eligerent. Tertio ait eam fieri a majore & meliore parte cardinalium: juxta decretum Alexandri III. in synodo Lateranensi, " Si quis a paucioribus, quam a duabus tertiis partibus fuerit electus ad Apostolatus officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur. „

Roger. XXXI. Philippus Francorum rex mense Martio ejusdem anni navigavit in Palæstinam, & vigilia Paschæ Accon applicuit, & cum summo gaudio ab exercitu variarum nationum, qui jam a biennio eam urbem obsidebat, receptus est: brevique machinis

Polyd. Verg. l. 14. suis magnam muri partem dejecit, ita ut facile irrumpens eam expugnare potuisset; sed Anglorum regis adventum expectare voluit. Richardus autem rex die decima Aprilis solvens e Sicilia tempestate dejectus in Cyprum, cum ab insulanis portu prohiberetur, vi ingressus, Isaacium Comnenum, qui adversus Isaacium Angelum rebellans hanc insulam occupavet, cepit, & cum thesauris asportavit, insulamque sibi subjugatam magno firmavit præsidio. Inde digressus Ptolemaidem, seu Achonem, in castra Christianorum venit. Post aliquas inter ipsum & Philippum regem altercationes circa obsidionem, Saraceni, cum jam resistere non possent, die decima tertia Julii deditionem fecerunt, his conditionibus; ut incolumes in deditionem Christianorum venirent, & nuncios ad Saladinum mitterent, ut Crucem sanctam restitueret, & duo millia Christianorum libertati restitueret. Ptolemaide recepta, Philippus rex civium partem, quæ sibi obtigerat, commutat cum captivis Christianis; Richardus suorum captivorum septem millia, quia Crux Dominica non reddebatur, interemit. Saladinus alias urbes ad resistendum minus idoneas mœnibus nudavit. Jamque de relinquenda Hierosolyma consilia agitabat, ut sic pacem redimeret: sed audita Philippi & Richardi discordia, qui ex æmulatione circa bellicas expeditiones dissentiebant, in ea retinenda perseveravit.

Christi An. 1191. Godefr. monach. annal. Polyd. Verg. hist. l. 14.

Philippus Francorum rex morbo laborabat, præterea regem Angliæ suspectum habebat. Itaque re cum suis communicata, Burgundiæ ducem exercitui suo præfecit, eique magna argenti & victualium copiam reliquit, ipse cum tribus galeis in Galliam reversus est. Romam pertransiens voti sui absolutionem a Papa accepit, peregrinationis enim tempus non impleverat.

Rigold. de gest. Philip. reg.

Ordo fratrum beatæ Mariæ Teutonicorum in obsidione Ptolemaidis per quosdam cives Bremenses & Lubicenses sumsit exordium. Hi cum viderent plures in exercitu Christianorum infirmos pauperes inopia perire, misericordia moti sunt, & se juramento simul pro Christi amore constrinxerunt, quod pauperibus deinceps pro viribus perpetuo servirent. Et primo, votum exequentes, infirmis & pauperibus peregrinis sub papilionibus necessaria ponebant. Postea parvam ecclesiam in urbe Ptolemaide in honorem beatæ Mariæ semper Virginis dedicarunt, unde fratres beatæ Mariæ Virginis Teutonici sunt nuncupati. Juxta eamdem ecclesiam domos pro infirmis necessarias in modum hospitalis ædificarunt: ubi magnam multitudinem ægrotantium pauperum suscipiebant. Horum devotionem & sanctum in pauperes ministerium nobiles cernentes & divites multas eis eleemosynas in sustentationem ægrotantium contulerunt. Imprimis morituri res suas, vel magnam earum partem huic sancto ministerio legaverunt: sic brevi tempore facti sunt divites, eisque plures se adjunxere: & plures in diversis Syriæ locis domus in sustentationem infirmorum pauperum constructæ sunt . . . Obtinuerunt etiam auxilio Friderici ducis Sueviæ a Cœlestino Papa, cooperante ad hoc Henrico rege Germanorum, ordinem istum sub titulo hospitalis beatæ Mariæ Virginis domus Teutonicorum in Jerusalem confirmari: anno millesimo centesimo nonagesimo secundo Papa milites veste alba & cruce nigra donavit, subjecitque regulæ sancti Augustini. Ex eo tempore cœpit habere magistrum ordinis generalem prosapia nobilem; primus fuit Henricus Walpot. Censiti sunt sub eodem ordine viri nobiles Germani, qui digna genere suo edidere facinora. Postmodum eidem ordini unitus fuit ordo Ensiferorum in Germania adversus Livones infideles aliasque gentes barbaras institutus. Heraclio patriarcha Hierosolymitano in Ptolemaidis obsidione defuncto, Albertus Petri Eremitæ, qui belli sacri author Urbano II. Pontifici fuit, pronepos, ex episcopo Bethlehemitano patriarcha Hierosolymitanus a Cœlestino Papa constituitur.

Christi An. 1192. *Ordinis Teutonici initium.* Joann. Naucler. tom. 2.

Iisdem temporibus Conradum comitem Montiferratensem, & Hierosolymorum regem titularem, Tyri in foro cum paucis ambulantem interfecerunt duo sicarii, qui in ejus obsequio sub schemate militantium aliquamdiu fuerant; patrandi sceleris opportunitatem captantes; ex fuga retracti, exquisitissimisque cruciatibus affecti, confessi sunt, statuisse se omnibus Latinorum ducibus pariter necem machinari. Henricus Campaniæ comes Isabellam Sybillæ reginæ defunctæ sororem duxit in matrimonium, itaque dictus est rex Hierosolymitanus. Richardus rex Angliæ Joppen instauravit, eoque Christianorum coloniam deduxit; & cum Odone Burgundiæ duce, profectus est ad Hierosolymam expugnandam. Saladinus die septimo Septembris, in itinere prope Assurum postremum agmen adoritur: Pugnatum a meridie usque ad solis occasum: hostis tandem non sine

Polyd. Verg. l. 14. Nang. Chron.

CHRISTI AN. 1192. magno Christianorum incommodo victus Bethleem se recepit, ut commeatus interciperet. Quapropter Henricus Ascalonem in hyberna concessit, quamvis Cœlestinus Papa missis ad eum pecuniis vehementer urgeret Hierosolymæ obsidionem. Illud consilium rei Christianæ vehementer nocuit, ita ut semel inclinata, Roger. Hoved. nulla ope restitui potuerit. Nam vires nostrorum paulatim diminutæ sunt, aliis ac aliis copiis maritimis dilabentibus. Richardus serius agnita culpa de reditu cogitavit. Itaque Garnerio Clarævallensi abbati scribens, post exaggeratas suas victorias, hæc subjicit. Pecuniam nostram & vires exhausimus: fraternitati vestræ notificamus, quod ultra solemnitatem Paschalem in partibus Syriæ nequaquam poterimus commorari. Dux Burgundiæ cum Francigenis, aliique comites & barones remeabunt. Hinc eum hortatur, sua prædicatione alios principes inducat, ut novum pro Palæstinæ defensione mittant auxilium. Datum Jaffæ Kalendis Octobris.

Roger. XXXII. Interim Angliæ status turbatus est a regis Richardi fratribus, Joanne comite Moretonii, & Gaufredo archiepiscopo Eboracensi, quos in Normannia reliquerat, juramentoque adstrinxerat, ne in regnum Angliæ transirent, vel aliquid innovarent. Gervas. Gaufredus tamen, postquam ex concessione Papæ a Bartholomæo Turonensi ejusque suffraganeis consecratus est Eboracensis archiepiscopus, transfretavit in Angliam. Guillelmus Eliensis episcopus & regni magnus Justitiarius eum in portu Duri ignominiose in carcerem trahi jussit: quæ res multorum odium in ipsum concitavit. Jam multi querelas adversus eum Regi detulerant, qui Guillelmum Rotomagensem cum literis miserat, præcipiens ut communibus consiliis regnum administrarent. Joannes comes Gaufredum relaxari minis obtinuit: initaque societate cum ipso & Rotomagensi archiepiscopo, reliquos episcopos & optimates convocat, qui superbiam Eliensis non ferentes, eum a regimine removerunt: interceptumque, dum habitu muliebri fugeret, dimiserunt, intervenientibus episcopis. Ille transivit in Galliam, & apud Papam accusavit adversarios, qui vicissim famosum libellum adversus eum publicarunt: illius author fuit Hugo Conventrensis episcopus, tot turbarum incentor, qui ejus administrationem, depositionem, & fugam calumniose describit.

Cœlest. P. ep. 1. Hæc ubi cognovit Cœlestinus Papa, has ad episcopos Angliæ literas dedit: "Cum dilectus in Christo filius noster Richardus illustris rex Anglorum ... susceptio signo crucis, tutelæ regni sui curas .... sub apostolica protectione dimiserit: statum regni sui ac jura & honorem ipsius tanto majori studio conservare volumus & debemus, quanto de nostra protectione confisus, majoribus periculis personam suam exposuit ... Cum igitur quædam tam contra regnum ipsum, quam contra venerabilem patrem vestrum Willelmum Elienſem episcopum, Apostolicæ sedis legatum, cui regnum tradidit gubernandum, per Joannem comitem Moretonii, & per quosdam alios accepimus attentata .... eidem præsumptioni tanto maturius duximus occurrendum, quanto ex mora ipsa jam dicto Regi, & terræ Hierosolymitanæ gravius detrimentum, ac nobis major inde posset ignominia provenire. Proinde universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, & in virtute obedientiæ præcipimus, quatenus si memoratus comes, vel alius jam in dictum episcopum manus violentas injicere, vel eum capere, vel juramentum quodlibet ab eo per violentiam extorquere, seu eum in captione tenere, seu statum regni a severitate Regis in recessu suo dispositum aliquatenus immutare præsumpserit: omni occasione, vel simultate postposita, convenientes in unum, prædictum comitem, & omnes antedictæ præsumptionis consiliarios, authores, complices, & fautores, accensis candelis, & pulsatis campanis, omni appellatione, & excusatione, nec non & personarum acceptione, postpositis, publice nuncietis vinculo excommunicationis adstrictos: & tamdiu faciatis sic excommunicatos ab omnibus arctius evitari, nec non & in terris illorum, & in aliis, quas invaserint, præter pœnitentias, & parvulorum baptismata, divina penitus sine appellationis obstaculo prohibeatis celebrari officia, donec jam dicto legato tam a captione, quam a juramento, penitus absoluto, & regno ipso in statum a prænominato Rege in recessu suo dispositum reformato, cum testimoniis literarum ipsius legati, & vestrarum pariter ad sedem Apostolicam veniant absolvendi. „

Datum Laterani quarto Nonas Decembris. Elienſis has literas direxit ad S. Hugonem Lincolnenſem epiſcopum, ut mandarentur executioni: nullus tamen earum fuit effectus; non enim eum pro legato, neque Regis cancellario habebant: quasi id ab eorum penderet arbitrio. CHRISTI AN. 1192. Roger.

Interim clerici, quos Rotomagensis archiepiscopus Romam miserat, de rebus a se gestis sic rescripserunt ... "Spoliati a latronibus die tertia Februarii Romam venimus; ibi invenimus cancellarii clericos gaudentes, pleno legationis officio impetrato: expectabant jam bullatas illius literas. Dominum Papam ex toto pronum invenimus, ut partes cancellarii tueretur ... Verum ad nostram instantiam literæ legationis sunt retentæ ... Impetrata demum licentia, coram Domino Papa & cardinalibus literas proposuimus a vobis, & episcopis, & prælatis, & justitiariis Angliæ. Quibus cum responderent Elienses nuncii, Papa contra vos plurima indignanter proponebat, sæpius affirmans: Scimus quod illustris rex Anglorum, Elienſi episcopo regni sui totius administrationem reliquit, nec aliquem ei adhibuit minorem vel majorem. Literas Domini regis super eo vidimus, revocantes aut contrarias non vidimus, nec videmus, nec earum transcriptum sigillis appositis & authenticis consignatas .... Literæ, quas vos portastis, sunt eorum, qui cancellarium expulerunt ... Ad preces Regis legationem indulsimus Elienſi; ab homine, quem tantum dilexerat, Regem tam subito tantam gratiam revocasse, vix credere possumus, nisi literas ejus & sigillum regium viderimus .... & legationem Elienſis, quam Regi dedimus, nec suspendere possumus nec auferre. Demum institit, quod antea in ejus favorem omnes Angliæ episcopi scripsissent, & nullus adversus eum querelam miserit... sed & multum contra vos facere videbatur, quod dominus Rex in recessione sua, supplicavit pro vobis ut in Normanniæ partibus, & cæteris trasmarinis vobis legatio confirmaretur. Unde prima facie nemini videbatur, quod regiæ esset voluntatis, vos in Angliæ partibus administrationem habere: cum & Angliæ tutelam gerere, & legationis officium in Normannia exercere, uni & eidem homini nec promptum nec facile videbatur ... Ad quæ cum responsiones idoneas haberemus, tamen Papæ favor in partem contrariam vertebatur. Verumtamen dubitare coactus ..... Cardinalibus congregatis singulorum consilia requisivit, & sequentem sententiam protulit. Cancellarium a nostra denunciatione absolvit, & sententiam Elienſis episcopi, quam in vos tulerat ... nullam fuisse judicavit ... Ejus legationem protulit exequendam sub hac exceptione adjuncta, quod ipse interdictum, vel suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferendi in vos, vel in decanum Rotomagensem, vel episcopos Angliæ, vel justitiarios, vel magnates, nullam habeat potestatem ... Personas venerabiles in vestris partibus providebit, quibus mediantibus, inter vos & cancellarium possit pax & concordia reformari. „ Joann. Bromt. Chron. p. 1231.

Cœlestinus Papa eodem anno millesimo centesimo nonagesimo secundo duos cardinales legatos a latere misit in Normanniam, scilicet Octavianum Ostiensem episcopum, & Joannem abbatem de Fossa, ad prædictam litem dirimendam, quos Gisortium advenientes milites castelli, jussu Seneſcalli Normanniæ, recipere noluerunt, dicentes necdum rediisse Regem, qui ditiones suas omnes sub protectione domini Papæ posuerit, nec aliquem legatum recipere præceperit. Cardinales se venisse responderunt, ut populis pacem darent. Sed milites illos retroire gladiis & fustibus coegerunt. Octavianus cardinalis rediens interdicti sententiam in Normanniam tulit, & excommunicavit Seneſcallum, & ejus complices. Joannes abbas Angliæ regem diligens in Normanniam sententiam dare noluit. Unde rex Franciæ iratus eum a regno suo fugavit. Quod cum Eleonoræ reginæ, & Joanni comiti, & Rotomagensi archiepiscopo nunciatum fuisset, Hugonem Dunelmi episcopum ad legatos miserunt, ut Ostiensis suam revocaret sententiam, & legati honorifice tractarentur. Hic cum venisset Parisios, legatos mitigavit, & Octavianus suam sententiam revocavit, si tamen Seneſcallus cum suis eis satisfaceret, & illos saltem ut advenas Rotomagum ire permitteret: quod cum Seneſcallus concedere noluisset, quia sine licentia Regis venerant; Octavianus suam confirmavit sententiam. Sed Papa eam relaxavit, & a Ibid. *Legatio in Normann.*

lega-

CHRISTI AN. 1192. legatis relaxari fecit, & præcepit, ne intrarent in Normanniam.

Cantuariensis sedes tunc vacabat; Balduinus archiepiscopus in Palæstina diem extremum obierat. Sexdecim ejus tractatus de diversis argumentis editi sunt: qui nec rerum utilitate, nec dictorum lepore placent. Monachi ei substituerant Renaldum, Bathensem episcopum, cui Papa concessit pallium. Sed non multo post in gravem morbum incidit, positus in extremis sumpsit habitum monachalem, & die vigesima sexta Decembris mortuus est.

Ægid. de episc. Leod. *S. Albertus Leodiensis episcopus.*

XXXIII. Radulphus Leodiensis episcopus e Palæstina rediens, non procul a patria veneno vitam finiit. Capitulum circa successorem divisum est. Quidam Albertum primum archidiaconum, & Henrici ducis Lovaniensis fratrem elegere: Alii vero alium Albertum pariter archidiaconum, & fratrem comitis Retelensis, virum illiteratum, & sola nobilitate spectabilem. Henricus Imperator electionem ad se devolutam ratus propter divisionem, Lothario Bonnensis ecclesiæ præposito regalium investituram dedit, qui Leodium veniens hanc sedem occupavit. Canonici Papam appellarunt, contendentes electionem Alberti Lovaniensis esse canonicam. Albertus ipse assumpto servili habitu Romam inter maxima pericula pervenit, circa festa paschalia: Imperatoris enim milites vias intercludebant. Papa non sine lacrymis eum sic vestitum amplexus est, ejusque electionem, quam fuisse canonicam probavit, confirmavit, eumque cardinalem creavit, ac diaconum consecravit: omnesque bullas ei necessarias gratis largitus est, indulsitque ut episcopalem consecrationem a Guillelmo Remensi archiepiscopo reciperet, si Bruno Coloniensis hanc ei metu Imperatoris denegaret.

Albertum Remos advenientem honorifice suscepit Guillelmus, & die vigesima Septembris eum presbyterum, Dominica sequenti episcopum ordinavit. Imperator timens ne dux Lovaniensis junctis sibi fraternis viribus Imperii rebus se contra ipsum immisceret, Leodium venerat, ut Alberti fautores perderet; sed a belli conciliis abhorrens Albertus, avunculo suadenti, ut jus suum armis defenderet, respondit, se non aliter quam patientia, & humilitate pugnaturum adversus Imperatorem. Post aliquot dies Remos advenere tres equites Teutonici, & quatuor armigeri, se ob quoddam jurgium expulsos ab Imperatore simulantes, quos benigne suscipiens Albertus etiam ad mensam admisit. Illi die vigesima quarta Novembris tandem nacti occasionem deambulationis Albertum extra muros civitatis eductum interficiunt, ac tredecim confossum vulneribus relinquunt, & celerrime fugientes redeunt ad Imperatorem, qui eos benigne suscepit. Alberti sic meminit Romanum Martyrologium. " Rhemis, passio sancti Alberti episcopi Leodiensis, & martyris, qui pro tuenda ecclesiastica libertate necatus est. „ Anno millesimo sexcentesimo duodecimo Albertus, & Isabella Archiduces Austriæ, consentiente Ludovico XIII. Franciæ rege, S. Alberti corpus a Ludovico cardinali de Guisia archiepiscopo Remensi, & capitulo ejusdem urbis obtinuere: repertum est integrum in sarcophago lapideo, & Bruxellas dum transfertur, honor sanctis reliquiis debitus ubique exhibetur; piissimus Princeps illud in suis humeris in Carmelitarum ecclesiam a se constructam deportavit.

2. Nov.

Marlot.

Richardus Angliæ rex captivus in German. Reicherf. Chron.

XXXIV. Richardus Anglorum rex exacta hyeme in montanis, Ascalonem magnis sumptibus instauravit, sed certior factus quantis regnum suum motibus agitaretur, pactis cum Saladino in triennium induciis, Cyprum Guidoni olim Hierosolymorum regi vendidit, & navibus conscensis in patriam properabat; correptus magna tempestate, solus cum nave sua projectus est in partes vicinas Aquilejensibus. Hic ab incolis rebus omnibus spoliatus, occisis etiam vel captis ejus hominibus, ipse cum paucis evadens, per partes Karentiæ, nesciens quo iret, terram ducis Austriæ ingressus est. Dux de ejus adventu admonitus, statim misit, qui eum inquirerent. Inventus est Rex apud Viennam occultans se in tugurio cujusdam pauperis, & cibos propriis manibus sibi, & sociis suis præparans. Comprehensum dux tradidit hominibus suis custodiendum. Richardus in obsidione Ptolemaidis ducem graviter offenderat, ejus vexilla dejici, & in luto conculcari, quæ primus in urbis mœniis erexerat, præcipiens. Captus Rex est die vigesima mensis Decembris anni millesimi centesimi nonagesimi secundi, & Imperatori Henrico traditus, qui captivum detinuit: Eleonora Richardi mater, & Walterus Rotomagensis archiepiscopus, aliique Angliæ episcopi pluribus literis apud Papam institere, ut censuris ecclesiasticis procuraret libertatem Regis, qui e sacro bello rediens, & sub sedis Apostolicæ protectione constitutus, captivus non sine gravi ejus injuria detinebatur: Quin & Regina Papam gravius objurgavit, quasi nulla spe lucri allectus honorem Ecclesiæ, & salutem populorum negligeret. Papa rescripsit, quod Imperator ejusque regnum anathemati subjacerent, nisi rex Angliæ citius liberaretur: uti & rex Franciæ, & ejus regnum nisi a persecutione illius desisteret. Richardus nihilominus per decem menses in captivitate permansit. Philippus enim Francorum rex hortabatur Imperatorem, ne eum dimitteret, & quædam Normanniæ oppida jam expugnaverat. Richardus Reginæ matri suæ scripsit, ut convocatis Cantuariensis ecclesiæ suffraganeis, & monachis, daret operam, ut Hubertus Saresberiensis episcopus ad eam sedem vacantem promoveretur. Hubertus electus monachi habitum sumpsit, ut Cantuarienses monachos sibi conciliaret, & pallium a Papa recepit, anno millesimo centesimo nonagesimo tertio.

CHRISTI AN. 1192.

Pet. Blef. ep. 144. 145. & 146.

CHRISTI AN. 1193.

Philippi regis divortium cum Ingeb. Ducheſ. tom. 5. p. 753. Rigord.

XXXV. Philippus Augustus, Francorum rex, defuncta prima uxore Elisabetha, Balduini Hannoniæ comitis filia, & nepte Philippi Flandriæ comitis, Ingeburgem Canuti Danorum regis sororem expetiit conjugem, & misit Stephanum Noviomensem episcopum cum regio apparatu, qui eam adduceret. Rex frater ejus post susceptas sufficientes cautiones de ipsa suscipienda in conjugem, eam transmisit cum idoneo comitatu. Per mare transvecta pervenit Ambianum, ubi Franciæ rex ejus præstolabatur adventum, & dilationis impatiens ipso die eam sibi desponsavit. Et congregatis principibus ecclesiasticis, & sæcularibus, sequenti die decimo quinto Augusti, anni millesimi centesimi nonagesimi tertii, per manum Guillelmi Remensis archiepiscopi fecit eam secum solemniter coronari. Sed inter ipsa coronationis solemnia suggerente diabolo, ad aspectum illius cœpit vehementer exhorrescere, tremere, ac pallere, ut vix sustinere posset finem solemnitatis incœptæ. Ejus tamen virtutem, & pulchritudinem eximiam commendant historici. Statim motum est verbum celebrandi divortii propter affinitatis obstaculum, quod inter eos existere quidam mussitabant, dicentes, quod primam Regis uxorem contingeret in quarto vel quinto consanguinitatis gradu. Aliquantulum dilatum est. Interea Regi suggestum ut ad illam accederet, si forsitan affectu mutato cognoscere posset. Rex monitis deferens apud Fossatum prope Parisios thorum ejus ingressus est. Post paululum ab illa recessit, in tantum habens illam exosam, ut vix sustineret coram se de illa fieri mentionem. Asserebat Regina, quod Rex illam carnaliter cognovisset; Rex negabat, dicens, quod non potuerit. Et octogesimo secundo die post nuptias, apud Compendium cum suis episcopis, & baronibus colloquium habuit, & quidam consurgentes, consanguinitatem inter Ingeburgem, & Elizabellam primam Regis uxorem juraverunt, & Remensis archiepiscopus sententiam divortii promulgavit, quæ cum Reginæ per quemdam exponerentur interpretem, illa ultra quam dici potest admirans, & flens exclamavit: Mala Francia, mala Francia: & adjecit, Roma, Roma, non enim aliter noverat Gallicis verbis, animi sui exprimere sententiam, aut sedem Apostolicam appellare. Rex ad parentes redire nolentem in quodam cœnobio monialium in Flandria fecit extra regni limites utcumque deponi: illa malens continentiam conjugalem cum orationibus toto vitæ suæ tempore servare, quam alteri juncta, prima matrimonii fœdera maculare; ibi, ut refert Stephanus Tornacensis episcopus, rebus etiam ad victum necessariis destituta, in lacrymis, & orationibus continuis vitam agebat.

Aquinc. chron.

Ducheſn.

Roger. Hoved. Rigord. *Richard. rex liberatur.*

XXXVI. Richardus Anglorum rex, pro cujus detentione magnam pecuniam Franciæ rex, & Joannes comes obtulerant Imperatori, pridie Nonas Februarii anni millesimi centesimi nonagesimi quarti, persolutis centum millibus marcarum argenti, & datis obsidibus pro aliis totidem millibus, liber dimissus mari trajecit in Angliam, ubi rursus ab Huberto Cantuariensi episcopo Rex Dominica post Pascha coronatus est.

Circa idem tempus plures Cantuariensis ecclesiæ cano-

Cœleſtin. P. epiſt. 5.

Christi An. 1194. canonici & abbates Præmonstratensis ordinis apud Papam accusarunt Gaufridum Eboracensem archiepiscopum, quod sacramenta injuncti sibi officii vilipendens, venatione, aucupio, & aliis militaribus curis inutiliter occupatus, ordinationi clericorum, ecclesiarum dedicationibus, aut synodis celebrandis, nec manum nec operam posi sui promotionem adhibuerit, nec abbatem aliquem benedixerit, licet tam contra clericos, quam abbates ad maledicendum & excommunicandum linguam consueverit juxta motum proprium indiscrete relaxare. Libertates ecclesiæ suæ ac consuetudines approbatas evacuaverit & subverterit, appellationes ad Romanæ sedis injuriam reduxerit in contemptum, & plures appellantes in carcerem conjecerit, vel honoribus & beneficiis spoliaverit, vel excommunicationi subjecerit, ejusdem sedis privilegia vel judicia contempserit .... Præterea majorem ecclesiam cum multitudine armatorum aggrediens, fores capituli per violentiam confringi, & asportari fecerit bona canonicorum, & aliorum plurium, qui res suas in ecclesia deposuerant, per violentiam detinuerit .... Adjecerunt etiam quod frequenter, cum donaret ecclesiam, aut eam scinderet per partes contra statuta ecclesiæ canonica, aut in ea novam & indebitam retineret pensionem: & quam plures excommunicatos vel suspensos non nisi pecunia interveniente absolveret.

Gaufridus Eboracens. accusatur.

Ibid. Papa his auditis ad S. Hugonem Lincolnienſem episcopum literas dedit, quibus ei injunxit: ut ad Eboracensem ecclesiam accedens, convocatis abbatibus & prioribus, & aliis personis ecclesiasticis, diligentius inquireret, utrum veræ essent ejusmodi accusationes; & depositionum attestationes sub sigillo suo inclusas Romam transmitteret, assignaretque partibus terminum competentem, quo accederent ad judicium Sedis Apostolicæ. Si vero accusatores deficerent, & fama publica esset contra ipsum, ei purgationem cum tribus episcopis, & totidem abbatibus, sublato appellationis obstaculo, indicaret, in qua si forte deficeret, ipsum ab archiepiscopali officio & administratione suspensum Apostolico conspectui faceret præsentari; si vero idem archiepiscopus aliquid contra suos accusatores proponeret, illud ad se sub sigillo suo mitteret inclusum. Demum si priusquam ejus citatio ad eum perveniret, Eboracensis appellavisset, vel iter arripuisset ad sedem Apostolicam, ei terminum trium mensium statueret, infra quem se Papæ præsentaret. Quod si non feciſſet, eum ab omni pontificali officio, & archiepiscopatus administratione denunciaret, remota appellatione, suspensum. Datum Romæ sexto Idus Junii anno millesimo centesimo nonagesimo quarto.

Roger. S. Hugo Lincolnienſis cum duobus collegis Eboracum veniens, convocatis abbatibus & universo clero Papæ mandata prælegit. Eboracenses clerici, eum Papam appellasse, & Romam profectum esse responderunt. Itaque S. Hugo factas informationes ad Papam transmisit, & statuit ut archiepiscopus & ejus accusatores prima die mensis Junii, anni millesimi centesimi nonagesimi quinti, judicio Papæ se sisterent.

Girald. Cambr. in Anglia sacr. part. 2. c. 6. *S. Hugonis virtutes.* Sancti Hugonis eximia sanctitas, integritas, constantia, fortitudo, vigilantia pastoralis, plurimum ab historicis celebrantur: personas egregias, literatura & honestate præclaras, diligentissime conquisitas, fideles ecclesiæ suæ columnas erexit: cupiditatis & ambitionis omnis expers ab omni munere, subjectorum gravamine, & exactione manus excutiens, adeo simoniæ laqueos, quibus cuncti fere majores irretiebantur, exhorruit, ut forte oblata plerumque donaria, ne sinistræ suspicionis ulla suboriri nota valeret, ex consuetudine recusaret. Ecclesiæ jurium fortis defensor extitit. Richardus rex adversus Franciæ regem bellum gerit, eique adhæsit alter episcopus. Hubertus Cantuarienſis episcopus rem Regi detulit. Rex iratus uni ex aulicis dixit: Tibi præcipio, ut Hugonem cum adhærente ei episcopo penitus extirpare festines. Alter episcopus ejectus est, & bona ejus fisco addicta sunt: vixque perpetuam regiæ voluntati promittens obedientiam restitutus est. Hugo vero videns appropinquantes milites jussit, ut pulsatis campanis, in omnibus parochiis denunciarentur excommunicati. Illi divinitus territi discessere. Timebant enim ne in satanæ potestatem traderentur, morteque reproba præfocati perirent, sicut pluribus jam evenerat, quos sanctus episcopus anathemate percusserat.

Roger.

Hugo postea timens ne Rex in gregem suum sæviret, ipsum constanter adit, reperit Missam audientem, accedit dicens, da mihi osculum: quod cum negaret, eum fortiter trahens per clamydem, debitum extorsit, subridens enim Rex eum deoscultus est, stupentibus omnibus. Rex videns ejus constantiam, & quod spreto loco episcopis assignato, juxta altare humiliter se submisisset, ut immortalem Regem liberius adoraret, eum ex animo venerari cœpit. Finita Missa, Regem post altare deductum sic alloquitur: Quomodo se habet conscientia tua? parochiæ nostræ es, & tremendo judici pro te rationem reddituri sumus. Cui Rex: Bene mihi conscius sum. At eum Hugo sic coarguit: Numquid quotidie pauperes opprimis, exactiones graves imponere non formidas? aliaque multa subjecit, quibus Rex territus veniam postulavit, & promisit emendationem. Hugo post hæc coram omnibus Regi dixit, quod cum pastor esset, in gravamen ovium suarum consentire neutiquam debuerit. Rex non ægre tulit, & conversus ad suos dixit: Si omnes episcopi tales essent, nihil adversus eos possent Principes. Christi An. 1194. Ibid.

Hugo in Angliam reversus, dum religiosas domos suæ diœcesis visitat, venit ad abbatiam sanctimonialium de Godelone: intrans in ecclesiam, ut oraret, vidit tumbam in medio chori sericis pannis velatam, lampadibus & cereis circumdatam: quæsivit cujus esset. Dictum est, esse Rosamundæ, quæ fuerat pellex regis Henrici II. qui pro amore illius multa bona fecerat huic ecclesiæ. Episcopus dixit: Tollite eam hinc, quia scortum fuit, & sepelite eam extra ecclesiam cum cæteris, ne Christiana religio vilescat; & ut exemplo illius cæteræ mulieres exterritæ caveant ab adulterinis concubitibus. Et factum est. A Romanis Pontificibus sæpe petiit, ut solutus episcopali cura viveret, quod numquam obtinuit: quin imo gravissima totius provinciæ negotia ei delegarunt: singularem namque a Domino gratiam acceperat discernendi justum ab injusto, ita ut eum admirarentur peritissimi juris consulti. Ibid.

XXXVII. Richardus rex nuncios ad Cælestinum Papam misit postulans, ut ejus jussu dux Leopoldus obsides, quos ei dederat, liberos dimitteret, & pecuniam, quam ab eo receperat, redderet. Papa ducem excommunicavit, ejusque terram subjecit interdicto. Dux promisit satisfactionem. Itaque Papa scripsit Veronensi episcopo. Præcipimus, ut a duce Austriæ juramentum recipias, cum alia cautione, quam expedire noveris, quod mandatis nostris .... per omnia sine fraude parebit. Quo recepto, in ejus virtute illi præcipias, ut obsides regis Anglorum absolvat; conditiones omnes, quas ab ipso exegit, relaxet: & oblata sibi per eum, & suos, quæ de ipsius Regis iniqua redemptione percepit, restituens, eosdem obsides faciat cum securitate ad propria remeare, neque amodo talia attentet. His demum rite completis & peractis, ei & suis absolutionis munus impendas, & interdictum relaxes: Duci tamen & suis præcipias, quod quam citius poterunt ad partes Jerosolymitanas accedant, & tanto tempore moram in Christi servitio faciant, quanto Richardus rex in captione dignoscitur extitisse. Quod si non obtemperaverint, ipsum & suos in eamdem excommunicationis sententiam, appellatione remota, reducas. Datum Romæ, apud S. Petrum, octavo Idus Junii, pontificatus nostri anno quarto. Matth. Paris. *Austriæ ducis excommunic* Radulph. de Dicet. p. 675.

Leopoldus dux, instigante avaritia, hanc sententiam superbe derisit. Sed Deus eum flagellavit, ejus urbes igne consumptæ sunt: Danubius inundavit terras adjacentes, & decem hominum millia periere: semina frugum præ ariditate in vermes conversa sunt, & nobiliores terræ suæ mortalitate percussi. Sed induratum est cor ejus; & juravit, quod Angliæ regis obsides interficeret, nisi quamprimum promissam solveret pecuniam. Sed die vigesima sexta Decembris ejusdem anni, dum in campo cum suis militibus luderet, equus ejus decidens, pedem ipsi cum tibia sic comminuit, ut ossa hinc inde confracta rupta cute exterius prominerent. Medici sequenti die pedem ejus denigratum invenerunt, nec remedium inveniebant. Dux igitur dolabrum apponens suæ tibiæ, cubiculario jussit, ut mallei percussione dolabrum impelleret, itaque sibi tibiam abscidit. Medici medicamentis appositis eum sequenti die visitarunt, & mortem proximam ei denuntiavere. Desperatus, accitis episcopis a vinculo excommunicationis absolvi petit: Re- Bromt. Chron. *Austriæ dux a Deo flagellatus resipiscit.* Roger. Bromt.

Christi An. 1194. Respondent, quod nullatenus possit absolvi, nisi sub juratoria cautione, quod super injuriis Richardo regi irrogatis ecclesiæ judicio staret. Hac cautione præstita munus absolutionis promeruit: & mox præcepit regis Anglorum obsides liberari: Verum, cum ingravescente morbo, expiraret, filius patris promissa perficere nolebat, donec per cleri zelum consternatus obsides relaxavit, & quatuor millia marcarum eis dedit, quas Regi reportarent: sed propter viarum pericula hanc pecuniam non recepere.

Willel. Armoric. XXXVIII. Albertus patriarcha Hierosolymitanus eodem anno mortuus est. Michael decanus Parisiensis, vir theologus & sanctus in patriarcham Hierosolymorum electus est: sed antequam illuc iter arriperet factus est archiepiscopus Senonensis, & Guidoni ante annum defuncto successit. Monachus vero in Florentina diœcesi natus Hierosolymitana sede donatus est, quam per novem annos administravit. Saladinus Soldanus Damasci mense Martio præcedentis anni mortuus est. Ante mortem jusserat, ut signifer ejus portans sudarium suum super lanceam clamaret: Rex totius Orientis, nihil amplius de suis omnibus secum portat. Duo ejus filii & frater, regni portionem occupantes, bellum civile concitarunt, dum quisque partem alterius armis sibi vindicare tentat: Christiani tamen quod perdiderant, recuperare non potuerunt, imo terra, quam tenebant, mansit fere habitatoribus destituta. Cœlestinus his cognitis, Christianos principes ad bellum sacrum adhortatus, legatos misit in Franciam, ubi multi crucem susceperunt. Episcopis etiam præcepit, ut ad hanc expeditionem cogerent eos, qui assumpta cruce votum necdum impleverant: qui morbo, vel aliis gravioribus negotiis detinerentur, militem eo suis sumptibus mitterent.

Nang. Chron.

Chron. Aquic.

Constantinopoli patriarchæ pro libitu Imperatoris frequenter dejiciebantur. Nicetam Muntanum, quem Basilio Camatero suffecerat Isaacius Angelus, non multo post invitum expulit, causatus ejus senium & delirium. Ei Leontium monachum substituit, publice jurejurando testatus, a beata Dei Genitrice noctu sibi esse demonstratum. Eo tamen post septem menses repudiato, Dositheum Jerosolymorum patriarcham ad hanc sedem transferre voluit. Hanc translationem cum canones non permitterent, Theodorum Balsamonem Antiochiæ episcopum Græcum titularem juris consultissimum astu circumvenit. Privatim cum eo dolorem simulat, quod vix aliqui tanta sede digni reperirentur: indicat se cogitasse eum ad hunc patriarchatum promovere, sed canonibus fuisse deterritum. Tum rogat num forte translatio locum habere posset? Theodorus ab omnibus approbandam affirmat. Postridie episcopos convocat Imperator, & translationem literis suis confirmat, & Dositheum transfert Constantinopolim. Primarii sacerdotes, qui se deceptos videbant, obstupefacti, cum risum omnium ferre non possent, extraordinaria conventicula instituunt, alienæ sedis invasorem declarant Dositheum, & dejiciunt. Imperator ignominiam non ferens, abrogatione sublata, Dositheum omnibus invisum denuo confirmatum per satellites & palatinos in sacram ædem deducit. At rursum ejectus utramque sedem perdidit: Georgius vero Xiphilinus magnus vasorum custos patriarcha designatur. Imperatores Græci, ut ex his liquet, aliquos e subditis suis designabant, qui patriarcharum Antiochiæ & Jerosolymorum titulum haberent, non item Alexandriæ, ubi Melchitarum patriarcharum successio perseverabat, alias vero sedes Orientis Latini jam ab octoginta annis possidebant.

Theodori Balsamonis opera. Theodorus Balsamon Xiphilino patriarchæ nuncupavit suum commentarium in Photii Nomocanonem & in canones Apostolorum, æcumenicorum & particularium conciliorum, & in epistolas canonicas SS. Gregorii & Basilii, quod jussu Manuelis Imperatoris & Michaelis Anchiali patriarchæ Constantinopoli a pluribus annis inchoaverat. In eo opere Latinam ecclesiam, quantum potest, infamat: maxime tamen, ut ait Allatius, execrabilia evomuit cum de patriarcharum privilegiis egit: & in responsionibus ad Marcum patriarcham Alexandrinum. Ut autem quivis facile intelligat, quam parum accurata fuerit ejus eruditio: Scribit: Sylvestrum Papam a Constantino Imperatore primum fuisse designatum Romanum Pontificem; S. Andream a sancto Petro consecratum Thraciæ episcopum: primum concilium œcumenicum Constantinopolitanæ ecclesiæ concessisse veteris Romæ privilegia; Romanum Pontificem a corpore ecclesiæ fuisse segregatum, sed quandonam, a quibus, quove decreto, non indicat, sed tanquam certum, ut alia multa supponit: ut legitimam, laudat donationem, quæ Romanæ Ecclesiæ facta sub Constantini nomine circumferebatur, quamvis illius non meminerit Photius, licet ejus ætate non ignoraretur.

Allat. l. 2. de consens. orient. & occident. c. 13.

Christi An. 1195.

Isaacius Angelus anno millesimo centesimo nonagesimo quinto, postquam imperasset annos novem & menses octo, ab Alexio fratre Imperio & oculis privatus est, nondum annos quadraginta natus, & palatino carcere inclusus, nec quicquam præter vini & panis demensum, ut homo plebejus ruri degens, accepit. Alexius Angelus gentilitio nomine repudiato, Comneni nomen assumpsit. Nicet.

XXXIX. Hubertum Cantuariensem archiepiscopum eodem anno Papa legatum suum in Anglia, Rex vero magnum justitiarium instituit. Ille ut legatus Eboracum venit, die undecima Junii, & cum solemni processione susceptus est a clero, & introductus in ecclesiam cathedralem; sequenti die fecit teneri Assisas de omnibus placitis coronæ Regis, ipse vero & officiales sui tenuerunt placita christiana, id est, judicium de rebus ecclesiasticis habuit. Die tertia perrexit ad abbatiam sanctæ Mariæ Eboraci, receptus a monachis cum solemni processione: eorum capitulum intravit, & conquerentibus monachis: quod Robertus abbas propter debilitatem, & corporis sui ægritudinem, domui suæ prodesse non posset, depositi a cura pastorali, & ab administratione domus reclamantem, & ad Papam appellantem. *Eboracens. Synodus.* Concil. tom. 6. Hard.

Sequentibus duobus diebus, congregatis in ecclesia sancti Petri Eboraci Simone ejusdem ecclesiæ decano, quatuor archidiaconis, cancellario, & præposito Beverlaci, cum quibusdam canonicis, fere omnibus abbatibus, prioribus, officialibus, & decanis, legatus in eminentiore loco sedit, & concilium celebravit, editis duodecim canonibus. "Primus statuit, ut Missa devote, & reverenter celebretur, & sacerdos in habitu clericali sacram hostiam ægris deferat, lumine præcedente. Secundus ut canon Missæ cum omni diligentia juxta probatum exemplar describatur in singulis ecclesiis. Tertius vetat, ne sacerdos pro celebratione Missarum pretio constituto pactum ineat, sed hoc duntaxat, quod offertur in Missa recipiat. Quartus, ubi puer, cujus baptisma ignoratur, reperitur, expositus sive cum sale, sive sine sale, baptizetur: cum non intelligatur iteratum quod nescitur fuisse collatum . . . . . statuitur etiam ut non nisi gravi urgente necessitate diaconus baptizet, vel corpus Christi cuiquam eroget, vel pœnitentiam confitenti imponat. Id est, publice pœnitenti declaret satisfactionem, quam agere debet, priusquam per absolutionem reconcilietur. Sextus statuit, ut clerici tonsuram habeant & coronam, quam si habere contempserint, ad hoc beneficiorum privatione cogantur. Qui beneficia non habent, per archidiaconum vel decanos tondeantur inviti. Septimus jubet, ut in causis ecclesiasticis gratis exhibeatur justitia. Octavus, ut decimæ (quæ ex præcepto Domini debitæ dicuntur) non imminuantur . . . Duodecimus prohibet, ne sacerdotes habeant focarias, seu concubinas, in domibus suis, nec ad ejectas accessum in domibus alienis; si vero in turpitudine sua perstiterint, & hoc decani dissimulantes, ad notitiam prælatorum suorum non detulerint, ab officio suspendantur. Pœna autem eorum qui publice focarias tenebant, hæc statuitur: ut tanquam infames ab aliorum accusatione, & a testimonio repellantur: si nec hujus pœnæ metu resipuerint, ab officio & beneficio se noverint suspendendos. Demum hujus infamiæ suspectis purgatio canonica indicitur, si aliter convinci non potuerint. Ibid.

Gaufredus Eboracensis die præstito Romam non venit. Instantibus ejus adversariis, ut damnaretur: ipsius clerici eum excusarunt, quod a fratre Rege prohibitus non venisset, ob insalubres æstatis calores. Papa hac accepta satisfactione, quæ post appellationem adversus eum decreta fuerant, irritavit, jussitque, ut intra octavam S. Martini se suæ audientiæ præsentaret. Cum autem ne tunc quidem comparuisset: ejus adversarii Hugonem Lincolnensem rogarunt, ut suspensionis sententiam adversus eum daret: quod ille se facturum negavit. Itaque querelas ad Papam deferunt. Cœlestinus cum adhuc per mensem frustra expectasset ejus adventum, Gaufredum ab usu pallii, & episcopalis officii executione, administratione quoque tam spiritualium quam temporalium, & be- Roger. Cœlestin. P. ep. 11. Concil. tom. 6. ed. Hard.

Christi An 1195. & beneficiorum perceptione suspendit, idque Simoni decano Eboracensi significavit, eique indulsit, ut cum consilio canonicorum, clericorum Eboracensis diœcesis excessus corrigere valeat, & querelantium tam clericorum, quam laicorum ejusdem diœcesis controversias, quæ judicio exigunt ecclesiastico terminari, canonice definire, appellatione remota . . . . donec eidem ecclesiæ aliter fuerit a sua sollicitudine provisum.

Ibid. ep. 13. Lincolnensi episcopo Papa mandavit, ut eum per omnes ecclesias Eboracensis diœcesis suspensum publice nuntiaret; omnibusque clericis & laicis ejusdem provinciæ ex parte sua firmius injungeret, ne ipsi archiepiscopo vel officialibus ejus in temporalibus vel spiritualibus respondere præsumerent, donec de ipso aliud duxerit statuendum. Demum revocans suas priores literas, confirmat ea, quæ prius adversus eumdem episcopum gesserat Lincolnensis, cui insuper præcipit, ut accedens ad Eboracensem ecclesiam novam faciat inquisitionem, & canonicis ablata restituat. Ad hæc, inquit, injungimus, quatenus sententiam excommunicationis in quosdam canonicos, vicarios, & servientes canonicorum Eboracensis ecclesiæ, ab eodem archiepiscopo, post appellationem ad nos interpositam, promulgatam, irritam judicetis penitus & inanem: ita tamen, ut eosdem ad majorem cautelam authoritate Apostolicæ sedis absolvatis. En primum exemplum ejusmodi absolutionis ad cautelam. Hæ literæ datæ sunt decimo Kalendas Januarii, anno sui pontificatus quinto, id est millesimo centesimo nonagesimo quinto.

Roger. Rudolphus clericus archiepiscopi Eboracensis Romæ ad mortem ægrotans publice confessus est, se multa falsa scripta nomine Romanæ ecclesiæ misisse in Angliam. Quapropter Cœlestinus Papa literas dedit ad Cantuariensem archiepiscopum, ut diligenter ejusmodi literas inquireret. Hubertus Cantuariensis clericum has deferentem Londini deprehendit; venenum simul habebat, quo Simonem decanum Eboracensem & quosdam canonicos enecaret: clericus in carcerem conjectus est, venenum publice igne consumptum. Hujusce sceleris Gaufredum Eboracensem accusarunt ejus adversarii.

Joan. de Ceccan. Chron. XL. Italia variis belli tumultibus agitabatur, quos ut sedaret Cœlestinus Papa, Ægidium diaconum cardinalem misit, ut Constantiæ Imperatricis libertatem obtineret, qui eam reduxit, & Papa Imperatori in Alemanniam honorifice remisit. Sed non multo post Anonym. Cassin. Rogerius Tancredi Siciliæ regis filius natu major obiit, post quem & ipse coronato filio suo Willelmo decessit. Imperator, quem Willelmus II. Siciliæ rex sine liberis moriens hæredem designaverat, his cognitis, exercitu collecto, mense Junio anni millesimi centesimi nonagesimi quinti Italiam ingreditur. Pisani & Genuenses navalem ei mittunt exercitum; sic brevi Neapolim & alias ejusdem regni urbes & castella recipit, Salernum resistentem expugnat: & quoniam Imperatricem Tancredo tradiderant, urbem militibus diripiendam dedit: habitatores partim gladio, partim carcere, nonnullos exilio damnavit, rebus eorum publicatis. Postea Pharum navibus præteriens Messanam recepit, totamque Siciliam. Uxor Tancredi Regis cum parvulo filio suo Willelmo fugit ad locum munitum, quem cum Imperator per vim obtinere non posset, reginæ comitatum Licii, ejusque filio principatum Tarenti promittit. Regina conditione accepta cum filio venit ad ejus pedes. Imperator die Natalis Domini Panormi generalem curiam habuit, & præfatam Reginam, filium ejus, complures præsules & comites regni, quibus proditionis notam imponebat ostensis quibusdam literis, quas eorum conspiratione adversus se factas dicebat, in vincula conjecit. Constantia Imperatrix eodem mense filium peperit in civitate Marchiæ Anconitanæ, nomine Fridericum. Imperator in Germaniam rediens secum deduxit Sibillam reginam & filium ejus Willelmum, quem oculis orbavit, utrumque in perpetua custodia detinuit: indigne in multos alios sæviit. Hic fuit exitus regni Normannorum in Sicilia, quod Rogerius comes ante centum annos Saracenis eripuerat.

Henricus Imperat. Siciliam occupat.

Saracen. victoria. Roderic. l. 7. c. 29. XLI. In Hispania Saraceni extitere victores. Alphonsus VIII. Castellæ rex pacem cum eis fregit, consilio Marini Archiepiscopi Toletani, qui cum esset præfectus ejus exercitus, magna strages edidit in Andalusia: & ita infideles persecutus est, ut coacti fuerint a Jacobo Almohadum in Africa & Hispania Imperatore, qui Marochi degebat, auxilium postulare. Eidem superbas literas scripsit Alphonsus, ad certamen provocans: his exasperatus cum ingentibus copiis in Hispaniam trajecit. Alphonsus collectis copiis occurrit decimo quinto Kalendas Augusti ad Alaricum oppidum prope Calatravam; succubuit exercitus christianus, Rex vix suorum industria servatus est, licet ipse mori potius eligeret. Hac clade sic attriti sunt Christiani, ut Jacob universam Hispaniam sibi subjicere facile potuisset. Sed Alphonso regi sui colligendi, & ad defensionem accingendi facultatem reliquit: sic victoriæ fructum perdidit. Christi An. 1195.

Synodus. Concil. tom. 6. ed. Hard. tom. 10. Lab. Cælestinus Papa hac clade cognita, Magistrum Michaelem Ecclesiæ Romanæ notarium misit legatum, ut Hispanis procuraret auxilium. Is mense Decembri ejusdem anni millesimi centesimi nonagesimi quinti synodum celebravit, & de omnium assensu constituit: ut pax sive treuga, quemadmodum fuerat constituta, in tota Narbonensi provincia servaretur: si quis eam violaret, ejus terra subjaceret interdicto, & subditi a sacramento fidelitatis absolverentur, donec satisfaceret. Aragonenses, eorumque turmas, piratas, illos, qui arma, vel lignamina navium Saracenis deferunt, sub anathemate posuit. Præcepit ut Narbonensis episcopus ejusque suffraganei, omnes, qui prædictas turmas receperint, vel defenderint, aut eis vendere, ab eis emere, vel eorum equos ferrare præsumpserint, singulis diebus Dominicis excommunicarent. Decrevit etiam, ut si quis illorum, qui in Hispaniam irent, juramento teneretur astrictus ad usuras exsolvendas, censura ecclesiastica cogerentur illi, qui juramentum exegerunt, eum absolvere. Vetuit, ne quis novas pedagiorum exactiones statueret, aut statutas tenere, aut veteres augmentare ullo modo præsumeret: si quis autem contra hoc feciisset, communione careret Christiana. Principes deinceps contra ejusmodi decreta reclamarunt. Judæos & Gentiles, qui ad fidem converterentur, recepit sub protectione Ecclesiæ, & sub excommunicatione districte prohibuit, ne quis eos, aut bona eorum aliqua temeritate perturbaret.

Ibid. Constituit ut usurarii manifesti, si laici fuerint, ad communionem non admittantur altaris, oblationem eorum nullus recipiat: nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, recipiant sepulturam. Si vero clerici fuerint, suspensionem ecclesiastici officii patiantur. Plerique nunc usuræ notiones & definitiones sic immutarunt, ac novos induxere titulos, ut omnes fere qui mutuantur, & amplius accipiunt, non reputent se usurarios, & Molinæi Calviniste opinio etiam apud multos catholicos invaluit, scilicet eos tantum usuræ criminis esse reos, qui amplius ultra sortem recipiunt, quam quod taxavit lex principis; imo multis in locis ne hoc quidem observatur. Sic divinæ leges, cum humanis rationibus exponuntur, sensim evacuantur.

Ibid. Vestium modestiam, & mensæ frugalitatem clericis commendavit, & quæ Gregorius VIII. circa morum eorum reformationem in Parisiensi synodo statuerat, innovavit. "Cum enim, inquit, Dominus in amissione Jerosolymitanæ terræ, & invasione partis Hispaniæ, totam Christianitatem duplici contritione contriverit, non nisi per emendationem vitæ nostræ in iis & aliis dignabitur misereri.„ Confirmavit sententiam excommunicationis datam adversus eos, qui Lodowensem episcopum ceperant, & usque ad redemptionem male tractarant, eorumque terram subjecit interdicto, donec satisfacerent. Addidit tamen: Quia in Narbonensi provincia sunt hæretici, sit in consilio episcoporum, qualiter superius statuta interdicta debeant promulgari: ne occasione generalis & longioris interdicti, hæreticis occasio pateat ad simplices catholicæ fidei supplantandos. Haud dubie cognitum est experientia, quod occasione generalium & diuturnorum interdictorum sequatur morum corruptio, quæ deducit ad hæresim.

Legati pro causa divortii Philippi regis. Concil. tom. 6. ed. Hard. XLII. Cælestinus Papa inductus precibus Danorum Regis, cujus sororem repudiaverat Philippus Francorum rex, legatos misit in Franciam, Melchiorem presbyterum cardinalem, & Centium subdiaconum, qui Parisios venientes, convocarunt concilium omnium episcoporum & abbatum. In eo tractaverunt de reformando matrimonio inter Philippum regem & uxorem ejus Ingeburgem: sed sibi timentes (eos quippe Rex male receperat) loqui, uti decebat, non ausi sunt; itaque nihil ad perfectum deduxerunt. Post eorum reditum Cælestinus Papa ad Michaelem Senonensem archiepiscopum literas dedit. In iis postquam variis scripturæ testimoniis probavit, quam sancta sint & inviolata jura matrimonii, adeo ut homo separare non possit quod Deus conjunxit, hæc subjungit. "Præterea non est a temeritatis vitio alienum, quod in tam arduo & difficili negotio

Radulph. de Dicet. p. 681.

CHRISTI AN. 1195. negotio non fuit cura ſedis Apoſtolicæ requiſita, per quam vel ipſum canonice finiretur, vel committeretur aliquibus, qui idem ſervato juris ordine ſecundum ſtatuta canonica terminarent. Hic revera contra SS. Patrum veneranda concilia proceſſum eſt manifeſte, qui majores & difficiliores quæſtiones ab univerſis ad ſedem Apoſtolicam cenſuerunt debere referri. Quod uſque in hodiernum diem non ſolum a Gallicana eccleſia, præterquam in præſenti negotio, verum etiam a longe remotioribus, devotiſſime obſervatur ... Verum prælati eccleſiæ, qui huic rei favorem aut conſilium præbuerunt, ſaltem metu pœnæ debuerunt ab ejuſmodi abſtinere, & illud ſpecialiter ſollicita mente revolvere, quod in ſacris canonibus de Theugaldo Trevirenſi, & Guntaro Colonienſi archiepiſcopis legitur, qui depoſitionis ſententia meruere percelli, pro eo quod in matrimoniali cauſa Lotharii regis & Tebergæ uxoris ejus, normam æquitatis nequiter temerantes, ſanctiones canonicas exceſſerunt. Quod hic fuerit æque vel magis exceſſum, ex ipſa rei evidentia demonſtratur. Quod matrimonium legitime celebratum eſt, & poſtquam coronata eſt, Regi matrimonialiter copulata, & etiam cognita, ſicut fertur, nihil debuit contra ipſam indefenſam & ignorantem, quid penitus ageretur, tam inordinabiliter a quolibet attentari. Nos Regem Catholicum ... per Cencium legatum noſtrum, & literas noſtras rogavimus ... & attentius fuimus exhortati, ac ei in remiſſionem injunximus peccatorum... ut dum tempus haberet, de animæ ſuæ ſalute eſſet ſollicitus, & uxorem ſuam maritali affectione tractaret ... ſed idem Rex legatum & literas noſtras devotione, qua decuit, ſicut accepimus, non recepit ... Nos volentes, ut ſuæ animæ diſpendium non incurrat, & publicum inſtrumentum ſuper Genealogia, ex parte venerabilium fratrum noſtrorum Lundenſis archiepiſcopi, & ſuffraganeorum ejus, nobis tranſmiſſum, & famam publicam attendentes, ſententiam illam divortii contra ordinem juris prolatam, de fratrum noſtrorum conſilio caſſantes, & penitus irritantes, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus ſi ſupradictus Rex ſuæ conditionis oblitus, ea vivente aliquam ſuperducere forte voluerit, vos authoritate freti Apoſtolica id eidem inhibere firmiter procuretis. Datum Laterani, tertio Idus Martii, pontificatus noſtri anno quinto, „ id eſt, anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto.

Papa caſſat ſententiam divortii prolatam ab epiſcopis.

CHRISTI AN. 1196.

Philippus rex, non obſtante Cæleſtini Papæ prohibitione, menſe Junio ejuſdem anni duxit uxorem nomine Mariam filiam ducis Meraniæ & Bohemiæ. Ingeburga regina de ea re ſic conqueſta eſt apud Cæleſtinum Pontificem. Jam triennium eſt elapſum, quod rex Franciæ me in ætate nubili deſponſavit, & mihi debitum reddidit maritale. Poſtmodum vero inſtigatione diabolica, & quorumdam maleficioſorum principum perſuaſione filiam ducis S. ſuperinduxit, & retinet pro uxore: me vero in quodam caſtello incarcerari præcepit, ubi ſic proſcripta dego, quod ad cœlos levare oculos non audeo, neque poſſum ... Proh dolor! ſpernere veſtræ Sanctitatis literas non formidat, audire cardinalium juſſa recuſat, archiepiſcoporum & epiſcoporum dicta contemnit ... Unde niſi veſtra miſericordia mihi miſereri dignetur, morti ſuccumbam in proximo temporali. Rex Mariam adhuc per quinque annos retinuit: nec ullum extat indicium, Cæleſtinum ulterius allaboraſſe, ut eum ad primum matrimonium revocaret.

Rigord.

Baluz. tom 1. Miſcel.

XLIII. Mauricius venerandæ memoriæ Pariſiorum epiſcopus, pater pauperum & orphanorum, feliciter migravit ad Dominum, die undecimo Septembris ejuſdem anni. Hic inter innumera bona, quæ fecit, quatuor abbatias fundavit, & propriis ſumptibus devotiſſime dotavit, eccleſiamque ſuam a fundamentis extruxit, quod eximium ædificium etiamnum perſeverat. Moriens quidquid habuit, pauperibus erogavit: Et quia reſurrectionem corporum, de qua multos peritos tempore ſuo hæſitantes audierat, firmiſſime credebat, cupiens illos ab incredulitate ſua etiam moriens revocare, rotulum ſcribi mandavit, hæc verba ſcripturæ continentem: (Credo, quod redemptor meus vivit, & in noviſſima die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Salvatorem meum: quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.) Hanc rotulam in extremis agens ſuper pectus ſuum extenſam a fidelibus ſuis & familiaribus poni præcepit, ut omnes viri literati ad ejus ſepulturam convenientes, & hanc ſanctam ſcripturam legentes, firmiſſime communem omnium corporum reſurrectionem crederent. Ei ſucceſſit Odo natione Soliacenſis, frater Henrici Bituricenſis epiſcopi, longe a prædeceſſore moribus & vita diſſimilis. Ejus tamen vitæ rationem ante epiſcopatum multum laudat Petrus Bleſenſis: conſtitutiones ſynodicas edidit, quæ potiſſimum ſpectant legitimam & reverentem ſacramentorum adminiſtrationem. Pleraque ex præcedentibus ſynodis deſumpta ſunt.

Rigord. p. 40 *Mauricii Pariſienſis epiſcopi pietas.*

Job. 19.

CHRISTI AN. 1196. ep. 126.

Philippus Bellovacenſis epiſcopus magis bellicoſus, quam religioſus; cum Joannes Richardi regis Angliæ frater ejus urbem inſultaret cum exercitu, ſumptis armis adverſus eum exiit: ſed die decima nona Maji ejuſdem anni captus & vinctus regi Anglorum oblatus eſt: Et cum in vinculis durius, quam epiſcopum decebat, tractaretur, interpellavit per ſuos ſummum Pontificem, ut eccleſiaſtici vigoris inſtantia liberaretur, accuſavitque Joannem comitem, quod cum Brabantiis excommunicatis eccleſiæ ſuæ agros invaſiſſet. Sed ei Papa reſpondit: improperans quod ſæcularem militiam eccleſiaſticæ prætuliſſet, epiſcopales veſtes commutans armis militaribus, negavitque ſe pro eo ſic capto quidquam regi Anglorum imperaturum, ſed tantum pro ejus liberatione ſupplicaturum. Sed cum Regi ſcripſiſſet, ut fratrem ſuum chariſſimum Beluacenſem epiſcopum e carcere dimitteret, Rex ad eum miſit loricam epiſcopi, ſcribens Papæ: Vide, ſi tunica fratris tui ſit, an non. Epiſcopus tandem rebus pace compoſitis poſt ſex annos libertati reſtitutus eſt.

Philippus Bellovac. in bello captus. Roger. Bromt. Chron.

Roger. Nang.

XLIV. Germanorum tres exercitus diverſis itineribus in Palæſtinam profecti ſunt. Primum quidem Saracenos bis acie vicerunt, ſed ortis magnis diſſenſionibus inter ipſos & templi equites, quos proditionis accuſabant; Berytum recuperarunt, & Joppen perdiderunt. Demum cum ipſum Henricum Jeroſolymorum regem ſuſpectum haberent, quia cum templariis adverſus eos conſpiraſſe dicebatur, in patriam reverſi ſunt. Conradus Moguntinus archiepiſcopus Imperatoris Henrici nomine Leonem Armeniæ regem coronavit, ejuſque nepotem, nomine Rupinum baptizavit. Henricus Campaniæ comes & Hieroſolymorum rex titularis, non multo poſt de feneſtra ſui palatii cadens mortuus eſt. Iſabellam ejus uxorem, ad quam regnum pertinebat, accepit Aymericus Cypri rex: Guidoni enim de Luſignano fratri ſuo ſucceſſerat.

Imperatoris Henr. mors. Roger.

Henricus Imperator omnibus, etiam uxori ſuæ, exoſus propter nimiam crudelitatem erga Siciliæ optimates, quorum plures diverſis ſuppliciis interfecerat, in morbum incidit, non ſine gravi ſuſpicione propinati ab uxore veneni: tunc miſit Savanum Bathonienſem epiſcopum ad Richardum Angliæ regem, eique obtulit recompenſationem pecuniæ, quam ab eo receperat pro redemptione ſua, ſed ante ejus reditum die vigeſima octava Septembris anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, Imperii ſui ſeptimo, apud Meſſanam obiit, excommunicatus ob captum regem Angliæ, ac retentem redemptionis ejus pretium: quapropter Meſſanenſis archiepiſcopus ad Papam venit, ut corpus Imperatoris ſepeliretur, & Fridericus ejus filius Siciliæ rex coronaretur. Papa conceſſit ſepulturam, ſi Richardo regi redderetur pecunia, regnum autem Siciliæ Friderico, numeratis mille argenti marchis ipſi Pontifici, & totidem cardinalibus; exactoque juramento ab Imperatrice; tactis ſacroſanctis Evangeliis, quod Fridericus natus ſit legitimo matrimonio ex ipſa & Henrico Imperatore, qui teſtamento mandaverat filio, ut Angliæ regi pecuniam reſtitueret, & niſi faceret, per ſedem Apoſtolicam cogeretur; Eccleſiæque Romanæ reddi juſſerat omnia jura, quæ Siciliæ reges dare conſueviſſent. Philippum Sueviæ ducem, Henrici fratrem, ejusque filii triennalis tutorem, Germaniæ & Romanorum regem elegere ſuperior Germania, Apulia, & Sicilia: Ottonem vero Saxoniæ ducem elegere principes inferioris Germaniæ. Hinc orta eſt in Eccleſia & Imperio magna diſſenſio.

CHRISTI AN. 1197.

Innoc. P. 3. ep. 130.

Arnold. *Septentrion. Eccleſiarum ſtatus.*

XLV. Bertholdus, qui Meinardo Rigenſi epiſcopo ſucceſſerat, eodem anno a Gentilibus occiſus eſt. Cæleſtinus Papa indulſerat, ut quicumque in Livoniam pergeret ad vires Gentilium deprimendas, non minorem peccatorum remiſſionem conſequeretur, quam ſi Hieroſolymam proficiſceretur. Hinc factus eſt in tota Saxonia, & Weſtphalia prælatorum, clericorum, & militum conventus plurimus, qui Lubecæ comparatis navibus, armis & victualibus, Livoniam uſque pervenerunt. Bertholdus hunc exercitum cum duceret adverſus infideles, Chriſti cultoribus inſidiantes, in manus impiorum cum duobus tantum devolvitur, & ab iis occiditur. Poſt biduum ejus corpus incorruptum repertum & Rigæ ſepultum eſt, quamvis aliorum cadavera computruiſſent.

Albertus

CHRISTI AN. 1197. Albertus Bremensis canonicus in sedem ejus sublimatus, cum multos parentes & amicos haberet, multos etiam in vinea Domini cooperatores habuit. Ipsum sequebantur militum manus copiosæ. Cumque frequenter exercitum duceret contra Crucis inimicos, non solum Livones, sed & alias barbaras gentes sibi subjecit, & ab eis obsides accepit. Multi etiam voto continentiæ concepto, soli Deo militare statuerunt, & omnibus relictis, Christi militiæ se dediderunt: professionis suæ signum in forma gladii, quo pro Deo certarent, in suis vestibus præferebant. Sed cum hostes intus & foris succrescerent, se magno Teutonicorum ordini per Prussiam conjunxerunt: quod illis prospere cessit.

Ibid. *Ensiferor. ordo.*

Hecmold Chron. Berno primus Suerinensis Episcopus in ducatu Meckelburgensi, circa idem tempus mortuus est. Ab infidelibus alapas & colaphos pertulit, frequenter ludibrio habitus, ut ad sacrificia dæmonum cogeretur. Sed per Christum confortatus, super omnes, qui ante ipsum fuerant, duritiem Sclavicam perdomuit, & erga Dei cultum, relictis superstitionibus idololatriæ, humiliatis cervicibus promptissimos fecit: pacem in omni terra Sclavorum firmavit; prohibita sunt latrocinia, ut exerceri libere jam possent mercatorum commercia. Præsidente Racesburgi Episcopo Evomordo, Lubecæ vero Conrado: hi duo cum Bernone, Ecclesias, quas Henricus Saxoniæ Dux instituerat, Domino incrementum dante, doctrina plantare, & opere irrigare, instantissime satagebant: Bernardus ejusdem Ecclesiæ decanus post Bernonis decessum pontificali honore sublimatus est.

Bernold. l. 4 c. 24.

Viri docti Petrus cantor, sic dictus a dignitate, quam in Ecclesia cathedrali Parisiensi gerebat, vita & scientia clarus, eodem anno apud cœnobium Longi Pontis obiit. Multa scripsit, quæ in variis bibliothecis manuscripta servantur: sola ejus summa typis edita est. Willelmus Neubrigensis, canonicus regularis S. Augustini, in provincia Eboracensi natus, hoc anno historiæ suæ finem imposuit. Radulphus de Diceto Archidiaconus Londonienſis suam terminavit ante annum sequentem, quo Joannes Bromptonus, Abbas Jornalensis; & Gervasius monachus Cantuarienſis chronica sua absolverunt: nec non Averroes Arabs Cordubæ natus paraphrasim in Aristotelem de partibus & generatione animalium edidit: Tanta fuit ejus fama, ut Melchior Canus non immerito scripserit: superiori sæculo, & paucis anterioribus, oraculi loco erat Averroes in scholis, præsertim in Italia; quæ occasio fuit magnorum in illis oris errorum, & inutilis diligentiæ, qua aliqui non minus operæ in pervolutando Averroe collocabant, quam in sacris literis ponunt, qui his maxime delectantur. Nunc Averroes in scholis omnino jacet.

l. 10. c. 3.

S. Homob. XLVI. S. Homobonus Cremonensis civis circa idem tempus migravit ad Deum: Mercaturam exercens pie vixit in matrimonio. Sed brevi contemptis terrenis divitiis thesauros in cœlum congerere constituit, & pecuniam suam pauperibus erogare cœpit, exercens se in operibus misericordiæ. Hinc pauperum & afflictorum pater dictus est. Uxor non ferens hanc liberalitatem, graviter eum objurgabat, non sine conviciis: cui benigne respondebat, ea non amitti, quæ darentur pauperibus; cum nusquam melius collocentur, siquidem Christo fœnori dentur; qui in præsenti centuplum, & in futuro vitam æternam rependat. Assidue nocturnis matutinisque precibus intererat: Quapropter Obertus sacerdos, vir timens Deum, cognita ejus religione, singulis noctibus ei templi januam aperiebat: sed cum aliquando Homobonus solito tempestivius accessisset, valvæ templi sponte sua patuere. Sacerdos adveniens ut portas aperiret, ac videns eum ante aram in oratione procumbentem, vehementer obstupuit. Vespere enim se diligentissime fores occlusisse noverat. Idipsum per viginti annos sæpius accidisse testatus est. Multis præterea signis Deus ejus liberalitatem illustravit: panes & vinum in ejus gratiam multiplicavit. Prodigiis & morum innocentia tantam apud omnes acquisivit fidem, ut hæreticorum plerique ad sanitatem redirent. Cum vero jam venisset tempus, ut tot virtutum & recte factorum acciperet præmia, Idibus Novembris, postquam matutino officio interfuit, curvatis ante crucem Domini genibus, in oratione usque ad horam Missæ permansit: cum sacerdos hymnum (Gloria in excelsis) inchoasset, ante crucem, manibus in modum crucis in terra extensis procubuit: & sine morbo migravit ad Deum. Cum igitur non surgeret ad audiendum Evangelium, quidam eum excitare volentes e vita excessisse cognoverunt. Ejus exequias, ad quas concurrerant omnes pauperes patrem suum cum maximo dolore deplorantes, multis miraculis illustres fecit Deus: eum in Sanctorum numerum retulit Innocentius Papa III.

CHRISTI AN. 1197.

XLVII. Cœlestinus Papa III. circa natale Domini, cum ægrotare cœpisset, convocatis ad se Cardinalibus, præcepit, ut de eligendo successore tractarent. Ipse cupiebat, ut Joannes de S. Paulo Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Priscæ Virginis, de cujus sapientia, sanctitate & justitia plurimum confidebat, sibi succederet; paratus deponere papatum, si Cardinales consentirent in ejus electionem. Sed omnes una voce responderunt, se nolle illum conditionaliter eligere: esseque inauditum, ut summus Pontifex se deponeret: Cum alioqui seniores, aliique Cardinales cuperent ipsimet ad Pontificatum evehi. Cœlestinus senio & gravi morbo confectus Romæ obiit, die octava Januarii, anno millesimo centesimo nonagesimo octavo, cum sedisset annos sex, menses novem, & dies novem: in Lateranensi basilica honorifice sepultus est. Hic annalium Ecclesiasticorum duodecim tomos terminat Eminentissimus & doctissimus Cardinalis Baronius, Historiæ Ecclesiasticæ parens; & criticam suam, ejus annotator, Reverendus Pater Antonius Pagi, sacræ Theologiæ Doctor, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci professus; qui Baronii Chronologiam sæpius correxit, & ex vetustissimis Chronicis, Sanctorum actis, aliisque postea in lucem editis, quæ adeo in manus Eminentissimi annalium scriptoris non venerant, multa supplevit ac emendavit. Si utriusque opus in unum coaluisset, nova fors Ecclesiæ historia non desideraretur; cum præsertim ejus seriem egregie prosequatur deinceps Odoricus Raynaldus. Unde & nos hic operi nostro finem imponimus, cum in doctrina & disciplina Ecclesiæ a sæculo decimo tertio ad nostra usque tempora nihil immutatum esse, quod Catholicos inter & acatholicos controversiam movere possit alicujus momenti, omnes ultro fateantur.

Cœlestini Papæ mors. Roger.

CHRISTI AN. 1198.

FINIS TOMI QUARTI.

INDEX

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM
IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Numerus primus Librum, ſecundus paragraphum indicat.

A

Baelardi initia. 48. 48. Damnatur in Sueſſionenſi ſynodo. Ibid. Ejus palinodia. Ibid. Ejus oratorium. 49. 10. Novos errores docens, damnatur in Senonenſi ſynodo. 42. Romæ damnatur, ad Cluniacenſe Monaſterium ſe confert, & pœnitens moritur. Ibid.

Abbo Floriacenſis Abbas, a Roberto Galliæ Rege Romam mittitur pro confirmatione matrimonii ſui cum Bertha: reliqua ejus geſta. 43 42

Abricatenſis ſynodus. 51 39

Abſalonis Roſchildenſis Epiſcopi labores Apoſtolici pro Rugianorum & Finlandorum converſione. 51. 21. Fit Lundenſis in Dana Archiepiſcopus renitens, ſed a Papa coactus. 38

Adalberti Bremenſis Archiepiſcopi geſta & obitus. 45 46

S. Adalbertus primus Magdeburgenſis Archiepiſcopus. 43. 9. Ejus mors. 23

Adalbertus Moguntinus Archiepiſcopus contra Henricum V. Imperat. conſpirans cuſtodiæ traditur. 48 31

S. Adalberti Pragenſis geſta & martyrium. 43. 39. Sacrum ejus corpus Poloni pariter & Bohemi ſe habere gloriantur. Ejus translatio. 44 20

Adalgagi Hamburgenſis & Bremenſis Epiſcopi geſta & obitus. 43 29

Adami Bremenſis Canonici hiſtoria. 45 46

S. Adelheidis Imperatricis pietas & mors ſancta. 43 47

S. Adelheidis Abbatiſſæ Vilicenſis vita & mors. 43 69

Ademari chronicon. 44 9

Ænhamenſis ſynodus in Anglia; ejus canones. 43 61

Africanæ Eccleſiæ miſer ſtatus Gregorii VII. Pontif. tempore. 46 5

Albericus Oſtienſis Epiſcopus, Legatus Pontif. in Anglia. 49 36

S. Alberonis Metenſis Epiſcopi geſta. 43 35

Aldredus Wigornenſis Epiſcopus a Nicolao II. P. Archiepiſcopatum Eboracenſem cum pallio obtinet. 45 18

Alberti Bremenſis, Rigenſis Epiſcopi geſta contra Livones infideles, vicinaſque gentes barbaras. 52 45

S. Albertus Leodienſis Epiſcopus. 52 33

Alberti Stadenſis Abbatis chronicon. 43 41

Albigenſium initia. 50. 9. Graſſantur in territorio Toloſano. 52. 1. Eorum errores. 10

Alcorani verſio latina. 49 49

Alexander II. Papa. 45. 19. Ejus laudabilia ſtatuta, & mors. 51

Alexander III. Papa. 50. 43. Ejus cum Friderico Imperatore diſſidium. Ibid. Ei adhæret S. Eberhardus Salisburgenſis. 44. Ejus partes promovet Arnulphus Lexovienſis. 45. Eum ſuſcipit Nazarena ſynodus. 47. Ei obediunt Gallia & Anglia. 48. Ei favet S. Petrus Tarentaſius. 49. Eum agnoſcit Manuel Orientis Imperator. 51. Friderici violentia exagitatus fugit in Galliam & honorifice ſuſcipitur. 53. Turonenſem ſynodum celebrat. 51. 3. Conradum Moguntinum benigne ſuſcipit. Ibid. Thomam Cantuarienſem a juramento de ſervandis conſuetudinibus Regiis abſolvit. 7. Eundem benigne audit in Senonenſi Conſiſtorio. 9. Indiſciplinatas quæſtiones Theologicas proſcribit. Ibid. De Henrico Angliæ Rege conqueritur. 11. Romæ honorifice ſuſcipitur. 13. Thomam Cantuar. ſuum in Anglia legatum conſtituit. 15. Fridericum Imperat. excommunicat & deponit, ejuſque ſubditos a juramento fidelitatis abſolvit. 18. Legatos pro Thoma Cantuar. cum Rege Angliæ reconciliando in Galliam mittit, Eorum Giſortii colloquium. 19. Novos in eadem cauſa legatos ad Regem mittit. 23. Eorum cum Rege colloquium. 25. Per magnos viros Angliæ Regem ſollicitat, ut Thomam in gratiam recipiat. 27. Eundem ſub comminatione interdicti generalis ad pacem flectere laborat. 30. Filii Regis coronationem ad Cantuarienſem pertinentem omnibus Angliæ Epiſcopis interdicit. Ibid. Cantuarienſis interfectores excommunicat. 36 Septentrionis Eccleſias ordinat. 37. Alexandriam Lombardiæ urbem Epiſcopatu nobilitat. 46. Ordinem militum S. Jacobi in Hiſpania approbat, eique Regulam præſcribit. 47. Ejus pax cum Friderico Imperat. 50. Scribit ad Indorum Regem Pretejannum, Chriſtianum quidem, ſed plenius in fide Catholica informandum. 51. Henricum Angliæ R. per literas hortatur, ne Aleſiam Franciæ Regis filiam Richardo comiti Pictavienſi deſponſandam ulterius detineat. 52. Romam rediens cum crucibus & vexillis excipitur. 53. Lateranenſe Concilium generale celebrat. 52. 3. Ad Willelmum Scotiæ Regem ſcribit in ſchiſmate Eccleſiæ Scoticæ. 5. Occidentis Principes hortatur ad ſubveniendum terræ ſanctæ. 8. Noviſſima ejus conſtitutio ad Caſimirum Poloniæ ducem. 10. Ejus mors & elogium. Ibid.

Alexius Græcorum Imperator miſerum Orientis ſtatum deſcribit in ſua ad Principes Occidentis Epiſtola. 47 36

Ejus geſta, & mors. 48 37

Alfricus Cantuarienſis Epiſcopus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutor. 43 58

Eum in ſui de Corpore & Sanguine Domini erroris patrocinium fruſtra pertrahere nituntur moderni Proteſtantes. Ibid.

Ejus inſignis locus de Euchariſtia. Ibid.

Algeri Leodienſis elogium, ſcripta & obitus. 48 53

Alphonſus I. Portugalliæ Rex ſedi Apoſtolicæ ditionem ſuam vectigalem facit. 49 53

Alphonſi VI. Arragoniæ & Navarræ Regis fortitudo & mors. 49 25

Alphonſus VII. Caſtellæ Rex undecim Saracenorum regulos profligat. 48 54

Alphonſus VIII. Caſtellæ Rex pacem frangens cum Saracenis, vincitur. 52 41

Altmannus Patavienſis Epiſcopus, Gregorii Papæ decreta de Clericorum continentia publicans, de vita periclitatur. 46 8

Amalricus Hieroſolymorum Rex. 51 6

Ejus literæ ad Ludovicum VII. Franciæ Regem. 10

Anacleti II. antipapæ ſacrilega deprædatio. 49 15

Ejus literæ ad Lotharium Germaniæ Regem, & ad Reges Galliæ & Angliæ, nec non ad diverſos Principes & Epiſcopos. Ibid.

Ei favet Rogerius Siciliæ Rex. Ibid.

Ab Hugone Gratianopolitano excommunicatur. 16

In Claromontana & Wirceburgenſi ſynodis damnatur. Ibid.

Ejus electionem irregularem & violentam eſſe evincit S. Bernardus. 19

Eum tuetur Guilielmus Aquitaniæ Dux. 20

Ejus mors, & fratrum ipſius reconciliatio cum legitimo Pontifice. 32

Anaſtaſius IV. Papa. 50 27

Raymundo Hoſpitalis Jeroſolymitani Magiſtro & ejus equitibus privilegia donat. 30

Canonicis Lateranenſibus magna concedit privilegia. Ibid.

Ejus mors. Ibid.

Andreas Hungariæ Rex, idololatriam ſubditis ſuis permittit; quare? 44 27

Chriſtianam Religionem in regno ſuo reſtituit. Ibid.

Andronicus uſurpat Imperium Orientis. 52 13

Miſere perit. 17

Anglicana ſynodus generalis ſub S. Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo, pro reformatione morum in Clero. 43 13

Anglicana ſynodus de Primatu Archiepiſcopi Cantuarienſis. 45 48

Anglicanum conciliabulum contra S. Thomam Cantuarienſ. 51 15

Angliæ ſtatus turbatus. 52 32

Anicienſis ſynodus ſub Hugone Gratianopolitano. 49 16

Anna Comnena Alexii Orientis Imperatoris filia patris vitam panegyrice deſcribit. 48 37

Annaliſtæ Saxonis chronicon. 49 34

S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis. 45 2

Ejus opera Cadalous antipapa damnatur ab Epiſcopis Italiæ & Germaniæ. 20

Privilegium Papale impetrat pro abbatia Sigebergenſi. 39

Rerum publicarum adminiſtratione ſe abdicat; quare? 50

Ejus mores & mors. 46 16

Anſana ſynodus. 44 5

S. Anſelmi, Beccenſis Cœnobii adhuc Prioris prima opera. 46 35

Fit Archiepiſcopus Cantuarienſis. 47 25

A Willelmo Rufo Angliæ Rege vexatur. 32

Ejus liber de Incarnatione. 34

Romæ ab Urbano II. honorifice excipitur. 43

Ejus liber, cur Deus homo? Ibid.

In Angliam redux communi plauſu excipitur. 52

Ejus liber de proceſſione Spiritus ſancti. 56

Ab Henrico Angliæ Rege Londonium evocatur, ut conſuetudines patrias ultra non neget, aut regno excedat. 60

Londonienſi ſynodo præeſt. 61

Romam repetit in cauſa inveſtiturarum, & a Paſchali II. benigne excipitur. 64

Ab eodem Pontifice literas obtinet, quibus Cantuarienſis Eccleſiæ primatus confirmatur. Ibid.

Ejus Roma reducis, & Lugduni in Gallia ſubſiſtentis redditus Epiſcopales ab Henrico R. Fiſco addicuntur. 67

A Mathilde Regina fovetur. Ibid.

Regi

Regi reconciliatur, de reditibus reveſtitur, & reditum in Angliam obtinet. 48 1
Eo præſente Rex in Londonienſi ſynodo inveſtituris eccleſiaſticis per dationem baculi paſtoralis vel annuli ſe abdicat. 7
A Gerardo Eboracenſi archiepiſcopo obedientiæ profeſſionem exigit. Ibid.
In Londonienſi ſynodo contra Clericorum incontinentiam agit. 9
Ei ſubjectionem negat Thomas Eboracenſis, quem data ad eum epiſtola coarguit. 11
Reliqua ejus opera, & mors. Ibid.
Ejus vita duobus libris perſcripta ab Eadmero. Ibid.
Anſelmi Havelbergenſis epiſcopi dialogi. 50 20
S. Anſelmi Lucenſis epiſcopi opera, virtutes & mors. 47 2
S. Anthelmi Bellicenſis epiſcopi laudes. 52 2
Antiochena ſynodus Radulphum illius ſedis invaſorem deponit & ejicit. 49 47
Appellationum ad ſedem Apoſtolicam modus. 50 22
S. Arialdi contra clericorum incontinentiam pugnantis martyrium. 45 36
Aribo Moguntinus archiepiſcopus cauſa cadit. 44 8
Armachienſis ſynodus in Hibernia. 51 38
Arnaldus Brixienſis. Ejus character & errores. 49. 37. Ad Conſtantienſem epiſcopum confugiens, a S. Bernardo exagitatur. 42. Damnatur ab Innocentio II. Pontifice. Ibid. Seditionem Romæ movet ſub Eugenio III. 50. 2. Tumultuatur ibidem, & ejicitur cum ſuis ſub Hadriano IV. 30. Vivus comburitur, ejuſque cineres in Tyberim ſpargunt. 31
Arnulphus Lexovienſis epiſcopus Alexandri III. Pontif. partes promovet. 50 45
Ejus literæ ad Thomam Cantuarienſem. 51 12
Arnulphi Remenſis Archiepiſcopi depoſitio. 43 31
S. Arnulphi Sueſſionenſis Epiſcopi virtutes. 47 9
Ejus canonizatio in Bellovacenſi ſynodo. 48 47
Aſyli jus. 44 11
Atrebatenſis epiſcopatus reſtitutus. 47 25
Avenionenſis ſynodus. 45 18
Averoes Arabs, Cordubenſis; ejus opera & fama. 52 45
Auguſtodunenſis ſynodus. Ejus geſta ad Gregorium Pontif. refert Hugo Dienſis. 46 31
Auguſtodunenſis ſynodus in cauſa Henrici Germaniæ Regis, & Guiberti Antipapæ. 47 30
Auſcenſis ſynodus de decimis. 45 38
S. Ayberti vita & mors. 49 18
Azelini epiſtola ad Berengarium. 44 38

B

BAbylonis Rex ſepulchrum Domini claudi præcipit. 45 7
Balduinus I. Hieroſolymorum Rex Godefrido Bullionio ſuccedit. 47 51
Ejus cum Daimberto Patriarcha diſſidium. Ibid.
Parva manu ingentes Saracenorum exercitus profligat. 58
Miſſis ad Paſchalem II. Pontif. legatis poſtulat urbium a ſe captarum capiendarumve epiſcopos Patriarchæ Hieroſolymitano tanquam proprio Metropolitano ſubjici, & impetrat. 48 8
Ejus mors & ſucceſſor. 37
Balduinus IV. Hieroſolymorum Rex a Saladino victus. 52 8
Lepra laborat, & Guidonem Luſignanum regni procuratorem conſtituit, quo propter ignaviam dimiſſo, Balduinum nepotem Regem deſignat. 14
Ejus mors. 16
Balgenciacenſis ſynodus pro abſolutione Philippi Franciæ R. 47 66
Bambergenſis epiſcopatus. 43 56
Baptiſmi neceſſitas. 51 49
Barenſis ſynodus ſub Urbano II. 47 46
Baſilius Orientis Imperator 52. annis regnat. 44 3
Belli ſacri initium. 46 9
In eo centum millia Chriſtianorum pereunt ob Græcorum perfidiam. 47 58
Bella inteſtina in Germania ob Henrici & Rudolphi factiones. 46 36
Bellovacenſis ſynodus ſub Conone legato Apoſtolico. 48 26
In cauſa canonizationis S. Arnulphi Sueſſionenſis. 47
Benedictus V. fit Papa, & per vim deponitur. 43 6
Hamburgenſi archiepiſcopo cuſtodiendus datur, a quo uſque ad mortem cum honore detinetur. Ibid.
Benedictus VI. Papa. 43 16
Benedictus VII. Papa. Ibid.
Benedictus VIII. Papa. Ejus encyclica pro epiſcopo Laureacenſi ſeu Patavienſi. 43. 21. Romæ ſynodum celebrat adverſus ſimoniacos. 23. Reliqua ejus geſta, & mors. 44 2
Benedictus IX. Papa. 44. 13. Mediolanenſem epiſcopum adverſus Imperat. rebellantem anathematizat. 17. Expellitur. 24
Benedictus X. Papa. 45 9
Beneventana ſynodus 45. 12. Sub Victore III. 47. 3. Sub Urbano II. 20. Sub Paſchali II. 48 11
Bennonis Saxoniæ Ducis laudes & obitus. 43 65
Berengarii hæreſis. 44. 32. Damnatur in ſynodo Romana. 33. Erroris publice convincitur in conventu Brionenſi. 35. Damnatur in Vercellenſi ſynodo. 36. Errores ſuos publice damnat in Romana ſynodo ſub Nicolao II. & libros ſuos concremat. 45. 9. De vita periclitatur in Pictavienſi ſynodo. 46. 12. A Guitmundo confutatur. 13. Ejus diſcipulorum diverſæ opiniones. Ibid. Sub Gregorio VII. errores ſuos jurejurando deponit. 41. Ad vomitum redit, & fidei profeſſionem Romæ nuper a ſe editam ſcriptis impugnat. 43. A Lanfranco confutatur. Ibid. Ejus reſipiſcentia & mors. 47 10
Bermundus II. Hiſpaniæ Rex. 43 46
Bernardus Saxoniæ dux. Ejus ſuperbia & crudelitas; ſub eo Sclavi rebellant. 43 65
S. Bernardi initia. Fit monachus Ciſtercienſis. 48. 24. Ejus vitæ auſteritas, Prophetiæ donum & miracula. 49. 1. Ejus liber de gradibus humilitatis. Ibid. De diligendo Deo. Ibid. Eum inter & Cluniacenſes diſſidium. 2. Templariorum inſtitutum laudat. 6. Ejus tractatus de officiis epiſcoporum. 7. Ejus opuſculum de Gratia & libero arbitrio. 11. Pariſiis coram copioſo clero ſermonem habet de reformatione morum. Ibid. Angliæ Regem in partes Innocentii II. traducit. 16. Lothario Germaniæ Regi in cauſa Inveſtiturarum reſiſtit. Ibid. Innocentio Pont. individuus adhæret. Ibid. Eundem in Clara-valle excipit; quo apparatu? 19. Innocentii electionem canonicam probat. Ibid. Privilegium Ordinis ab eodem impetrat. 21. Papæ ſcribit detegens fraudem Theobaldi archidiaconi Pariſienſis de nece B. Thomæ Prioris S. Victoris. 22. Mediolanenſes ad Papæ & Imperatoris obedientiam reducit. 24. Eorum mores reformat, & claret miraculis. Ibid. Fratres Humiliatos ibidem inſtituit. Ibid. Aquitaniæ ducem in partes legitimi Pont. adducit 26. Ejus expoſitio in Cantica. Ibid. Rogerium Siciliæ R. Innocentio P. reconciliare fruſtra laborat, & eidem cladem prædicit. 32. Victorem pſeudo-Pontif. Papalibus nudatum inſignibus ad legitimi Pontificis pedes adducit. Ibid. Finito ſchiſmate glorioſe revertitur in monaſterium, nil ſecum referens præter Sanctorum reliquias. Ibid. Gerardi fratris mortem luget. Ibid. In cauſa electionis epiſcopi Lingonenſis contra archiepiſcopum Lugdunenſem apud Pontificem agit, & obtinet. 35. Abaelardum in Senonenſi ſynodo confutat. 42. Conſtantienſi epiſcopo ſcribit, ut ejiciat Arnaldum de Brixia. Ibid. Ejus epiſtola ad canonicos Lugdunenſes de Conceptione B. V. Mariæ. 45. Ejus liber de Præcepto, & diſpenſatione. 46. Franciæ Regem acriter perſtringit in cauſa Theobaldi Campaniæ comitis. 48. Ejus, & Petri Cluniacenſis amicæ literæ mutuo datæ. 49. Eugenio III. Pontifici neoelecto, ſuo quondam diſcipulo, per literas gratulatur, atque ad Apoſtolicum munus fortiter obeundum hortatur. 50. 1. Robertum Pullum S. R. E. Cancellarium monet ad ſtrenue aſſiſtendum Neo-Pontifici. Ibid. Romanos Eugenio rebelles increpat, & Conradum Imperat. ad defenſionem Pontificiæ authoritatis animat. 3. Gallos, Germanos, Anglos ad expeditionem ſacram excitat. 5. S. Hildegardem Bingii viſit, ejus ſcripta recognoſcit & approbat. Ibid. Multa ubique miracula operatur. Ibid. Henricum hæreticum confutat. 9. Arianos (Albigenſes poſtea dictos) reducit. Ibid. Toloſanis hæreſi faventibus prædicat. Ibid. Scribit adverſus Henricianos. Ibid. Henricum Franciæ Regis fratrem ad vitæ monaſticæ profeſſionem in Clara-valle aſſumit. 21. Ejus libri V. de conſideratione ad Eugenium P. 22. Ejus animi vigor in corporis infirmitatibus. 28. In Jordani Cardinalis legationem invehitur, Paparonis vero laudat. Ibid. Metenſium cum vicinis Principibus reconciliationem divina revelatione cognitam indicat. Ibid. Ejus mors & canonizatio. Ibid.
S. Bernardus Parmenſis Epiſcopus, congregationis Vallis-Umbroſanæ abbas generalis. Ejus mors. 49 21
Bernoldi (Bertholdi) Rigenſis epiſcopi labores Apoſtolici. 52 19
Ejus martyrium & incorruptio. 45
Bernonis primi Suerinenſis epiſcopi labores Apoſtolici. Ibid.
S. Bernwardi Hildeshemienſis epiſcopi vita & mors. 43 74
Bituricenſis ſynodus. Ejus canones. 44 12
Bituricenſis Eccleſiæ ſchiſma. 49 48
Boemundus Antiochiæ comes a Turcis intercipitur. 47 51
Ejus incontinentia. 52 14
Bogomilorum hæreſin deprehendit Alexius Imp. C. P., atque in ea pertinaces flammis addicit. 48 16
Bohemi vaſtant Poloniam. 44 20
Boleslaus Pius Bohemiæ dux. 43 10
Boleslaus Poloniæ dux fidem in Ruſſia propagat. 59
Boleslaus III. Poloniæ Rex Pomeranos a ſe devictos per S. Ottonem Bambergenſem ad fidem catholicam adduci curat. 48 58
Britanniæ minoris epiſcopi ſubjecti Metropolitano Turonenſi. 47 26
Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis laudes. 43 8
Fundat abbatiam S. Pantaleonis extra muros Coloniæ, in qua & ſepelitur. Ibid.
S. Brunonis Archiepiſcopi, Bonifacii condicti, vita, labores Apoſtolici, & martyrium. 43 59
S. Bruno Herbipolenſis epiſcopus: ejus pulchra expoſitio in totum pſalterium. 44 25
S. Brunonis Carthuſiæ fundatoris, vita, fundatio & inſtitutum Carthuſiæ. 47 16
Romam evocatur per literas ab Urbano II. Pont. Ibid.
Ejus mors. 57
Bruno Signienſis epiſcopus & abbas Caſſinenſis amare ſcribit Paſchali II. Pontif. de conceſſis Imperatori inveſtituris. 48 17
Abbatia ſe abdicat, reditque ad epiſcopatum, quem ſancte adminiſtrat. Ibid.
Refertur in numerum SS. a Lucio III. Pont. Ibid.
Brunonis Tullenſis, & Popponis Trevirenſis controverſia. 44 6
Bulgentiacenſis ſynodus Ludovici VII. Franciæ Regis matrimonium cum Eleonora propter affinitatem diſſolvit. 50 24
Burchardi Halberſtadenſis epiſcopi cædes. 47 14
Burchardus Wormatienſis epiſcopus Juris Canonici ſcientia claret. 43 60
Burdinus Bracarenſis epiſcopus, Paſchalis II. Pontif. apud Henricum V. Germaniæ R. legatus, eum coronat Imperatorem. 48 35
Ejus vitæ ſynopſis, & character: a Paſchali P. excommunicatur. Ibid.
Ab Henricianis conſtituitur Romanus Pontifex ſub Gregorii VIII. nomine. 36
Capitur, & Calliſti Pont. militibus traditus Romam perducitur. Ejus mors. 45

C

CAbilonensis synodus. 45 25
Cadalous Antipapa. Duæ ad eundem Petri Damiani epistolæ, ut resipiscat. 45 19
Damnatur in Osborienſi Germaniæ synodo. 20
Romam occupare frustra tentat. 28
Cæleſtinus II. Papa. Electionem suam Cluniacensibus prescribit. 49 50
Ludovici VII. Franciæ Regis legationem pro absolutione a sententia interdicti benigne suscipit. Ibid.
Ejus mors. 53
Cæleſtinus III. Papa. Henrico VI. Germaniæ Regi cum uxore Constantia coronam Imperialem imponit. 52 29
In causa Willelmi Elienſis episcopi scribit ad episcopos Angliæ. 32
Leopoldum Austriæ Ducem excommunicat, ejusque ditiones subjicit interdicto. 37
Gaufredum Eboracensem archiepiscopum suspendit. 39
Constantiæ Imperatricis libertatem obtinet, eamque Imperatori honorifice remittit. 40
Legatos mittit in Franciam, in causa divortii Philippi Regis cum Ingeburge, & cassat sententiam divortii ab episcopis latam. 42
Philippum Bellovacensem episcopum in bello captum increpat. 43
Friderico Henrici VI. Imperat. filio Siciliæ regnum concedit. 44
Ejus mors. 45
Cæsenatensis synodus. 44 23
Calixtus II. Papa. Ejus nobilitas & prima epistola. 48 39
Tolosanam & Remensem synodos celebrat. 41
Ejus & Henrici V. Imperat. scriptum concordiæ, qua tamen non stat Imperator. Ibid.
Imperatorem in Remensi synodo excommunicat. Ibid.
Ejus cum Angliæ Rege colloquium in Normannia. 43
Per Burgundiam transiens, Cistercienſis monasterii statuta confirmat. 45
Viennensi Ecclesiæ jus primatus in septem Provincias attribuit, & Romam tendit. Ibid.
Ejus & Imperatoris concordia stabilitur. 51
Ejus legatus in Angliam non admittitur. 52
Ejus mors, elogium & scripta. 57
Cameracensis synodus. 44 4
Canonicorum Regularium vita. 44 23
Cantuarienſis Ecclesiæ primatum negat Eboracensis. 48 11
Eundem agnoscit. 12
Canutus Angliæ & Daniæ Rex, Cantuarienſem Ecclesiam omnium Regni ecclesiarum matrem diplomate sancit. 43 68
Ejus munificentia in loca sacra. 71
Romam voti causa venit; quid ibi egerit? 44 7
Reliqua ejus gesta, & mors. 16
S. Canuti Daniæ Regis martyrium. 47 7
Carnotensis synodus pro expeditione sacra. 50 5
S. Carolus, cognomento Bonus, Flandriæ comes. 49 5
Caroli Magni canonizatio. 51 14
Carthusianorum instituta. 47 57
Cassilienſis synodus in Hybernia. 51 38
Cassinensis abbatis contra Cluniacensem prerogativa, qua dicitur abbas abbatum. 48 32
Cassinensis monasterii schisma. 49 3
Catalaunensis synodus sub Matthæo legato Apostolico. 12
Cencii Frangipanis sacrilega crudelitas in Gelasium II. neoelectum Pontificem. 48 36
Centii Camerarii Apostolici ordo Romanus. Illud opus non esse Centii, probatur. 52 30
Cistercienſis ordinis initia. 47 48
Claravallis fundatio. 48 28
Clarendonienſis conventus. 51 7
Claromontana synodus sub Urbano II. pro expeditione sacra. 47 35
Clemens II. Papa. 44. 24. Synodum celebrat adversus simoniacos. 26. Ejus mors. Ibid.
Clemens III. Papa. Pacem cum Romanis init. 52. 23. Occidentis Principes animat ad expeditionem sacram. Ibid.
Scotiæ ecclesiam eximit a censuris episcoporum Angliæ. 25
Trevirenſis Ecclesiæ schisma extinguit. Ibid. Ejus mors. 29
Clericorum concubinariorum tumultus. 46 8
S. Colomanni Scoti martyrium. 43 66
Colonienſis Ecclesiæ prærogativæ & privilegia. 50 23
Communio sub duplici specie. 48 36
Communitatum civilium origo. 48 22
Compendienſis synodus. 47 9
Cononis Cardinalis legati zelus præceps & inconsultus in excommunicatione Henrici V. Imperat. 48 17
Conradus Salicus Imperat. 44. 1. Devicta Italia Romam triumphans ingreditur. 6. Controversiam inter Brunonem Tullenſem & Popponem Trevirenſem componit. Ibid. Imperialem benedictionem a Papa suscipit, & Cæsar Augustus appellatur. Ibid. Heribertum Mediolanenſem conjurationis incentorem in potestatem suam redigit, & Longobardiæ episcopos ejusdem reos trans Alpes traducit. 44. 15. Parmenſes coercet. 17. Reliqua ejus gesta & mors. Ibid.
Conradus Henrici VI. Imper. filius Urbano II. Pontif. stratoris officium exhibet, ac juramento fidelitatem promittit. 47 32
Conradus Sueviæ dux adversus Lotharium Imperat. rebellans excommunicatur. 48 8
Regalia insignia callide acquirit, & Germaniæ Rex post Lotharium coronatur. 49 34
Ejus infausta expeditio in terram sanctam. 50. 7. Ejus mors. 26
Conradus Montisferrati marchio, Saladinum in obsidione Tyri terra marique vincit. 52. 27. Regni Jerosolymitani principatum obtinet. Ibid. A sicariis interficitur. 31
Constantia Wilhelmi Siciliæ Regis improlis amita nubit Henrico VI. Friderici Barbarossæ filio, eique Siciliæ regnum hæreditarium facit. 52 28
A Tancredo Wilhelmi Notho capta in Siciliam transmittitur. 29
Cæleſtino III. P. mediante libertatem recuperat, & honorifice in Germaniam remittitur. 40
Constantienſis synodus. 47 31
Constantinus Ducas Orientis Imperator. 44 21
Constantinus Ducas II. Orient. Imperat. 45 13
Constantinus Monomachus pacis sequester Romanam inter & Græcam Ecclesiam. 44 45
Constantini M. donatio Sylvestro Papæ facta est supposititia. Ibid.
Constitutiones Apostolicæ pro Ecclesia Mediolanensi. 45 36
Controversia de corpore S. Dionysii Martyris, primi Parisiensis episcopi. 44 41
Coyacensis synodus: ejus canones. 44 39
Crescentius Nomentanus Romæ tyrannidem exercet. 43 42
S. Cunegundis Imperatricis vita & mors. 44 1

D

DAibertus Pisanus archiepiscopus fit Patriarcha Hierosolymitanus. 47 49
Ejus cum Balduino Rege dissidium, & reconciliatio. 51
Ab eodem Rege expulsus, a Papa sedem suam recipere jubetur. 48 8
In Siciliam rediens, post tres exilii annos Messanæ moritur. Ibid.
Daimbertus Senonensis archiepiscopus Ludovicum Franciæ Regem Aurelianis coronat. 48 10
Damasus II. Papa. Ejus mors. 44 26
Danorum incursiones in Angliam. 43 19 63
Deodwini Leodiensis episcopi literæ ad Henricum Francorum Regem de Berengario hæretico. 44 38
Dithmari mors, sanctitas, & opera. 43 69
Dolensis archiepiscopatus. 46 37
S. Dominici abbatis vita & mors. 44 12
S. Dominici Loricati vita. 45 21
Donus II. Papa. 43 16
S. Dunstanus Cantuarienſis archiepiscopus Generalem Angliæ synodum celebrat pro reformatione cleri. 43. 13. Ejus mors. 27

E

EAdmerus vitam S. Anselmi Cantuarienſ. duobus libris perscribit. 48. 11. Reliqua ejus scripta & mors. 53
Eberhardi Bambergensis episcopi sancta libertas in literis ad Hadrianum IV. Pontif. 50 40
S. Eberhardi Salisburgenſis Archiepiscopi vita. 50 44
Eboracensis archiepiscopatus subjectus Cantuarienſi. 45 41
Eboracensis archiepiscopus Cantuarienſi subjectionem negat. 48. 11 Expost ejus Primatum agnoscit. 12
Eboracensis synodus sub Huberto Cantuarienſi archiepiscopo, legato Pontificio in Anglia. 52 39
Ecclesiasticarum causarum cognitio Judicibus laicis interdicta. 46 55
Edgari Anglorum Regis charta donationis & confirmationis pro Monasteriis. 43. 7. Ejus sacrilegium septenni pœnitentia a sancto Dunstano imposita expiatur. 13. Ejus leges pro reformatione morum. Ibid. Ejus mors. 19
S. Editha virgo sanctimonialis, S. Eduardi soror. 43 38
Edithæ tres Regiæ virgines in Anglia, omnes sanctæ & sanctimoniales. Ibid.
S. Eduardus Angliæ Rex, martyr. 43 19
S. Eduardi Angliæ Regis virtutes & mors. 45. 33. Ejus canonizatio. 50 53
Elienſis episcopatus in Anglia erectio. 48 9
S. Elisabetha Schonaugienſis abbatissa. 50 35
S. Elphegi episcopi martyrium. 43 63
S. Emericus Hungariæ Regis filius virginitatem servat in matrimonio. 44 18
Ensiferorum ordo. 52 45
Episcopi septem Lateranenſis ecclesiæ, unde sic dicti? 45 6
Episcoporum bona reservata successoribus in episcopatu. 50 34
S. Ericus Sueciæ Rex, martyr. 50 25
Erphordienſe conciliabulum. 45 50
Erwinus abbas Steinfeldenſis S. Bernardum hortatur, ut adversus Henricianos hæreticos scribat. 50 9
Eskyli Lundenſis in Dania archiepiscopi elogium. 51 54
Etelredus Angliæ Rex miserrime regnat annis 38. 43 19
Pacem a Danis ingenti tributo redimit. 63
S. Etelwoldus Wintonienſis episcopus. 43 24
Eucharistiæ veritas. 43 53 & 44 4 & 45 25
Eudonis fanatici condemnatio in Remensi synodo, ejusque discipulorum obstinatio. 50 13
Eugenius III. Papa. 50. 1. Armenorum legatos ejus communionem circa celebrationem Eucharistiæ expetentes recipit. 3. Ludovicum VII. Franciæ Regem hortatur ad expeditionem sacram. Ibid. Romanos ab Arnaldo Brixiensi ad seditionem commotos coercet. Ibid. Tornacensem episcopatum restituit. 4. Plures in Galliis synodos celebrat. 8. Conradum Germaniæ Regem post infelicem expeditionem sacram literis solatur. 12. Remis synodum celebrat contra Eudonem fanaticum. 13. In eadem synodo Gilberti Porretani causam cum prudentioribus examinat. 14. Plures ad componendum ecclesiarum Hispaniæ statum scribit epistolas. 16. Treviris ecclesiam monasterii S. Matthiæ reparatam dedicat, synodum celebrat, & sanctæ Virgini Hildegardi scribit. 17. Claram-vallem & Cistercium visitat, & unionem Abbatis Saviniacensis confirmat. Ibid. Scribit clero Romano contra Arnaldum Brixiensem, & pace cum Romanis reformata Romam redit. 18. Romanæ plebis tumultibus rursus urbe excedere cogitur. 23. Plurimum argenti a Colonienſi & Moguntino archiepiscopis sibi oblati recu-

recuſat. Ibid. Ejus reſcriptum ad Arnoldum Colonienſem archiepiſcopum pro confirmatione Privilegiorum hujus ſedis Ibid. Ejus cum Friderico Barbaroſſa pactum concordiæ in puncto inveſtiturarum brevi diſſolvitur, 26. Legatos in Germaniam mittit in cauſa Henrici archiepiſcopi Moguntini, qui deponitur. Ibid. Ejus mors. 27
Excommunicationis uſus ſit moderatus, 45 31

F

FErdinandus M. Caſtellæ & Legionis Rex Saracenos debellat. 44 19
Fides in Polonia propagata. 43 7. In Dania & Suecia. 29
Flodoardi mors & opera. 43 8
Florentina ſynodus de bonis Eccleſiæ non alienandis. 45 2. In cauſa Berengarii. Ibid.
Florentinorum ſchiſma. 45 23. Extinguitur. 37
Formula excommunicationis adverſus Michaelem Cærularium. 44 47
Franciæ & Angliæ Regum confederatio pro expeditione in terram ſanctam ſub Clemente III. 52. 23. Eorum expeditio. 28 31
Franco Antipapa ſub Bonifacii VII. nomine, 43 16
S. Friderici comitis Virdunenſis elogium, 43 77
Fridericus S. R. E. Diaconus Nicetam græcum ſchiſmaticum confutat. 44 46
Fridericus Barbaroſſa Germaniæ Rex coronatur. 50 26. Ejus cum Eugenio III. Pont. pactum concordiæ poſt breve intervallum diſſolvitur. Ibid. Ab Hadriano IV. Pont. Imperator coronatus, Romanos tumultuantes coercet. 31. Ejus cum Hadriano P. diſſidiorum cauſæ. 38. Regalia jura, & ſacramentum fidelitatis exigit ab epiſcopis. 40. Ejus lex in favorem Profeſſorum & candidatorum juris canonici & civilis. Ibid. Novum Papam inter & Imperat. diſſidium, eorumque reconciliatio. Ibid. Mediolanenſes habita generali in caſtris prope Bononiam curia hoſtes pronuntiat. 42. Conventum Papienſem convocat in cauſa Alexandri III. & Victoris IV. Antipapæ, cui favet. 43. Laudenſe conciliabulum in eadem cauſa fovet. 50. Mediolanenſes domat. 52. Guidonem de Crema ſub Paſchalis III. nomine Antipapam eligi curat. 51 8. Herbipolenſem conventum agit pro confirmatione electionis Paſchalis III. 11. Conventum Longobardiæ generalem apud Roncaliam habet pro depoſitione Alex. III. 18. Romam capit. Ibid. Ab Alexandro III. excommunicatur, & regia dignitate privatur. Ibid. In Germaniam fugit, amiſſo per mortalitatem exercitu. Ibid. A Longobardiæ fœderatis victus, pacem cum iis, & Pontifice init, a quo abſolvitur. 50. Ejus cum Urbano III. Pont. diſſidiorum cauſæ 52 18. Gregorii VIII. Pontificis electione lætatur. 22. Expeditionem in terram ſanctam movet ſub Clemente III. 24. Illius expeditionis ſucceſſus. 27. Ejus mors. Ibid.
Fridericus Sueviæ dux, Friderici I. Imperat. filius moritur in expeditione ſacra. Ejus caſtitas. 52 27
S. Fulberti Carnotenſis Epiſcopi laudes & opera. 44 9
Fulconis, comitis Andegavenſis, peregrinatio ad loca ſancta 43 55
Ejus controverſia cum Hugone Bituricenſi archiepiſcopo. Ibid.
S. Fulcranus Lodovenſis epiſcopus. 43 58
Fuldenſis abbatis, & monaſterii calamitas. 45 26

G

S. GAldinus Mediolanenſis archiepiſcopus Catharos ſive Manichæos confutat. Ejus mors. 51 49
Galo Abbas S. Quintini fit epiſcopus Bellovacenſis. 47 65
Galliæ Regum authoritas imminuta. 44 10
Gandulphus Italus hæreſiarcha a Gerardo Cameracenſi confutatur in ſynodo. 44 4
S. Gaudentius primus Gneſnenſis archiepiſcopus. 43 47
Geiſa Hungariæ dux ex ſpoliis debellatorum Ethnicorum ædificat monaſterium ſancti Martini. 43 49
Gelaſius II. fit Papa; a Cencio Frangipane immaniſſime tractatus includitur; ab urbis præfecto liberatur. 48 36
Cajetam fugit ob Henrici V. Imperat. perſecutionem. Ibid
Burdinum Antipapam & Henricum Imperat. ſchiſmaticum excommunicat. Ibid.
A maxima orbis Chriſtiani parte verus Pontifex agnoſcitur. Ibid.
Romam relinquere coactus in Galliam proficiſcitur. Ibid.
Ravennatis eccleſiæ Guibertino ſchiſmate a Romana ſeparatæ jura & dignitatem reſtituit. Ibid.
Ejus mors. 39
S. Geraldus Bracarenſis archiepiſcopus. 48 13
Gerardus Engoliſmenſis epiſcopus tranſit ad partes Anacleti Antipapæ. 49 15
Anglorum Regem ad pſeudo-Pontificis partes traducere nititur. 16
Impœnitens moritur. 26
S. Gerardus Moriſſenæ in Hungaria epiſcopus. Ejus geſta & martyrium. 44 22
S. Gerardi Tullenſis epiſcopi geſta & mors. 43 35
Gerberti Remenſis epiſcopi commonitorium adverſus prædones. 43 31
Fulconem epiſcopum Ambianenſem increpat. Ibid.
Gibelinus Arelatenſis archiepiſcopus fit Patriarcha Hieroſolymitanus. 48 8
Ejus laudes & obitus. 20
Gilbertus Porretanus Pictavienſis epiſcopus in Pariſienſi ſynodo erroris accuſatur. 50 8
In Remenſi quoſdam articulos retractat, & quidam ejus libri damnantur donec corrigantur; epiſcopatum tamen retinet. 14
S. Gilbertus fundator Ordinis Sempringhamenſis in Anglia. Ejus geſta, mors & canonizatio 52 26
Giſilerus Merſeburgenſis epiſcopus, dolo & corruptione fit archiepiſcopus Magdeburgenſis. 43 23
Godefridus Bullionius ſacræ expeditionis dux, proclamatur Rex Hieroſolymitanus. 47 49
Quingenta Saracenorum millia in fugam conjicit, cæſis eorum centum millibus. Ibid.
Fontibus a Barbaris veneno infectis, indeque orta peſtilentia moritur, & in eccleſia ſancti Sepulchri ſepelitur. 51
Godefridi Viterbienſis chronicon. 52 19
S. Godehardus Hildesheimenſis epiſcopus. 43 74. Ejus mors 44 19. Elevatio. 49 21
Godeſcalcus Sclavorum dux Chriſtianam religionem inter ſuos reſtituit. 45 22
Ejus martyrium. 32
S. Godricus eremita Thomæ Cantuarienſi reſtitutionem & mortem prædicit. 51 32
Goffridi abbatis Vindocinenſis elogium & opuſcula quatuor de Inveſtituris. 48 50
Ejus mors. 49 21
Gothicus ritus abolitus in Hiſpania. 46 1
Gradenſis Patriarchatus privilegia. 50 36
Græci Latinos deprædantur C. P. 52 13
Græcorum ſchiſma ſub Michaele Cærulario Patriarcha C. P. 44 45
Grandimontenſis Ordinis a S. Stephano nobili Arverno inſtituti regula. 46 4
Gratiani decretum. 50 25
Gregorius V. Papa. 43 38. A Creſcentio Nomentano Roma expellitur. 42. Ejus mors. 46
Gregorius VI. Papa. 44 24
Gregorius VII. Papa. Ejus electionis decretum promulgatur. 45 52. Ritum Mozarabicum abolet. 46 1. Philippo Francorum R. ſimoniaco excommunicationem minatur. 3. Ordinem Grandimontenſem approbat. 4. Carthaginenſis eccleſiæ reliquias fovet. 5. Quo fuerit animo in Henricum IV. Imperat. 6. Synodum Romæ celebrat contra ſimoniacos. 7. Illius decreta mittit ad Henricum Imperat., qui reum ſe fatetur. Ibid. Robertum Guiſcardum excommunicat. Ibid. Italiæ & Germaniæ Epiſcopos hortatur ad executionem decretorum ſuorum de clericis ſimoniacis & incontinentibus. 8. Henricum Imperat. aliosque Principes Chriſtianos hortatur ad bellum ſacrum. 9. Pragenſis & Moravienſis Eccleſiarum cauſam agit. 10. Acerbe in Philippum Franciæ R. invehitur. 11. In Romana ſynodo varios excommunicat, ſuſpendit, deponit. 14. Moguntinam ſynodum contra Clericos incontinentes urget. 15. Ejus cum Henrico Imperat. grave diſſidium. 18. Wormatienſe conciliabulum contra ipſum habetur. 19. Cincium urbis præfectum excommunicat, a quo ignominioſe tractatur. 20. Henricum Imp. deponit in Romana tertia ſynodo, & depoſitionis ſententiam ad omnes Chriſtianos dirigit. 21. Eundem pœnitentem abſolvit. 27. Rudolphi electionem permittit, non approbat. 29. Robertum Guiſcardum excommunicatum abſolvit, & de Apuliæ ac Calabriæ ducatibus inveſtit. 32. Tuſciam, & Longobardiæ partem ſcripta donatione obtinet a Mathilde Comitiſſa. Ibid. Quartam Romæ ſynodum contra Lombardiæ epiſcopos celebrat, & plura alia in eadem ſtatuit. 36. Johoneum Dolenſem deponit. 37. Quintam Romæ ſynodum celebrat, cujus ſtatuta referuntur. 38. Apud Hugonem abbatem Cluniacenſem amice queritur de Hugonis Burgundiæ Ducis receptione ad Ordinem. 40. Sextam, de Euchariſtiæ veritate contra errores Berengarii. 41. Henrici & Rudolphi legatorum juramenta excipit. Ibid. Lugdunenſis eccleſiæ primatum inſtituit. 42. Humbertum Cardinalem Legatum mittit ad Willelmum Anglorum R. in cauſa Dolenſis epiſcopi. 45. Septimam Romæ ſynodum celebrat, in qua Henricus Rex excommunicatur & deponitur. 46. Guibertus Antipapa in ejus locum ab Henricianis eligitur. 48. Romanum officium in Hiſpania recipi procurat. 50. Ejus mors. 58
Gregorius VIII. Papa. 52 22. Occidentis Principes hortatur ad recuperationem terræ ſanctæ. 10.
Ejus mors, & elogium. Ibid.
Guaſtallenſis ſynodus ſub Paſchali II. 48 3
Guibertus Ravennatenſis epiſcopus pſeudo-Papa. 46 48
Guido Aretinus monachus Benedictinus novam rationem addiſcendi muſicam adinvenit. 43 75
Guido Cremenſis epiſcopus, Antipapa ſub Paſchalis III. nomine. 51 8
Impœnitens moritur. 18
Guigo V. Prior magnæ Carthuſiæ. Ejus ſcripta, laudes & obitus. 49 32
Guillelmi Angliæ Regis laudabilia ſtatuta. 45 40
Guillelmus II. Angliæ Rex invadit bona eccleſiaſtica. 47 15
Guillelmus abbas S. Theodorici errores Abaelardi collectos mittit S. Bernardo refutandos. 49 42
Eoſdem ſpeciali diſputatione confutat. Ibid. Multa ſcribit pietate & eruditione plena. Ibid.
Guillelmus Aquitaniæ dux favet Petro Leonis Antipapæ ſub Anacleti II. nomine. 49 20
Redit ad obedientiam Innocentii II. legitimi Pont. 26
Guillelmus de Campanellis Canonicorum Regularium S. Victoris fundator. 48 24
Fit epiſcopus Catalaunenſis. Ibid.
Guillelmus Normanniæ Dux vincit & occidit Haroldum in Anglia. 45 33
S. Guillelmi Roſchildenſis epiſcopi fortitudo. 45 47
Guillelmi tres Sancti, ab Henſchenio accurate diſtincti. 49 31
Guillelmus Siciliæ Rex contra Andronicum Imperii Orientis uſurpatorem cum ingenti claſſe in Græciam trajiciens, Dyrrachium & Theſſalonicam expugnat. 52 17
Guitmundi libri tres de Euchariſtia contra Berengarium. 46 13. Ejus nævi. Ibid.

H

HAdrianus IV. Papa; Ejus vitæ hiſtoria. 50 30. Romanos ob Arnaldi Brixienſis factiones Interdicto ſuppoſitos, eo ejecto abſolvit. Ibid. Fridericum Barbaroſſam coronat Imperatorem. 31. Cum Guillelmo Siciliæ R. pacem init. 32. Henrico II. Anglorum R. privilegium concedit ad occupandam Hiberniam. 34. Raymundi Comitis Barcinonenſis, & Ermengardæ Narbonæ Dominæ conſtitutiones de Epiſcoporum bonis ſucceſſoribus in epiſcopatu reſervandis authoritate Apoſtolica confirmat. Ibid. Gradenſi Patriarchæ ampla largitur privilegia. 36. Ejus, & Friderici Imperat. diſſidiorum cauſæ. 38. Pax inter eum & Imperat. reſtituta. Ibid. Novum inter Papam & Imperat. diſſidium. 40 42. Ejus mors. 43

Hæretici in Oriente. 48 16

Hæretici ſacramentarii in Diœceſi Trevirenſi. Ibid.

Hakimus Ægypti Calipha Chriſtianos perſequitur. 43 62
Baſilicam ſepulchri Dominici ad ſolum uſque diruit, quam tamen miraculo motus reædificari permittit. Ibid.

Haraldus Norvegiæ Rex tyrannice multa agit. 44 22

Harigeri Laubienſis abbatis hiſtoria epiſcoporum Trajectenſium & Leodienſium. 43 57
Reliqua ejus opera & mors. Ibid.

S. Haroldus Daniæ Rex. 43 22

S. Hartwicus Salisburgenſis epiſcopus. 44 1

Hartvvigus Magdeburgenſis archiepiſcopus multum laborat pro tollendo ſchiſmate. 47 56

Helenenſis ſynodi acta. 44 11

Helmodi Butronienſis hiſtoria converſionis Sclavorum. 51 21

Heloiſſa Petri Abaelardi amica, qualis. 48 48
Fit Prioriſſa monaſterii Paracleti. 49 10

S. Henricus II. Imperator. 43 48. Giſelam ſororem ſuam Stephano Hungariæ R. dat uxorem. 49. Geiſam Hungarorum ducem ad fidem adducit. Ibid. Hermannum Sueviæ ducem debellat. 54. Papiam domat ipſa coronationis ſuæ die. Ibid. Bohemos in priſtinam ſervitutem redigit. Ibid. Boleslaum Poloniæ ducem ſubjugat. Ibid. In Saxoniam victor redit, & Tremoniæ in Weſtphalia omnes regni ſui epiſcopos coadunat. Ibid. Epiſcopatum Bambergenſem in honorem S. Petri erigit. 56. Epiſcopos ad dedicationem Majoris Eccleſiæ Bambergenſis convocat. 64. A Papa unctionem & coronam Imperialem cum conjuge ſuſcipit. 68. Ejus diploma pro Eccleſia Romana. Ibid. Viros religioſos & ſanctos intima amicitia conjunctos habet. Ibid. Abbatiam Corbejenſem reformat. Ibid. S. Heribertum Colonienſ. humili ſatisfactione placat. 70. Ei ad Caſſinenſe Monaſterium divertenti apparet S. Benedictus. 71. Ejus mors. 44 1

Henricus III. cognomento Niger, Imperator. 44 17
Italiam petit, magnifice omnia ordinans. 45 2
Omnibus inimicis reconciliatus moritur. 4

Henricus IV. Imperator. 45 5. Ejus incontinentia Eccleſiæ & Imperii ſtatus in Germania turbatur 39. Cum Bertha conjuge divortium tentat. Ibid. Epiſcopatus & abbatias palam venales proponit. 50. Saxoniæ & Thuringiæ montibus caſtella, prædonum receptacula, imponit. Ibid. Hildulphum Goslarienſem canonicum Colonienſibus in S. Annonis archiepiſcopi defuncti locum obtrudit. 46 16. Ejus cum Papa diſſidium. 18. Wormatiæ conciliabulum contra Pontificem inſtituit. 19. Conciliabuli acta ad clerum populumque Roman. tranſmittit. Ibid. Ejus depoſitio in Romana ſynodo tertia. 21. principum Imperii adverſum Imperat. conſpiratio. 24 29. Ejus pœnitentia, jusjurandum & abſolutio. 27. Ei ſubſtituitur Rudolphus. 29. Excommunicatur & deponitur in ſeptima Romana ſynodo. 46. Guibertum Antipapam eligi procurat. 48. Eundem ſub Clementis III. nomine inthronizari facit. 52. A Pſeudo-Pontifice Imperialem coronam ſuſcipit. Ibid. Wratislaum Bohemiæ ducem, Poloniæ Regem facit. 47 5. Mathildis comitiſſæ exercitum profligat. 20. Welphonem Bavariæ ducem debellatum ducatu privat. 32. Henricum filium natu minorem ſibi ſucceſſorem deſignat. 41. A ſuis proditur & deponitur. 68 In libertatem ſe aſſerit, & agit pro Imperii recuperatione. 69. Ejus mors. Ibid.

Henricus V. adverſus patrem a tribus Pontificibus excommunicatum rebellat. 47 68
Nuntios Romam dirigit, patris ſchiſma anathematizat, & obdientiam ſedi Apoſtolicæ profitetur. Ibid.
Paſchalem II. in Germaniam invitat. 48 3
Eum fruſtra Auguſtæ præſtolatur. 4
Ei in confinio Lotharingiæ & Franciæ venit obviam, & per legatos ſalutat, ſed infecto utrimque negotio diſceditur. 6
Italiam petit pro recipienda a Pontifice Imperiali conſecratione. 15
Papam & cardinales, orto tumultu, captivos detinet. Ibid.
A Pontifice conſecratur, & inveſtituris donatur. Ibid.
Regiis muneribus Pontificem donat, & in Germaniam revertitur. Ibid.
A Conone cardinali excommunicatur. 17
Saxones rebellantes coercet. 31
Moguntiæ de vita periclitatur. Ibid.
Ejus excommunicatio confirmatur in tertia Lateranenſi ſynodo. 32
Ejus excommunicationem ſecutæ calamitates & prodigia. 33
A Burdino Bracarenſi epiſcopo Imperator coronatur. 48 35
Burdinum Antipapam conſtituit, a quo viciſſim rurſus coronatur Imperator. 36
Ejus & Calixti Papæ ſcriptum concordiæ, quam tamen non obſervat Imperator. 41
Ejus excommunicatio in Remenſi ſynodo. Ibid.
Wirceburgenſem conventum de pace indicit. 49
Sacerdotii & Imperii concordia mutuis Papæ & Imperatoris literis firmatur. 51
Ejus mors. 59

Henricus VI. Friderici Barbaroſſæ filius, Germaniæ Rex. 51 24
Ejus crudelitas in quendam epiſcopum, & Papæ famulum. 52 18
Ejus expeditio in Italiam pro receptione coronæ Imperialis, & regno Siciliæ. 29
A Cæleſtino III. cum uxore Conſtantia coronatur. Ibid.
Movet in Apuliam, & centum ſeptuaginta caſtella in deditionem accipit. Ibid.
Graſſante per exercitum mortalitate in Germaniam redire compellitur. Ibid.
Siciliam occupat, & Normannorum ibidem regnum extinguit. 40
Ejus crudelitas & mors. 44

Henricus Angliæ Rex Eccleſiæ regni ſui ſtatum turbat. 47 56 60 61 64
Anſelmum in cauſa inveſtiturarum divexat. Ibid.
Inveſtituras dimittere & Anſelmum revocare, a Papa amice, ſed fruſtra monetur. 63
Anſelmi reditus epiſcopales fiſco addicit. 67
Ei reconciliatur, eumque de reditibus reveſtit, ac reditum in Angliam permittit. 48 1
Robertum fratrem Normanniæ ducem victum & captum tranſmittit in Angliam, ejuſque ducatu potitur. 2
In Londonienſi ſynodo inveſtituris eccleſiaſticis per dationem baculi paſtoralis, vel annuli ſe abdicat. 7
Clericorum Angliæ incontinentiam coercet. 9

Henricus II. Angliæ Rex Thomam Cancellarium ſuum curat eligi archiepiſcopum Cantuarienſem. 51 2. Ejus diſſidiorum cum archiepiſcopo cauſæ. 5 & 7. Ejus & archiepiſcopi legati Alexandrum III. Pont. Senonis conveniunt. 9. Archiepiſcopi bona fiſco addicit. Ibid. Ad Colonienſem archiepiſcopum ſchiſmaticum dure ſcribit de Alexandro III. 11. Ejus legati in conventu Herbipolenſi jurant in verba Imperat. Friderici ſchiſmatici. Ibid. De eo moderate conqueritur Alexander Papa ad Gilbertum Londonienſem epiſcopum, Regi faventem, eundemque excuſantem. Ibid. Contra comminatam Cantuarienſis excommunicationem ad Papam appellat. 15. Cantuarienſis depoſitionem fruſtra urget. 22. Ejus cum legatis Pontificis collatio in cauſa Cantuarienſis, & edictum. 25. Ejus cum Primate Cantuar. reconciliatio. 33. Ejus dolor de archiepiſcopi Cant. cæde. 36. Hiberniam occupat. 38. Juramento ſe de Thomæ morte purgat apud legatos Apoſtolicos, impoſitæque pœnitentiæ ſe ſubjiciens ab iis abſolvitur. 39. Ejus regnum filiorum adverſus partem rebellione deſolatus. 41 Ejus pœnitentia & pax cum filiis. Ibid. Scotiæ Regem in bello capit, & pacem Angliæ reſtituit. Ibid. Aleſiam Franciæ R. filiam Richardo filio ſuo deſponſandam diutius ne detineat, literis Apoſtolicis monetur. 52. Ejus cum Philippo Francorum R. confœderatio pro expeditione terræ ſanctæ. 52 23. Ejus mors. Ibid.

Henricus Hæreticus in Cenomanis & Pictavis; ejus ſpurcitia & inſcitia. 48 34
Confutatur a S. Bernardo. 50 9
Capitur, & catenatus epiſcopo traditur. Ibid.
Henriciani hæretici prope Coloniam inventi flammis traduntur. Ibid.

Henricus Ludovici VII. Galliarum R. frater fit monachus in Claravalle, dein Bellovacenſis epiſcopus. 50 21

Henricus Moguntinus archiepiſcopus ob diſſipationem bonorum Eccleſiæ depoſitus, fit monachus Ciſtercienſis, & pie moritur. 50 26

Henrici Ravennatenſis epiſcopi excommunicatio. 45 45

S. Henrici Upſalenſis in Suecia archiepiſcopi martyrium. 50 25

Heraclius Cæſareenſis archiepiſcopus fit Patriarcha Hieroſolymitanus. 52 8
Sub eo Crux Dominica ab Heraclio Imperatore recuperata perditur. Ibid.

Herbipolenſis conventus in cauſa Guidonis Cremenſis Antipapæ ſub Paſchalis III. nomine. 51 11

S. Heribertus Colonienſis archiepiſcopus. 43 46
Romam veniens ut epiſcopatum deponat, a Sylveſtro Papa pallio donatur. 70
Ejus mors. Ibid.

Heriberti Turonenſis archiepiſcopi opera & mors. 49 20

Herlembaldus laicus pro ſacerdotum caſtitate pugnans occiditur. 45 10

Hermanni Contracti chronicon. 44 50

Hermanni Germaniæ Regis abdicatio & mors. 47 5

Heroldus Salisburgenſis epiſcopus propter crimina excœcatus, depoſitus, excommunicatus. 43 9

Hiberniæ ſynodus. 47 41

Hiberniæ ſynodus in monaſterio Mellifontis ſub Joanne Paparone cardinali legato Apoſtolico. 50 25
Sub Joanne Dublinenſi archiepiſcopo. 52 20

Hieroſolymitana prima expeditio. 47 40 42

Hieroſolyma capta a Chriſtianis. 49

Hieroſolymitana ſynodus. 49 47

Hildegardis Virginis ſanctitas: eam viſit ſanctus Bernardus. 50 5
Ad eam ſcribit Eugenius III. 17

Hiſpaniæ ſynodus ſub Michaele Cæleſtini III. legato, poſt cladem a Saracenis acceptam. 52 41

S. Homobonus Cremonenſis. Ejus vita & mors. 52 45

Honorius II. Papa. 48 58. S. Ottonem Bambergenſem mittit ad prædicandum Pomeranis Evangelium. Ibid. Pontium Cluniacenſem damnat. 62. Rogerium Siciliæ comitem excommunicat. 49 5. Apuliæ ducatum ſibi vindicat. Ibid. Eum in feudum dat Rogerio comiti. Ibid. Ejus mors. 15

Hugo Burgundiæ dux fit monachus Cluniacenſis; Ejus virtutes. 46 40
Ejus mors. 48 13

S. Hugo Burgundus, Lincolnienſis epiſcopus. 52 20
Ejus virtutum ſynopſis. 36
Hugonis Franciæ Cancellarii agendi dexteritas. 50 21
Hugo Capetus Francorum Rex. 43 26
Arnulphum Remenſem archiepiſcopum violatæ fidei accuſat apud Joannem Papam. 31
Hugonis Etheriani libri tres de Proceſſione Spiritus S. contra Græcos. 51 53
Ejus liber de regreſſu animarum ab inferis. Ibid.
Hugonis Lugdunenſis epiſtola contra Victorem III. 47 4
Hugonis Victorini laudes, opera & obitus. 49 46
Hungari multi fidem amplectuntur. 43 21

I

JAcetana ſynodus. 45 17
Inceſtuoſorum hæreſis Ravennæ. 45 30
Ingeburgæ Franciæ Reginæ a Philippo R. divortium paſſæ querela ad Cæleſtinum III. Pontificem 52 35
Ingelheimenſis ſynodus. 43 16
Initium belli ſacri. 46 9
Innocentius II. fit Papa. 49 15. Ab Anacleto II. Antipapa vexatus fugit in Galliam. Ibid. Ibidem agnoſcitur & ſuſcipitur ut legitimus Pontifex. 16. Claromontanam ſynodum contra Anacletum Antipapam celebrat. Ibid. A Germanis agnoſcitur in Wiceburgenſi ſynodo. Ibid. Ab Angliæ Rege ſuſcipitur. Ibid. Remis generalem ſynodum celebrat. Ibid. Claram-vallem per ſeipſum viſitat. 19. Ejus electio canonica probatur a S. Bernardo contra irregularem & violentam Anacleti. Ibid. Ejus partes tuetur Vulgrinus Bituricenſis. Ibid. Eum Piſani & Genuenſes exercitu navali contra Anacletum pſeudo-Papam tuentur. 21. Pſeudo-Pontificem in concilio Piſano damnat. 23. Rogerium Siciliæ Regem ſibi infenſum habet. 32. Anacleti morte, & Victoris pſeudo-Pontif. ſubmiſſione ſchiſma finitur. Ibid. Ejus in Pontificatu pacifice poſſeſſo laudabile regimen. 33. A Clara-valle Abbatem & Conventum Fratrum ſibi mitti petit, & obtinet. Ibid. Lateranenſem ſecundam ſynodum generalem celebrat. 37. B. Sturmium Fuldenſem Abbatem Sanctorum catalogo adſcribit. Ibid. Rogerium Siciliæ R. excommunicat, & ab eo capitur. 38. Pacem cum Rogerio init, cui per diploma Siciliæ regnum donat. Ibid. Bituricenſis eccleſiæ ſchiſmate durante Franciam univerſam interdicto ſupponit. 48. Ejus mors. 50
Inveſtituræ laicales prohibitæ. 46 30 33 46. Earum uſus & origo. 34. & 47 39
Inveſtituræ in Anglia. 47 60 64
Joachimus abbas de Curatio; Ejus revelationes. 52 28
Joannes XII. Papa. Ottonem Germaniæ Regem evocat ad defenſionem Italiæ. 43 1. A Berengario Italiæ R. multa indigna patitur. Ibid. Ejus cum Ottone Imperat. diſſidium. 3. In pſeudo-ſynodo Romana deponitur, & Leo VIII. Antipapa ei ſubſtituitur. Ibid. Synodum Romæ contra Antipapam celebrat. 5. Eujus mors. Ibid.
Joannes XIII. Papa a Romanis proceribus affligitur. 43 7. Eum Deus conſolatur propagatione fidei in Poſonia. Ibid. Ejus mors. 16
Joannes XIV. Papa. 43 24. XV. Papa. 38. XVI. Baronii cenſura pſeudo-Pontifex. 42. XVII. Papa. 52. XVIII. Ibid. Bambergenſis epiſcopatus privilegia confirmat. 56. Ejus mors. 60
Joannes XIX. Papa. 44 2. Ejus mors. 13
Joannes abbas de Struma Antipapa ſub Calixti III. nomine. 51 18. Reatum ſuum agnoſcens, Alexandrum III. Pontificem adit pœnitens, ab eoque creatur Beneventanus archiepiſcopus. 51
Joannes Antiochenus Patriarcha Thomam Syrum Monotheli-tam confutat. 48 14
Joannes Comnenus Orientis Imperator. Ejus conſtitutio contra invaſores bonorum epiſcopalium relictorum. 49 52
S. Joannis Gualberti vita. 45 23. Ejus mors & canonizatio. 52
Joannis Saresberienſis Angli, Carnotenſis epiſcopi elogium, opera & mors. 52 6
Joannes Tzemiſces Imperator C. P. 43. 12. De Bulgaris triumphat. 18
Jordanus Cardinalis legatus, legatione ſua parum laudabiliter fungitur. 50 28
Iſaacius Angelus Orientis Imperator. 52 17. Ejus perfidia in Latinos 27. Patriarchas C. P. pro libitu dejicit. 38
Iſaacius Comnenus contra Michaelem Stratioticum rebellat; fit Imperator Orientis; ejus leges. 45 7. In venatione fulmine percuſſus, monachum induit. 13
Ivonis Carnotenſis epiſcopi laudes. 47 17. Senonenſis epiſcopi electionem literis apud Urbanum II. excuſat. 47. A Paſchali P. graviter objurgatur de literis recommendatitiis Stephani de Guerlanda. 56. Ejus apologia contra accuſationem ſimoniæ. 66. Remenſis eccleſiæ jus ungendi Reges Franciæ infirmat. 48 10. Ejus opera, & mors. 29
Juramentum Chriſtiano licitum, imo quandoque neceſſarium. 51 49

K

KArroſenſis ſynodus in Galliis contra Manichæos. 44 9

L

LAmbertus Le Begue presbyter clericorum mores corruptos inſectatur. 51 43. Eſt Beguinarum fundator. Ibid.
Lamberti Schaffnaburgenſis error. 45 39
Landinus clericus de Frangipanum familia, Antipapa. 51 51
Lanfrancus Cantuarienſis epiſcopus 45 41. Romæ pallium de manu Alexandri P. ſuſcipit. 42. Ibidem cauſam agit contra Thomam Eboracenſem, & Remigium Lincolnienſem. Ibid. Scribit contra Berengarium. 43. Ejus mors. 47 15
Lateranenſis magna ſynodus ſub Paſchali II. 47 59
Lateranenſis prima ſynodus ſub Paſchali II. in cauſa inveſtiturarum 48 15. Secunda ſub eodem in eadem cauſa, ejuſdemque fidei profeſſio. 18. Tertia ſub eodem de iiſdem. 32
Lateranenſis prima ſynodus generalis ſub Caliſto II. pro confirmatione pacti cum Henrico Imperat. initi, ejuſque canones. 48 45. Secunda ſub Innocentio II. 49 37. Tertia ſub Alexandro III. 52 3
Latinos Græci deprædantur Conſtantinopoli. 52 13. Eorum vindicta contra Græcos. Ibid.
Legionenſis ſynodus; Ejus canones. 43 67 & 47 19
Lemovicenſis ſynodus. 44 10 & 47 37
Leonis Diaconi hiſtoria. 43 18
Leonis pſeudo-Pont. electio 43 3. Ejus conciliabulum. 6
Leo IX. Papa. Synodum celebrat contra ſimoniacos. 44 28.
A Normannis capitur. 42 Scribit adverſus Africanos epiſcopos diſſidentes. Ibid. Ei Petrus Patriarcha Antiochenus fidei confeſſionem tranſmittit. 43. Leonis ad eundem reſcriptum. Ibid. Græcorum calumnias confutat; Ejus mors & ſanctitas. 45
Leodienſium apologia ad Paſchalem II. Pont. 47 69
Leodienſis ſynodus in cauſa Innocentii II. contra Anacletum II. Antipapam. 49 16
S. Leopoldus, cognomento Pius, IV. Auſtriæ Marchio. 49 18
Leopoldus Auſtriæ dux Richardum Angliæ R. capit. 52 34. A Cæleſtino Papa excommunicatur; ſed excommunicationem contemnens a Deo flagellatur & reſipiſcit. Ibid.
Lexovienſis ſynodus. 48 48
Libentius Bremenſis archiepiſcopus Suenonem Daniæ Regem Chriſtianorum perſecutorem muneribus placare fruſtra nititur. 43 29
S. Lievizo archiepiſcopus Bremenſis. 43 65
Lillebonenſis ſynodus. 46 51
Lombardorum rebellio ſub Friderico I. ob Præfectorum Imperalium ſævitiam. 51 17
Londonienſis ſynodus. 43 14 45 41. Sub Lanfranco. 46 17. Sub Anſelmo. 47 61
Londonienſis ſynodus, in qua inveſtituris eccleſiaſticis ſe abdicat Henricus Rex. 48 7 Contra clericorum incontinentiam. 9 60 49 12. Sub Alberico legato Pont. 49 36 Sub Henrico Wintonienſi legato Pont. 51. De clericis ſæculari judicio non puniendis. 51 5. Sub Richardo Cantuarienſi archiepiſcopo. 44
Lotharius II. Imp. Ejus elogium. 48 59. Innocentium II. agnoſcit legitimum Pontificem. 39 16. Ei reſiſtit S. Bernardus in cauſa inveſtiturarum. Ibid. Italiam petit pro obtinenda a Pontifice Imperiali conſecratione. 21. Tuſciam recipit in allodium. Ibid. Ejus expeditio contra Rogerium Siciliæ R. 29 Ejus mors, & laudes. Ibid.
Lucius II. Papa. S. Bernardo ſcribit pro Vizeliacenſi abbate contra comitem Nivernenſem. 49 53 Archiepiſcopi Toletani Primatum confirmat. Ibid. Ei regnum ſuum vectigale conſtituit Alphonſus I. Portugalliæ Rex Ibid. Conradi Imperatoris opem contra Romanos rebelles implorat, & obtinet. Ejus mors. Ibid.
Lucius III. Papa, Alexandri III. ſucceſſor. 52 10. Romani adverſus ipſum rebellant. 15. Brunonem Signiæ epiſcopum ſanctorum catalogo adſcribit. Ibid. Ejus decretum adverſus hæreticos. Ibid. Ejus mors. 18
Ludovicus VII. Francorum Rex a Daimberto Senoneſi archiepiſcopo Aurelianis coronatur. 48 10. Ab Innocentio II. interdicto ſupponitur in Bituricenſi ſchiſmate. 49 48. Cæleſtino II. legatos mittit pro pace, & abſolvitur interdicto. 50. Cum Theobaldo comite, agente S. Bernardo, reconciliatur. Ibid Ab Eugenio III. animatus, expeditionem ſacram ſuſcipit. 50 5. Ejus expeditionis infelix exitus. 7. Ejus matrimonium cum Eleonora in Bulgentiacenſi ſynodo diſſolutum. 24. Placitum generale Pariſiis indicit pro filii ſui Philippi coronatione. 52 4. Divinitus monitus, ſepulchrum S. Thomæ M. Cantuar. pro filii ſanitate adit. Ibid. Ejus abſtinentia & mors. ibid.
Luitprandi diaconi Ticinenſis hiſtoria. Ejus character. 43 11
Lumbardienſis ſynodus contra Manichæos. 51 49

M

S. MAcarius Antiochiæ Piſidiæ archiepiſcopus ante & poſt mortem miraculis clarus. 43 66
Machetad Scotorum Rex, devotionis cauſa Romam proficiſcitur. 44 40. Leges eccleſiaſticas redux promulgat. Ibid.
Magdeburgenſis epiſcopatus. 43 9
S. Majolus Cluniacenſis abbas ab Ottone II. Imp. fruſtra ad capeſſendum Papatum ſollicitatur. 43 16. Regularem diſciplinam reſtituit, & plenus dierum & ſanctitatis obit. 43 35
S. Malachiæ Armachani in Hibernia Primatis vita & miracula. 49 39. Ejus mors. 50 19
Manaſſes Remenſis Eccleſiæ invaſor ſimoniacus ſuſpenſus ab officio in Auguſtodunenſi ſynodo. 46 31. Ejus in ſedem ſuam reſtituti literæ ad Papam. 37. Rurſus deponitur in Lugdunenſi ſynodo, atque in excommunicatione moritur. 47
Manichæi oriuntur in Aquitania, & reprimuntur. 43 73
Manichæi in Belgio & in Burgundia. 51 20. Damnati in Gallia. 51 49 & 52 1
Mantuana ſynodus in cauſa Alexandri II. contra Cadaloum Antipapam. 45 28

Manuelis Orientis Imperatoris perfidia in Latinos. 50. 7. Ecclesiarum possessiones lege confirmat. 12. Legatos cum ingenti pecunia mittit ad Alexandrum III. P. pro depositione Friderici Imperat. Occidentis. 51. 17. Ejus mors. 52 7
S. Margaritæ Scotorum Reginæ virtutes, & obitus. 46 27
S. Marinus Eremita. 43 20
Maronitæ Orthodoxi. 52 14
S. Martialis Lemovicensium Apostolus. 44 10
Martyres sub Saracenis Cordubensibus. 43. 19. In Saxonia sub Sclavis. 45 32
Mathildis Comitissa Gregorii VII. P. partes tuetur. 46. 32. Bonorum suorum donationem Ecclesiæ Romanæ factam diplomate confirmat. 47. 62. Ejus mors. 48 31
S. Matthæi Evangelistæ corpus Salerni repertum. 46 48
Mauritii Parisiensis episcopi laudes. 52 43
Mediolanensis cleri reformatio & pœnitentia. 45 10
S. Meinhardus fidem propagat in Livonia. 51. 19. Rigensem episcopatum fundat. Ibid.
Meldensis synodus. 43. 2. & 46 52
Melphitana synodus. 45. 12. & 46 11
Michaelis Cærularii scripta adversus Ecclesiam Romanam. 44 48
Michael Ducas Græcorum Imp. a Saracenis oppressus, Occidentalium auxilium implorat. 46 9 Ejus depositio, & mors. 39
Michael Paphlago Orientis Imperat. 44. 14. Ejus mors. 21
Michaelis Pselli historia Byzantina. 43 18
Michael Stratioticus Orientis Imp. inæquali dignitatum & munerum militarium distributione milites a se alienat. 45 7
Miecislaus Poloniæ Dux palam profitetur Christianismum. 43 7
Militum S. Jacobi Ordo in Hispania ab Alexandro III. approbatur, & statutis munitur. 51 47
Miro Gerundensis episcopus. 43 23
Moguntina synodus. 44. 31. In causa Caroli Magdeburgensis canonici Rumoldo Constantiensi episcopo suffecti. 45. 43. Contra clericorum incontinentiam. 46 15
Moguntinus conventus in causa Henrici IV. Imp. 47 68
Monspeliensis synodus sub Alexandro III. 50 53
Mosomensis synodus. 43 34

N

Namnetensis synodus. 48 61
Narbonensis synodus. 43 50
Neapolitana Samariæ synodus. 48 47
Nemausensis synodus sub Urbano II. 47 38
Nicephorus Botoniates Orientis Imperator. 46 39
Nicephorus Phocas Imperat. C. P. 43. 4. Ejus gesta & mors. 11 & 12
Nicetæ Antiochensis disputatio cum Anselmo Havelbergensi. 50 20
S. Niconis Armeni gesta. 43 37
S. Nico monachus Christianam Religionem in Cypro restituit. 43 12
Nicolaus II. P. Præsidet Romanæ synodo, in eaque constitutionem de electione Romani Pontificis promulgat. 45. 9. Ejus decretum adversus simoniacos. Ibid. Berengario concedit audientiam, qui errores suos publice damnat. Ibid. Synodum Melphiæ celebrat contra clericorum incontinentiam. 12. Robertum Guiscardum Apuliæ & Calabriæ ducem constituit. Ibid. Beneventi alteram synodum celebrat. Ibid. Romam rediens Tusculanos Comites perduelles castigat. Ibid. Ejus mors. 19
Nicolai de Breck-Spere, Angli, Cardinalis Albanensis, postea Romani Pontificis sub Hadriani IV. nomine, vita. 50 30
S. Nicolaus Peregrinus. 46 27
S. Nili abbatis vita. 43. 25. & 42. Ab Ottone Imp. invisitur. 44. Ejus mors. 50
Nilus monachus in Oriente pertinaciter negans unionem hypostaticam in Christo, damnatur in synodo. 48 16
S. Norberti initia. 48. 38. Ordinis Præmonstratensis fundamenta jacit. 42. Canonicos Regulares instituit. 46. S. Godefridum comitem Cappenbergensem suis annumerat. 56. Tanchelinum hæreticum confutat. Ibid. Bullam confirmationis Ordinis sui ab Honorio II. obtinet. 49 4. Fit Magdeburg. archiepiscopus. Ibid. Magdeburgenses rebellantes excommunicat. 14. Cancellarii Italiæ partes obit in Lotharii Imper. consecratione. 21. Ejus mors & canonizatio. Ibid.
Normanni quando primum visi in Italia. 43 69
Northamptonienses synodus. 51 48
Northusana synodus. 47 68
Norvegicæ ecclesiæ miser status sub Haraldo. 45 22
Novem-Populaniæ synodus. 46 2

O

Obedientia suos habet fines. 47. 39. Obedientiæ juramentum, quod Papæ præstant episcopi. 59
Octavianus S. Cæciliæ presbyter Cardinalis Antipapa sub Victoris IV. nomine. 50 43
S. Odilo Cluniacensis abbas, Ejus virtutes, opera & mors. 44 29
Olaf Norvegiæ Regis gesta. 44. 7. Olaf Sueciæ Regis gesta. Ibid.
Ordinis Teutonici initium, 52. 31. Ei se conjungit Ordo Ensiferorum. 45
Orestis Hierosolymorum Patriarchæ martyrium. 43 62
Orientalis Ecclesiæ & Imperii miser status. 46 9
Orientalis ecclesiæ dissensio in tribus primariis sedibus. 49 47
Orientis magna synodus sub Luca Chrysoberge Patriarcha C. P. 51 17
Orientis sive Palæstinæ miser status sub Balduino IV. a Saladino Ægypti Rege victo. 52 8
Oswaldus Eboracensis episcopus. 43 32
S. Otto Bambergensis Episc. Episcopatu se abdicare statuit, nisi a Papa consecretur. 47. 63. Ejus literæ ad summum Pontificem, cum rescripto Papali. Ibid. Pomeranos ad fidem Christianam convertit. 48. 58. Inter alia salutis documenta, septem ipsis prædicat Sacramenta. Ibid. Ejus secunda missio in Pomeraniam. 49. 17. A Vitaco cive nobili plurimum juvatur. Ibid. Pomeranos in idololatriam relapsos miraculo convertit. Ibid. Bambergam revocatur necessariis de causis. Ibid. Ejus canonizatio. 52 26
Ottonis Frisingensis scripta & obitus. 50 38
Ottonis I. Imperatoris diploma pro confirmatione jurium S. Romanæ Ecclesiæ. 43. 1. Ejus cum Joanne XII. Papa dissidium. 3. Berengarium Italiæ Regem, ejusque fautores persequitur. Ibid. Romanam pseudo-synodum congregat, in qua Joannes XII. deponitur, & Leo VIII. Antipapa intronizatur. Ibid. Romanos rebellantes ingenti clade prosternit. 5. Benedictum V. Hamburgensi archiepiscopo custodiendum tradit. 6. Joannis XIII. Pontificis persecutores suspendio necari jubet. 9. Magdeburgensem archiepiscopatum erigi procurat. Ibidem. Legationem mittit ad Nicephorum Græcum Imperat. pro matrimonio Theophaniæ cum filio suo Ottone II. sed irrito eventu. 11. Ejus mors. 16
Otto II. Imperat. Benedictionem Imperialem a Joanne XIII. Papa recipit. 43. 11. S. Majolum Cluniacens. abbatem ad Papatum capescendum frustra sollicitat. 16. A Græcis vincitur. 23. Ejus mors. Ibid.
Otto III. coronatur Germaniæ Rex. 43. 23. A Gregorio V. Pont. Imperialem coronam suscipit. 38. Ejus constitutio pro Italia. 44. SS. Romualdum & Nilum abbates invisit. 45. S. Adalberti episcopi Pragensis & Martyris in Polonia, & Caroli M. Imperat. sepulchrum Aquisgrani veneratur. 47. Ejus cum S. Heriberto Colon. Archiepiscopo familiaritas & mors. 48
Oxoniensis synodus damnat publicanos hæreticos. 50 46

P

PAgi critica laudatur. 52 47
Palæstinæ miser status sub Balduino IV. Hierosolymorum Rege, a Saladino victo. 52 8
Papiensis synodus in causa Alexandri III. Pont. & Victoris IV. Antipapæ. 50 43
Parisiensis synodus contra Berengarium. 44. 38. Sub Matthæo sedis Apostolicæ legato. 49 10
Contra Gilbertum Porretanum. 50 8
Paschalis II. Papa. 47 50
Anselmum Cantuariensem literis hortatur, ut statum Ecclesiæ Anglicanæ ad Romanæ sanctiones corrigat, utque censum B. Petri solvi curet. 56
Eundem ad tuendam Ecclesiæ Anglicanæ libertatem hortatur. 60
Guastallensem synodum celebrat. 48 3
In Galliam veniens, Trecensem habet synodum. 4 & 5
Lateranensem primam synodum celebrat in causa investiturarum. 15
Ejus & Henrici V. Imp. conventus Romæ. Ibid.
Orto tumultu captivus detinetur cum Cardinalibus, & Albam ducitur. Ibid.
Investituras Imperatori coactus permittit, & honorifice Romam redire permittitur. Ibid.
A suis dure reprehenditur de concessis Imperatori investituris. 17
In Lateranensi secunda synodo investituras Imperatori concessas revocat. 18
Petrum Anagnium Sanctorum catalogo adscribit. 30
In Lateranensi tertia synodo excommunicationem Imperatoris a Conone factam approbat & confirmat. 32
Roma ob seditiones excedere compellitur. 33
Ejus legatus in Anglia non recipitur. Ibid.
Burdinum excommunicat. 35
Ejus mors. 36
Persecutio in Africa & in Hispania Saracenica. 50 16
Petrobrusiani hæretici a Petro abbate Cluniacensi confutati. 50 9
S. Petrocus Martyr. 43 22
S. Petrus Anagnius episcopus. 48 30
Petri Blesensis elogium & opera. 51 29
Petrus Cantor. Ejus summa, reliqua scripta & mors. 52 45
Petrus Cellensis abbas, Joanni Saresberiensi succedit in episcopatu Carnotensi. 52 6
Petrus Comestor. Ejus vita, opera & mors. 51 54
B. Petri Damiani vita. 44 25
Ejus opusculum adversus falsam Clericorum incontinentium pœnitentiam. 44
Ordinatur episcopus Ostiensis invitus & repugnans. 45 6
Ejus epistola ad septem episcopos Lateranensis Ecclesiæ. Ibid.
Multum laborat pro reformatione cleri Mediolanensis. 10
Nicolao Papæ libellum supplicem offert pro regressu ad vitam solitariam. 11
Ejus duæ ad Cadaloum Antipapam epistolæ, ut resipiscat. 19
Ejus disceptatio synodalis. 20
Ejus opusculum contra Philargiam. Ibid.
Alexandri Papæ jussu scribit vitam SS. Rudolphi, & Dominici Loricati. 21
Henricum IV. Imperat. literis hortatur pro extinguendo schismate Cadaloi. 27
Reliqua ejus opera, & mors. 45
Petrus Eremita expeditionem sacram prædicat. 47 36
Petrus Hungariæ Rex a proceribus regno pellitur. 44 22
Ab Henrico Germaniæ R. restitutus, Ovonem æmulum suum captum capite mulctat. Ibid.
Petrus Leonis fit Antipapa, & schisma excitat in Ecclesia. 49 15

Damnatur in Pisano concilio ab Innocentio II. 49 23
Ejus mors, & fratrum ejus cum legitimo Pont. reconciliatio. 49 32
Petrus Lombardus floret in Galliis; Ejus opera, nævi, mors & epitaphium. 50 41
S. Petrus Tarentasiensis. 50 49
Petrus Venerabilis, abbas Cluniacensis, Carthusianorum institutum laudat. 47 57
Scribit apologiam Ordinis sui ad S. Bernardum. 49 2
Amicæ ejus ad S. Bernardum literæ, cum nova pro Cluniacensibus apologia. 49 49
Alcorani versionem latinam procurat. Ibid.
Petrobrusianos hæreticos confutat. 50 9
Eugenium Papam in Campania commorantem negotiorum causa adiens, benigne suscipitur. 50 23
Ejus mors, elogium & opera. 50 35
Petrus Urseolus, Venetiarum Dux, cum Joanne Gradenico viram monasticam amplectitur. 43 20
Philippi I. Francorum Regis coronatio per Gervasium Remens. archiepiscopum. 45 14
Ei Gregorius VII. excommunicationem minatur propter simoniam. 46 3
Aliis literis dure ab eodem increpatur. 11
Ejus divortium cum Bertha. 47 24
Bertradam pellicem publice ducit uxorem. Ibid.
Ab Urbano II. in Claromontana synodo eam ob causam excommunicatur. 35
Ea dimissa pœnitens absolvitur. 39
Bertradam revocat, & in Pictavienst synodo excommunicatur. 55
Facti pœnitens absolvitur in Balgenciacensi synodo. 66
Philippus II. Francorum Rex cognomento Augustus coronatur Remis. 52 4
Judæos regno suo expellit. 12
Cum Henrico Angliæ R. confœderatur pro expeditione in terram sanctam. 23
Ejus discordia & reconciliatio cum Rege Anglorum. 26
Ejus expeditio sacra. 28 31
Ejus divortium cum Ingeburge. 35
Cœlestini Papæ legatos de reformando ejus cum Ingeburge matrimonio male recipit. 42
Inattenta Papali prohibitione Mariam Ducis Bohemiæ filiam matrimonio sibi jungit. Ibid.
Philosophorum realium & nominalium secta ridicula. 48 21
Pictavienses synodus. 43. 55. sub Girando Papæ legato contra Berengarium. 46. 12. Sub Hugone. 33. In causa episcopi Æduensis. 47 55
S. Pilgrinus Laureacensis episcopus, Hungarorum Apostolus. 43 21
Pisana ecclesia in Metropolitanam erecta sub Urbano II. 47 25
Pisanum concilium sub Innocentio II. contra Petrum Leonis Antipapam. 49 23
Pisani classem 50. navium mittunt in auxilium terræ sanctæ sub Clemente III. 52 23
Saladinum ad Tyrum vincunt. 27
Placentina synodus. 47 32
Poloniæ miser status. 44 20
Pomeranorum conversio. 48 58
Pontii Cluniacensis sacrilega crudelitas; Ejus condemnatio, & mors. 48 62
Pontii de Larazio mira conversio. 49 27
Portugalliæ regni initia. 49 43
Pragensis episcopatus institutio. 43 10
Pragensis, & Moraviensis Ecclesiæ separatæ. 46 10
Probatio per ignem. 45 37
Publicani hæretici damnati in Oxoniensi synodo. 50 46

Q

QUintilineburgensis Conventus; Ejus decreta. 46 57

R

RAbbinorum antiquissimi Rabbi Nathan, & Rabbi Benjamin quo tempore vixerint? eorum fabulæ. 51 40
Radulphi de Diceto, archidiaconi Londonensis historia. 52 45
Radulphus Leodiensis episcopus simoniacus. 51 43
E Palæstina redux veneno extinguitur non procul a patria. 52 33
Radulphus monachus a S. Bernardo se missum fingens, crucem contra Saracenos, & internecionem contra Judæos intestinos prædicat in urbibus ad Rhenum sitis. 50 5
Raimundus abbas Fiterii Ordinis Cistercienses instituit Ordinem Calatravæ. 50 49
Ramirus monachus & presbyter Alphonso VI. Aragonio fratri suo improli succedit, & ducit uxorem, ex qua susceptа & in matrimonium dein collocata filia, ipse redit in monasterium. 49 25
Ravennatensis synodus. 43. 9. 44 68
Reinbernus primus in Pomerania ulteriori Colbergensis episc. Ejus gesta & obitus. 43 59
Reinoldus Colon. archiepiscopus corpora SS. trium Regum Mediolano Coloniam transfert. 50 52
Remensis Ecclesiæ jus consecrandi Reges Franciæ ab Ivone Carnotensi infirmatur. 48 10
Remensis synodus. 43. 31. 44. 30. 47. 23. 29. 48. 26. 41. 49 16
S. Remigii translatio. 44 30
Richardus Angliæ Rex. 52. 26. Ejus expeditio in terram sanctam sub Clem III. 52. 28. 31. Captivus detinetur in Germania. 34. Persolutis centum millibus marcarum argenti & datis obsidius liberatur. 36
Richardus Cantuar. archiepiscopus. 51. 41. Episcoporum in aula Regis assiduorum commorationem defendit, ut Ecclesiæ & Reipublicæ plurimum utilem. 52 9
Rigensis episcopatus fundatio. 52 19
Robertus de Abrissellis ædificat fontem Evardi. 47. 55. Fit episcopus Carnotensis. 48. 29. A Goffrido Vindocinensi redarguitur. Ibid. Ejus, & Bernardi de Tironio, & Vitalis Saviniacensis laudes. 48 30
Roberti Galliarum Regis liberalitas erga loca sancta. 43. 76. Reliquarum ejus virtutum catalogus. Ibidem. Ejus mors. 44 12
Robertus Normannorum Dux parva manu Græcos vincit. 46 52
Robertus Normanniæ Dux regnum Angliæ jure natalium sibi debitum cum exercitu ingressus, Anselmi Cantuar. interventu certis conditionibus placatur. 47. 56. Ab Henrico Angliæ R. fratre suo in Normannia victus & captus. 48 2
Robertus de Moleduno. Ejus laudes; a Thoma Cantuariensi Herefordiensis episcopus consecratur. 51 4
Roberti de Monte, Prioris Beccensis, Chronicon. 52 19
Robertus Pullus. Ejus encomium & opera. 50 1
Rodulphus abbas Sagiensis, ex Roffensi episcopo Cantuariensis archiepiscopus. 48 25
Rogerius comes Saracenos e Sicilia expellit, & ecclesias ibidem reparat. 47 26
Rogerius Siciliæ Rex Anacleto pseudo-Papæ favet. 49. 15. Cladem exercitus sui a Bernardo prædictam contemnens vincitur. 32. Anacleto extincto, cum cardinalibus ejus fautoribus Victorem Antipapam constituit. Ibid. Excommunicatur a Pontifice, quem capit, & Siciliæ regno donatur. 38
Rogerus Glovernensis comitis filius, Wigornienses episcopus a Thoma Cantuar. consecratur. 51 4
Romanus Argyrus Græcorum Imperat. veneno extinctus ab uxore. 44 14
Romanus Diogenes Orientis Imperat. a Turcis victus & captus, sub sponsione annui tributi relaxatur. 45 44
Romanus Junior, Orientis Imperat. voluptatibus diffluit, & brevi consumitur. 43 4
Romana synodus sub Joanne XII. contra Leonem Antipapam. 43. 5. Sub Benedicto VIII. contra simoniacos. 23. Sub Gregorio V. 41. Sub Joanne XV. 42. Sub Silvestro II. 51. Sub Clemente II. adversus simoniacos. 44. 26. Sub Leone IX. adversus eosdem. 44. 28. Sub eodem Pontifice adversus Berengarium. 33. Sub eodem in causa Patriarchæ Gradensis. 42. Sub Nicolao II. 45. 9. Contra clericos regulares proprietarios. 23. Adversus incestuosos. 30. Sub Greg. VII. contra Henricum Imp. 46. 21. Sub eodem contra Episcopos Longobardiæ. 36. Sub eodem. 38. Sub eodem contra Berengarium. 41. Sub eodem contra Henricum Imper. 46. Sub eodem in causa episcoporum Arelatensis & Narbonensis. 52
Romana pseudo-synodus contra Joannem XII. 43. 3. Contra Gregorium VII. 47 44
Romanæ sedis præeminentia 50. 20. Romani Pontificis dignitas, & potestatis excellentia. 22. Quænam in eo, ejusque ministris requirantur. Ibid.
S. Romualdus Eremiticæ vitæ in Italia restitutor & propagator, ac Ordinis Camaldulensis fundator. 43. 20. Ejus virtutes, & mors. 44 8
Roscelini errores. 47 22
Rotomagensis synodus. 44. 34. Contra Berengarium. 45. 25. Sub Joanne archiepiscopo. 49. Altera sub eodem. 46. 12. Pro custodienda Trevia Dei. 47. 38. Sub Matthæo legato Pontificio. 49 9
S. Rudesindi vita & mors. 43 19
Rudolphus Henrico Imperat. schismatico substitutus. 46. 29. Hinc bellis civilibus quatitur Germania. 36. Ejus mors. 49
Rugianorum & Finlandorum conversio ad fidem Christianam. 51 21
Ruperti, abbatis Bambergensis, cognomento Numularii, quæstus sordidi, & usuræ. 45 50
Ruperti abbatis Tuitiensis, vita & opera. 48. 21. Ejus mens de Eucharistia. Ibid.
Russorum conversio. 43. 30. Fidem Christianam, & ritum Græcum semper retinuere. Ibid.

S

SAcerdotalis, & Regiæ dignitatis varia officia. 45 27
Saladini initia. 51. 40. Balduinum IV. Jerosolymorum R. vincit. 52. 8. Palæstinam occupat, & Jerosolymam capit. 21. Tyrum oppugnans a Conrado marchione terra marique victus recedit inglorius. 27. Ejus mors. 38
Salegunstadiensis synodi canones. 43 72
San-Dionysiana synodus. 43 40
Saraceni internecione delentur in Italia. 43. 69. Alphonsum VIII. Castellæ R. fœdifragum cædunt in Hispania. 52 41
Saxonis Grammatici historia Danica. 52 19
Schisma & bellum in Germania sub Henrico V. Imperat. 48. 31. 33. Schisma Ecclesiæ Salisburgensis. 51. 42. Ecclesiæ Scoticæ. 52. 5. Trevirensis ecclesiæ sub Clem. III. terminatur. 25
Sclavorum abjecta Religione Christiana rebellantium immanitas. 43 65
Senonensis synodus contra Abaelardum. 49 42
Septem Sacramenta. 48 58
Sergius Papa IV. 43. 60. Ejus mors. 65
S. Simeonis Syracusani vita & canonizatio. 44 13
Simoniæ species. 45 6
Simon Crespiensis comes secedit in Jurense monasterium; ejus virtutes. 46 40
Spiritus sancti a Patre Filioque processio contra Græcos asserta. 50 20
Stampensis synodus. 47 21
S. Stanislaus Cracovienses episcopus, martyr. 46 44
Stephani Angliæ Regis diploma pro libertate Ecclesiæ. 49 28
S. Stephanus Hungariæ Rex, Regnum suum B. V. hæreditarium transcribit. 43 49
Laudabilia ejus instituta, & mors. 44 18
Stephanus III. Hungariæ Rex, jura & privilegia ecclesiis regni sui restituit. 51 28

Stephanus IX. Papa. Clericorum incontinentiam coercet. 45. 8
5. Ejus mors.
S. Stephanus de Mureto, Ordinis Grandimotenſis fundator. 48 55
S. Sturmius Fuldenſis abbas. Ejus canonizatio. 49 37
Sueno Daniæ Rex graviſſime Chriſtianos perſequitur. 43. 22. Ejus mors. 68
Sugerii abbatis S. Dionyſii laudes & obitus. 50 24
Suidas floret. 43 18
Sylveſter II. Papa. 43. 46. Ejus mors. 52
Sylveſter III. Papa. 44 24
Symbolum Romæ in Miſſa legi tantum ſolitum, ad inſtantiam Henrici Imperat. deinceps cantari cœptum. 43 68
Synodi variæ in Galliis. 43 41

T

TAchmonis archiepiſcopi Magdeburgenſis geſta & obitus. 43 64
Tanchelini errores. 48. 56. A S. Norberto confutatur. Ibid.
Tancredus Willelmi Siciliæ R. nothus Conſtantiam Henrici VI. Imperat. uxorem Salerni captam, tranſmittit in Siciliam. 52 29
Tardanenſis ſynodus. 43 15
Tarraconenſis metropolis reſtituta. 47 18
Templariorum inſtitutio, & regula in Terecenſi ſynodo data. 49. 6. Eorum inſtitutum a S. Bernardo laudatur. Ibid.
Teutonici Ordinis initium, 52 31
Theobaldi Cantuarienſis archiepiſcopi geſta & obitus. 51 1
S. Theobaldi Eremitæ vita & mors. 45 35
Theodori Balſamonis opera & nævi. 52 38
Theophylacti Bulgariæ Metropolitani opera. 46. 39. Ejus catholicum dogma de Euchariſtia. Ibid.
Theorianus Græcus Armenos ad rectam Incarnationis fidem adducit. 51 31
Thiemo Salisburgenſis archiepiſcopus in expeditione terræ ſanctæ captus, & martyr. 47 58
Tholoſana ſynodus adverſus ſimoniacos. 45. 4. 38. Sub Caliſto II. 48. 41. Sub Romano, legato Apoſtolico. 49. 13. In cauſa Alexandri III. contra Victorem IV. Antipapam. 50 48
S. Thomas unanimi conſenſu eligitur Cantuarienſis Primas. 51 2
Rogerum, Wigornienſem, & Robertum de Moleduno Herefordienſem epiſcopum conſecrat. 4
S. Eduardi regis corpus levat, atque inter Sanctorum corpora collocat. 5
Ejus cum Henrico Angliæ R. diſſidiorum cauſæ. 5 7
Ab Alexandro P. a juramento Regi de obſervandis conſuetudinibus facto abſolvitur. 7
Fugit in Galliam, & latet in abbatia S. Bertini. Ibid.
Ejus, & Regis legati Papam Senonis conveniunt. 9
Ipſe exilii ſui cauſas Papæ explicat in Conſiſtorio Senonenſi. Ibid.
Pontiniaci habitum monachalem induit. Ibid.
Omnia ejus bona a Rege Anglorum confiſcantur. Ibid.
Ab Alexandro Pont. Legatus in Anglia conſtituitur. 15
Excommunicationis ſententiam in multos profert. Ibid.
Pontiniacenſi abbati martyrium ſuum prædicit. Ibid.
Legatorum Alexandri Papæ pro ejus reconciliatione colloquium Giſortii. 19
Ejus cum Angliæ Rege colloquium pro reconciliatione, præſente Ludovico Francorum R. 22
Ejus depoſitionem fruſtra urget Rex Angliæ. Ibid.
Interdicto Generali Angliam ſubjicit. 27
Ejus cum Rege reconciliatio. 33
Angliæ Regem Turonis inviſit. 34
Ejus reditus in Angliam. 35
Conſpiratio adverſus eundem, ejuſque martyrium. Ibid.
Ejus mortis authores & complices a Papa excommunicantur & intra triennium miſere pereunt. 36 39
Ejus canonizatio. Ibid.
B. Thomæ prioris S. Victoris Pariſienſis cædes. 49 22
Thomas Syrus Monothelita a Joanne Patriarcha Antiocheno confutatur. 48 14
Ticinenſis ſynodus. 43 70
Toletanæ Eccleſiæ Primatus. 47 13
Trecenſis ſynodus. Ejus acta. 47. 65. 48. 5. 49 6
Tremonienſis ſynodus. 43 54
Treuga Dei. Eam recuſantes Neuſtriæ populi igne de cœlo puniuntur. 44 22
Trojana ſynodus ſub Urbano II. ejus canones. 47 28
Turcarum origo. 44 29
Turonenſis ſynodus. 45. 3. 16. 47. 37. 51 3

V

VAlentina ſynodus in Galliis. 47 53
S. Uldarici Auguſtani mors. 43 16
Canonizatio. 32
S. Venerii humilitas & ſimplicitas. 43 44
Vicelini Oldemburgenſis epiſcopi laudes. 50 25
Victor II. Papa. 45 1
Ejus mors. 5
Victor III. Papa. 47 1
Ejus mors. 6
Victor Antipapa. 49 32
Pontificiis inſignibus nudatus, ad pedes Innoc. II. a S. Bern. adducitur. Ibid.
Viennenſis ſynodus in Gallia. 45. 15. 48 19
Vindocinenſis abbatis opuſcula IV. de Inveſtituris. 48 50
Vitacus Pomeranus, S. Ottonis Bambergenſis meritis liberatus, eidem Sancto liberationis ſuæ ſeriem exponit. 49 17
S. Ottonem plurimum adjuvat in converſione Pomeranorum. Ibid.
Vizeliacum concilium. 50 5

U

UNiverſitatum, Oxonienſis & Cantabrigienſis origo. 48 24
Urbanus II. Papa. 47 11
Conſtantienſi epiſcopo ſcribit pro compoſitione turbarum in Germania. 12
Toletanæ Eccleſiæ Primatum Hiſpaniarum concedit, fruſtra reclamante Tarraconenſi archiepiſcopo. 13
S. Brunonem Carthuſianum ſuum quondam magiſtrum pro ſolatio & conſilio in rebus Eccleſiaſticis per literas evocat. 16
Atrebatenſem epiſcopatum reſtituit. 25
Ei Conradus Henrici Imperat. filius fidelitatem promittit. 32
Ejus decretum de Primatu Eccleſiæ Lugdunenſis. 35
Philippum Franciæ Regem Bertrada adultera dimiſſa pœnitentem abſolvit. 39
Anſelmum Cantuarienſem a Willelmo Ruſo Angliæ Rege diverſimode vexatum Romam venire jubet, & benigne excipit. 43
Rogerium ducem ejuſque hæredes donat Privilegio, quod Siculi Monarchiam vocant. 44
Ejus mors. 49
Urbanus III. Papa. 52 18
Ejus cum Imperatore diſſidiorum cauſæ. Ibid.
Ejus cum eodem reconciliatio, & mors. 21

W

WAldenſes hæretici. 51 3
Willelmus IV. Aquitaniæ dux, ejus vita & mors. 44 9
Willelmus Anglorum Rex, Judicia eccleſiaſtica reſervat epiſcopis. 46 56
Willelmus Angliæ R. cognomento Rufus, Anglicanam Eccleſiam opprimit. 47 32
S. Anſelmum Cantuar. multimodis vexat. Ibid.
Willelmi Neubrigenſis hiſtoria. 52 45
Willelmus Tyrienſis archiepiſcopus, ſcriptor belli ſacri, in Giſortienſi Regum Franciæ & Angliæ colloquio, eos ad expeditionem ſacram hortatur. 52 23
Wintonienſis ſynodus. 43. 19. 45. 40. 46. 17. 49 40
Wirceburgenſis conventus de pace. 48 49
Wirceburgenſis ſynodus in cauſa Innocentii II. contra Anacletum Antipapam. 49 16
S. Wolffangus Ratisponenſis epiſcopus. 43 17
Ejus viſiones, & mors. 35
S. Wolffredi vita & martyrium. 44 7
Wormatienſe conciliabulum contra Greg. VII. Pont. 46 19

X

XIphilinus Patriarcha C. P. Ei opera ſua nuncupat Theodorus Balſamon. 52 38

Z

ZOe, Orientis Imperatrix, maritum ſuum veneno extinguit. 44 14
Zygabenus monachus, Alexii Imperatoris C. P. juſſu ſcribit Panopliam adverſus hæreſes. 48 16

INDEX
MATERIARUM GENERALIS,

IN QUO

Numerus primus Tomum, ſecundus Librum, tertius Paragraphum deſignat.

A

ABBAS, ABBATISSA.

Abbati teſtandi licentia data, cur? tom. 3. lib. 30. paragr. 44
Abbatiſſæ velamen dare non debent. t. 3. l. 37. p. 11

ABSOLUTIO.

Abſolutionem ſacramentalem moribundis eam petentibus nunquam negavit Eccleſia. t. 1. l. 9. p. 3. - l. 10. p. 7
Abſolvendi poteſtas a Chriſto data ſacerdotibus. t. 2. l. 16. p. 56. - l. 17. p. 66
Abſolutio & baptiſmus morientium. t. 2. l. 18. p. 5
Non eſt neganda ſubito obmuteſcenti, ſi prius dederit ſigna pœnitentiæ. Ibid. & t. 3. l. 24. p. 4
Quandonam danda ei, qui morbo oppreſſus, nullum pœnitentiæ ſignum edere valet. t. 3. l. 41. p. 30
Vide, Pœnitentiæ ſacramentum.

ADULTERA.

Adulteram abſolvit Chriſtus, & quomodo. t. 1. l. 1. p. 33
Adultera mulier dimittenda, & quandonam? - l. 3. p. 9

AGAPÆ.

Agapæ erant ſanctæ. t. 1. l. 2. p. 69

AGBARUS.

Agbari Regis hiſtoriæ veritas. t. 1. l. 2. p. 22
Ejus epiſtola ad Chriſtum. - - p. 23

AGNUS PASCHALIS.

Agnum Paſchalem cum diſcipulis manducat Chriſtus, ejuſque cœnæ ritus. t. 1. l. 1. p. 51
V. Euchariſtia.

ALEÆ.

Alearum ludus quantopere ab Eccleſia prohibitus. t. 1. l. 9. p. 3

ALTARE.

Eſt ſedes corporis Chriſti. t. 2. l. 15. p. 75

AMOR PROXIMI.

Amoris proximi manifeſta exempla in primis Chriſtianis. t. 1. l. 9. p. 38

ANGELUS.

Angelus cuſtos. t. 1. l. 2. p. 31. - l. 3. p. 9
Angeli quid egerint in reſurrectione Chriſti. t. 1. l 3. p. 57

ANIMA.

Animam rationalem eſſe corpoream credidit Tertullianus. t. 1. l. 5. p. 43
Qualis ſit? ejus origo ſecundum Auguſtinum. t. 2. l. 20. p. 17

ANTICHRISTUS.

Antichriſtus qualis futurus. t. 1. l. 2. p. 52

APOCALYPSIS.

Apocalypſis D. Joannis. t. 1. l. 3. p. 14
In Hiſpaniis recepta. t. 3. l. 31. p. 35

APOSTOLI.

Apoſtoli prudenter credunt Chriſto. t. 1. l. 1. p. 11
Eorum electio. tom. 1. lib. 1. paragr. 14
Eis apparet Chriſtus, & dat Spiritum ſanctum. - - p. 62
Loquuntur linguis variis. - l. 2. p. 2
Miſſi in carcerem, divinitus liberantur. - - p. 3. 6
Eorum diviſio per varias mundi provincias. - - p. 33
Quo anno contigerit. - - p. 35
Qualis fuerit eorum vita. - - p. 58
Provinciæ, quæ ſingulis Apoſtolis obtigere. t. 1. l. 2. p. 33
Sacramentorum ritus Apoſtoli præſcripſere. t. 1. l. 2. p. 60
Eis revelatæ ſunt omnes fidei veritates. t. 1. l 5. p. 7. 8
Eorum acta. - l. 6. p. 51
Ea ſtricta oratione reddidit Arator. t. 3. l. 28. p. 31
Apoſtolicæ ſententiæ vis & effectus. t. 3. l. 39. p. 31

APPELLATIO.

Appellationes ad ſedem Apoſtolicam. t. 1. l. 7. p. 12. & t. 3. l. 31. p. 19.
Eas confirmat ſynodus Sardicenſis. t. 2. l. 11. p. 53
Eas ſuis clericis prohibent epiſcopi Africani. t. 2. l. 20. p. 45
Eorum proviſionale judicium de appellationibus. - l. 32. p. 4
Quis modus in iis tenendus. t. 4. l. 50. p. 22

AQUA.

Aqua ſola in calice conſecrando non ſufficit. t. 1. l. 7. p. 22
Ejus in calice miſcendæ quantitas. t. 3. l. 41. p. 39
Aquæ benedictæ uſus & effectus. t. 2. l. 16. p. 43. & t. 3. l. 30. p. 46

ARCHICAPELLANI.

Eorum officium. t. 3. l. 35. p. 49

ARCHIDIACONI.

Eorum munus. t. 1. l. 8. p. 24

ARTICULI FIDEI.

Articulorum Fidei diviſio in fundamentales, & non fundamentales, impia. t. 1. l. 2. p. 93

ASYLUM.

Aſyli jus conceſſum Eccleſiis, ſub quibus conditionibus. t. 3. l. 20. p. 15. t. 4. l. 44. p. 11

AUCTORES ETHNICI.

Eorum lectio quomodo utilis. t. 2. l. 14. p. 7

AZYMUM.

Azymo pane uſus eſt Chriſtus in Euchariſtiæ inſtitutione. t. 1. l. 1. p. 51

B

BAPTISMUS.

Baptiſmus Joannis non conferebat gratiam; hanc confert baptiſmus Chriſti. t. 1. l. 1. p. 3
Baptiſmus Chriſti conferendus ſub diſtincta trium perſonarum divinarum invocatione. t. 1. l. 1. p. 63. t. 3. l. 34. p. 46
Omnibus eſt neceſſarius ad ſalutem, etiam parvulis. t. 1. l. 1. p. 5. & t. 1. l. 4. p. 32. t. 1. l. 7. p. 27. & t. 2. l. 16. p. 37. t. 2. l. 21. p. 17. & t. 3. l. 34. p. 46. & t. 4. l. 51. p. 49
Unus eſt, nec iterari poteſt. t. 1. l. 2. p. 90. & t. 3. l. 35. p. 11
Totam peccatorum pœnam remittit. t. 1. l. 4. p. 52
Per aſperſionem datus, eſt validus. - l. 7. p. 39
Tribus primis ſæculis per trinam immerſionem collatus. t. 1. l. 5. p. 41. & t. 3. l. 31. p. 51
Baptiſmi ſolennis ritus. t. 1. l. 10. p. 56
Baptiſmus ſolennis cur tantum in pervigiliis Paſchæ & Pentecoſtes adminiſtraretur. t. 3. l. 24. p. 16

Baptiſmo præmiſſæ interrogationes. tom. 1. lib. 5. paragr. 41. & - l. 8. p. 30
Conferendus, ſi de ejus collatione non conſtet. t. 3. l. 26. p. 7. & - l. 34. p. 10
Quid agendum, ſi de eo dubitetur. Ibid.
Datus in nomine Patria, Filia &c. valet. t. 3. l. 34. p. 43
Ab hæreticis datum reprobat S. Cyprianus. t. 1. l. 7. p. 37. & ſeq.
Epiſcoporum diſſenſio circa eundem. - - p. 38
Illum approbat Eccleſia. - - p. 42
Cur uni parvulo detur, & non alteri. t. 1. l. 21. p. 33

BARBARI.

Barbarorum incurſionibus in Imperium Romanum, fides propagata. t. 1. l. 7. p. 97

BEROEENSES.

Beroeenſes Evangelium avide recipiunt; quid, & quare examinent. t. 1. l. 2. p. 48

BLASPHEMIA.

Blaſphemiæ peccatum quale? quo ſenſu non remittatur. t. 1. l. 1. p. 13. & t. 2. l. 13. p. 56

BONA ECCLESIÆ.

Bonorum Eccleſiæ adminiſtratio penes epiſcopum, qui ea diſpenſet, eorumque ſit particeps, quantum indiget. t. 1. l. 3. p. 55. & t. 2. l. 11. p. 16
Bonorum Eccleſiæ diviſio. t. 1. l. 6. p. 49. & t. 3. l. 30. p. 46. & t. 3. l. 37. p. 48. - l. 41. p. 30
Ea alienare non licet epiſcopis. t. 3. l. 36. p. 51
Eorum uſus. t. 3. l. 37. p. 11

C

CANONES.

CAnones Apoſtolici qui, & quot ſint recepti? t. 1. l. 3. p. 11. & t. 3. l. 35. p. 33
Canones Arabici. - l. 10. p. 6
Canones Pœnitentiales Petri Alexandrini. - l. 8. p. 47
Canones Pœnitentiales S. Leonis. t. 3. l. 24. p. 2
Chalcedonenſes. - l. 25. p. 8

CANONICI REGULARES.

Eorum vitæ regula. t. 3. l. 36. p. 40. & t. 4. l. 44. p. 23

CANTUS ECCLESIASTICUS.

Pſalmos alternis cantare quinam primi inſtituerint. t. 2. l. 11. p. 60
Pſalmodia perpetua a S. Alexandro inſtituta. t. 2. l. 22. p. 24
Antiphonarium & Hymni S. Gregorii. t. 3. l. 30. p. 39. 40

CAPITULUM.

Capitula tria damnantur in V. ſynodo. t. 3. l. 28. p. 57
Capitulorum trium cur nulla fiat mentio in ſynodis Hiſpaniæ. - l. 32. p. 28

CARDINALES.

Cardinales epiſcopi quinam. t. 3. l. 35. p. 36
Cardinales tituli in omnibus eccleſiis quales fuerint. t. 3. l. 37 p. 44

CAROLINI LIBRI.

t. 3. l. 35. p. 65

CATECHUMENI.

Catechumenorum triplex ordo. t. 1. l. 6. p. 27

CATHEDRA PETRI.

V. Petri Cathedra & primatus.

CATHOLICI.

Ab antiquis hæreticis *Pſychici* per ludibrium dicti. t. 1. l. 5. p. 42
Catholicarum epiſtolarum ſcopus. t. 3. l. 17. p. 84
Eorum controverſiæ inter ſe, multum differunt ab iis, quas inter ſe habent hæretici, & cum orthodoxis. t. 2. l. 16. p. 3

CHOREPISCOPI.

Eorum origo. t. 1. l. 9. p. 60
Erant ordine epiſcopi. Ibidem & t. 3. l. 39. p. 40
Eorum jura. t. 2. l. 11. p. 13. 15
Eorum repreſſio. t. 3. l. 36. p. 14
Nono ſæculo adhuc perſeverant. - l. 41. p. 24

CHRISMA.

S. Chriſmatis uſus & antiquitas. t. 2. l. 14. p. 40

CHRISTUS.

Chriſti Baptiſmus, qua ætate. tom. 1. lib. 1. paragr. 1
Ejus jejunium & tentatio. - - p. 2
Primum ejus miraculum. - - p. 4
Docet e navicula Petri, - - p 7
Se probat Meſſiam. - - p. 11
Ejus ſermo in monte. - - p. 15
Solis Judæis prædicat. - - p. 16. 23
Frequenter locutus in parabolis. - - p. 18. 38
Ejus transfiguratio. - - p. 26
Sanat cæcum a nativitate. - - p. 34
Ejus regnum quale, & ejus leges. - - p. 39
Ejus ſolennis ingreſſus in Jeroſolymam. - - p. 45
Quomodo filius David. - - p. 48
Prædicit ruinam templi & urbis Jeroſolymitanæ. - - p. 49
Lavat pedes diſcipulorum. - - p. 51
Promittit Apoſtolis Spiritum ſanctum. t. 1. l. 1. p. 52. 62. t. 1. l. 2. p. 2
Ejus poſtremus ſermo. - - p. 53
Prædicit Apoſtolis, quanta paſſuri ſint. Ibidem.
Paſſionem ſuam prædicit. t. 1. l. 1. p. 30. 39. 50
Ejus paſſio. - - p. 54
Ejus ſepultura. - - p. 55
Deſcendit ad inferos, & juſtos liberat. Ibidem.
Non reprobos. t. 3. l. 30. p. 29
Reſurgens apparet Magdalenæ & aliis piis mulieribus. t. 1. l. 1. p. 57
Apparet omnibus diſcipulis. - - p. 60
Aſcendit in cœlum. - - p. 63
Ejus epiſtola ad Agbarum. - l. 2. p. 24
Non omnes Chriſtiani ſalvantur, propter quos Chriſtus mortuus eſt. - - p. 60
Pro omnibus omnino hominibus mortuus. - - p. 64. & t. 2. l. 16. p. 39. & - l. 21. p. 17. & - l. 23. p. 15
Etiam pro reprobis. t. 2. l. 14. p. 65. & - l. 15. p. 128
Ejus excellentia. t. 1. l. 2. p. 87
Ejus ſacerdotium. - - p. 90
Deus eſt, & Homo. t. 1. l. 4. p. 33. 44
Ejus divinitas. t. 1. l. 5. p. 46. & t. 1. l. 6. p. 29. & t. 2. l. 13. p. 46. - l. 14. p. 64. - l. 15. p. 39. - l. 16. p. 19. - l. 22. p. 11
Non eſt impoſtor. t. 1. l. 6. p. 25
In eo eſt communicatio Idiomatum. t. 2. l. 14. p. 5. - l. 22. p. 12
Ejus ſubjectio in fine, qualis. t. 2. l. 15. p. 26
Regnum ejus æternum. - - p. 39
In altari oblatus eſt vera hoſtia. - - p. 46
Eccleſiæ promittit perpetuam aſſiſtentiam. - l. 21. p. 7
Ejus caro vivifica. t. 2. l. 22. p. 11
In Euchariſtia adorandus. - l. 16. p. 21
Perſonæ unitas in Chriſto, cum diſtinctione naturæ divinæ & humanæ. t. 2. l. 16. p. 30
Duæ in eo voluntates & operationes. t. 3. l. 33. p. 21

CHRISTIANI.

Eorum dignitas. t. 1. l. 2. p. 37
Innocentia. - l. 5. p. 13
Calumniam patiuntur ex pravis hæreticorum moribus. t. 1. l. 5. p. 13
Orant pro Imperatoribus ethnicis. - - p. 18. 19
Jurabant per ſalutem Cæſaris, non per ejus genium. Ibidem.
Eorum fidelitas & patientia. - - p. 19
Reipublicæ utiles. - - p. 21
Sarmentitii & Semaxii per ludibrium appellati. t. 1. l. 5. p. 23
Soli vere philoſophi. - - p. 49
Sub Principibus ethnicis carebant templis. - - p. 79
Quomodo erudiebantur. - - p. 24
Quid recipiant in Euchariſtia. - l. 6. p. 31
Multorum mores corrupti; hinc eorum lapſus in perſecutione. - - p. 47
Divina in aliquos ultio. Ibid.
Eorum poteſtas in dæmones. t. 1. l. 5. p. 17. & t. 1. l. 7. p. 20
Eorum charitas. - l. 7. p. 17. & - l. 9. p. 38

CHRISTIANA RELIGIO.

In Cruce fundata. t. 1. l. 2. p. 58
Ejus veritas. - l. 5. p. 15. & - l. 6. p. 25
Ejus propagatio admirabilis. t. 1. l. 4. p. 105. t. 1. l. 5. p. 52. & t. 3. l. 38. p. 10
Ejus veritas ex miraculis. t. 3. l. 26. p. 38. & t. 3. l. 40. p. 23

CIBI.

Ciborum delectus quis bonus, & quis reprehendendus. t. 1. l. 2. p. 93
Cibus ſit tenuis & communis. - l. 4. p. 48
Veterum monachorum qualis? t. 2. l. 17. p. 49

CLERICI.

Primis ſæculis artes exercebant. t. 1. l. 2. p. 50
Honeſta ſuſtentatio eis debita jure divino, & qualis? - - p. 59
Ante ſæculum tertium carebant certo habitu. - l. 5. p. 61
Eorum veſtes ſæculo tertio. - l. 7. p. 63
Non debent eſſe tutores. - - p. 29
Eorum reditus ſunt oblationes fidelium. - - p. 30
Clerici apoſtatæ depoſiti ſine ſpe reſtitutionis. - - p. 32
Non ſubjacebant pœnitentiæ publicæ. - l. 8. p. 47. & t. 2. l. 16. p. 37

Eis cum mulieribus habitare non licet. tom. 1. lib. 10. paragr. 6. & t. 2. l. 15. p. 100. & t. 3. l. 30. p. 36
Continentiam ſervare debent. t. 1. l. 9. p. 3. & - l. 10. p. 13. & t. 2. l. 16. p. 37. & - l. 18. p. 15. 63
Eorum raritas in Africa, t. 2. l. 18. p. 28
Clericis ſecundi ordinis prohibetur appellatio tranſmarina. - l. 20. p. 45
Eorum ſcholæ. t. 3. l. 27. p. 47
Eorum immunitas. t. 2. l. 12. p. 18
E multis eccleſiis ejiciuntur, eiſque ſubſtituuntur monachi. t. 3. l. 30. p. 44
Clerus Romanus. t. 1. l. 6. p. 82
Clerus Carthaginenſis multa pro fide paſſus ejicitur in exilium. t. 3. l. 26. p. 41
Clericos divites, vel municipes, vel hæreticos publicis muneribus ſubjicit Conſtantinus. t. 1. l. 10. p. 13
Clericorum concubinariorum tumultus. t. 4. l. 46. p. 8

COADJUTOR.

Coadjutorem in epiſcopatu S. Bonifacio concedit Papa. t. 3. l. 34. p. 46

CODEX THEODOSIANUS.

t. 3. l. 23. p. 30

COLLECTÆ PRO PAUPERIBUS.

t. 1. l. 2. p. 61. 64

COMMEMORATIO DEFUNCTORUM.

t. 2. l. 16. p. 41

Orationes & ſacrificia pro iis. t. 1. l. 5. p. 26. t. 1. l. 10. p. 21. t. 2. l. 15. p. 119. & t. 2. l. 16. p. 52
Eis leviora peccata relaxat Eccleſia. t. 3. l. 37. p. 32

COMMUNIO.

Communio Paſchalis. t. 1. l. 6. p. 31
Domeſtica. - - p. 47
Sub una ſpecie. Ibidem & - l. 7. p. 4.
Peregrina, qualis ſit. t. 3. l. 27. p. 1
V. Euchariſtia.

CONCILIUM.

Concilium Apoſtolicum Hieroſolymis de legalibus; ejus decretum, illiuſque explicatio. t. 1. l. 2. p. 45. 46
Conciliorum ſolennis ritus. t. 3. l. 31. p. 35
V. Synodus.

CONFESSIO.

Confeſſio ſacramentalis nunquam publice facta ex aliqua lege. t. 1. l. 5. p. 4
Confeſſio peccatorum occultorum. t. 1. l. 6. p. 61
V. Pœnitentiæ ſacramentum.

CONFIRMATIO.

Confirmationis ſacramentum. t. 1. l. 2. p. 11. & - l. 5. p. 3. & - l. 7. p. 40. & - l. 10. p. 61. & t. 2. l. 20. p. 34
Illud presbyteris adminiſtrare non permiſit Gregorius Papa. t. 3. l. 30. p. 19

CONJUGATI.

Eorum vita qualis eſſe debeat. t. 1. l. 4. p. 51. t. 1. l. 5. p. 6. t. 1. l. 9. p. 3

CONSTANTINI DONATIO.

Conſtantini M. donatio Sylveſtro Papa facta eſt ſuppoſititia. t. 4. l. 44. p. 55

CONSTITUTIONUM LIBER.

Eſt incerti authoris. t. 1. l. 3. p. 11

CONTINENTIA.

Semper floruit in Eccleſia. t. 1. l. 6. p. 30
Non conſiſtit cum cultu corporis. - l. 7. p. 66
Chriſtianorum conjugium, t. 1. l. 4. p. 51. & t. 1. l. 5. p. 6. & - l. 9. p. 3

CONVIVIA IN CŒMITERIIS.

Ea abolenda ſuadet Auguſtinus, t. 2. l. 17. p. 28
Et abolet. - - p. 56

CORRECTIO FRATERNA.

t. 1. l. 1. p. 27. & t. 2. l. 21. p. 34

CRUX CHRISTI.

Crucis vis & efficacia. t. 1. l. 8. p. 3. & - l. 9. p. 72. & t. 2. l. 15. p. 25. & - l. 16. p. 39
Ejus adoratio. t. 3. l. 28. p. 26
V. Signum S. Crucis.

CULTUS DIVINUS.

Spiritualis Dei cultus non excludit exteriorem. t. 1. l. 1. p. 6

CULTUS SANCTORUM.

t. 1. l. 4. p. 5. t. 1. l. 6. p. 59

V. Martyres, Reliquiæ, Sanctorum cultus.

CYCLUS PASCHALIS.

t. 1. l. 10. p. 5

D

DÆMON.

Dæmonibus ſilentium imponit Chriſtus. t. 1. l. 1. p. 8
Eorum legio ab eodem ejecta. - - p. 9
Eorum fraudes pro idololatriæ propagatione. - l. 5. p. 2
Subjiciuntur Chriſtianis. - - p. 17
Dæmon multos ſeducit per mulierem. - l. 6. p. 6

DECIMÆ.

Earum ſolutio obligat. t. 3. l. 29. p. 35. - l. 35. p. 72. - l. 36. p. 64. - l. 37. p. 62
Cuinam ſolvendæ. t. 3. l. 40. p. 46
Antiqua earum inſtitutio. - l. 41. p. 39

DECRETALES.

Decretales Romanorum Pontificum uſque ad Syricium P. ſunt ſuppoſititiæ, paucis exceptis. t. 1. l. 3. p. 33
Aliæ eorumdem Pontificum Decretales epiſtolæ. t. 3. l. 39. p. 20

DEDICATIO.

Dedicationis templi feſtus dies. t. 1. l. 1. p. 41

DELECTATIO.

Delectationis duplicis viciſſim ſibi prædominantis ſyſtema non eſt S. Auguſtini. t. 2. l. 17. p. 57

DEUS.

Deus vult omnium ſalutem. t. 1. l. 2. p. 93. - l. 4. p. 54. & t. 2. l. 23. p. 15. & t. 3. l. 25. p. 53
Unus eſt in tribus perſonis. t. 1. l. 4. p. 33
Eſt author pœnæ, non peccati. t. 1. l. 5. p. 46. - l. 6 p. 29. & t. 2. l. 23. p. 15
Ejus providentia erga fideles in publicis neceſſitatibus. t. 1. l. 7. p. 29
Vere natus eſt ex Maria Virgine. t. 2. l. 22. p. 4
Nullum in vivis ſervat ut cadat, & juſtis non ſubtrahit gratiam. t. 2. l. 23. p. 15

DIACONI.

Diaconorum inſtitutio; eorum ordo eſt ſacer. t. 1. l. 2. p. 7
Sacramentaliter abſolvere eis non permiſit Sanctus Cyprianus. - l. 6. p. 68
Eorum continentia. - l. 9. p. 60
Presbyteris ſunt inferiores. - l. 3. p. 25. & - l. 10. p. 7
V. Clerici.

DIACONISSÆ.

Earum inſtitutio, t. 1. l. 2. p. 93

DIES DOMINICUS.

Dominicus dies ſucceſſit Sabbatho, cur? t. 1. l. 2. p. 2
Dominica die celebrare conventus ſacros, eſt inſtitutionis Apoſtolicæ. - - p. 69

DII GENTIUM.

Dii Gentium fuere vel homines ſcelerati & mortui, vel dæmones. t. 1. l. 5. p. 14
V. Idololatria.

DISCIPULI CHRISTI.

Diſcipulorum ſeptuaginta electio. t. 1. l. 1. p. 15
Eis, eorumque in epiſcopatu ſucceſſoribus perpetuam Chriſtus promiſit aſſiſtentiam, ut bene doceant. t. 1. l. 1. p. 62
Eorum fortitudo eſt argumentum veritatis evangelicæ. - l. 6. p. 25

DIVITIÆ.

Divitiæ ſunt ſalutis impedimenta. t. 1. l. 1. p. 31

DOMINI.

Dominis non tantum modeſtis, ſed etiam aſperis obediendum. t. 1. l. 2. p. 37

E

ECCLESIA CHRISTI VERA.

BOnos & malos complectitur. tom. 1. lib. 1. paragr. 18. & t. 2. l. 19. p. 16
Docentis infallibilitas. t. 1. l. 1. p. 62. & t. 2. l. 22. p. 41. & t. 3. l. 39. p. 20
Ejus incrementa. t. 1. l. 2. p. 3
Ejus præceptis obediendum. t. 1 l. 1. p. 47. & t. 1 l. 3. p. 16. & t. 3. l. 30. p. 33
Eſt columna & magiſtra veritatis. Ibid. & t. 1. l. 4. p. 33
Ejus characteres & notæ. t. 2. l. 15. p. 75. & t. 1. l. 16. p. 26
Ejus unitas, hierarchia, perpetuitas & amplitudo. t. 1. l. 4. p. 53
Eſt toto orbe diffuſa. t. 2. l. 17. p. 57. & - l. 18. p. 20. 74
Calumniam patitur ex improbis hæreticorum moribus. t. 1. l. 4. p. 13
Fundatur ſuper cathedram Petri. - l. 7. p. 2
Extra eam non eſt ſalus. Ibid. & t. 2. l. 19. p. 18
Romana eſt fons & origo traditionis Apoſtolicæ. t. 1. l. 4. p. 31. 33
Eadem eſt centrum communionis eccleſiaſticæ. t. 2. l. 16 p. 20
Ex ſuis reditibus ſemper aluit pauperes. t. 1. l. 7. p. 35
Ejus prima poſſeſſio ſunt bona martyrum. t. 1. l. 9. p. 45. 72
Ejus etiam ſeparatæ, ſeu extra ſynodum, judicium certum eſt & irrevocabile. t. 2. l. 21. p. 18
Ejus ſecundi & tertii ſæculi diſciplina in recipiendis Neophytis ad baptiſmum & lapſis ad pœnitentiam. t. 1. l. 6. p. 27
Ejus ſeveritas. - - p. 72
Ejus diſciplina in recipiendis apoſtatis & hæreticis ex nativitate fuit diverſa. - l. 7. p. 52
Ejus diſciplina circa excommunicatos. t. 1. l. 4. p. 42
Pœnitentiam ſecundam hæreſiarchis relapſis concedit. t. 1. l. 3. p. 43
Idololatris, mœchis & homicidis pœnitentiam nunquam negavit. t. 1. l. 5. p. 42
Ejus decreta non ſunt retractanda. t. 3. l. 26. p. 62
Ejus rebus ſe immiſcere non debent poteſtates ſæculares. t. 3. l. 37. p. 1. & t. 4. l. 46. p. 55
Ejus authoritas circa matrimonia. t. 2. l. 15. p. 104
Eccleſiæ quondam pendebant tributum pro conventibus quiete celebrandis. t. 1. l. 5. p. 51
Eccleſiæ pax in Orientalium reconciliatione cum Cyrillo. t. 2. l. 23. p. 7
Eccleſiarum diviſio. t. 2. l. 11. p. 56. & - l. 15. p. 16

ELECTIO CANONICA.

Electio Patriarchæ Alexandrini. t. 1. l. 2. p. 89
Electio epiſcopi eſt regula ſucceſſionis ab Apoſt. tradita. - l. 3. p. 71
Electionum ritus. t. 3. l. 24. p. 12
Earum forma. - l. 41. p. 15
Pacis conſervandæ modus in electionibus Eccleſiaſticis. t. 3. - l. 31. p. 1

EPISCOPUS.

Epiſcopus aſſignatur cuilibet civitati, qua occaſione. t. 1. l. 2. p. 61
Superior eſt presbyteris. t. 1. l. 2. p. 93. & - l. 4. p. 8. & t. 3. l. 3. p. 64
Eorum obligationes. t. 1. l. 4. p. 8. & t. 2. l. 12. p. 7. & t. 3. l. 37. p. 62
Eorum inſtitutio eſt a Chriſto. t. 1. l. 4. p. 7. & t. 1. l. 7. p. 28
Eis debetur ſubjectio & reverentia. t. 1. l. 3. p. 22. & t. 1. l. 4. p. 7
Eorum translationes prohibitæ. t. 2. l. 11. p. 16. 53. & t. 2. l. 4. p. 7
Judicant de cauſis eccleſiaſticis. t. 2. l. 16. p. 25. & t. 3. l. 36. p. 51
Eorum patrimoniis ditatæ eccleſiæ. t. 2. l. 20. p. 42
Epiſcoporum metropolitanorum jura. t. 2. l. 11. p. 14
Epiſcopi electionis forma. t. 3. l. 30. p. 9
Præcipiunt abbatibus, ut ad ſuas ſynodos veniant. - l. 30. p. 37
Papam judicare recuſant. - l. 36. p. 9
Eis militare prohibitum. - - p. 15
Eis bona eccleſiæ alienare non licet. - - p. 51
Eorum reſidentia. - l. 37. p. 5
Eorum vita debet eſſe ſancta. - - p. 11
In viſitatione Eccleſiarum ne deprædentur presbyteros. - - p. 28
Non dicant anathema ſine conſenſu archiepiſcopi vel coepiſcoporum. - - p. 44
Eorum conſecratio. - l. 41. p. 15
Ei dandus ſuffraganeus, ſi rationis uſum amiſerit. t. 3. l. 30. p. 48
Epiſcopi ſeptem Lateranenſis Eccleſiæ, unde ſic dicti? t. 4. l. 45. p. 6
Epiſcoporum bona reſervata ſucceſſoribus in epiſcopatu. - l. 50. p. 34

EPISTOLÆ CANONICÆ.

Earum ſylloge. t. 1. l. 2. p. 37. & ſeq. t. 1. l. 3. p. 16. & ſeq.
Earum ſcopus. t. 1. l. 3. p. 17

EVANGELIUM.

Ejus propagatio. t. 1. l. 2. p. 2
Illud apud ſe tardius propagatum nulla gens juſte conqueri poteſt. t. 1. l. 2. p. 33

EVANGELISTÆ.

Evangeliſtæ quatuor. tom. 1. lib. 3. paragr. 18. & - l. 4. p. 33

EVANGELICA PERFECTIO.

t. 2. l. 15. p. 99

EUCHARISTIA.

Ejus promiſſio: In ea eſt vere & ſubſtantialiter corpus & ſanguis Chriſti: ejus utilitas & neceſſitas. t. 1. l. 1. p. 21
Ejus inſtitutio: eſt vere ſacramentum & ſacrificium. t. 1. l. 1. p. 52. & t. 1. l. 2. p. 90. & t. 1. l. 3. p. 26. 28. 55. Item t. 1. l. 4. p. 8
A jejunis ſumenda ex inſtitutione Apoſtolica. t. 1. l. 2. p. 69
Eſt verum ſacrificium a Malachia prædictum. t. 1. l. 4. p. 34. & t. 1. l. 6. p. 6. & 47
Parvulis ſub una vini ſpecie dabatur: majores vero hanc domi ſumebant ſub ſola ſpecie panis. t. 1. l. 6 p. 47
Fidelium primi & ſecundi ſæculi fides circa eandem. t. 1. l. 1. p. 52
Illius quotidie erant participes tempore perſecutionis. t. 1. l. 7. p. 10
A Melchiſedecho præfigurata. - - p. 22
Recte dicitur antitypon. t. 2. l. 15. p. 35
Eſt verum ſacrificium, quod prodeſt vivis & defunctis. t. 2. l. 16. p. 40
In ea Chriſtus eſt ſubſtantialiter præſens, & ſubſtantia panis & vini vere tranſmutatur. t. 2. l. 17. p. 39. t. 3. l. 24. p. 10. t. 3. l. 37. p. 54. t. 3. l. 40. p. 23. Item t. 4. l. 43. p. 53. & - l. 44. p. 4. & - l. 45 p. 25
Ejus veritas miraculo comprobata. t. 2. l. 18. p. 12. & t. 3. l. 42. p. 40
In ea veram fieri tranſubſtantiationem, nono ſæculo credebant Græci. t. 3. l. 39. p. 8
Ejus frequens uſus. t. 1. l. 3. p. 55. t. 1. l. 7. p. 67 & t. 2. l. 15. p. 104.
Extremo ſupplicio damnatis danda. t. 3. l. 37. p. 48

EULOGIÆ.

t. 2. l. 15. p. 139

EXCOMMUNICATIO, EXCOMMUNICATUS.

Excommunicatio quantum timenda. t. 1. l. 2. p. 59. & t. 1. l. 5. p. 20
Excommunicatus ab uno epiſcopo, nequidem a Romano Pontifice recipiebatur ſine conſenſu illius epiſcopi. t. 1. l. 3. p. 50
Excommunicandi poteſtas propria eſt epiſcoporum. t. 2. l. 16. p. 58
Ejus leges; quam prudenter ea ferenda ſit. t. 2. l. 18. p. 20
Excommunicatis communicare prohibitum. t. 3. l. 40. p. 46
Excommunicationis uſus ſit moderatus. t. 4. l. 45. p. 31.

F

FESTORUM OBSERVATIO.

t. 1. l. 4. p. 18. & t. 3. l. 36. p. 40. 68

V. Sanctorum cultus.

FIDELES.

FIdeles primi bona abdicabant, ſed ſine voto paupertatis. t. 1. l. 2. p. 4
Eorum oblationes. t. 2. l. 15. p. 83
V. Chriſtiani.

FIDES.

Fidei in Chriſtum neceſſitas. t. 1. l. 1. p. 5. 52
Fidei & charitati remiſſionem peccatorum tribuit Chriſtus. - - p. 17
Fides Petri quomodo non deficiat. - - p. 52
Fides quænam juſtificet, & quomodo? t. 1. l. 2. p. 57. 67 Item - l. 3. p. 13
Fidei integritas. t. 1. l. 2. p. 93
Fides qua credimus Chriſtum eſſe mortuum pro ſalute noſtra, eſt fundamentum ſpei Chriſtianæ. t. 1. l. 3. p. 10
Fides ſola non ſufficit ad ſalutem. t. 1. l. 3. p. 13. 17. t. 1. l. 4. p. 42. & t. 2. l. 20 p. 10. Item t. 2. l. 21. p. 16. & t. 3. l. 30. p. 29
Fidem ejurat qui vel unum articulum ab Eccleſia definitum rejicit. t. 1. l. 2. p. 93. & t. 1. l. 3. p. 16
Fides in unum Deum remuneratorem, quem amemus, non ſufficit ad ſalutem. t. 1. l. 3. p. 18
Fides Incarnationis, mortis, & reſurrectionis Chriſti neceſſaria ad ſalutem. t. 2. l. 20. p. 50
Fides vera ſe prodit univerſalitate ſua. t. 2. l. 14 p. 67
Fidei catholicæ adhærendum. t. 2. l. 18. p. 3
Fidei initium a divina vocatione. t. 2. l. 18. p. 2. & t. 2. l. 21. p. 45
Ejus definitio. t. 2 l. 16. p. 17. & t. 3. l. 25. p. 6
Ejus regula. t. 3. l. 29. p. 30
Eam exterius profitendi neceſſitas. t. 3. l. 32. p. 30

FILIUS DEI.

Filius Dei Patri coæternus. t. 1. l. 1. p. 33
Filium Dei ſe probat Chriſtus. - - p. 41
Eſt Patri conſubſtantialis. - l. 10. p. 4
Similis Patri in natura, quo ſenſu de eo vere dici poſſit. t. 2. l. 13. p. 11
Quomodo hæc verba intellexerint Semiariani. - - p. 14

Eum Patri ſimilem ſecundum ſubſtantiam confiteri non ſufficit. tom. 2. lib. 13. paragr. 33
V. Chriſtus.

G

GENTILES, GENTILITAS.

GEntilium falſa miracula. t. 1. l. 3. p. 4
Eorum Dii, vel homines fuerunt ſcelerati & mortui, vel dæmones. - - p. 16
Eorum cæremonias ut ſuperſtitioſas irriſere Philoſophi. t. 1. l. 5. p. 20
Caput aſini depingebant cum inſcriptione: Deus Chriſtianorum. - - p. 57
Gentilitatis everſio. - l. 10. p. 17
Idololatriam inſtaurare tentant. t. 2. l. 16. p. 36
Eorum falſa prædictio de fine Chriſtianæ Religionis. - l. 18. p. 14
Eorum audacia repreſſa. - l. 19. p. 2

GENTES.

Gentium vocatio eſt fructus paſſionis Chriſti. t. 1. l. 1 p. 46
Gentium multarum converſio. - l. 10. p. 19

GRATIA.

Ejus neceſſitas, & efficacia. t. 1. l. 1. p. 21. 53. Item t. 1. l. 6. p. 3. Item t. 1. l. 6. p. 30. Item t. 1. l. 7. p. 67. Item t. 2. l. 20. p. 3. 14. & t. 2. l. 21. p. 33. & t. 2. l. 22. p. 22
Liberum arbitrium non adimit. t. 1. l. 1. p. 21. & t. 3. l. 27. p. 35
Ejus œconomia. t. 2. l. 16. p. 39. & t. 3. l. 30. p. 22
Eam multi negligunt, vel reſpuunt. t. 1. l. 1. p. 37
Gentilibus nunquam penitus defuit. t. 1. l. 2. p. 33. 42
Ei libere cooperamur. t. 1. l. 4. p. 54
Gratia efficax. t. 2. l. 18. p. 2
Gratiæ interiori reſiſtitur. t. 2. l. 20. p. 5
Gratiam interiorem, quæ datur per modum virtutis, eſſe neceſſariam nunquam agnovit Pelagius. t. 2. l. 20. p. 50
Gratia eſt gratuita. - - p. 53
Data eſt in veteri lege. - l. 21. p. 12
Gratia finalis perſeverantiæ qualis ſit. - - p. 34
Regula fidei de gratia Chriſti. - - p. 37
Gratiam ſufficientem agnovit Auguſtinus. - - p. 50
Gratia actualis juſtis non ſubtrahitur. - l. 23. p. 16
Gratiæ ſufficientis ab efficaci diſcrimen ſecundum S. Proſperum. t. 3. l. 25. p. 34
Plura V. Tit. Pelagiani. Semipelagiani. Prædeſtinatio & in Indd. partt. V. Auguſtinus, Proſper &c.

GRÆCI.

Eorum fidei libellus oblatus Vigilio Papæ. t. 3. l. 28 p. 47
Eorum ſchiſma ſub Michaele Cærulario Patriarcha C. P. t. 4. l. 44. p. 45

H

HÆRESIS.

HÆreſeon utilitas. t. 1. l. 6. p. 27
Cur eas permittat Deus. t. 1. l. 7. p. 2
Contra eas militat Catholicorum præſcriptionis argumentum. t. 1. l. 5. p. 2

HÆRETICI.

Hæretici fugiendi. t. 1. l. 3. p. 17
Eorum mores. t. 1. l. 4. p. 33. & t. 2. l. 16. p. 31
Eorum libri non legendi, nec retinendi. t. 1. l. 7. p. 52. & t. 3. l. 31. p. 10
Eorum fraudes, ut tolerantiam ſubripiant. t. 1. l. 9. p. 77
Eorum diſſenſiones demonſtrant eorum hæreſin. t. 2. l. 16. p. 32
Pax quomodo cum iis ineunda. t. 2. l. 15. p. 81
Legibus, & pœnis coercendi. t. 2. l. 18. p. 72. & t. 2. l. 19. p. 19
Etiam non auditi pro ſua defenſione, ex ſuis libris recte condemnantur t. 2. l. 20. p. 35
Licet in Eccleſiæ communione mortui, poſſunt damnari poſt mortem. t. 3. l. 28. p. 53
Eis non communicandum. t. 3. l. 31. p. 11
Hæretici in Oriente. t. 3. l. 48. p. 16
Sacramentarii in Diœceſi Trevirenſi. Ibid.

HÆRETICORUM SYLLOGE.

Abaelardus. t. 4. l. 48. p. 48. & t. 4. l. 49. p. 42
Acaciani. t. 2. l. 14. p. 69
Acephali. t. 3. l. 25. p. 5. t. 3. l. 26. p. 32. 68. t. 3. l. 27. p. 9
Adalbertus & Clementius. t. 3. l. 34. p. 33. 41
Adamitæ. t. 1. l. 4. p. 54
Adrumetini. t. 2. l. 21. p. 33. 34
Aerius. t. 2. l. 17. p. 24
Aetius. t. 2. l. 11. p. 61
Agnoitæ. t. 1. l. 1. p. 49. t. 3. l. 28. p. 23
Albigenſes. t. 4. l. 50. p. 9. t. 4. l. 52. p. 1. 10
Anomæi. t. 2. l. 13. p. 4. 9. 29. 35. 37
Anti-Trinitarii. t. 1. l. 9. p. 44
Antropomorphitæ. tom. 2. lib. 18. paragr. 29
Apelles. t. 1. l. 3. p. 52. t. 1. l. 4. p. 11
Apollinaris. t. 2. l. 11. p. 69. t. 2. l. 15. p. 105. & ſeqq.
Arabici. t. 1. l. 6. p. 32
Archontici. t. 1. l. 4. p. 7
Arius, Ariani. t. 1. l. 9. p. 74. 75. t. 1. l. 10. p. 2. 7. 26
Arnaldus Brixienſis. t. 4. l. 49. p. 37
Audiani. t. 1. l. 9. p. 78

Bardeſanes. t. 1. l. 4. p. 22
Baſilides & Saturninus. t. 1. l. 3. p. 37
Berengarius. t. 4. l. 44. p. 32
Bero. t. 1. l. 5. p. 72
Bogomili. t. 4. l. 48. p. 16
Bonoſus. t. 2. l. 17. p. 16

Cæleſtius. t. 2. l. 20. p. 2
Cajani. t. 1. l. 4. p. 7
Carpocrates. t. 1. l. 3. p. 37
Cerdo. t. 1. l. 3. p. 43
Cerinthus. t. 1. l. 2. p. 87
Circumcelliones. t. 1. l. 10. p. 23
Claudius Tauronenſis. t. 3. l. 37. p. 10
Collyridiani. t. 2. l. 15. p. 116
Conſtantinus Apameenſis. t. 3. l. 30. p. 34
Corruticolæ. t. 3. l. 28. p. 1

Deſiderius Longobardorum Rex. t. 3. l. 35. p. 7. 34
Dioſcorus. t. 3. l. 27. p. 18
Docetæ. t. 1. l. 3. p. 25
Donatus, Donatiſtæ. t. 1. l. 9. p. 33. t. 2. l. 17. p. 40

Ebion. t. 1. l. 3. p. 7
Elipandus. t. 3. l. 35. p. 68
Eudo. t. 4. l. 50. p. 13
Euſebius Cæſarienſis, t. 1. l. 10. p. 63. t. 2. l. 11. p. 7. Emiſſenus, t. 2. l. 11. p. 18. Nicomedienſis. t. 1. l. 9. p. 76
Euſebiani. t. 2. l. 11. p. 51
Euſtathiani. t. 2. l. 11. p. 4
Eutyches. t. 3. l. 24. p. 23

Fauſtus Regienſis. t. 3. l. 26. p. 24
Feliciſſimus & Novatus. t. 1. l. 6. p. 77
Felix Urgelitanus. t. 3. l. 35. p. 70
Florinus. t. 1. l. 4. p. 21
Fortunatus. t. 1. l. 4. p. 9

Gandulphus. t. 4. l. 44. p. 4
Gnoſtici. t. 1. l. 4. p. 33
Gotheſcalcus. t. 3. l. 37. p. 49

Helcceſaitæ. t. 1. l. 6. p. 32
Helvidius. t. 2. l. 16. p. 25
Henricus, Henriciani. t. 4. l. 48. p. 43. - l. 50. p. 9
Hermogenes. t. 1. l. 4. p. 3
Hierax. t. 1. l. 8. p. 17
Hilarus. t. 2. l. 14. p. 37
Hymenæus. t. 1. l. 2. p. 93

Jacobitæ. t. 3. l. 31. p. 20
Iconoclaſtæ. t. 3. l. 35. p. 51. - l. 36. p. 47. - l. 40. p. 18
Joachim abbas. t. 4. l. 52. p. 28
Joannes Hieroſolymitanus. t. 2 l. 17. p. 31
Jovinianus. t. 2. l. 17. p. 12

Leo Armenus. t. 3. l. 36. p. 46. 54
Leporius. t. 2. l. 21. p. 36
Luciferiani. t. 2. l. 14. p. 36
Lucius Charinus. t. 1. l. 4. p. 44

Macarius Antiochenus. t. 3. l. 3. p. 28. 45
Macedoniani. t. 2. l. 12. p. 41. t. 2. l. 13. p. 54. & t. 2. l. 16. p. 17
Manes, Manichæi. t. 1. l. 7. p. 105. t. 3. l. 40. p. 28. t. 4. l. 43. p. 73. t. 4. l. 51. p. 20. 49. t. 4. l. 52. p. 1.
Marcion, Marcioniſtæ. t. 1. l. 3. p. 50. 51. 52
Marcoſiani. t. 1. l. 4. p. 7
Maximianiſtæ. t. 2. l. 17. p. 4
Meletiani. t. 1. l. 8. p. 46
Menander. t. 1. l. 3. p. 7
Meſſaliani. t. 2. l. 17. p. 16. t. 2. l. 22. p. 47
Michael Cærularius. t. 4. l. 44. p. 48
Millenarii. t. 1. l. 2. p. 83. t. 1. l. 3. p. 34
Monothelitæ. t. 3. l. 31. p. 29. t. 3. l. 32. p. 10. & t. 3. l. 33. p. 30
Montanus. t. 1. l. 4. p. 23

Nepos. t. 1. l. 7. p. 96
Neſtorius. t. 2. l. 22. p. 1
Nicolaitæ. t. 1. l. 2. p. 98
Nilus monachus Orientis. t. 4. l. 48. p. 16
Noetus. t. 1. l. 5. p. 73
Novatianus. t. 1. l. 6. p. 81. 83. 84. 87. 90
Novatus. t. 1. l. 6. p. 77. 81

Ophitæ. t. 1. l. 7. p. 46
Origenes, Origeniſtæ. t. 1. l. 5. p. 77. & ſeq. t. 2. l. 18. p. 25. 27. 29. 30. t. 3. l. 27. p. 53. t. 3. l. 28. p. 24 t. 3. l. 28. p. 58

Paulus Samoſatenus. t. 1. l. 7. p. 99
Pelagius, Pelagiani. t. 2. l. 20. p. 1. 15. 19. 31. 32. 38. 44. 48. t. 2. l. 21. p. 12. t. 2. l. 22. p. 2. 12. 20. 41
Petrobuſiani. t. 4. l. 50. p. 9
Phantaſiaſtæ. t. 3. l. 28. p. 1
Photinus. t. 2. l. 11. p. 46
Prædeſtinatiani. t. 3. l. 26. p. 23. t. 3. l. 27. p. 46. t. 3. l. 37. p. 49

Praxeas. tom. 1. lib. 4. paragr. 44
Priſcillianus, Priſcillianiſtæ. t. 2. l. 16. p. 7. t. 3. l. 24. p. 15
Priſcilla & Maximilla. t. 1. l. 4. p. 23
Prodicus. t. 1. l. 4. p. 54
Publicani. t. 4. l. 50. p. 46
Roſcelinus. t. 4. l. 47. p. 22
Ruffinus. t. 2. l. 18. p. 24. & ſeq. t. 2. l. 19. p. 7. t. 1. l. 7. p. 51

Sabellius. t. 1. l. 7. p. 51.
Saturninus. t. 1. l. 3. p. 37
Saducæi. t. 1. l. 1. p. 48
Semiariani. t. 2. l. 13. p. 3. t. 2. l. 15. p. 13
Semipelagiani. t. 2. l. 21. p. 44. t. 2. l. 23. p. 17
Sergius. t. 3. l. 36. p. 32
Severus. t. 3. l. 27. p. 9. 21. 23. 24. 26
Simon Magus. t. 1. l. 2. p. 11. 12. 98
Sociniani. t. 1. l. 4. p. 43
Syneros. t. 1. l. 4. p. 52

Tanchelinus. t. 4. l. 48. p. 36
Tatianus. t. 1. l. 4. p. 24
Tertullianus. t. 1. l. 5. p. 41. 43. t. 1. l. 6. p. 4
Theodorus Mopſueſtenus. t. 2. l. 20. p. 25. t. 2. l. 23. p. 25. 26
Theodotus Argentarius. t. 1. l. 5. p. 44
Theodotus Byzantinus. t. 1. l. 4. p. 43
Thomas Syrus. t. 4. l. 48. p. 14
Tritheitæ. t. 3. l. 28. p. 23

Ubiquiſtæ veteres. t. 2. l. 20. p. 37
Valdenſes, Waldenſes. t. 4. l. 51. p. 3
Valentinus, Valentiniani. t. 1. l. 3. p. 42
Vigilantius. t. 2. l. 15. p. 107

Xenajas. t. 3. l. 26. p. 45. t. 3. l. 27. p. 6

Zeno C. P. t. 3. l. 26. p. 43

HIERARCHIA ECCLESIASTICA.

t. 1. l. 3. p. 25. - l. 4. p. 53. t. 3. l. 30. p. 9

HISTRIONES.

Eis neganda communio. t. 1. l. 7. p. 35

HYPOSTASIS.

Ejus vocis variæ ſignificationes apud veteres. t. 2. l. 14. p. 32
Diviſionem parit inter orthodoxos. - l. 15. p. 120

I

IDOLOLATRIA.

Ei non patrocinatur Gentium conſenſus. t. 1. l. 10. p. 12
Ejus everſio. - - p. 17
Ejus reliquiæ extinctæ Alexandriæ. t. 2. l. 17. p. 17
V. Gentiles.

IDOLOTHYTA.

Quomodo prohibita. t. 1. l. 2. p. 60

JEJUNIUM.

Jejunium Quadrageſimale: ejus origo & antiquitas. t. 1. l. 1. p. 2 t. 1. l. 3. p. 49. t. 2. l. 18. p. 18. 31. Item t. 2. l. 19. p. 13
Jejunia in Eccleſia ſua futura denuntiat Chriſtus. t. 1. l. 1. p. 11
Jejunii diverſitas in majori hebdomada. t. 1. l. 4. p. 42
Cur quædam olim dicta ſint ſtationes. t. 1. l. 6. p. 5
Jejunium feriæ quartæ & ſextæ. Ibid.
Ea præcipere poſſunt epiſcopi. Ibid.
Jejunia quatuor temporum. t. 2. l. 19. p. 13. & t. 3. l. 26. p. 66

ILLUSIONES NOCTURNÆ.

t. 2. l. 12. p. 32. t. 3. l. 30. p. 46

IMAGO.

Imaginum varius uſus. t. 1. l. 4. p. 47. t. 1. l. 5. p. 59. & t. 3. l. 34. p. 14
Imagines ſolas Idololatriæ inſervientes rejicit Tertullianus. t. 1. l. 5. p. 39
Imago boni Paſtoris ſculpta in calicibus. t. 1. l. 6. p. 5
Imagines quænam prohibitæ, & cur? t. 1. l. 9. p. 3
Imaginem qualem ab Imperatore miſſam fingunt Donatiſtæ. t. 2. l. 11. p. 62
Quid de iis ſenſerit Gregorius Papa. t. 3. l. 30. p. 35
Earum cultus relativus. t. 3. l. 35. p. 21
Perſecutio adverſus earum defenſores. t. 3. l. 36. p. 47
Earum legitimus cultus ab Abrahamitis monachis probatur edito libello ex antiquis Patribus. t. 3. l. 37. p. 16
Reſtitutæ ſub Michaele Theophili filio. t. 3. l. 37. p. 32

IMPERATORES.

Quomodo adſint conciliis œcumenicis. t. 3. l. 25. p. 8. 15
Eorum leges in judiciis Eccleſiaſticis obſervandæ. t. 3. l. 40. p. 52
Eorum legati ſint præſentes in ordinatione Rom. Pontificis. t. 3. l. 42. p. 3

INCARNATIO.

Incarnationis myſterium & veritas. tom. 1. lib. 4. paragr. 47. 48. t. 2. l. 14. p. 5. 33. t. 2. l. 16. p. 31. Item t. 2. l. 22. p. 9. 30. & t. 3. l. 31. p. 40
Patrum teſtimonia de ea adverſus Neſtorium. t. 2. l. 22. p. 35

INDULGENTIÆ.

Primum earum indicium. t. 1. l. 2. p. 64
Certum earum exemplum. - l. 5. p. 31

INFERNUS.

Ignis verus in inferno. t. 1. l. 1. p. 49
Æterna reproborum ſupplicia. Ibid.

INVESTITURÆ.

Inveſtituræ laicales prohibitæ. t. 4. l. 46. p. 30. 33. 46
Earum uſus & origo. t. 4. l. 46. p. 34. & t. 4. l. 47. p. 39. 60. 64

IRREGULARITATES.

t. 3. l. 26. p. 14

Irregularitates & defectus vitandi in ſacerdotum promotione. t. 3. l. 31. p. 35

JUDÆI.

Eorum ſectæ. t. 1. l. 1. p. 24
An credere non potuerint? t. 1. l. 1. p. 46
Eorum improbitatem confundit Chriſtus. t. 1. l. 1. p. 48
Eorum obſtinatio probat veritatem Evangelii. t. 1. l. 6. p. 26
Judæus baptizatus repente ſanatur. t. 2. l. 19. p. 11

JUDICIA ECCLESIASTICA.

Eorum forma. t. 2. l. 11. p. 53. 64
Eorum ordo in cauſis, in quibus agitur de criminibus perſonalibus. t. 3. l. 30. p. 52
Ordo juriſdictionis in judiciis eccleſiaſticis. t. 3. l. 40. p. 20

JUDICII EXTREMI DIES.

Eum non non ignorat Filius Dei. t. 1. l. 1. p. 49

JURAMENTUM.

Ejus leges. t. 2. l. 19. p. 7
Licitum eſt, imo quandoque neceſſarium. t. 4. l. 51. p. 49

JUSTI.

Juſtis gratia Dei non deeſt. t. 1. l. 2. p. 60. & t. 2. l. 20. p. 15. & t. 3. l. 27. p. 46

L

LAPSI.

Lapſis in extremo vitæ periculo dabatur communio. t. 1. l. 6. p. 68. 72
Quid eis indulgebant Martyres. Ibid.

LEGALIA, LEGES.

Legem Moſaicam adimplevit Chriſtus; quomodo? t. 1. l. 1. p. 16. t. 1. l. 6. p. 26
Legales leges ſenſim abolent Apoſtoli. t. 1. l. 2. p. 45. 57
Legalia quædam ſervat Paulus. - - p. 72
Lex Moſaica utilis quidem, ſed inſufficiens ad ſalutem. t. 1. l. 2. p. 57
Lex, qua Senatus Romanus prohibuerat, ne quis coleret Deos nili publice receptos, multarum perſecutionum occaſio. t. 1. l. 2. p. 48
Leges, quibus obedire Eccleſiæ, & ad eam redire compelluntur hæretici & ſchiſmatici, ſunt juſtæ & utiles. t. 2. l. 18. p. 72
Lex de non alienandis Eccleſiæ bonis ſede vacante Romæ lata. t. 3. l. 26. p. 34

LIBELLATICI.

Libellatici quales? t. 1. l. 6. p. 47

LIBELLI PACIS.

Libelli pacis, quos lapſis concedebant Martyres, ſunt indicium Indulgentiarum. t. 1. l. 5. p. 31
Libelli pacis, quos ſub nova forma dederunt Martyres, turbarunt Eccleſiam. t. 1. l. 6. p. 67
Lucianus inducens novam formam libellorum pacis, turbat Eccleſiam. t. 1. l. 6. p. 57. 58. 71

LIBERTAS ARBITRII.

Liberum arbitrium in hominibus lapſis. t. 1. l. 3. p. 55. t. 1. l. 4. p. 34. 49. t. 1. l. 5. p. 46. t. 2. l. 17. p. 10. t. 2. l. 20. p. 5. t. 2. l. 22. p. 18. t. 3. l. 24. p. 15 t. 3. l. 35. p. 10

Illud

Illud tolli per gratiam dicebant Pelagiani; cur? tom. 2. lib. 20. paragr. 14
Illud ad agendum & non agendum agnovit Auguſtinus, qui tantum negavit, liberum nos habere ſine gratia arbitrium ad actus ſalutares. t. 2. l. 21 p. 11. 34
Libertas quænam periit per Adæ peccatum? t. 2. l. 21. p. 12
Libertas ad bonum ſine gratia non habetur. t. 2. l. 22. p. 20

LIBRI.

Libros ſacros in Eccleſia legere, eſt inſtitutionis Apoſtolicæ. t. 1. l. 2. p. 51
Librorum hæreticorum lectio eſt periculoſa. t. 1. l. 7. p. 52
Libri prohibiti. t. 3. l. 30. p. 25

LITERÆ.

Literæ communionis. t. 1. l. 7. p. 99. t. 2. l. 11. p. 13
Literæ formatæ. t. 1. l. 9. p. 3
Literæ tractatoriæ. t. 1. l. 9. p. 50

LITURGIA.

Liturgia D. Jacobi apocrypha. t. 1. l. 2. p. 91
Liturgia D. Clementis. t. 1. l. 3. p. 12
Liturgici ritus. t. 2. l. 15. p. 36

M

MACHABÆORUM LIBRI.

Machabæorum libri ſunt canonici. t. 1. l. 6. p. 2

MANDATA DEI.

Eorum obſervatio neceſſaria ad vitam æternam. t. 1. l. 1. p. 31
Veræ charitatis certum eſt indicium. - - p. 53
Sunt poſſibilia. - l. 3. p. 9

B. MARIA V.

Ejus obitus Hieroſolymæ, aſſumptio in cœlum, & encomium. t. 1. l. 2. p. 31
Ejus conceptio immaculata. t. 1. l. 22. p. 21
Eſt vere Deipara. t. 1. l. 9. p. 75. & t. 2. l. 14. p. 5. Item - l. 22. p. 4. 30

MARTYRES, MARTYRIUM, MARTYROLOGIUM.

Martyres, quid peccaverint in ſuis pacis libellis. t. 1. l. 6. p. 60
Quid indulſerint lapſis. - - p. 61
Eorum anniverſarii dies celebres in Eccleſia: eorum memoria fit in ſacrificio altaris. t. 1. l. 6. p. 59. & t. 1. l. 8. p. 24
Martyrium perfectum ſemper adjunctam habet charitatem. t. 1. l. 4. p. 52
Martyrium eſt Chriſtianorum ſemen. - l. 5. p. 23
Ejus utilitas. - - p. 32
Nullum eſt extra veram Chriſti Eccleſiam. - l. 7. p. 2
Martyrologium ſuum habuere inſigniores Eccleſiæ. t. 1. l. 6. p. 59
Martyrologium Romanum. t. 3. l. 30. p. 32
V. Sanctorum cultus.

MATRIMONIUM.

Etiam in caſu adulterii eſt indiſſolubile quoad vinculum. t. 1. l. 1. p. 30. t. 1. l. 4. p. 50. t. 2. l. 18. p. 77. t. 3. l. 26. p. 7. & - l. 35. p. 69
Eſt ſacramentum. t. 1. l. 2. p. 86. t. 2. l. 21. 9
Ei præferenda continentia. t. 1. l. 4. p. 51
Ordinem ſacrum aut religioſum profeſſis interdictum. t. 2. l. 16. p. 57. t. 3. l. 29. p. 27

MENÆA, MENOLOGIUM.

Menæa Græcorum. t. 3. l. 31. p. 38
Menologium græcum. t. 3. l. 41. p. 23

MESSIAS.

Meſſiam ſe probat Chriſtus. t. 1. l. 1. p. 11
Meſſias venit. t. 1. l. 5. p. 52
Eum veniſſe demonſtrant Prophetiæ. t. 2. l. 15. p. 23
Ejus doctrinæ vis, & efficacia. - - p. 25
Pſalmus 109. de venturo Meſſia ſcriptus. t. 1. l. 1. p. 48
Seductores ſe pro Meſſia venditantes. - - p. 49

METROPOLITANI.

Metropolitanorum dignitatis, & authoritatis origo. t. 1. l. 2. p. 71
Eorum jura. t. 2. l. 11. p. 14. & t. 3. l. 40. p. 25
Quomodo imminuta. Ibid.

MINISTRI CHRISTI.

V. Clericus, Sacerdos, Epiſcopus &c.

MIRACULA.

Eorum poteſtatem Chriſtus dat Apoſtolis. t. 1. l. 1. p. 13
Ejus uſum vult eſſe gratuitum. t. 1. l. 1. p. 16
Perſeverant in Eccleſia Catholica. t. 1. l. 4. p. 32

MIRACULA CHRISTI.

Miracula Chriſti qualia? tom. 1. lib. 1. parag. 5. 8. 11. 17. 20. 39. 43
Eorum veritas, & ſanctitas. t. 1. l. 1. p. 13
Quantum differant ab impoſtorum præſtigiis. t. 1. l. 4. p. 32

MISSA.

Miſſa cur ſic dicta. t. 1. l. 1. p. 52
Miſſa præſanctificatorum. t. 2. l. 15. p. 139
Miſſa Syriaco, Græco, & Latino ſermone primum celebrata. t. 2. l. 18. p. 52
Miſſæ ſacrificium iterandum. t. 3. l. 24. p. 11
Miſſa Mozarabica. t. 3. l. 31. p. 18
Miſſæ privatæ antiquitas. t. 2. l. 11. p. 4. t. 2. l. 15. p. 139. t. 3. l. 30. p. 39. & t. 3. l. 31. p. 11
Miſſa ab illyrico edita qualis. t. 3. l. 30. p. 39
Miſſæ pro defunctis. t. 3. l. 31. p. 11. & t. 3. l. 36. p. 42
Miſſarum mira virtus. t. 3. l. 33. p. 13
Miſſa lingua vulgari celebrata. t. 3. l. 40. p. 3

MISSIO, MISSI.

Miſſio prima diſcipulorum Chriſti. t. 1. l. 1. p. 16
Eorum ſecunda miſſio. - - p. 20
Miſſi a D. Petro dicti ſunt, quos Romani Pontifices delegarunt ad fundandas Eccleſias. t. 1. l. 2. p. 38

MONACHI, MONASTERIA, MONIALES.

Monaſticæ vitæ initia, & inſtituta. t. 1. l. 9. p. 4. t. 2. l. 11. p. 22. t. 2. l. 17. p. 51. 52
Monachorum zelus pro Religione. t. 2. l. 12. p. 55. t. 2. l. 15. p. 65. 67. 68. & t. 3. l. 27. p. 17
Eorum pœnitentia. t. 2. l. 17. p. 49. t. 3. l. 29. p. 17
Eorum matrimonia ſunt irrita. t. 2. l. 16. p. 57
Eis opera manualia injungit Auguſtinus. t. 2. l. 17. p. 9
Monachi ſacerdotes, digne abſolvunt. t. 3. l. 31. p. 6
Pueri a parentibus oblati monaſteriis, in iis permanebant. t. 3. l. 32. p. 40
Monaſteriis monachorum ſine teſtamento morientium bona jure ſucceſſionis ad eos pertinentia relinquit Theodoſius junior. t. 2. l. 23. p. 20
Monaſteriorum exemptiones. t. 3. l. 26. p. 11
Quid Regi, & publicis oneribus debeant, deſcribit Ludovicus Imp. t. 3. l. 36. p. 53
Eorumdem viſitatio, reformatio, & lapſorum reparatio. t. 3. l. 41. p. 14. - l. 42. p. 12

MORIBUNDI.

Moribundis pœnitentibus danda eſt abſolutio. t. 1. l. 9. p. 3. t. 1. l. 10. p. 7. t. 2. l. 21. p. 41. & t. 3. l. 25. p. 21
V. Abſolutio, Pœnitentia, Sacerdos, &c.

MORS CHRISTI.

Mors Chriſti pro omnibus hominibus. t. 1. l. 2. p. 64. t. 2. l. 21. p. 17. t. 2. l. 23. p. 15. t. 3. l. 26. p. 6
Etiam pro reprobis. t. 2. l. 14. p. 65. t. 2. l. 16. p. 39
V. Chriſtus.

MORTUORUM RESURRECTIO.

Mortuorum reſurrectio, & animarum immortalitas. t. 1. l. 1. p. 43. t. 1. l. 2. p. 61. t. 1. l. 4. p. 7. 35. t. 1. l. 5. p. 59. t. 1. l. 6. p. 28

MOYSES.

Eſt vetuſtior omnibus gentilium Philoſophis. t. 1. l. 4. p. 49
Ipſis etiam eorum Diis. - l. 5. p. 15

MULIER.

Mulieris peccatricis converſio. t. 1. l. 1. p. 17
Mulieres ſint viris ſubditæ. t. 1. l. 2. p. 37
Earum veſtitus, & cultus debet eſſe modeſtus. Ibid. & t. 1. l. 4. p. 48. t. 1. l. 5. p. 40
Mulierum ab hæreticis deceptarum publica ſcelerum, quæ in eorum ſocietate commiſerant, declaratio, non fuit confeſſio ſacramentalis. t. 1. l. 4. p. 41
Mulieres ſubintroductæ. t. 1. l. 7. p. 100
Mulierum, etiam ancillarum, cum Clericis cohabitatio prohibita. t. 3. l. 30. p. 2

N

NAZARÆI.

Nazaræorum purificationis ritus. t. 1. l. 2. p. 17

NICÆNUM SYMBOLUM.

Nicænum ſymbolum explicaur. t. 2. l. 22. p. 46

NONÆ, ET DECIMÆ.

Nonas, & Decimas quinam agri debeant Eccleſiis? t. 3. l. 38. p. 12

NOVELLÆ JUSTINIANI.

t. 3. l. 28. p. 14

NUN-

NUNCII APOSTOLICI.

Eorum origo. tom. 3. lib. 25. parag. 22

O

OBEDIENTIA.

Suos habet fines. t. 4. l. 47. p. 39
Obedientiæ juramentum, quod Papæ præstant Episcopi. t. 1. l. 47. p. 59

OBLATIONES.

Oblationes fidelium in tres partes divisæ. t. 1. l. 6. p. 49
Quales essent? t. 2. l. 15. p. 83
Oblationes pro defunctis, aliasque praxes in traditione fundatas laudat Tertullianus. t. 1. l. 5. p. 41

OPERA BONA.

Eorum necessitas. t. 1. l. 1. p. 29. t. 2. l. 20. p. 10
Ea Deus remuneratur in cœlis. t. 1. l. 1. p. 48. t. 1. l. 7. p. 36
Pœnalia sunt satisfactoria. t. 1. l. 3. p. 9
Sunt meritoria salutis. t. 1. l. 3. p. 71
Opus bonum morale fieri potest sine gratia. t. 2. l. 20. p. 5
Opera bona sine fide recta nihil prosunt. t. 2. l. 21. p. 12

OPERATIO THEANDRICA.

Operatio Theandrica in Christo qualis sit? t. 3. l. 31. p. 37

ORACULA.

Eorum silentium. t. 1. l. 7. p. 78
Delphicum obmutescit; quare. t. 2. l. 14. p. 48
Eorum falsitas. - - p. 58

ORATIO.

Ejus conditiones. t. 1. l. 1. p. 35. t. 1. l. 3. p. 9
Ejus vis & necessitas. t. 1. l. 4. p. 54
Oratio Christi pro iis, qui futuri erant reprobi. t. 1. l. 1. p. 54

ORDINATIONES SACRÆ.

Ordinationes sacræ ut fiant præmissis jejuniis & tempore sacrificii, est institutionis Apostolicæ. t. 1. l. 2. p. 36
Earum ritus. t. 2. l. 18. p. 10. Tempus. t. 3. l. 24. p. 11

ORDINES SACRI.

Ordo est sacramentum. t. 1. l. 2. p. 93
Ordines septem in Ecclesia. t. 1. l. 6. p. 82
Bigami ab iis excluſi. t. 1. l. 2. p. 93
Ætas & interstitia pro illis. t. 2. l. 16. p. 37
Quatuor tempora pro iis. t. 3. l. 26. p. 60

ORDO ROMANUS.

Ordo Romanus non est purus editus. t. 3. l. 30. p. 39

ORGANUM.

Organorum usus in Ecclesiis quando cœperit. t. 3. l. 33. p. 5

ORIGINALE PECCATUM.

t. 1. l. 2. p. 67. t. 1. l. 4. p. 36. t. 1. l. 6. p. 30. t. 1. l. 7. p. 27. t. 2. l. 14. p. 5. t. 2. l. 15. p. 22. t. 2. l. 20. p. 3. t. 2. l. 21. p. 11. t. 3. l. 27. p. 29
Illud negare, est fidei fundamenta subvertere. t. 2. l. 20. p. 50

P

PALLIUM PONTIFICALE.

t. 3. l. 30. p. 32
Gratis dabatur. t. 3. l. 34. p. 33

PANIS.

Panis in Eucharistia in Christi corpus transmutatur. t. 3. l. 40. p. 23

PAPA.

Papæ nomen prioribus sæculis erat commune omnibus Episcopis. t. 1. l. 6. p. 9
V. Pontifex Romanus.

PARABOLÆ.

Parabolas Christus proponit; quis earum sensus? t. 1. l. 1. p. 18

PAROCHUS.

Parochi suorum curam maximam habere debent. t. 3. l. 37. p. 26
V. Pastor, Presbyter, Sacerdos.

PASCHA.

Pascha Christi primum. t. 1. l. 1. p. 5. Secundum - - p. 22. Tertium. - - p. 43
Quo die celebrandum? t. 1. l. 4. p. 41
Hibernorum Pascha. t. 3. l. 30. p. 50
De Paschate controversia in Anglia. t. 3. l. 32. p. 48

PASTOR.

Pastores legitimi audiendi. t. 1. l. 1. p. 16
Eis obediendum. t. 1. l. 1. p. 47
Eorum officia. t. 1. l. 3. p. 18
Eis fugere quandonam non liceat? t. 2. l. 22. p. 23
Pastoris liber. t. 1. l. 3. p. 60. 63

PATRIARCHÆ.

Patriarchæ Judæorum in Ægypto. t. 1. l. 3. p. 40
Non sunt damnandi inconsulto Pontifice Romano. t. 2. l. 12. p. 33
Eorum jura. t. 3. l. 40. p. 20

PATRIARCHALES ECCLESIÆ.

Earum dignitas a S. Petro derivata. t. 1. l. 2. p. 71

PAUPERTAS EVANGELICA.

t. 1. l. 1. p. 29

PAUPERES.

In pauperibus Christo benefit. t. 1. l. 7. p. 21

PECCATUM.

Peccata gravia, quæ non imputantur electis, Valentini figmentum. t. 1. l. 4. p. 43
Sunt causæ calamitatum omnium. t. 1. l. 7. p. 19
Occulta non subjacent pœnitentiæ publicæ. t. 2. l. 18. p. 5. 68
In Spiritum Sanctum quo sensu dicatur non remitti. t. 2. l. 13. p. 56

PENSIO ECCLESIASTICA.

Pensio prima Ecclesiastica. t. 3. l. 25. p. 11

PEREGRINATIONES AD LOCA SANCTA.

t. 2. l. 15. p. 144

PERSECUTIO.

Persecutio adversus Christianos, qui dispersi per Regiones prædicant Christum. t. 1. l. 2. p. 3. 10. t. 1. l. 3. p. 33. t. 1. l. 4. p. 3. t. 1. l. 8. p. 4. t. 1. l. 8. p. 16. 48. t. 1. l. 10. p. 37
Persecutionum adversus Christianos popularium origo. t. 1. l. 2. p. 57
Eas sedat Adrianus. t. 1. l. 3. p. 28.

PERSEVERANTIA.

Perseverantia finalis est donum Dei gratuitum, & tamen non perseverantes juste puniuntur. t. 2. l. 21. p. 34
Perseverantiæ gratia data Adamo, & cum qua potuit perseverare in statu innocentiæ, diversa est a gratia, quæ datur electis ad perseverandum finaliter. Ibid.

PERSONÆ DIVINÆ.

Earum circuminsessio. t. 1. l. 1. p. 53
Realis earum distinctio. - l. 5. p. 50
Semper simul glorificantur. t. 3. l. 27. p. 34

PETRI CATHEDRA ET PRIMATUS.

Petrus Romæ fundat Ecclesiam omnium matrem, quam 25. annis administrat. t. 1. l. 2. p. 34
Sex annis regit Ecclesiam Antiochenam. - - p. 47
Petri Cathedræ prærogativa & indefectibilitas. - - p. 71
Est centrum communionis Ecclesiasticæ. t. 2. l. 15. p. 75
Petri Primatus. t. 1. l. 5. p. 7. - l. 7. p. 2. 39. t. 2. l. 16. p. 39
Est fundamentum unitatis Ecclesiasticæ. t. 1. l. 6. p. 78

PHARISÆI.

Eorum calumnias Christus confutat. t. 1. l. 1. p. 13

PHILOSOPHI GENTILES.

Defendunt Idololatriam. t. 1. l. 3. p. 8
Ex Moyse multa desumpserunt. t. 1. l. 4. p. 49. t. 1. l. 5. p. 3
Eorum variæ opiniones de matrimonio. t. 1. l. 5. p. 46
Scribunt adversus Religionem Christianam. t. 1. l. 5. p. 61. t. 1. l. 8. p. 20

PEONITENTIA.

Ejus necessitas. t. 1. l. 1. p. 34
Non est differenda. - - 37
Frequens & absque emendatione, est falsa. t. 1. l. 4. p. 50
Laboriosa est necessaria. t. 1. l. 5. p. 4
Hanc exigit D. Joannes. - - p. 13

PŒNITENTIÆ SACRAMENTUM.

Illud inſtituit Chriſtus. tom. 1. lib. 1. paragr. 25. t. 2. l. 17. p. 66. t. 3. l. 25. p. 21. - l. 30. p. 23. - l. 36. p. 42
Confeſſio ſacramentalis nunquam publice facta ex lege aliqua. t. 1. l. 5. p. 4
Confeſſio peccatorum occultorum. t. 1. l. 6. p. 61
Auricularis peccatorum confeſſio. t. 2. l. 17. p. 13. 66. t. 3. l. 40. p. 6
Pœnæ ſatisfactoriæ pro peccatis impoſitæ. t. 1. l. 6. p. 61. t. 2. l. 16. p. 39
Pœnitentibus facilius vel celerius conceſſa venia, pernitioſa. t. 1. l. 6. p. 72
Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta dari debent magnis peccatoribus pœnitentibus in articulo mortis. t. 2. l. 18. p. 68

PŒNITENTIA PUBLICA, SEMIPUBLICA.

Pœnitentia publica ſemel tantum eidem peccatori conceſſa; ejus ritus. t. 1. l. 5. p. 4
Inducebat irregularitatem. t. 1. l. 6. p. 7
Ejus leges. - - p. 9
Perſonæ & peccata ei ſubjecta, & tempus abſolutionis. p. 93
Ei non ſubjacebant peccata occulta. t. 2. l. 18. p. 5. 68
Ordines varii pœnitentium. p. 93
Ejus leges ſeveræ; cur? t. 1. l. 7. p. 11
Mitigatur. t. 3. l. 27. p. 19
Pœnitentia publica adhuc vigebat nono ſæculo. t. 3. l. 35. p. 37. - l. 39. p. 40
Impoſita ei, qui presbyterum interfecerit. t. 3. l. 41. p. 39.
Pœnitentia ſemipublica. t. 1. l. 6. p. 95

PONTIFEX ROMANUS.

Pontificum Romanorum ſucceſſionis ordo. t. 1. l. 4. p. 33
Primatus juriſdictionis ei competit jure divino. t. 1. l. 4. p. 42. & t. 3. l. 24. p. 1. - l. 25. p. 34. - l. 31. p. 18. - l. 33. p. 15
Primatus juriſdictionis Romani Pontificis a Græcis agnitus. t. 3. l. 41. p. 6

PRÆDESTINATIO.

Prædeſtinatio ad vitam eſt gratuita. t. 2. l. 20. p. 53. t. 3. l. 27. p. 34. 35
Prædeſtinati quidam ad ſupplicium propter peccatum; ſed nemo prædeſtinatus ad peccandum. t. 3. l. 27. p. 34

PRÆDICATIO.

Ejus leges. t. 2. l. 16. p. 4

PRÆLATUS.

Qualis eſſe debeat. t. 3. l. 30. p. 4

PRÆSCRIPTIO.

Ejus tempus pro bonis Eccleſiæ. t. 3. l. 26. p. 60. - l. 31. p. 35

PRECES PUBLICÆ.

Preces publicas fieri lingua non vulgari, non prohibet D. Paulus. t. 1. l. 2. p. 60
Earum utilitas. t. 1. l. 4. p. 7

PRECES PRO MORTUIS. t. 1. l. 10. p. 21

V. Commemoratio Defunctorum.

PRESBYTER.

Presbyteros in variis Eccleſiis inſtituit D. Paulus. t. 1. l. 2. p. 42
Presbyter Pœnitentiarius. - l. 6. p. 91
Presbyteri & Diaconi lapſi e gradu excidunt, & recipiuntur tantum ad communionem laicam. - - p. 93
Presbyteri conſecratio. t. 3. l. 30. p. 39
Presbyteri fidelium ſibi commiſſorum maximam curam habere debent. t. 3. l. 37. p. 26
Presbyteri mulieres in eadem domo ſecum habitare non permittant. Ibid.
Presbyteri & Diaconi cardinales iidem erant ac proprii Titulares. t. 3. l. 30. p. 8
V. Parochus, Paſtor, Sacerdos.

PRIMITIÆ.

Olim datæ Eccleſiis. t. 2. l. 11. p. 4

PROBATIO.

Probatio per ignem. t. 4. l. 45. p. 37

PROFESSIO RELIGIOSA.

Eſt impedimentum dirimens matrimonium. t. 2. l. 18. p. 63
Eſt ſancte ſervanda. t. 3. l. 31. p. 40

PROPHETÆ, PROPHETIÆ.

Prophetæ falſi cavendi; quomodo dignoſcantur? t. 1. l. 1. p. 16
Prophetiæ de Chriſto, ſunt incunabula religionis Chriſtianæ. tom. 1. lib. 6. paragr. 27
Quantum præſtent oracuiis. - - p. 30
Claræ ſunt in iis, quæ ſpectant mores; in aliis ſunt utiliter obſcuræ. Ibid.
Prophetia de ruina Romæ adimpletur. t. 2. l. 19. p. 6

PSALMODIA.

Pſalmos alternis cantare inſtituunt Flavianus & Theodorus. t. 2. l. 11. p. 60
Pſalmodia perpetua a S. Alexandro inſtituta. t. 2. l. 22. p. 24

PURGATORIUM.

Purgatorium exiſtit, ibique exiſtentes animæ Fidelium precibus adjuvantur. t. 1. l. 5. p. 26

Q

QUADRAGESIMALE JEJUNIUM.

Obſervatum ſecundo ſæculo. t. 1. l. 4. p. 23
Illud eſt ſervandum. t. 2. l. 18. p. 18. 31
Quadrageſimæ tempore carnes comedentibus injungendum, ut toto anni tempore ab iis abſtineant. t. 3. l. 32. p. 28

QUATUOR TEMPORA.

Eorum obſervatio. t. 3. l. 36. p. 40

R

RAPTORES, RAPTUS.

Raptores pœnis eccleſiaſticis coercendi. t. 3. l. 37. p. 26
Raptus prohibitus, quid ſit? - l. 40. p. 46

RECOGNITIONUM LIBRI.

Recognitionum libri a S. Clemente ſcripti, ab hæreticis depravati. t. 1. l. 3. p. 11

RECONCILIATIO CUM PROXIMO.

Ejus urgens neceſſitas. t. 1. l. 1. p. 16
Ejus tempus. t. 1. l. 6. p. 94

REDEMPTUS.

Redemptus a Chriſto, aliquando perit. t. 1. l. 2. p. 60. 68. t. 3. l. 38. p. 1
V. Chriſtus.

REDITUS ECCLESIÆ.

V. Bona Eccleſiæ.

REGULA.

Regula charitatis erga proximum. t. 1. l. 1. p. 29
Regulæ ad ſcripturarum intelligentiam. t. 2. l. 15. p. 137

RELIGIO.

Religionis Chriſtianæ mirabilis propagatio. t. 1. l. 2. p. 71
Ejus veritas ex converſione gentium prædicta per Prophetas. t. 1. l. 4. p. 8
Ejus ſanctitas: t. 1. l. 4. p. 29
Semper perſecutionibus ſubjecta. t. 1. l. 5. p. 32
Vera eſt in ſola Eccleſia Catholica. t. 2. l. 17. p. 25
V. Chriſtiana Religio.

RELIQUIÆ SANCTORUM.

Reliquiarum ſacrarum uſus confirmatus a Deo per miracula. t. 1. l. 1. p. 20. t. 1. l. 2. p. 55. t. 2. l. 21. p. 1. 15
Earum cultus & veneratio. t. 1. l. 3. p. 13. t. 1. l. 4. p. 17. 78. t. 2. l. 16. p. 39. t. 2. l. 18. p. 69. t. 2. l. 21. p. 1
Earum translatio. t. 2. l. 12. p. 41. t. 2. l. 14. p. 48. t. 2. l. 16. p. 46. t. 2. l. 17. p. 59. t. 2. l. 20. p. 20. t. 2. l. 23. p. 29
Earum antiquitas. t. 2. l. 15. p. 144. &c.
V. Martyres, Sanctorum cultus.

REORDINATIONES.

Earum prohibitio. t. 3. l. 43. p. 3

RESIGNATIO.

Reſignationis primum exemplum in Eccleſia Colonienſi. t. 3. l. 40. p. 33

RESURRECTIO.

Resurrectionis Christi veritas & circumstantiæ. tom. 1. lib. 1. paragr. 57
Resurrectio mortuorum. t. 1. l. 1. p. 48. t. 1. l. 2. p. 61
Resurrectio corporum qualis erit. t. 1. l. 6. p. 28

ROGATIONES.

A quo, & cur institutæ. t. 3. l. 26. p. 13

ROMANA SEDES.

Ejus prærogativa. t. 2. l. 21. p. 23
Ejus primatus & authoritas. t. 2. l. 26. p. 54. 62
V. Cathedra Petri & Primatus.

S

SABBATHUM.

Sabbatho curat Christus; id non est contra legem. t. 1. l. 11. p. 22. 37
V. Dies Dominicus.

SACERDOS, SACERDOTIUM.

Eorum cælibatus. t. 1. l. 2. p. 93. t. 1. l. 6. p. 30
Eis a Christo data potestas ligandi & solvendi a peccatis. t. 2. l. 26. p. 52. t. 2. l. 17. p. 56
Sacerdotes monachi digne absolvunt. t. 3. l. 31. p. 6
Sacerdotii & Imperii differentia. t. 3. l. 34. p. 10. t. 4. l. 45. p. 27

SACRAMENTA.

Eorum ritus Apostoli præscripsere. t. 1. l. 2. p. 60
V. Baptismus &c.

SACRIFICIUM.

Sacrificium altaris. t. 1. l. 7. p. 29 &c.
Sacrificium & preces tribus personis divinis offeruntur, quamvis unius fiat mentio. t. 3. l. 27. p. 34
V. Eucharistia.

SANCTORUM CULTUS.

Ejus antiquitas. t. 1. l. 4. p. 5. t. 2. l. 14. p. 64
Cultus eorum religiosus. t. 1. l. 4. p. 18. 35. t. 1. l. 6. p. 59. t. 2. l. 14. p. 28. 39. t. 2. l. 15. p. 130. t. 2. l. 18. p. 59. t. 2. l. 21. p. 1
Eorum nomina Christianis infantibus imponenda. t. 1. l. 7. p. 96
Eorum dies festi. t. 2. l. 15. p. 105. t. 3. l. 37. p. 41
V. Martyres. Reliquiæ.

SCANDALUM.

Quam grave malum. t. 1. l. 1. p. 38
Illius non est danda pusillis occasio. t. 1. l. 2. p. 60. 68

SCHISMA, SCHISMATICI.

Schisma grave peccatum. t. 1. l. 6. p. 78. 89
Schismata oriuntur, dum contemnitur Romanus Pontifex. t. 1. l. 7. p. 2
Schismati nulla est salus. t. 2. l. 17. p. 40
Schisma Ecclesiæ græcæ propter secundam synodum Ephesinam. t. 3. l. 24. p. 36
Schismatici vitandi. t. 1. l. 3. p. 27. t. 1. l. 6. p. 79
Eorum falsa præsumptio. t. 1. l. 7. p. 2
Eorum furor repressus. t. 3. l. 27. p. 9

SCRIPTA DUBIA.

Agbari Regis Edessæ ad Christum, & Christi ad eundem epistola. t. 1. l. 2. p. 22. 23
Clementis Papæ itineratio S. Petri, & ejusdem libri recognitionum. t. 1. l. 3. p. 11
Constitutiones & Canones Apostolorum. Ibid.
Dionysii Areopagitæ scripta. t. 1. l. 4. p. 12
Ignatii Patriarchæ Antiocheni posteriores quinque epistolæ spuriæ; priores septem olim interpolatæ erant. t. 1. l. 3. p. 30
Josephi testimonium de Christo. t. 1. l. 3. p. 5
Pilati de Christo epistola ad Imperatorem. t. 1. l. 2. p. 15

SCRIPTORES SACRI.

Eorum simplicitas, est probatio eorum veritatis. tom. 1. lib. 6. paragr. 29
Utilis est omnibus. Ibidem.

SCRIPTURA SACRA.

Est obscura. t. 1. l. 1. p. 62. t. 2. l. 18. p. 17
Ejus interpretatio proprio spiritu fieri non debet. t. 1. l. 4. p. 34
Ejus lectio pro laicis res est disciplinæ. t. 1. l. 3. p. 29. 31. t. 2. l. 18. p. 17
Est juxta Patrum traditionem explicanda. t. 3. l. 37. p. 44

SECRETI RELIGIO.

Secretum in mysteriis fidei prioribus aliquot sæculis servatum. t. 1. l. 1. p. 51. t. 2. l. 16. p. 39

SIGNUM S. CRUCIS.

Eo se frequenter signabant primi Christiani. t. 1. l. 5. p. 41 & t. 1. l. 8. p. 3
Ejus virtus. t. 2. l. 12. p. 11
V. Crux Christi.

SIMONIA.

Quam graviter prohibita. t. 3. l. 30. p. 36. - 31. 40

SORTES.

Sortes Sanctorum prohibitæ. t. 3. l. 26. p. 12

SPECTACULA.

Spectacula & comædiæ Christianis prohibitæ. t. 1. l. 5. p. 38

SPIRITUS SANCTUS.

A Patre procedit per Filium. t. 1. l. 1. p. 53. t. 1. l. 5. p. 50. t. 2. l. 14. p. 5. t. 3. l. 24. p. 15
Ejus divinitas. t. 2. l. 15. p. 26. 35. 95. 118

SPIRITUUM DISCRETIO.

t. 1. l. 9. p. 4

STYLUS.

Styli diversitas non semper indicat alium auctorem. t. 2. l. 15. p. 141

SUBDIACONI.

Eorum prima mentio. t. 1. l. 6. p. 53
Eorum continentia. t. 3. l. 27. p. 49
Redeuntes ad uxores, vel nubentes, deponuntur, & subjiciuntur pœnitentiæ. t. 3. l. 32. p. 28
V. Ordines Sacri.

SUFFRAGANEUS.

Dandus episcopo, qui rationis usum amisit. t. 3. l. 30. p. 48

SUFFRAGIA.

Suffragia vivorum prosunt mortuis. t. 1. l. 5. p. 26. & t. 2. l. 21. p. 15
V. Commemoratio Defunctorum.

SUPERBIA.

Est mater hæreticorum. t. 1. l. 7. p. 68

SYMBOLUM FIDEI.

Apostolorum. t. 1. l. 2. p. 33
Nicænum. t. 1. l. 10. p. 5

SYNODI.

Abricatensis. t. 4. l. 51. p. 39
Ænhamensis. t. 4. l. 43. p. 61
Africana. t. 2. l. 20. p. 43. t. 3. l. 27. p. 41
Agathensis. t. 3. l. 27. p. 1
Alexandrina. t. 2. l. 11. p. 9. t. 2. l. 14. p. 31
Altheimensis. t. 3. l. 42. p. 19
Altinensis. t. 3. l. 36. p. 13
Ancyrana. t. 1. l. 9. p. 60

Andegavenſis, tom. 3. lib. 25. paragr. 27
Anglicana. t. 3. l. 33. p. 17. t. 4. l. 43. p. 13. - l. 45. p. 48
Anicienſis. t. 4. l. 49. p. 16
Anſana. t. 4. l. 44. p. 5.
Antiochena, t. 1. l. 7. p. 99. t. 2. l. 11. p. 10. t. 2. l. 15. p. 143. t. 4. l. 49. p. 47
Aquilejenſis. t. 2. l. 16. p. 19
Aquiſgranenſis, t. 3. l. 36. p. 53. t. 3. l. 37. p. 26. t. 3. l. 39. p. 13
Arauſicana. t. 2. l. 18. p. 4. t. 3. l. 24. p. 4. t. 3. l. 27. p. 46
Arelatenſis. t. 1. l. 9. p. 51. t. 3. l. 25. p. 16. t. 3. l. 25. p. 28. t. 3. l. 26. p. 11. t. 3. l. 27. p. 40. t. 3. l. 28. p. 63. t. 3. l. 36. p. 38
Ariminenſis. t. 2. l. 13. p. 13
Armachienſis. t. 4. l. 51. p. 38
Arvernenſis. t. 3. l. 28. p. 11. 38
Attiniacenſis. t. 3. l. 35. p. 19. t. 3. l. 40. p. 25
Avenionenſis. t. 4. l. 45. p. 18
Auguſtenſis. t. 3. l. 42. p. 43
Auguſtodunenſis. t. 4. l. 46. p. 31. - l. 47. p. 30
Aurelianenſis. t. 3. l. 27. p. 5. t. 3. l. 28. p. 10. t. 3. l. 28. p. 21. 29. 38
Auſcenſis. t. 4. l. 45. p. 38

Bacalceldenſis. t. 3. l. 36. p. 4
Balgenciacenſis. t. 4. l. 47. p. 66
Barcinonenſis. t. 3. l. 28. p. 21. t. 3. l. 30. p. 37
Barenſis. t. 4. l. 47. p. 46
Bavarica. t. 3. l. 35. p. 38
Becanceldenſis. t. 3. l. 33. p. 59
Bellovacenſis. t. 3. l. 37. p. 43. t. 4. l. 48. p. 26. - - p. 47
Beneventana. t. 4. l. 45. p. 12. - 47. l. 3. - - 20. - l. 48. p. 11
Bergamiſtedienſis. t. 3. l. 33. p. 60
Berytenſis. t. 2. l. 23. p. 22. t. 3. l. 24. p. 22
Bituricenſis. t. 4. l. 44. p. 12
Bracarenſis. t. 2. l. 20. p. 7. t. 3. l. 29. p. 3. 13. - l. 33. p. 9
Bulgentiacenſis. t. 4. l. 50. p. 24
Burdegalenſis. t. 2. l. 16. p. 35

Cabilonenſis. t. 3. l. 32. p. 7. - l. 36. p. 42. - l. 41. p. 38. t. 4. l. 45. p. 25
Cæſareenſis. t. 1. l. 4. p. 41
Cæſarauguſtana. t. 3. l. 30. p. 37. - l. 32. p. 7
Cæſenatenſis. t. 4. l. 44. p. 23
Calcutenſis. t. 3. l. 35. p. 61
Cameracenſis. t. 4. l. 44. p. 4
Cariſiaca. t. 3. l. 37. p. 53. - l. 38. p. 6
Carnotenſis. t. 4. l. 50. p. 5
Carthaginenſis. t. 1. l. 2. p. 8. t. 1. l. 6. p. 85. t. 1. l. 7. p. 8. 27. t. 2. l. 11. p. 64. - l. 18. p. 5. 10. 15. 28. 47. 77. - l. 20. p. 30. t. 3. l. 28. p. 13
Caſſilienſis. t. 4. l. 51. p. 38
Catalaunenſis. t. 4. l. 49. p. 12
Celychienſis. t. 3. l. 36. p. 51
Chalcedonenſis. t. 3. l. 25. p. 1. - l. 27. p. 17. 22
Cirtenſis. t. 1. l. 8. p. 45
Clarendonienſis. t. 4. l. 51. p. 7
Claromontana. t. 4. l. 47. p. 35
Cloveshovienſis. t. 3. l. 34. p. 44. - l. 36. p. 19
Colonienſis. t. 3. l. 40. p. 33. - l. 41. p. 28
Compendienſis. t. 3. l. 36. p. 64. t. 4. l. 47. p. 9
Confluentina. t. 3. l. 38. p. 24
Conſtantienſis. t. 4. l. 47. p. 31
Conſtantinopolitana. t. 2. l. 16. p. 13. - l. 17. p. 38. t. 3. l. 24. p. 24. - l. 27. p. 23. - l. 28. p. 17. 49. - l. 40. p. 12
Coyacenſis. t. 4. l. 44. p. 39

Dioſpolitana. t. 2. l. 20. p. 19
Duziacenſis. t. 3. l. 40. p. 26. 34

Eboracenſis. t. 4. l. 52. p. 39
Egarenſis. t. 3. l. 31. p. 12
Eliberitana. t. 1. l. 8. p. 3. t. 1. l. 9. p. 3
Emeritenſis. t. 3. l. 32. p. 51
Engelheimenſis. t. 3. l. 42. p. 39
Epaonenſis. t. 3. l. 27. p. 19
Epheſina. t. 2. l. 22. p. 30
Erphordienſis. t. 3. l. 42. p. 29

Florentina. t. 4. l. 45. p. 2
Forojulienſis. t. 3. l. 35. p. 69
Francofordienſis. t. 3. l. 35. p. 72

Gangrenſis. t. 2. l. 11. p. 4
Gentiliacenſis. t. 3. l. 35. p. 23
Germanica. t. 3. l. 34. p. 31. 41
Gerundenſis. t. 3. l. 27. p. 20
Guaſtallenſis. t. 4. l. 48. p. 3

Helenenſis. t. 4. l. 44. p. 11
Herefordienſis. t. 3. l. 33. p. 4
Hibernica. t. 4. l. 47. p. 41. t. 4. l. 50. p. 25. t. 4. l. 52. p. 20
Hieroſolymitana. t. 1. l. 2. p. 45. t. 4. l. 49. p. 47
Hipponenſis. t. 2. l. 17. p. 29
Hiſpalenſis. t. 3. l. 30. p. 2. - l. 31. p. 17
Hiſpanica. t. 3. l. 24. p. 15. t. 4. l. 52. p. 41

Jacetana. t. 4. l. 45. p. 17
Iconienſis. t. 1. l. 7. p. 46
Ilerdenſis. t. 3. l. 27. p. 14
Illyricana. t. 2. l. 15. p. 10
Ingelheimenſis. *V. Hengelheimenſis.* t. 4. l. 43. p. 16

Karrofenſis. t. 4. l. 44. p. 9
Landavienſis. tom. 3. lib. 42. paragr. 46
Laodicena. t. 2. l. 15. p. 139
Lateranenſis. t. 3. l. 32. p. 16. t. 4. l. 47. p. 59. t. 4. l. 48. p. 15. 18. 32. 45. 49. 57. - l. 52. p. 3
Laureacenſis. t. 3. l. 37. p. 40
Legionenſis. t. 4. l. 43. p. 67. - l. 47. p. 19
Lemovicenſis. t. 4. l. 44. p. 10. - l. 47. p. 37
Leodienſis. t. 4. l. 49. p. 16
Lexovienſis. t. 4. l. 48. p. 48
Lillebonenſis. t. 4. l. 46. p. 51
Lingonenſis. t. 3. l. 38. p. 21
Liptinenſis. t. 3. l. 34. p. 32
Londonienſis. t. 3. l. 42. p. 40. t. 4. l. 43. p. 14. - l. 45. p. 41. - l. 46. p. 17. - l. 47. p. 61. - l. 48. p. 7. 9. 60. - l. 49. p. 12. 36. 51. - l. 51. p. 5. 44
Lucenſis. t. 3. l. 29. p. 3
Lugdunenſis. t. 3. l. 27. p. 19. - l. 29. p. 8. 28
Lumbarienſis. t. 4. l. 51. p. 49

Mantuana. t. 4. l. 45. p. 28
Matiſconenſis. t. 3. l. 29. p. 27. 35
Mediolanenſis, t. 2. l. 12. p. 13. t. 3. l. 25. p. 16
Meldenſis. t. 3. l. 37. p. 44. t. 4. l. 43. p. 2. - l. 46. p. 52
Melphitana. t. 4. l. 45. p. 12. - l. 46. p. 11
Metenſis. t. 3. l. 38. p. 20. - l. 41. p. 30
Milevitana. t. 2. l. 20. p. 31
Moguntina. t. 3. l. 36. p. 40. - l. 37. p. 48. - l. 41. p. 29. t. 4. l. 44. p. 31. - l. 45. p. 43. - l. 46. p. 15
Monſpelienſis. t. 4. l. 50. p. 58
Mopſueſtena. t. 3. l. 28. p. 41
Moſomenſis. t. 4. l. 43. p. 34

Namnetenſis. t. 4. l. 48. p. 61
Narbonenſis. t. 3. l. 29. p. 40. t. 4. l. 43. p. 50
Nazarena. t. 4. l. 44. p. 47
Neapolitana Samariæ, t. 4. l. 48. p. 47
Neocæſarienſis, t. 1. l. 9. p. 61
Nemauſenſis. t. 4. l. 47. p. 38
Neſterfeldenſis. t. 3. l. 33. p. 63
Nicæna. t. 1. l. 10. p. 1. t. 3. l. 35. p. 1
Niddenſis. t. 3. l. 33. p. 69
Northamptonienſis, t. 4. l. 51. p. 48
Northuſana. t. 4. l. 47. p. 68
Numidiæ. t. 2. l. 20. p. 49

Orientalis. t. 4. l. 51. p. 17
Oſcenſis. t. 3. l. 30. p. 37
Ovetenſis. t. 3. l. 40. p. 32
Oxonienſis. t. 4. l. 50. p. 46

Papienſis. t. 4. l. 50. p. 43
Pariſienſis. t. 2. l. 13. p. 47. t. 3. l. 28. p. 46. 64. t. 3. l. 29. p. 20. t. 3. l. 30. p. 12. t. 3. l. 37. p. 11. 45. 58. t. 4. l. 44. p. 38. t. 4. l. 49. p. 10. t. 4. l. 50. p. 8
Pictavienſis. t. 4. l. 43. p. 55. t. 4. l. 46. p. 12. 33. t. 4. l. 47. p. 55
Piſana. t. 4. l. 49. p. 23
Placentina. t. 4. l. 47. p. 32
Pontigonenſis. t. 3. l. 40. p. 37. 41

Quintilineburgenſis. t. 4. l. 46. p. 57

Ravennatenſis. t. 3. l. 40. p. 35, 46. t. 3. l. 42. p. 4. t. 4. l. 4. p. 43. 9. 44. 68
Regienſis. t. 2. l. 23. p. 33
Remenſis. t. 3. l. 31. p. 23. t. 3. l. 36. p. 39. t. 4. l. 43. p. 31. t. 4. l. 44. p. 30. t. 4. l. 47. p. 23. 29. t. 4. l. 48. p. 26. 41. t. 4. l. 49. p. 16
Romana. t. 1. l. 9. p. 49. t. 2. l. 16. p. 23. t. 2. l. 22. p. 12. t. 3. l. 26. p. 14. 61. 64. 69. 72. 74. 75. t. 3. l. 27. p. 48. t. 3. l. 30. p. 25. t. 3. l. 31. p. 6. t. 3. l. 33. p. 14. t. 3. l. 34. p. 6. 18. 36. 42. t. 3. l. 35. p. 32. t. 3. l. 35. p. 32. t. 3. l. 37. p. 5. t. 3. l. 38. p. 8. t. 3. l. 39. p. 14. 15. 17. t. 3. l. 40. p. 7. 45. t. 3. l. 42. p. 3. t. 4. l. 43. p. 5. 23. 41. 42. 51. t. 4. l. 44. p. 26. 28. 33. 42. t. 4. l. 45. p. 9. 23. 30. t. 4. l. 46. p. 21. 36. 38. 41. 52
Rotomagenſis. t. 4. l. 44. p. 34. t. 4. l. 45. p. 25. 49. t. 4. l. 46. p. 12. t. 4. l. 47. p. 38. t. 4. l. 49. p. 9

Salegunſtadienſis. t. 4. l. 43. p. 72
Salisburgenſis. t. 3. l. 36. p. 25
San-Dionyſiana. t. 4. l. 43. p. 40
Sardicenſis. t. 2. l. 11. p. 48
Seleucienſis. t. 2. l. 13. p. 26. 28. 29. 31
Senonenſis. t. 4. l. 49. p. 42
Stampenſis. t. 4. l. 47. p. 21
Sueſſionenſis. t. 3. l. 34. p. 33. - l. 38. p. 5. - l. 39. p. 12. 27
Synodi variæ. t. 3. l. 27. p. 40. t. 4. l. 43. p. 41
Synodi celebrandæ. t. 3. l. 30. p. 36
Synodus ſexta œcumenica. t. 3. l. 33. p. 20
Synodus octava generalis. t. 3. l. 40. p. 12
Synodi œcumenicæ authoritas. t. 2. l. 15. p. 27
Synodi Provinciales bis in anno celebrandæ. t. 2. l. 11. p. 16. t. 2. l. 14. p. 87
Synodi Sinueſſanæ acta ſubdita. t. 1. l. 8. p. 15
Synodus prima rebaptizantium. t. 1. l. 7. p. 8
Secunda. - - p. 40
Tertia. - - p. 44
Synodus apud ſanctam Macram. t. 3. l. 41. p. 14

Tardanenſis. t. 4. l. 43. p. 15
Tarragonenſis. t. 3. l. 27. p. 20
Taurinenſis. t. 2. l. 18. p. 65
Teodonis villana. t. 3. l. 37. p. 25. 39
Ticinenſis. t. 3. l. 37. p. 62. t. 4. l. 43. p. 70
Toletana. t. 2. l. 18. p. 22. t. 3. l. 27. p. 49. t. 3. l. 29. p. 39. t. 3. l. 30. p. 37. t. 3. l. 31. p. 7. 35. 39. 40. t. 3. l. 32. p. 13. 28. 29. t. 3. l. 33. p. 8. 41. 43. 45. 48. 57. 58

Tolosana . tom. 4. lib. 45. paragr. 4. 38. t. 4. l. 48. p. 41. t. 4. l. 49. p. 13. t. 4. l. 50. p. 48
Trecensis. t. 3. l. 44. p. 48. t. 4. l. 47. p. 65. t. 4. l. 48. p. 5. t. 4. l. 49. p. 6
Tremonienſis . t. 4. l. 43. p. 54
Triburienſis . t. 3. l. 41. p. 39
Tricaſſina . t. 3. l. 39. p. 39
Trojana. t. 4. l. 47. p. 28
Trosleana . t. 3. l. 42. p. 12
Trullana . t. 3. l. 33. p. 30. 55
Tullenſis . t. 3. l. 38. p. 21. 26
Turonenſis . t. 3. l. 26. p. 12. - l. 29. p. 9. - l. 36. p. 41. t. 4. l. 45. p. 3. 16. t. 4. l. 47. p. 37. t. 4. l. 51. p. 3
Tyrienſis. t. 1. l. 10. p. 34. 41. 42. t. 3. l. 27. p. 23

Valentina. t. 2. l. 15. p. 109. t. 3. l. 27. p. 40. 47. t. 3. l. 29. p. 35. t. 3. l. 38. p. 12. t. 4. l. 47. p. 53
Vaſenſis . t. 3. l. 24. p. 5. t. 3. l. 27. p. 47
Vermerienſis. t. 3. l. 34. p. 50. - l. 40. p. 9
Vernenſis . t. 3. l. 35. p. 6. t. 3. l. 37. p. 40. t. 3. l. 41. p. 19
Viennenſis. t. 3. l. 41. p. 36. t. 4. l. 45. p. 15. - l. 48. p. 19

Wigornienſis. t. 3. l. 31. p. 2
Wintonienſis. t. 4. l. 43. p. 19. t. 4. l. 45. p. 40. - l. 46. p. 17. - l. 49. p. 40
Wirceburgenſis. t. 4. l. 48. p. 49. - l. 49. p. 16
Wizeliaca. t. 4. l. 50. p. 5
Wormatienſis. t. 3. l. 40. p. 6

T

TACERE IN CAUSA FIDEI.

Tacere , cum fides oppugnatur , periculoſum . t. 3. l. 36. p. 46

TEMPLA.

Templorum & imaginum quis uſus. t. 1. l. 5. p. 59

TEMPORALIA.

Temporalium amor arcet a regno Dei . t. 1. l. 1. p. 9

TENTATIONES.

Earum utilitas . t. 1. l. 2. p. 64

TESTAMENTA.

Teſtamenta epiſcoporum , & clericorum valent , nec ſubjacent legibus civilibus. t. 3. l. 31. p. 12
Teſtandi licentiam monachi & moniales non habent . t. 3. l. 30. p. 44

THURIBULA.

Eorum uſus antiquus in Eccleſia. t. 3. l. 33. p. 5

TIMOR DEI.

Timor Dei vindicis bonus & ſalutaris. t. 1. l. 1. p. 20
Ducit ad pœnitentiam. t. 1. l. 4. p. 52
Revocat a malo . t. 1. l. 5. p. 46
Timor quiſnam malus. t. 2. l. 21. p. 12

TOLERANTIA SECTARUM.

Tolerantiam ſectarum credentium in Chriſtum reprobat D. Paulus. t. 1. l. 2. p. 58

TONSURA CLERICALIS.

Ejus initia. t. 1. l. 6. p. 3

TRADITIO.

Traditiones Apoſtolicæ admittendæ. t. 1. l. 1. p. 62. t. 1. l. 2. p. 52
Quaſnam traditiones improbet Chriſtus. t. 1. l. 1. p. 23
Earum authoritas . t. 1. l. 4. p. 31. t. 2. l. 15. p. 105. t. 2. l. 18. p. 18
Oblationes pro defunctis , aliaſque praxes in traditione fundatas laudat Tertullian. t. 1. l. 5. p. 41

TRADITORES.

tom. 1. lib. 8. paragr. 23

Sceleris ſui pœnam ſibi mutuo remittunt. - - p. 45

TRIBULATIONES.

Patienter ſuſtinendæ . t. 1. l. 2. p. 51
Earum utilitas . t. 1. l. 2. p. 64. t. 2. l. 16. p. 58. & ſeq.

S. S. TRINITAS.

Textus ille : *Tres ſunt , qui dant teſtimonium in cœlo* , eſt D. Joannis , & genuinus . t. 1. l. 3. p. 16
SS. Trinitatis myſterium . t. 1. l. 3. p. 55. t. 1. l. 4. p. 4. t. 1. l. 5. p. 16. 50. 72. t. 2. l. 13. p. 55. t. 2. l. 16. p. 5
Ejus expoſitio . t. 1. l. 5. p. 16. t. 2. l. 15. p. 51. t. 3. l. 35. p. 9
Ejus vox ex Apoſtolica traditione deſcendit. t. 2. l. 15. p. 105
Ejus glorificatio eſt inſtitutionis Apoſtolicæ . Ibidem , & p. 128
Ejus myſterium crediderunt Ante-Nicæni PP. t. 2. l. 2. p. 36.
V. Perſonæ divinæ.

TUTOR.

Tutorem vel curatorem clericum conſtituere Canones prohibent . t. 1. l. 7. p. 29

V

VERBUM DIVINUM.

Ejus generatio æterna . t. 1. l. 4. p. 28
Ejus divinitas . t. 1. l. 5. p. 16. t. 2. l. 15. p. 128
Ejus incarnatio. t. 1. l. 5. p. 16. 17
Ejus immutabilitas. t. 1. l. 6. p. 28

VERITAS.

Veritatem in injuſtitia detinere , quantum ſcelus ! t. 1. l. 2. p. 67

VERITATES FIDEI.

Veritates omnes Fidei Apoſtolis revelatæ. t. 1. l. 1. p. 53

VERITAS RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

t. 1. l. 6. p. 2. t. 2. l. 17. p. 25

V. Chriſtiana Religio .

VESTALES.

Veſtales paucæ erant , & virginibus Chriſtianis nullatenus comparandæ. t. 2. l. 15. p. 129. t. 2. l. 16. p. 36

VESTES SACRÆ.

t. 2. l. 18. p. 10

VIDUÆ, VIDUITAS.

Earum virtutes propriæ . t. 1. l. 4. p. 21
Viduitatis ſtatum matrimonio præfert Apoſtolus . t. 1. l. 2. p. 60

VIGILIÆ.

Earum ritus . t. 2. l. 15. p. 107
Vigiliæ & hymni ſacri in Eccleſia. t. 2. l. 16. p. 45

VINUM.

Vinum aqua temperatum conſecravit Chriſtus. t. 1. l. 7. p. 22

VIRGINES , VIRGINITAS.

Virginitatis profeſſio laudabilis . t. 1. l. 7. p. 60. 71. t. 2. l. 11. p. 4
Ea obligat . t. 2. l. 15. p. 103

Eam laudat, & consulit Ecclesia, sed non præcipit. tom. 1. lib. 3. paragr. 16
Eam matrimonio præfert Apostolus. t. 1. l. 2. p. 60. t. 2. l. 17. p. 16
Eam defendit Augustinus. t. 2. l. 18. p. 19
Virginum vestitus debet esse modestus. t. 1. l. 5. p. 5
Virgines a Deo conservatæ. t. 1. l. 8. p. 39
Virginum status excellentia & prærogativæ. t. 2. l. 12. p. 33. t. 2. l. 16. p. 15
Virgines professæ. t. 2. l. 14. p. 40
Earum vestes. - - p. 41
Eas consecrandi ritus. Ibid.
Virginum variæ classes. t. 2. l. 15. p. 129
Virginibus velatis nubere non licet. t. 2. l. 14. p. 41. t. 2. l. 15. p. 130. t. 3. l. 25. p. 13. t. 3. l. 26. p. 60. t. 3. l. 41. p. 39
Virginis Christianæ institutio. t. 2. l. 16. p. 27
Virginis vita qualis esse debeat. t. 2. l. 20. p. 11

VISIONES SANCTORUM.

Non redolent Montanismum. t. 1. l. 5. p. 30

VITA.

Vita optima quænam sit? t. 1. l. 5. p. 72

ULTIO DIVINA.

Ultio divina in quosdam lapsos. t. 1. l. 6. p. 48
Contra Imperium Occidentis. t. 2. l. 19. p. 1

UNCTIO.

Unctionis extremæ sacramentum. t. 1. l. 2. p. 91. t. 2. l. 20. p. 34. t. 3. l. 36. p. 42
Unctio extrema non negligenda; olim Viatico præmittebatur. t. 3. l. 37. p. 26

UNITAS.

Unitas diligenter retinenda in Ecclesia. t. 1. l. 2. p. 58. t. 1. l. 3. p. 12. 24. 25. 27

VOCATIO DIVINA.

Vocatio ad fidem est donum Dei gratuitum. tom. 1. lib. 2. paragr. 67. 87
Vocatio divina duplex est; qualis sit efficax? t. 2. l. 21. p. 45

VOLUNTAS DIVINA.

Voluntas Dei generalis circa salutem omnium hominum. t. 1. l. 4. p. 54. t. 2. l. 21. p. 15. t. 3. l. 25. p. 35
Voluntas Dei absoluta circa salutem electorum. t. 3. l. 27. p. 29
Voluntas Dei duplex circa hominum salutem. t. 3. l. 35. p. 10

VOTUM.

Votum Nazaræorum quale? illud explet D. Paulus. t. 1. l. 2. p. 72
Vota servanda. t. 2. l. 23. p. 2. t. 3. l. 24. p. 2

USURA.

Usura jure divino prohibita. t. 1. l. 1. p. 16. t. 2. l. 18. p. 5. t. 3. l. 36. p. 68. t. 3. l. 37. p. 11. t. 3. l. 41. p. 30
Prohibita clericis. t. 1. l. 3. p. 7. t. 3. l. 28. p. 21

UXOR ADULTERA.

Uxor adultera, nec se emendans, dimittenda. t. 1. l. 3. p. 63
Pœnitens recipienda. Ibid.

X

XEROPHAGIA.

Xerophagia quid? t. 1. l. 4. p. 23

FINIS.

DU MESNIL
DISCIPLIN
ECCLESIÆ

TOM. III. IV

B
5
45